-353-

793-2-6

418

Iste non vult cogit Subh. Scotam et sec machinibus partibus illum mordet; sd deuet ignos ci qua tuesci q sonit

MAGISTRI MICHAELIS DE PALACIO, Granatensis philosophi atque Theologi, Ciuitatensis Ecclesiæ à sacris concionibus.

PROPIEDAD INTELECTUAL - PALENCIA

IN PRIMUM LIBRUM MAGISTRI SENtentiarum, Disputationes grauissimæ, abstrusos quæstionum Theologicarum sensus enodantes.

d secom̃ d est Guena enra dels dels cals [illegible] Palacio

EL REY.

POR quanto por parte de vos Miguel de Palacios clerigo, canonigo de la Iglesia catedral de la ciudad de Ciudad Rodrigo, nos fue fecha relacion que vos auiades compuesto vn libro intitulado Disputationes sobre el primero del Maestro de las Sentecias, y questiones Theologales: en el qual auiades passado mucho trabajo, y era muy vtil y prouechoso, y de santa doctrina supplicando nos os mandassemos dar licencia y facultad para le poder imprimir y vender con priuilegio por veynte años, o como la nuestra merced fuesse. Lo qual visto por los de nuestro consejo, y como en el dicho libro se hizo la diligencia que la pregmatica por nos agora nueuamente fecha dispone: fue acordado que deuiamos mandar dar esta nuestra cedula en la dicha razon. Por la qual os damos licencia y facultad para que vos, o la persona que vuestro poder especial para ello tuuiere y no otra alguna, podays imprimir el dicho libro que de suso se haze mecion en estos reynos, por tiempo de diez años primeros siguientes, que se cuēten desde el dia de la fecha desta nuestra cedula en adelante. So pena q̄ qualquier persona o personas que sin tener para ello vuestro poder lo imprimieren, o vendieren, o hizieren imprimir, o vēder

[illegible] hizier[illegible] [illegible]ieren, y los mold[illegible] aparejos della: y mas

[illegible]ntrario hizieren: la

tercera parte para

[illegible]y fisco: con tan-

[illegible]ho tiempo de

[illegible]inal que en el

[illegible]rnandez de

para que se

vēder, tas-

[illegible]so pena de

[illegible]ros reynos.

[illegible]iardē, cum

[illegible]o en ella cō

mil y qui-

[illegible]estad.

Erasso.

MICHAEL DE PALACIO Granatensis, Philosophus atque Theologus pio Lectori. S.



SCRIPSIT ILLE, QVI sacratissimas olim Deo canebat odas, verba illa, quę dominus Iesus repetere aliquã do dignatus est. Zelus, inquit, domus tuæ comedit me. Et sanè digniſsima sunt verba ista, quę à fidelibus perpetim memorentur. Nihil enim fidelibus salubriùs, imò maximè omnium est saluberrimum hoc zelo diuinæ domus semper stimulari, & nunquam nõ vrgeri. Est enim hæc domus Dei, Ecclesia Iesu Christi, cui inuigilare, cui in vniuersis prospicere solertissimè sanctissimum esse, quis obsecro inficiabitur? An non sanctissimum esse duces filios parentum suorum depellere iniurias, & commoda curare? vtique. At verò sancta fidelium parens, Ecclesia Dei est: nam hos Christo generat per lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus sancti. Iure ergo spiritualis huius regenerationis fideles constringimur, Ecclesiam Catholicam matrem nostram, pro viribus & posse ab omni hostili impugnatione defendere. Porrò autem filij huius matris nostræ pugnauerunt contra eam, & deuastauerunt eam. Isti sunt filij alieni, qui inueterati sunt in fermento malitiæ, & nequitiæ: & claudicauerunt in semitis veritatis & iustitiæ. Neque alios credas hos alienos filios esse, quàm hæreticos, quos paruulos in baptismo, Ecclesia Christo genuit: at adultos infernus & perditio sibi genuerunt. Isti, pròh rem nefandam, pugnauerunt, & hucusque pugnant contra matrem suam: præsertim calamitoso æuo hoc, quando Lutherus grassatus est cum agminibus suis in Ecclesiam Dei, non viuificans viros, neque mulieres, nulli parcens sexui, aut ætati, in omnes sæuit fratres suos, faciens illos filios gehennæ duplo peiores, quã ipse erat. Atqui versutus hic hostis aduertebat præcipuum munimentum Catholicæ fidei Theologiam Scholasticam esse: idcircò hanc arietare, & pessundare conatus est. Quare amarulentissimis scommatibus illam impetit, & nefandis dehonestat probris. Quamobrem me ex Dei munere recensitum inter legitimos Ecclesię Catholicæ filios, zelus domus domini etiam stimulat, & acriter vrget, vt commodis matris nostræ inseruirem, & incommoda pro munere cælitus mihi

impartito, ab illa abigerē. Ideo hos commentarios in Petrum Longobardum, vulgò Magistrum Sententiarum nuncupatum edidi: vt quod Lutherani pessimis commaculant dicterijs, & plusquam canino rodunt dente, ego illustrem: & cui ipsi maledicunt, ego benedicam, & quod ipsi euertere curant ego statuere operam dem. Cæterum non omnium commentariorum tibi modo copiam faciam, sed eorum duntaxat, qui primo libro Sententiarum exponendo congruunt. Posthęc autem suppetias ferente Christo, cæteros donabimus. Studui autem quoad licuit elaboratissimos hos tibi, lector optime, offerre. In quibus nihil exsyncera Philosophia, aut ex germana Metaphysica, aut ex vera Theologia, quantum nostro instituto seruiebat, desiderabis. Cuius rei te iudicem facio: & nostris laboribus Christo auspice fruitor. Vale.

MICHAELIS DE PALA-cio Philoſophi atque Theologi Præfatio Panægyrica ad Theologiæ Scholaſticæ commendationem.



DIVINAM PHILOSOphiam nouis ſemper illuſtrare ſtudijs, nouiſque augere commentarijs, vtiliſsimum eſſe, atque ſaluberrimum Chriſtianæ reipublicæ, ſtupidi eſt ingenij qui in dubium vertat. Præſertim diuino tonante oraculo illo. Qui me elucidant vitam æternam habebunt. Cui affine & conſequium eſt, qui obſcurant diuinam ſapiẽtiam, mortis æternæ ſupplicia experturos eſſe. Quales ſunt huius æui hæretici, qui dubioprocul limpidos Chriſtianæ atque Catholicæ Philoſophiæ fontes, immundis tractatibus deturbauerunt. Quos qui hauriunt, fit in illis non fons aquæ viuæ ſalientis in vitam æternam, at potiùs riuulus putidus & obſcœnus, cogens & impellens in exitium ſempiternum. Quam ob rem non ſolum laudis eximiæ, imo & opportunitatis articulum eſſe duco, ſi noua æuo hoc calamitoſo Catholici commentemur opuſcula, quæ nouis & abſurdis commẽtis hæreticorum obijciamus. Operę enim eſt pretium vt nouis infeſtantibus Dei populum morbis & immaniter graſſantibus in Chriſti gregem, nouæ excogitentur etiam antidoti. Emerſit, proh dolor, hoc æuo Chriſtianæ fidei nouus ac infeſtiſsimus hoſtis Lutherus, qui vt olim diabolus angelos ſuos ſecum è cælo traxit ad tenebricoſas ſedes, ita ſecum iſte traxit Germanicas gentes. Vtiq; traxit vt ſecum biberent de calice iræ Dei, quem etiam nunc bibunt, quæ eſt gentis ſæua vęſania. Falſam nanq; hæreticorum doctrinam aptiſsimè dixeris calicem eſſe diuinæ indignationis, quem nunc Germania in manu geſtat, vt à vino fornicationis ſuæ potet omnes gentes. Inſtar Babylonis illius, quam Apocalypſis commemorat. Cęterùm hoc vinum, quod propinat, venenatũ eſt, felleum eſt, amariſsimum eſt, vt cecinit ille, Vua eorũ, vua fellis, & botrus amariſsimus. Eſt nanq; fornicationis vinũ aduerſus Deum. Hæretici enim à Catholica Eccleſia deſciuerunt, & alienæ Eccleſiæ hæſerunt. Quæ verè Eccleſia non eſt Ieſu Chriſti, ſed Satanæ teterrima congregatio. An non fornicatio hæc eſt, neglecto vero & legitimo viro, cui fidẽ in

Eccle. 24.

Qui obſcurant diuinã Scripturam pœnas dabunt ſempiternas.

Apo. 16.

Deute. 32.

In Baptiſmo Deo ſponſa mur.

Baptiſmo dederunt diabolo hæreſeon magiſtro hærere? Scio autem dulcia hæc putari eſſe vina à ſuis potatoribus, quę Lutherus propinat. Quippe blãdus eſt Lutheri ſermo, & ſuaue ſatis eſt dogma iſtud, quod Lutherus propinat ab operibus & laboribus ſanctis ſuperſedendum eſſe, in vnamq; fidem incumbendum eſſe duntaxat: vt humanæ ſaluti locus pateat. At etſi prima hæretici huius libatio poculi potantes ſua uiatione quadam afficiat, extrema tamen eius amara ſunt, ſicut abſinthium. Quo certiſsimè cibantur hæretici, vt & felle potantur. Quæ fercula atq; pocula hoſtibus Dei quodã minaci ſermone ferenda Hieremias prædixit. Et ò vtinam libauiſſent duntaxat calicem hunc peſtilẽtem Lutheri, & libatum vomuiſſent: at verò heu quam infandum facinus: vſq; ad fundum poculum ebiberunt diaboli, & euomere negligunt. Nam tenaciter ad mortem vſque ſua ſcripta inanibus venditant verbis. Idcirco miſcuit illis dominus ſpiritum vertiginis, vt corruant, & neſciant, vbi corruunt. Spiritus nanque hæreticus profecto vertiginoſus eſt, nam mentem poſt Satanam circumagit, & interiores oculos caligine obduxit: vt cæci ſint hæretici, & duces cæcorum vberius de iſtis olim diſſeremus. Eſt autem in Eccleſia catholica atrocis huius morbi efficax pharmacum, nempe Scholaſticorum Theologorum doctrina, quam qui commentati ſunt, irriſui ſunt hæreticis. Vt phreneſi laborans non deſpicit ſolum, imò furit etiam contra ſalubria medicamenta. Vnde Lutherus almas Theologorum vniuerſitates lupanaria diaboli impudenter (vt ſolet alia) obloquitur eſſe. O ridẽdum aut exibilandum hominis caput, quid enim Theologiæ Scholaſticæ cum lupanari diabolico? Hęreſes tuas eliminant Scholaſtici Theologi, ò Luthere, & tuorum complicum mores (ſi volent) ad Euangelicam componunt formam, veram Philoſophiam à falſa diſcernunt, fidem Ieſu Chriſti illuſtrãt, quæ ſancti Doctores multis ambagibus, & Meãdris, & obſcuro ſanè ſermone tradiderunt, illa breuiloquio clariſsimè demonſtrãt. At quid obſecro hæc ad lupanar diaboli? num quia technas tuas, & aſtutias diſſerunt, & retegunt? num quia hircoſam tuam Theologiam proculcãt, lupanar ſunt diabolicum? Corrige verbum, & mentem in melius muta, parce etiam nunc blaſphemijs, quibus nunquam non laxas habenas, & diſce nõ lupanar eſſe diaboli Scholaſticã Theologiam, hæc præclara, quæ diximus docẽtem, imò lectulum eſſe Salomonis veri, ideſt, Chriſti, quem ſexaginta fortes ambiunt: omneſq; ad bella ſunt doctiſsimi. Porrò autem ſi cupitis ſcire, ò hæretici qui viri ſint iſti ad bella Dei inſtructiſsimi Petrus eſt Longobardus Sententiarũ inſignis rhapſodus, Albertus eſt Magnus, Alexãder Alenſis, S. Thomas,

Prouer. 5. Hierc. 9. & 23.

Eſa. 19.

Hæretici aguntur ſpiritu uertiginoſo.

Scholaſtica Theologia ſummæ frugis eſt.

Cant. 3.

Scholaſtica Theologia lectulus eſt Salomonis.

mas, D. Bonauentura, Scotus, Altisiodorensis, & alij clarissimi viri, quos prudens prætereo, parcens fastidio. Quorum alij hanc Theologiã auspicati sunt, alij vero auxerunt, & ornauerunt. Quare isti fortissimi extitere viri. Quorum scripta nulla infecta sunt hæreseos labe, imò fidei propugnacula acerrima scriptis suis posteris mandauerunt, quibus se tuerẽtur ab hæreticis infestationibus, & memoriæ prodiderũt æternæ. Vestram igitur, vestram scholam hoc cognomine digniss imã appellate, nempe lupanar illam diaboli esse dicite, quæ meretricijs pigmentis infecta animas miserorum seducit dulcibus sermonibus, melleisque orationibus lasciuiens fideles pellicit ad Tartara, & ad teterrimas deuoluit sedes. Subit Iezabel illa impia, hæreticorum germanus typus, quam quartus liber Regum refert, quę visura Iehu Regẽ depinxit oculos stibio, & ornauit caput suum: quæ tandem præcipiti supplicio vitam compleuit. Cui sunt quàm simillimi omnes hæretici & neoterici maximè: picturatis enim sermonibus, & diabolicis commẽtis, Ecclesiam Iesu Christi peruertere laborant. At vero Scholasticorum Theologorum venerandum collegium, non hos amat fictos flores, nã inanem grandiloquentiam spernit, & simplici, & honesto sermone hęreticorum æstuantem fastum, & falsorum dogmatum turgẽtes vndas mitigare curat. Adhæc subit Dauid ille, qui olim non Regijs Saulis armis deuicit Goliath Geteũ: at armis pastoralibus de potẽti triũphat hoste, nam in lapide & funda illum deiecit. Cõsultius enim est, dubia Theologica disputare argumentis, vltro citroque iactatis, vt tandem veritatis micantis scintillæ resplendeãt: quam falsa ornare oratorum pigmentis dogmata. Quid quod res ipsa Theologica ornari negat, cõtenta doceri: ardua enim est & præexcelsa. Illam igitur si libet tropis oratorijs, floribusque rhetorũ depinge, & quotusquisq; erit, qui illam assequatur? Sufficit diei malitia sua. Porrò autem hæretici scholastica argumenta non permittunt, contendunt namque simplici Dei verbo agẽdum esse cum fidelibus, quamobrem cætera vniuersa auersantur, & lymphatico spiritu perciti, autoritatem Papæ despuunt, & sanctorũ doctrinas non venerantur. Quasi vero hęresiarchæ Luthero, aut cæteris hæreticis dictum sit, Ego rogaui pro te Petre vt non deficiat fides tua. Si ergo Petro vices gerenti Ecclesiasticas stabilitas fidei à domino pollicita est, standum est potiùs Ecclesiæ autoritati, quam Lutheri & aliorum hæreticorum figmentis, qui fictæ fidei, & non veræ subscripserunt. Sed fac ita esse, quod esse non poterit, nempe Ecclesiam errare, & Lutherum certam habere sententiam. Vtrum eligibilius est errare cum Ecclesia, an cum Luthero collimare? Sanè mallẽ cum Ecclesia

Hæretici sunt adũbrati in Iezabele impia.

1. Reg. 17.

Theologia disputatiua pigmẽta & fucos non amat.

errare, quam cum Luthero certam habere ſententiam. Etenim Eccleſiæ Catholicæ ſi error eſſet, fidelibus vicio non eſſet dandus, quippe quibus incumbit, non hæreticis hærere, ſed Eccleſiæ veſtigia ſummopere amplecti, domino iubente, qui vos audit me audit, qui vos ſpernit, me ſpernit. Nanq; non gratia Petri, & Apoſtolorum tantùm hoc verbum edixit Chriſtus: nanque illi propediem erãt interituri, Eccleſia autem vſque ad conſummationem ſeculi erat permanſura. Quod ergo illis dicebat, ſucceſſorum nomine etiam dixit, ſunt autem Papa, & Epiſcopi, qui Petri & Apoſtolorum vicem ſubeunt. Quare qui hos audit, Chriſtum audit: & qui hos ſpernit, Chriſtum ſpernit. At hæretici hos non audiunt, Chriſtum igitur non audiunt: hos ſpernunt, Chriſtum ergo ſpernunt. Equidem volue & reuolue annalia rerum geſtarũ ab Eccleſia condita: hæreticos procaciores, & petulantiores, & male dicentiores in Papam & Eccleſiæ cæteros Principes, quã Lutherum & alios, qui illius veſaniã imitantur, reperies nuſquam. Ad vos igitur huius ſacratiſsimæ noſtræ Theologiæ candidatos verba mea dirigo, vt hanc à iuuentute veſtra Theologiam ametis, huius deoſculemini veſtigia pedum, hanc præferte regnis, & ſedibus, cunctiſq; Indiæ opibus. Mille nanque clypei pendent ex ea, & omnis armatura ſanctorũ. Quam Petrus Longobardus volumine vno mira complexus eſt arte: egregiã enim cõcinnatus eſt ſententiarum rhapſodiam, quã ego omnium nouiſsimus ſecundùm tot & tantos venerandos patres interpretandam modò inſtitui. Quod ſiquis ſtulti eſſe operis mihi obiecerit camerinam, toties iam olim à Doctoribus vetuſtioribus tactam, à me nihil facto opus rurſum modo tangi, aduertat arcana fidei à Deo deliteſcere, & flexuoſis Meandris implicari, vt non infœliciter cum illis agitur, ſi millies & decies millies verſentur, atque reuerſentur. Enimuero priores autores quædam præclarè tradiderunt, alia omiſerunt, aut ſi diſſeruerunt, ità breuiter, vt obſcurè. Præclara igitur ab illis tractata commendabimus, omiſſa reſtituemus, breuiter diſerta copioſius agemus, obſcurè definita dilucidiùs definiemus, vt nec illorum gloria obſcuretur, ſed ſolida perſeueret, nec noſtri laboris opus inane videatur.

Verba domini Petro & Apoſtolis facta in ſucceſſores extẽduntur.

Lutheruscũ ſuis impudẽtiſsimus.

PRAE-

PRAEFATIO ALTERA
in quatuor Sententiarum libros.



VOLVMEN HOC THEOLOgicum, quod Petrus Longobardus Parisiorum Episcopus conscripsit, quatuor libros comprehendit. Quorum qui primam tenet sedem, vt est ordine Primus, ità dignitate cæteros antecellit. Etenim cum Esaia. cap. 6. Sacerrimo Dei vate, Deum in solio sedẽtem præexcelso cernit, Cui clamant beata Seraphin. Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabbaoth. Et cũ Ioanne. cap. 1. inenarrabilem diuini verbi generationem pronunciat. Triadis nanq; Monadisque Sacrosanctę referat arcanũ. Secũdus verò liber infinitã esse Dei vim exponit, quæ æterna cum sit, in tẽpore, tamẽ vniuersa & inuisibilia, & visibilia nõ ex præexistente materia, sed ex nihilo pulcherrimè, ordinatissimè, & ornatissimè condidit. Et demum cum Sacro Dionysio cælestem scrutatur Hierarchiam. Ordines nanque angelicos distinguit, hominisque primi miratur opes, lamentabilemq; deflet ruinam. Tertius porrò liber illud cæleste Sacramentum incarnationis dominicæ (quod abscõditũ à seculis Paulus testatur fuisse) pro sua portione quoad licet scrutatur, diuinamq; planè laudat verbi æterni misericordiam, quod condolens interitu mortis perire seculum, humanam commiseratum est cladem, & formam serui induit, & suos captiuos moriens, ętterna libertate donauit. Quartus demum liber salutis spiritualis pharmaca (quæ septem sunt Sacramenta) exponit, peccatoribusq; gratulatur, quia illa habent reposita in Ecclesiastico pharmacopæo. Ecclesiasticam rursus miratur Hierarchiam, Sacrosque veneratur atque discernit ordines, resurrectionemque generalem mortuorum confitetur, & disserit: & fideles tandem, qui piè vixerunt in Christo vita beata donat.

Primus sententiarum quid disserat.

Quid secundus.

Quid tertius considereț liber.

Quartus liber quid tradat.

IN QVATVOR LIBROS
Sententiarum Præludia siue præambulæ quæstiones. Super prologo Magistri Sententiarum, qui incipit, Cupientes aliquid de penuria. &c.

Prima quæstio præcursoria. Num doctrinæ humanitùs inuentæ sat sunt homini beatæ vitæ comparandæ?

QVONIAM institituti operis est disputatiuam Theologiã, quam vsus obtinuit vulgatus scholasticam nuncupare, Etiam si sacram & diuinam hanc nominare piaculum non est. Etenim scopus illius est sacram scripturã elucidare, & à zizanijs, quæ in agro dominico spargit & seminat inimicus homo. 1. hæretici repurgare. Nanq; diuina Theologia, quæ sacris codicibus continetur, quia freta est solum diuina autoritate: instar aquarum Syloe quæ vadunt cum silentio, decurrit. Ideo non obstreperos Philosophos, neque verbis garrientes malignis hæreticos, disputatione propulsat. At scholastica Theologia sicut fortissimus ille Sanson, qui vulpes copulauit, incendendis Philistinorum segetibus, argumenta astutissima & acerrima arte confecta excogitat: hæreticorum nempè & Philosophorum dissipandis doctrinis. Et demum aduersum omnem altitudinem humani ingenij, extollẽtem se aduersus scientiam Dei se accingit, dimicatura. Propterea in vestibulo horum librorum visum est mihi quædam prẽmittere: quasi præcursoria, quę animũ lectorũ ad vẽturas disputationes præparẽt, & auidos cõuiuas suos apponẽdarũ escarũ faciat. Vt in cõuiuijs in vsu est, leuiculas escas præmittere, excitando solidioribus cibis stomacho. Iam verò prima hæc iacet sede quæstio, num satis sint homini doctrinæ humanitùs inuentæ, beatitudini cę lesti comparandæ: an alia doctrina tanto obeundo muneri sit necessarió nobis paranda. Dignissima profectò quæ agitetur quæstio. Sunt nanq; insultantes Philosophi, quibus fastidio sunt Theologica Catholicæ fidei dogmata. Arbitrantur nanq; superciliose, sibi satis esse, si ducatum naturalis rationis solùm sectentur. Qualis ille Philosophus Arabs exlex, id est, sine lege extitit. Credebat enim (vt ferunt) legem Mahumad esse sordidam legem, Iudaicam verò puerilem, Christianam verò impossibilẽ. Ideò sibi est adeò gratulatus, vt ipse sibi esset lex. Id quod & alij similiter præstiterunt eiusdem farinæ homines. Et sunt argumenta quę incautum pósſent premere hominem in horum sententiã, quæ exponere placuit, ne quiuis illis inmodetur. Primum est decalogi præcepta, abundè instituunt humanam mentem de cultu Deo exhibendo, & de amore proximo impendẽdo. At hæc præcepta decalogi quæ sunt nati ua mentis lucerna, quam Deus incendit cuncti hominibus docent: quò ergo alia est quę ritanda lucerna? Id quod Pauli firmatur testimonio. Gẽtes (ait) quæ legem non habẽt, ipsæ sibi sunt lex, & ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis. Et rursum gentes quæ legem non habẽt, naturaliter quæ legis sunt faciunt. Ad Rom. 2. Et Eccles. 15. Deus ab initio constituit hominem, & reliquit in manu consilij sui: adiecit mandata, & præcepta sua. &c. Si ergo ab initio data sunt homini mandata, atque diuina præcepta, non est opus facto vt alia quæramus. Quibus accedit quod Paulus Romanis scribẽs, inuisibilia (ait) Dei per ea, quæ facta sunt intellecta conspiciuntur. Sat ergo sunt nobis visibilia, quæ condidit supremus conditor, vt magisterio suo nos ad diuina colenda ducant. Præterea Aristoteles magnus in doctrinis vir intellectũ agentem eò vocat, quia anima per illum agere intellectionem omniũ valet: & possibilẽ quia omnia ab agente elaborata in sinum suum concipere potest: ergo nostro marte vniuersa diuina atque humana intelligere possum⁹. Ad hæc Iudex cælestis exacturus ab hominibus finalem propriorum gestorum rationẽ non alterius quam misericordiæ rationẽ sub ducet, Vnde misericordes dotabit perpetua beatitudine, & inmisericordes perpetuò afficiet supplicio, at verò misericordiæ opera à natiuo dictantur lumine. Quis enim nesciat, etiam infidelium hominẽ pascere fame morientem, & id genus alia esse egregia opera. Istis præterea iungito celebre Philosophorum illud proloquium. Qui dat formam, dat

Scopus Theologiæ scholasticæ.

Esa. 7.

Sacrã scriptura uadit cum silentio.

Auerroes sur sine lege

1. Argum.

2. Argum.

3. Argum.

4. Argumẽ.

5. Argum.

conse-

6. Argumentum. cõsequentia ad formã, vt quia grauibus inditum est desideriũ ima petendi, donatũ est illis pondus, quo desiderium suũ expleant, & leuia itidẽ leuitate, vt sublimia conscendant, at homini innata beatitudinis est appetẽtia. Omnes enim homines hoc summopere affectant beatos esse, & omni prorsus carere miseria, habẽt ergo naturaliter, aut habere possunt quo adiutetur & absoluatur hæc appetẽ

7. Argumentum. tia. Deniq; cum istis facit omnibus quod Augustinus. 7. lib. confessio. c. 9. memoriæ prodidit. Euãgelium Ioannis apud Platonicos inueniri: si non verbis eisdem, cæterum eodem

8. Argumentum. sensu. Extat quoq; Serapidis oraculum Thulli Aegypti regi expromptum, quod Sãctam Trinitatem deprompsit. Et quis non stupe-

9. Argumentum. scat legens Pimãdrum Trismegistum. c. 1. in hæc verba. Deus mens est vtriusq; sexus fœcunditate plenissimus, qui cũ verbo suo mentem alteram opificem peperit: ignis, & spiritus, & numen. &. c. 13. Sacri fontis dotes aperit dicẽs, Ante regenerationem saluus esse nemo potest. Et Plato in Epinemonide beatitu

Mercurius nouit baptismi gratiam. dinem futurã iustis decretam esse clara pronunciat voce. Præscientiam itidem diuinam, curamq; cunctorũ & prouidentiam Deo esse intrepidè fatetur. Et quis numerabit poetarum præclara de diuinitate verba, Sibyllarũ oracula, miranda quoq; carmina quæ de iudicio finali diuino, & alijs Christianæ fidei sacramentis deprompserunt. Quos tamẽ omnes reuelatio diuina non imbuit: at lumine vernaculo naturæ illa edixerunt. Et Lactantius lib. diuinarum institutionum tibi hæsitãti fidem faciet Quam etiam augebit. D. Augustin. libris de Ciuitate Dei. Et August. Eugubinus lib. de perenni Philosophia. Qui sanè ad satietatẽ vsq; poetarũ, & Philosophorum de hac re profert testimonia. ¶ Porrò au

Argumentũ in contrariã partem. tem in diuersum est Paulus tradẽs ad Hebr. 11. Sine fide impossibile esse placere Deo. Fides ergo necessaria est diuino placamẽto: at fides hæc non est humani ingenij proles, sed supernæ reuelationis opus. Eodem Apostolo testãte. Gratia (ait) estis saluati per fidem, & hoc non ex vobis, Dei enim donũ est. Ad

Decisio quæstionis. Ephe. 2. Aduertendum est autem in huiusce modi quæstionis enodatione vti distinctione esse opus facto, vt clareseat. Etenim hoc loco non reuocamus in dubiũ, diuina consilia incomprehensibilia nos latere, illaq; fugere humanã mentẽ. Nullus enim Philosophorũ adeò extitit rudis, qui Deũ nõ duceret incõprehẽsibilẽ, & diumã scientiã, atq; cõsiliũ: nostra facilè vincere ingenia. Id q; dñs docuit Acto. 1. in hæc verba. Nõ est vestrũ nosse tẽpora vel momẽta, quæ pater posuit. In sua potestate. Et Paul⁹ ex diuinorũ arcanorũ cõsideratiõe attonit⁹ exclamat, ò altitudo scientię, & sapiẽtiæ Dei, q̃ incõprehẽsibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ ei⁹. Ad Rom. 9. &. 1. Co 1. Corint. 2. rint. 1. Quæ Dei sunt nemo cognouit nisi spiritus Dei. Et dubio, pcul prædestinatio Sanctorũ, & reprobatio iniquorũ latẽtissima sunt: at huiusmodi Dei cõsilia atq; iudicia in prõptu habere, beatitudini assequẽdæ nõ est necesse. Porrò aũt q̃ nũc agitur, est si necessaria est doctrina cælit⁹ reuelata, vt mortales optata cælica fruãtur beatitudine. Neq; rursus vt à cõfessis semper exordiũ sumamus, de vtilitate doctrinæ iã à Deo reuelatæ sermo dubi⁹ est. Nãq; stupidi est cerebri, & nõ emũcti nasi, qui hoc hæsitaret. reuelatio nãq; diuina nõ otiosa, sed momẽti multi est. Deus enim & natura nihil temerè præstãt. Verè igitur omnis doctrina diuini⁹ inspirata vtilis est, ad docendũ: tametsi hæc vtilitas ad quãdã necessitatẽ est referenda. Vt Paul. 2. ad Ti. 3. Magnifice sermone docuit. Vt ergo iugulũ quæ *Iugulũ quæstionis petescripturas sanctas iã à Deo reuelatę cõtrouer fit.* sia hæc vertitur. si prorsus hæc necessaria sit, citra cuius opẽ homini nõ pateat æterna salus. Et sanè cõclusio est ex fide, affirmatiuè respõdẽs, quæ catholicis cõfessa est, quãq; *Conclusio fidei.* proclamãt sacratissimæ Bibliorũ Musæ. Nã quid illud est Ioannis. 8. Ego sum lux mundi: qui sequitur me, nõ ambulabit in tenebris. Ergo qui ambulat in tenebris nõ sequitur Christũ. Et illud etiã. Ite in oẽs gentes, prædicate euangeliũ omni creaturæ. Qui crediderit & baptizabitur, saluabitur: qui aũt nõ crediderit cõdẽnabitur. Mar. vltim. Et apud Esa. ca. 60. Tenebræ operiẽt terram, & caligo populos: super te autẽ orietur dñs, & gloria eius in te videbitur. Quid autẽ est q̃ moror hæc indicare, cũ tota scriptura hoc passim clamitet? Et rectè illi apud Mar. c. 1. stupebant de doctrina Christi. Quę nã doctrina hæc noua aiebãt? Et scitè appellabatur noua, nõ enim illã excogitauit humana industria, sed diuina docuit intelligẽtia. Cæterũ q̃a res est hæc cum *Agitur res cum Philosophis Philosophicè.* Philosophis vẽtilãda, ab oraculis sacris supsedẽ dũ reor, quæ Philosophis accepta nõ sunt. Ideò ratiõib⁹ solertioribꝰ agẽdũ erit, quas ip si lubẽti⁹ q̃ sacra recipiẽt. Et eqdẽ si rẽ istã oculati⁹ introspicim⁹, nõ admodũ perspicua est. Siqdẽ Peripatetici beatitudinẽ asserẽtes, non

aliam

aliam crediderunt homini obtingere quam inſpectionem diuinarum ſubſtãtiarum, quæ ſanè homini in mortali degenti carne cõtingere rati ſunt: at verò ad hanc obtinendam Moralis philoſophia, & cæteræ quas humanus peperit ſpiritus ſcientiæ, abundè ſufficiunt. Iſte enim tradunt vnum Deum eſſe, & angelos eſſe, quos intelligentias eſſe affirmant: aliaq; omnia huic parãdæ beatitudini neceſſaria diligẽter docẽt. Verũtamẽ ſi mẽs humana mole corporea onuſta beata eſt, quando compos ſit diuinæ contemplationis: quid ꝙ beatior ſit corporis ſarcina depoſita? Et re vera ſi Ariſtot. teſtante. 3. de Anima text. 36. Intellectus actu, eſt ipſæ res intellectæ, ergo quando actu intelligit diuina, eſt ipſe quoque diuinus, & ſi intelligit abſtracta, eſt ipſe ſuaptè natura abſtractus. Solutus igitur carnis nexu, purior erit, & nanciſcetur defęcatiorem intelligentiam, & ſuis functionibus liberius mens humana fungetur. Erit ergo tunc illi beatitudo fœlicior, & permanentior. Cui accedit id, quod ipſe Ariſtot. veraciſsimè aſſeruit. 12. Meta. tex. 17. Intellectum permanere defuncto vita corpore, nihil prohibet. Hæc eſt igitur illa beatitudo, de qua diſputatio vertitur noſtra, nũ ad hanc aſſequendam beatitudinẽ doctrina diuina ſit neceſſaria? At Stoici hanc beatitudinem olfecerunt, vt Cicero lib. de Senectute in fine planè affirmat. Poſt aſſertam enim animorum immortalitatem, illa indicat præclara verba, O præclarum illum diem, cum ad illud diuinorum animorum concilium, cætumq́ue proficiſcar, & ex hac colluuione diſcedam. Iſti autem venturam animorum fœlicitatem profitentes non per doctrinam ſupernè indicatam, ad illam proficiſcẽdum eſſe perſuaſum habebant: ſed per humanas doctrinas rem hanc crediderũt peragendã. At verò ſupererat ſciſcitari ab illis huius cõcilij diuinorum animorũ qualem putabãt, & ſperabant eſſe, futuram fœlicitatẽ, & vtique nõ aliam dixiſſent ſi ſaperent quam in diuina contemplatione. Eſt nanq́ue fœlicitas humanæ mentis in optima & ſyncerrima illius operatione credenda, qualis eſt diuina Theoria. Age verò num hæc confuſanea eſt diuinitatis theoria, ſeu inſpectio? non arbitror. Etenim hæc animam non beat, neq; deſiderium natiuũ beatitudinis explet. Etenim ſi confuſaneè Deũ intuemur, inabſoluta eſt intuitio, neq; admodum elaborata eſt contẽplatio. Nõ ergo illa mentẽ beat humana, quippe quæ obſcura & imperfecta eſt. Quãobrẽ neceſſariò cõficitur, illã diuinorũ animorũ diuinitatis cõtemplationẽ, quæ illos exactè & omnibus ſuis numeris beatificat, clarã eſſe diuini numinis contẽplationẽ. Hæc autẽ vires illorum animorũ facilè vincit. Eſt enim ſupra vires creatarũ mentium Deũ videre aperta viſione: vt locus huius rei aptus te vberius docebit. Iã verò ſi beatitudo mentis humanæ eſt ſupra facultatem totius naturæ, quid ſupereſt niſi ſolũ Deum eſſe illius authorẽ, & largitorẽ? Quapropter media, vt illam aſſequatur hominis intellectus etiã vincunt humanas vires. Quorum in numero primum eſt cæleſtis doctrina: quæ formã mediorum tradet, quæ ad claritatem diuinæ viſionis pertingendã, citra fallaciam ſit ſufficiens. Vt nanq; ignis formam igneã introducturus, ipſemet fini intento exequẽdo, lignũ calore præuio, atq; ſiccitate prępa rat: ita Deus hominem beatificaturus doctrinis diuinis inſtituit, & ſacramentis purgat. Nam ſecundum finis rationẽ media quoq; ſunt præexigenda. Ergo ſi finis naturam ſuperat, & media itidẽ ſuperabunt. Eſt ergo noua cæleſtiſq; doctrina neceſſaria beatitudini cæleſti adipiſcendæ. At verò forſitan te cunctantem cerno, quænam hæc ſit ſacra doctrina? num ſolũ ea eſt quã ſacri claudũt codices? num Sãctorũ doctrinæ? num conciliorũ œcumenicorũ? num eſt Theologia eriſtica, hoc eſt, diſputatiua, ſeu litigioſa, quam modò profitemur? Nã ſi hæc vniuerſa dicenda ſunt, doctrina neceſſaria doctiſsimis duntaxat patebunt regna cælorum. Cũ tamen ſæpè ſurgũt indocti & rapiũt cælos, & doctiſſimi quiq; nõnũq̃ mergũtur in Stygias paludes. At verò hæretici fœdas cõtra Eccleſiã Dei excitauerunt tragœdias. Vniuerſa enim quæ ſancti Doctores ſcriptitarunt, maculauerũt, nã conciliorum fidẽ eleuant, & Scholaſticã Theologiã lupanar Satanę duxit eſſe Lutherus. Præterea armantur cõtra illã Pauli ſermonib⁹ ſcribẽtis Tito. c. 3. ſtultas (ait) quæſtiones, & genealogias, & cõtẽtiones &c. deuita. Et. 1. ad Timo. 6. Superbię docet eſſe, & lãguoris ſpiritualis, quæſtiones agere, & pugnas verborũ texere. Id quod videtur illis ſcholaſtici muneris eſſe. Et. 1. ad Corint. c. 1. Obſecrat, vt id ipſum ſapiam⁹ oẽs. At ſcholaſtici nõ id ipſum ſapiũt, qppe Thomas aliud docuit, ꝙ Scoto nõ collibuit, & varijs dmũ diſcindit ſentẽtijs ſchola Theologorũ, varioſq; ſequitur principes. Vt Philoſophorũ gymnaſia,

10. Ethi. c. 7 *Ad beatitudinem Peripateticã ſeu Philoſophicam ſat eſt Philoſophiæ præſidium, non tamen ad Theologicam.*

Notandum ex Ariſtotele.

Animorum immortalitas ex Ariſtot.

Egregius contra philoſophos diſcurſus.

Confuſa notitia Dei non beat hominem,

Notitia perfecta, id eſt, clara Dei uiſio ſuperat noſtras uires.

Theologia eriſtica.

Alluſio ad Auguſt. uerba lib. confeſsio.

Argumenta Hæreticorũ contra Scholaſticã Theologiam.

fia, olim alia Academica, alia Peripatetica, alia Stoica fuere. Quibus accedit quod Eraſmus Roterodamus in Theologiam hanc obiecit, contaminatam eſſe Ariſtotelis legibus, atque placitis. Cur enim vocanda eſt Sacra Theologia, quæ tota Ariſtotelem concrepat? Et vt hominis verbo vtar, quam ſi Hieronymus (ait) vidiſſet, tota libertate in rem indignam detonuiſſet. Eſt autē Hieronymi ſententia, quam ipſe inſinuat ad Fabiolā ſcripta in hæc verba. Philoſophorum dogmata idola & primo genita Aegyptiorū ſunt: quæ ſcholio ſuo donās Eraſmus protulit, quę commemorata ſunt. Et in Moriæ enchomio ſub aliena perſona quaſi Barbaros ridet Theologos ſcholaſticos, & nunquam non inuehitur in illos. Et vtiq; vt verum fatear, doleo hominem literatiſsimum, de re Chriſtianæ reipublicæ commodiſsima temerè toties indignari. Siquidē quod Hieronymo in vſu fuit, miſcere Philoſophorū placita ſuis ſcriptis, & poetarum fabulas, imò & Auguſtino, & cæteris patribus, cur indignatur li ſcholaſticis vſu veniat? Et quod mireris vehemētius Hiero. Apologia vltima in Rufinum, ſe Philoſophū eſſe Theologum, Grāmaticum Trilinguem gloriatur. Cur ergo Philoſophorū placita, & dogmata viciat dicens, idola eſſe? niſi vt ſapias, illa dogmata intellexiſſe idola eſſe, quæ falſa ſunt, & Chriſtianæ aduerſantia fidei, quæ quoque Paulus cauenda Romanis ſcribens, præmonuerat. Cætera autem amplectenda ſunt, tantùm abeſt, vt reijciantur. Apoſtolus enim Romanos docet. c. 2. inuiſibilia Dei per viſibilia creaturæ captanda eſſe. Veri autem Philoſophi hæc viſibilia ſcrutati ſunt diligentiſsimè. Vocandi ergo ſunt à Theologis vt egregij noſtri cooperarij: vt rē Theologam ſuis placitis iuuent, & promoueant. Non ſanè vocandi ſunt, aut accerſendi, vt cenſores, hoc abſit, ſed vt famuli diuinę ſapientiæ. An non ſcriptura diuina ſæpè Philoſophica exempla ab ipſa natura petit? Cognouit bos poſſeſſorem ſuum (ait ſacer vates Eſaias) & aſinus præſepe domini ſui. Et Ieremiæ. 8. Miluus in cælo cognouit tempus ſuum, Turtur, & Hirundo, & Ciconia cuſtodierunt tempus aduentus ſui. Et Paulus ſecundo ad Corinthios. 11. Docēs mulieres velato capite precaturas Deum, in Eccleſia, naturam duxit in exēplum, vt Iacobus philoſophatur, Nunquid fons ex eodem foramine emanat dulcem & amaram aquam? Vt & Dominus Matth. 7. eadē arte dixit, Nunquid ex ſpinis colligunt vuas? aut ex tribulis ficus? Et id genus innumera colliges. Non ergo exibilandi ſunt Philoſophi, aut exufflandi ab area Theologica, imò planè ad noſtrū contubernium aggregandi. Id quod D. Auguſtin. 2. de doctrina Chriſtia. cap. 18. & cap. 40. teſtatur dicens. Verba Philoſophorum, quæ fidei congruunt non eſſe formidanda Theologis: imò ab illis extrahenda, vt ab iniuſtis poſſeſſoribus, vt fidei catholicæ ex vſu ſint. Et Hierony. in com. ad. 1. Danie. c. Aduertendum (ait) eſt ſecundum Anagogen, quod Rex Babylonis non potuerit vniuerſa Dei vaſa transferre: ſed partem vaſorum templi Dei, quæ intelligenda ſunt dogmata veritatis. Si enim cunctos Philoſophorum reuoluas libros, neceſſe eſt, vt in his reperias aliquam partem vaſorum Dei. Vt apud Platonem fabricatorem mundi Deum, apud Zenonem Stoicorum principem inferos, & immortales animos, & vnū bonū honeſtatē. Sed quia iungunt mendacium veritati, & naturæ bonum multis malis, ideò partem vaſorum Dei, & non omnia vaſa integra atque perfecta accepiſſe memorat. Quamobrem ipſe Damaſo Papæ ſcribens, de filio Prodigo meminit in hæc verba. Dæmonum cibus ſunt carmina poetarum, ſecularis ſapiētia, rhetoricorum pompa verborum. Hæc omnes ſuauitate delectant, & dum aures dulci verſibus modulatione currentibus capiūt, animam quoque penetrant. Hæc inquam parciùs ſunt intelligenda verba, quàm efferuntur. Quandoquidem rhetorica pompa Hieronymus inter Eccleſiaſticos Doctores floret, vel maximè, ſecularique ſcientia locuples eſt, & carminum poeticorum nunquam non meminit. Cæterum quod inſinuat eſt id, quod ſępè diximus Philoſophos, Oratores, poetasque Gentium legēdos non tanquam fidei, & morum cenſores, eſſet enim hæc illorum venenata lectio, & lectoris animum non leui noxa corrumperent: at illos legere cum diſcerniculo, & delectu, grana veritatis à paleis falſitatis diſcernendo egregio iuuamēto eſt nobis non nocumento, vt rectè Damaſcenus libr. 4. de Fide Orthodoxa tradidit. cap. 18. peregrinorum authorum mentionem faciens. Si autem (inquit) ab his, qui foris ſunt, decerpere aliquid vtile valuerimus, non eſt aſpernabile. Neque contra Paulina monita ſchola Theologorum noſtrorum immorigera eſt, vt Eraſmus illi impegit. Nanque in dogmatibus fidei ſcholaſtici diſcre-

Eraſmi de Theologia ſcholaſtica cenſura.

Eraſmica cēſura de Theologia ſcholaſtica refellitur.

Hieronymꝰ exponitur.

Zeno princeps Stoicorum.

Hieronymus exponitur.

Philoſophia uocanda in rem Theologam.

Damaſceni documentū.

Eſaiæ. c. 1. Exempla ſacra quæ colligunt Philoſophiam ſyncerā ex uſu eſſe Theologis.

diſcrepant nihil. Nam idem dicunt, id ipſum ſapiunt omnes, vt neque in dogmatibus eccleſiaſticis. Nam hæc mordicus tenent: tantum abeſt vt in eis diſcrepent. In decretis quoque ſanctorum, in quibus ipſi ſibi inuicē conſentiunt, nulla eſt in ſcholis diſſenſio: in cæteris autem, quibus pro libito arbitrari, quod maluerint, poſſunt, diſſenſiones ſunt Theologorum. At diſſidia ſunt ſanè hæc, ſine fidei, & veritatis catholicæ periculo in arbitrio nanque doctorum optio cuilibet eſt, arripiat quod arriſerit vehementius. Hinc quidam Thomam, alij Scotum, alij Durandum amplexantur. Multa nāque ſunt Theologica, quæ problematica ſunt, neque omnia ſub cenſura fidei nuncupanda veniunt. Et quod obtendunt nobis ſtultas nos cōuoluere quæſtiones, dixerint ipſi. Num ſtulta quæſtio eſt, ſi ceremoniæ Moſaicæ ceſſauerunt ſub Chriſto? & quando? quam quæſtionem retulerunt Antiochiani ad Apoſtolicum ſenatum Acto. 10? Nū ſtulta quæſtio eſt, quid Petrus flagitij admiſit à Paulo acerbius reprehenſus? ad Gala. 2. de qua queſtione grauiſſimi patres Hieronym. & Auguſt. acerrimè dimicant? Num ſtulta quæſtio, num angeli corporei ſunt? ſiquidem eos legimus apparuiſſe in corporibus, & eſitaſſe cibos apud Tobiam? Num ſtulta quæſtio, ſi corpora ſanctorum à reſurrectione alimentis egebunt? ſiquidem legimus dominum ſub reſurrectionis gloria ex piſcibus, & ex mellis fauo victum accepiſſe? Et quis poterit hoc genus denarrare quæſtiones, quas Theologi ſcholaſtici mirabili eruditione verſant, & enucleant, vt ſenſa ſacra diuinorum referentur librorum? Non has damnat Paulus quæſtiones: ſed inutiles & noxias, quas Iudæi infideles, & Gentes Chriſtianis obijciebant, à quibus abſtinendum Paulus docet, quippe ſine fructu agebantur cum infidelibus. Quod ſi fructuoſa eſſet, ad fideique profectum conducens tractatio quæſtionum cum infidelibus, nunquam illas Paulus ſubmouendas tradidiſſet. Lege Theophilatum com. ad Pauli epiſtolas indicatas. Et demū quales ſint quæſtiones Chriſtianis aptæ, quæ diſſerantur, lege Hieron. ſi ſcire cupis in comm. epiſtolæ ad Titum, loco indicato. Iſtis diſertis rideiam hæreticorum inanem faſtum, qui ſolum verbum Dei audiendum buccinantur, quia verbum Dei manet in æternum. Cætera reſpuunt, ſiue concilia œcumenica, ſiue Sāctorum conſenſiones, quia homines cū ſint, & fallere poſſunt, & falli. Scilicet hæretici dij ſunt, ideò neque fallere poſſunt, neque falli: cū ſint alioqui homines nugaciſimi? Cur ò ſtupidi, & tardi corde ad credēdum, vobis intelligentiam ſanam ſcripturarū arrogatis? quis Deus vos tanto honore ditauit? Petro audio dictum. Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam. Matth. 16. Et rurſum, Ego rogaui pro te Petre, ne deficiat fides tua. Luc. 22. Num hoc dixit dominus Ieſus Luthero, & ſequacibus? Petrus ergo, & qui illius vices gerūt pro Chriſto in terris hoc donantur officij: non vobis commiſſum eſt. Cur ergo inſani inſoleſcitis contra Petri ſedem, & magiſterium, vt olim Maria contra Moſem? Iam vero quæramus ab iſtis ceruicoſis hominibus, num turpis eſt, aut reijciendus riuulus, qui fons nō eſt? nō arbitror. Quid ergo aiunt? concilia non ſunt ſacra ſcripta. fateor. Doctrinæ enim ſanctorum, ſacra oracula non ſunt, ideſt, neque hæc neque illa libri canonici ſunt: num ergo propterea reijcienda ſunt, ſi canonica non ſunt? non equidem. Nanque à canonicis emanant ſcripturis, & à fontibus iſtis limpidiſſimi, ſicut emanantes ſunt riuuli: proinde doctrinæ ſanctorum, & concilia aquas habent ſaluberrimas. Non ergo eſt cur auerſentur illa hæretici. At vero veſtra vafricies illa deſpicatur, quia veſtram infernalem machinam ſancta concilia demoliuntur. Porrò occinitis nobis clariſſimas eſſe ſcripturas, & non egere interpretamentis ſanctorū. Sed amabò ſi clariſſimæ ſunt, vtiq; intellectæ planè ſunt à ſanctis eccleſiæ vetuſtioribus patribus. Etenim viri fuerunt præſtantiſſimi ingenio, clariſſima igitur ſcripturarum verba (vt vos dicitis) re vera aptè intellexerūt. Nam clara, vel mediocri ingenio patent: quid quod acerrimis pateant? Quare ergo ſanctorum intelligentiæ non hæretis? Equidem effugere vobis non licet, & claritatem ſcripturæ vos iactantes, iugulum aperitis, quo celerius iugulemini. Imò (mihi credite) & inſigne illud documentum quod volumē decretorium tradit obſeruate. 37. diſtinct. cap. relatum. In ſanctis (ait) ſcripturis obſeruandum eſt, ne propria abundemus intelligentia: ſunt enim plura, quæ vnuſquiſque poterit in eum ſenſum referre, quē præſumit. Et excepta ſunt verba hęc ex Epiſtola Clemētis Papæ XV. & vt prius agamus, ſi plana ſunt verba diuina, cur dis aperuit ſenſum Apoſtolorum, vt intelligerēt ſcripturas Luc. 24. Dixeris fortaſsis vt intelli-

Concertationes Theologicæ, de quibus.

Moneæ ſunt diſputationes Theologorum.

Paulus exponitur.

Notanda retorſio in hæreticos.

Obſeruandum contra hæreticos argumentū.

Sanctorum doctorum ſcripta non ſunt ſacra ſcriptura.

Documentū obſeruandū ne erretur in ſcripturarū lectione.

Argumenta contra hæreticos.

telligerent in Christo impletas. Iam ergo cur ait apostolis. Spiritus quē ego mittam vobis á patre, ille docebit vos omnem veritatē. Et rursum, Et suggeret vobis omnia quæcūque dixero vobis. Ioan. 15. Cur etiam ad Ephe. 4. Inter gradus ecclesiasticos sunt doctores, & prophetæ? Sunt autem prophetæ sacrarū scripturarū interpretes, vt Ambrosius exponit, eundem versans locum. Si clara sunt omnia, docent locum apertum, qui nullam confusionem naturarum in Christo indicet, nullāque mixtionem, vnamque esse personam in duabus naturis subsistentem. Et hoc genus innumera quæ sanè ecclesiastica interpretatione indigent. Et vt ingenuè fatear, quædam sunt in scripturis clara, alia sunt obscura. At hæretici quæ clara sunt obscuraeiunt, falsas & cōmentitias inuehentes commentationes. An non clara est Christi diuinitas in scripturis? At Arrius cauillis suis illam obscurauit. Non ne clara est vnius Dei maiestas? at Maniche⁹ illam turbauit suis insipientibus commentis, asserens duo esse principia. Et vt tecū res hæc sit Luthere, An nō clarum est in scripturis fidem sine operibus mortuam esse? & cauillis tuis, & peruersis tuis dogmatibus fidei candorem turbasti, quem spiritus Dei clarè docet. Et sexcenta sunt hoc genus exēpla, quæ parcens fastidio prudens prętereo. Quibus tamē omnibus illud accedit: quod diuus Hilarius lib. de diuinitate patris, & filij testatur, verbis (ait) planissimis. Diuina scriptura quæ necessaria sunt saluti, docuit, & vt cæperam dudū dicere clarè traditur articulus trinitatis, & incarnationis verbi, &c. Verum hæretica machinamenta & fraudes impiorum hominum alioqui clara obscura reddiderūt, & quæ erāt plana accliuia fecerūt, torquēdo scilicet scripturas in aliū longe sensum, quam à dictatore Spiritu sancto erant dictatæ. At vero neq; tam clara est scriptura diuina Augustino, & cæteris patribus, quam neotericis istis hæreticis ille enim ad Volusianū scribēs, illius minatur obscuritatē quoad mysteria eruēda, quibus eruēdis, fœliciſsimū ingeniū, ociū multū, longum & indefessum studiū est necessarium: etsi vt capiantur, quæ saluti comparandæ exiguntur, tanta difficultas non stat. Itē Gregor. 20. Moral. cap. 1. illi subscribit. Neque sic (ait) clausa est, vt expaueſci debeat, neque sic patet vt vilescat. Porrò autē miscuit diuinus spiritus, aut potius claritatē cum obscuritate temperauit, vt habeant sapientissimi, & ingenia acerrima quod mirentur, & habeant minores, & tardiores, quo cibentur. At tametsi tardus sum, cæterū mecum ipse sepe hoc agito, hoc non semel menti subit, quāto scilicet artificio sint contextæ diuinæ literæ: etenim sub planissimo, & vsitatissimo sermone grandia abscōdit sensa. Non enim perspicuum est quantus sit præter alia multa cōsensus inter vmbram & lucem, inter vetera prophetarum oracula, & euangelicas veritates, quæ de Christo illi prædixerūt. Rursum quæ de apostolorum celsitudine, quæ de conuersione gentium, quæ de noua ecclesia condenda, quæ de ruina prioris synagogæ, deque illius perfidia, & rebellione, & id genus alia traduntur innumera, non cuiuis patebunt, nisi exercitatissimis. Hæc enim sapientia est, quæ abscōdita est mysterio, vt Paulus ait, quæ his sublucebit, qui exercitatos habēt sensus, sunt enim hæc solidus cibus, qui grandia amat ingenia. Porrò lac quoque suggerunt paruulis Christianæ literæ: leuat nanque in sinu suo & agnos, & fœtas. Et demum quod philosophi obscurissimo sermone & sub multis spinosis disputationibus docent, diuinæ literæ simplici tradunt verbo, & quod alicubi obscurius ꝓponitur, alibi clarius edisseritur. Subit quoque quod Aristo. dixit. 1. Meta. signum sapiētis esse docere. Hæc igitur scriptura sapientissima est, omniū etenim facilius, certius, salubrius, commodius, breuius cæteris omnibus scripturis docet. Tu legito Augus. lib. 2. de doctri. Christ. ca. 6. fusius hęc tractantem, obtrudātur iā impiorū oravniuersa sacra scripta clarissima esse contendentium, solamq; peritiā linguarum necessariam esse, vnde Germani in vernaculum sermonem illa ediderunt, freti Lutherana authoritate, qui hoc faciendum instituit, qui instrumentū nouū peruersē & non fideliter in vulgarem transtulit sermonē vt Ioannes Cocleus meminit. Quæ corruptela in Hispanos irrepsit nostros, nā ex sacrorū codicum Hispana versione cerdones & futores de diuinis disputare, aut nugari iā audent, hincq; seminarium fuit, vt pleriq; multi proh dolor Germanicū ebiberūt virus. Et quod Hiero. Paulino scribens de suo seculo dolet, & horret, ab agricolis, & cæmētarijs, diuinas literas teri. Hoc Germani religiosum putāt, alioqui ꝓphanissimū tradēte dno. Nolite sanctū dare canib⁹ neq; spargatis margaritas coram porcis. Quare abusus hic rectē coercitus est munere inq̄sitorio, sufficit plebi rudi articulos scire fidei, & decalogū tenere vulgato sermōe, cū symbolo fidei, p̄e dñica, & vtraq; saluta-

In diuinis mysis nō omnia patent fidei arcana.

Difficilia in scriptura

Fidei articuli perspicuè traduntur alioqui non perspicui.

Scriptura sacra obscurissima est in mysterijs.

Hispana trāslatio sacrorum codicū seminarium est idiotis hæreseon.

ſalutatiõe beatiſsimæ Marthę,& deniq; alia, quę puerili chartula cõprehẽdũtur. Nam hęc ſatius puto vulgato rudibus, & idiotis perdiſcere ſermone, quàm Latino. Nanque ridenda illa faciunt, cum ſermone ab eis efferũtur Latino,& ſi Latina illa proferre lingua ſi cãdido animo proferantur, non eſt piaculum. At verò ſubtilitates fidei,& ſacramentorum theologorum controuerſias Hiſpano ludere ſermone(vt multi hac ætate fecerunt)ſuperuacaneum duco. Qui poterit ludat Latinè, nã quod medicorum eſt, promittunt medici, tractent fabri ſua fabri. Cur enim pandenda ſunt dogmata obſtruſa theologorum aſymbolis, & amuſis hominibus, vt legant, quæ non intelligant: id quod arcana negligere eſt. Et vt ſemel dixerim ſat eſt Chriſtianæ plebi concionẽs ſacras in eccleſia Dei audire, quas pro ſuggeſtu diuini verbi enarratores habent ad illam, quas vernacula lingua vbique gẽtium illi efferunt.

Hiſpano ludere ſermone fidei arcana non probatur.

At verò tempus admonet, vt ad id, vnde dilapſa eſt, remeet oratio. Erat nãque ſermo prior, doctrinam reuelatam ſuperne neceſſariam eſſe beatæ vitæ obtinẽdæ. Neq; tamen colligas ſubinde, ergo quidquid cõcilijs, quidquid ſanctorum libris, quidquid iurium eccleſiaſticorum codicibus comprehenſum eſt, quidquid deniq; ſcholaſtica agitat theologia ab omnibus fidelibus eſſe perdiſcendum. Etenim hæc doctorum eſt ſcire munus, plebibus autem ſat ſi principia fidei teneant, quæ ſunt articuli fidei, modo cæterorum inuolutam & generalem habeant fidem. Et profectò tanti facienda eſt doctrina hæc reuelata, vt arbitremur inter diuina munera præcipuũ obtinere locum. Actum nanque eſſet de humano genere, niſi illius eſſet ſulta præſidijs. Neque enim ſolum ad ea, quæ ſuperant aciẽ mentis noſtræ, callenda neceſſaria eſt, quin etiam & ad ea, quæ lumen naturæ demonſtrat, conducentiſsima eſt. Reperias gentes barbariſsimas apud Indos, qui adulteria non aduertunt, quia in vulgato ſunt illis ſine animaduerſione, vſu, vt extat in vrbe Calecucio, & alias reperias regiones apud quas homicidia perpetrare religionis eſſe dicatur. Nam homines admodum ſenili ætate proiectos, aut morbiculoſos morti tradunt gentes quædam barbaræ, vt liberent eos à vitæ tædio. Et Plinius conſummatæ eruditionis alioqui vir conſummatam habuit de re hac imperitiã: dixit enim. Nihilo melius natura conceſsit homini, quàm mori: & optimum eſt, hominem ſibi mortem præſtare poſſe. Et demum nihil notius quàm vnum eſſe Deum optimum maximum, ſummèq; colendum. At quod etiamnum ſunt idololatræ, vides ne quanta ſit corruptio humani ingenij, vitians etiamnum quæ natura ſyncerrimè docet? Et vt res ſit tibi hæc perſpicacior, volue & reuolue philoſophorum placita, ſi illis hærere ſatagis, & non habebis vbi pedem figas, tanta ſunt varietate dogmatum referti. Hinc Plato ſapientiæ antiſtes Plinio, in Theethæo philoſophos carpit de inconſtantia, & de contentione. Carpendus ipſe quoque, quippe qui eidem noxæ ſuccumbit, quia inconſtans obſcurus ſenticoſus, varius, dubius, & incertus eſt: poſt multam eius lectionem neſcias quid velit. Quare Porphyrius in lib. de electorum philoſophia philoſophos tradit non eſſe recipiendos in duces ad beatam aucupandam vitam: quã apud Phœnices, & Aegyptios, Hebræos, & Lydos fatetur eſſe reperiendam. Id quod eodem teſtante Apollinis oraculũ decreuit dicens, in veritatis diuinæ notitia Hebræos cunctis nationibus eſſe præferendos. Et rectè, nã ſalus ex Iudæis eſt. Ioannis. 4 Idemq; ſapit cum Porphyrio Iuſtinus martyr in apologetico cõtra gentes, philoſophos que primarios Platonem, & Pythagorã docet multa de diuinis ab Hebræis didiciſſe. Ad hæc Plato clamat animos humanos eſſe diuinos, & non ſolui cum corpore. Ariſto. autem non item, vt multi Græcorum & Latinorũ crediderunt. Nam Theodoretus li. 4. de curandis Græcanicis affectionibus hoc ſapit, cum Gregorio Niſſeno. in libr. de anima. Et quidam ex Italis philoſophis eunt in eandem ſententiam, quibus ego non aſſentior. Lege ad. 3. lib. de anima commẽtaria noſtra, quod ſi dixiſſent, non perſpicuè immortalitatem docuiſſe animorum Ariſtotelẽ libentius illis aſſenſiſſem. Itẽ in diuina prouidentia aſſerenda, quam trepidi fuerunt, lege dilucidationes noſtras ad Eſaiã. Et Plinius libro primo illam planè negauit. Præter hæc accubitus vagos conceſsit Plato, qui connubia ſoluunt. Ariſt. 7. Politi. infantes parentibus orbos trucidandos crudẽliter docuit. Porphyrio ſacrificijs ex animalibus non litandus eſt Deus ex Platone in Phœdone. Et Theophraſto autore antiqs diuinitatis cultus nõ ex thure aut hoſtijs erat ſed ex fœno in altum iacto. Alijs pueros mactare dijs fuit religionis, alijs vxores viuas in rogũ ducere cũ viris vita functis ſanctũ eſt. Et immẽſi ſanè eſſet operis in hæc

Diuinæ doctrinæ reuelatio præcipuũ eſt Dei munus.

Plato uarius et obſcurus eſt.

Platoni animus humanus immortalis.

Lib. de legibus.

Varia philoſophorum placita de colendi Deum ritibus.

hæc omnia producere sermonem . At verò hæc vniuersa tanto ambitu sermonis conuexim us,quò promptum sit tibi doctrinæ reuelatæ à Deo in scripturis sanctis,quanta sit necessitas. Etenim ad diuina,ea, quæ ipsa docet natura,nequimus Philosophos salutis habere duces:tanta est illorum varietas & inconstantia,atque fallentia,vt prædictum est. Nã si in animorum immortalitate , & in prouidẽtia diuina,quæ sunt religionis veræ cardines cæcutiunt & trepidi sunt,quis fidet illis obstrusiora diuinitatis sacramenta ?Quid quod si quid verè dixerunt,inutilè , & non exactè disseruerunt,vt Plato in Gorgia delictorum futura apud subterraneos manes supplicia decreuit. Vnde mira poetarum harum pœnarum inuolucra decantantur. Itidem & iudices statuunt apud eosdem incorruptissimos Minoem & Rhadamantum , atque Lycurgum. At in pœnis istis multa delirãt. Et quãquam nihil in istis neq; alijs dogmatibus deliraſſent,cæterum labes est in vniuersis , quia hominum sunt placita,quos spiritus Dei magisterium non docuit,ideoque & fallere & falli poterunt. Iam verò de necessitate hac decernere opus est facto. Nanque necessariũ, testante Arist. in multas sese pandit significationes. Est enim necessitas secundum legem, vt gubernatio est necessaria reipublicæ. Alia secundum finem,vt respiratio vitæ degendæ:alia simpliciter vt Deum esse:alia secundum naturam,vt imbres & caumata . Doctrina autem reuelata non est necessaria secundum naturam,quia ordo naturalis illam non poscit,neque simpliciter est necessaria, quia Deus sine illius ope homines alijs modis beare poterit. Est igitur necessaria ad finem,quia beatitudo æterna aliter assequi non potest, ex diuino ordine præscripto. Ideoque Paul. 2.ad Timo.3.illam vtilem dixit,quia vtile ad finem assequendum necessarium est. Vt cibus,qui vtilis est vitæ seruandæ , necessarius quoque est. Quare Damascen⁹ de fide.4.lib. c.8.doctrinam reuelatam conducentissimam esse dixit ad vitam spiritualẽ,vt irrigua aquarum plantis nutriendis. Indicante hoc ipsum Psal.1.Et erit sicut lignum , quod plantatum est secus decursus aquarum. Quo loco diuinæ legis libri ,fluentis decurrentibus aquarum conferuntur,& hærens illis,similis erit arbori fructuosæ. At scio obiecturum quẽquam cõtra hęc, paruulos lauacro sancto intinctos post mortem commeare ad regna cælestia:at doctrina cælesti hac imbui nequeunt ,quia infantes sunt. Dicito tamen anadochos.1. patri nos nomine illorum instrui doctrina reuelata. Quare catechismo paruuli respondere nõ possunt,at patrini,illorum vices gerentes,ad singula interrogata respondent . Sed quid si patrini non adsunt? Ecclesia sanè illis patrocinatur,fidem & eruditionem sacram illorum vice habens. Aut dicito ipsam baptismi susceptionem doctrinæ reuelatæ esse participationem. Rursum te mouebit . Quid ergo si quispiam in remotissimis partibus orbis hanc doctrinam reualatam inculpatè nesciat,& alioquin syncerè secundum legis naturæ præscripta,vitam ducat optimam? Vtque siquispiam huiusmodi sit,qui corã hominibus optimus sit,Deo non gratus,& insipidus est , vt apud Gentes plerique clarissimis extiterunt moribus,vt Socrates apud Græcos,& Scipio Nasica apud Romanos. At hi in peccatis nati cũ essent,& filij iræ coram Deo erant. Iam ergo etsi inculpatè quispiam vocem euangelicam ignoret,& propter inobedientiam fidei non damnabitur : at verò habebit originale peccatum & actualia crimina,ob quæ merebitur extrema supplicia,nisi Deus suo dono illustrauerit illius mentem,etiamsi vix reperies hominẽ inculpatæ ignorantiæ erga Christianam fidem. Etenim in omnem terrã exiuit prædicatio apostolica,& Christiani mixti sunt cum omnibus nationibus, præsertim tempore hoc,siue apud Tartaros , seu apud Indos orientales,& occidentales, apud Aethiopes,Aegyptios. &c. Christiani degunt, adeo,vt in remotissimis mundi partibus non longè ab imperio Chã,qui est summus Tartarorum Monarcha sunt gentes Cythai appellatæ,quæ vtrunque recipiunt testamentum,& Christum solũ colunt,& amant Christianam gentem:cæterum baptismo non vtũtur. Sed de istis alibi. At verò quia theologia scholastica non profana est doctrina , sed vt sacra recensenda est,est enim riuulus à sacris codicibus dimanans: cætera nanque,quæ ex profanis miscet authoribus , & quæstiones, quas mouet,in gratiam illustrandæ fidei , & repurgandæ ab hæresibus,& in gratiam diuinæ legis,& discernendi sanctum à profano illas inculcat:& quanquam nonnunquam immodicè rem agat:quippe nonnulla disserũtur,quæ resecari possent,non quia hæretica, at vt superuacanea. Cęterum donanda venia est illi,quia alia apprimè necessaria, & conducentissima Christianæ reipublicæ disserit. Ideoque pronuncianda est altera conclusio.

Ad docenda naturalia doctrina reuelata est conueniens.

Iudices animorum apud Gentes.

5. Meta. c. de necessario.

Doctrina reuelata est necessaria ex fine.

Obiectio cõtra dicta.

Paruuli quo modo fruuntur doctrina reuelata.

Secunda obiectio.

Christiani in omnẽ orbem sunt dispersi. Deus, ut ab illis infideles discãt fidem Dei.

Secunda concluſio.

Theologiam ſcholaſticam eſſe admodũ expedientem populo Chriſtiano: quam expedientiam, vt certa ratione accipias, ex duob⁹ illam te docebo. Primum ſanè eſt ſanctos doctores veteres multos libros condidiſſe, vt diuinas elucidarent literas, at libri horum ſunt in multis equidem exhibentes negotium etiã num doctiſsimis. Lege Hilarij libros de Trinitate, lege Auguſtini de eodem argumento codices, lege de natura & gratia, de libero arbitrio, de prædeſtinatione ſanctorum, & alia, quæ eriſtica fecit contra hæreſes, & lectio tibi valde operoſa erit, & intelligentia operoſior. Quid quod in quibuſdam ſtylus dur⁹ eſt vt in Hilario, & Ambroſio: in alijs verò florẽtiſsimus, at multam eruditionẽ in lectore petens, in alijs diſertiſsimus, vt in Auguſtino, ingenij acrimoniam non vulgarem exigens, vt aſſequatur. Deniq; ſi omnes doctores ſancti eſſent euoluendi dogmatibus Eccleſiaſticis eruendis, annoſiſsima eſſet habenda vita, & ocioſiſsima, & ingenium acerrimum, quod id eſſet præſtiturum. Porrò autem ſcholaſtica ſcientia hoc ſibi iniunxit onus, vt nos exoneraret, quia facili ſtylo quantum res ipſa ferebat, dogmata fidei tractat, ſanctorum placita colligit, vt explicet & referet, illorum obſcuritatem elucidat, illorum prolixitatem cõſtringit, illorum colliſionem ſoluit, ſi quæ apud illos ſunt errata, aduertit illa, vt caueantur: & quod Ariſto. ſtudium fuit Philoſophiã in methodum conducere, hoc idẽ de re Theologa Theologis noſtratibus, & quod illi eſt laudi, cur nobis probro erit, apud patres diſperſam Theologiam methodicã facere? vt verè methodicam Theologiam ſcholaſticã dixeris. ĩmodo ſi lubet, & debaccharei Theologiam ſcholaſticam, flexuoſam eſſe accuſa, & ſpinoſam, barbarã & ocioſam, & alijs hoc genus dicterijs, & ſycophantijs illam dehoneſta. Imò abſtine obſecro iam à cõuicijs, quippe quę in hanc reieceris conuicia, in te regerẽtur: quia rudis cum ſi , & exilis ingenij, quæ ignoras, damnas. Occines rurſum nouum eſſe inuentum ideò contẽnendam, num chalcographia, quia nouum eſt inuentum, eſt reijciẽdum? Num horologia, quę modò ſunt in vſu, quia centum & triginta annos non ſuperant, ideo ſpernẽda? Quid q̃ fides, q̃ tractat ſcholaſtica Theologia non noua eſt, ſanctorũ placita, quæ diſſerit, nõ ſunt noua. Eiſdẽ accedit Proſperũ iã pridẽ hoc idẽ Magiſti Sent. opus inſtitu ſſe, & Damaſ. etiã quatuor libros Orthodoxæ fidei cõcinnaſſe, inſtar cui⁹ Petrus Lógobardus quatuor ſentẽtiarũ libros cõpoſuit, illius ferè hærẽs veſtigijs, in librorũ ordine. Vt ceſſent deſipere iſti Grãmatiſtæ, qui nihil ſanctũ putant, niſi quod Ciceronẽ ſapit, & Laurentiũ redolet. At quia lõgiuſculo rẽ iſtã protraximus ſermone, paucis illa accipito. Primũ eſt, doctrinã per Chriſtum, Prophetas, & Apoſtolos ſanctos reuelatã, neceſſariã eſſe mortalibus cũctis, vt mortẽ non videant in æternũ. Secundum eſt. Hæc doctrina reuelata, quantũ ad fidei articulos explicitè & clarè, eſt ſcitu neceſſaria fidelibus omnibus. Tertiũ. Quantũ ad cætera, quæ in ea continẽtur, non omnibus fidelibus incũbit, illius explicatam habere rationem. Quartum. At paratũ habere animum Chriſtiani eſt officij, vt illa tunc credantur, quando autẽticè indicantur. Quinta. Doctrina reuelata hæc, quantũ ad fidei myſteria prorſus eſt neceſſaria. Sexta. Quantũ ad alias diuinitatis notiones non ità prorſus neceſſaria. At quia à lapſu primi parẽtis factus eſt homo ſimilis iumentis inſipientibus, ſuo modo eſt neceſſaria. Argumentis igitur, quæ diſertas veritates lędebãt, facere ſatis eſt opportunum. Quod ergo Apoſtolus dixit, Gentes, quæ legem non habent, naturaliter quæ legis ſunt faciũt: nõ eſt intelligendũ, vniuerſa quæ lex naturalis dictitat, gentibus prompta eſſe factu, adeò, vt ſuapte natura à gentibus exequi valerent. Quandoquidem primum mandatum eſt de diuino præſtãdo amore ſuper omnia, id q̃ naturaliter. i. ex naturæ viri b⁹ præſtare nequimus. Cæterũ quãtũ ad vnũ vel alterũ præceptũ natura ipſa ſat ſibi ſine ſupernaturali ope vt exequatur. Nãq; parẽtũ cultus prõptus eſt, & nõ occides, nõ furaberis. At omnia ſimul operi mandare ſimul decalogi præcepta neutiquã ex ſenatura hominis valebit. Deũ verò colere vnũ, illũq; precari, illiq; ſacrificia offerre hoc vtiq; valebit, quæ ſunt externi cult⁹. Præter hęc quoq; Deũ amare ſuper omnia. i. cunctis creatis præferre, natiuũ quoq;. Cæterũ ità diligere Deũ, vt pluris fiat ei⁹ delectio, q̃ cunctarũ creatura rũ, arduũ eſt opus, & vires naturæ trãſcendit. Lege declamationes noſtras, quas de Dei parãdo, & ſeruãdo amore inſcripſim⁹. At verò iſtis accedat hoc vnũ, q̃ eſt obſeruatu digniſsimum, naturalem hominis intellectum poſſe quidem lumine vernaculo, quod Deus in ipſo accendit (vt verbo peripatetico vtar ſecundo Rhetoric. cap. decimo octauo) Deum cognoſcere, & ipſum eſſe ſuper omnia colendum, & amandum, & cætera, quæ decalogus

Grammatiſtarum inſolix ingenium & audax.

Prima ſententia.

Secunda.

Tertia ſententia.

Quarta ſententia.

Quinta ſententia.

Sexta ſententia.

Ad argu. i.

Pauli locus exponitur.

Scholaſtica Theologia compendiaria eſt.

Obiectio hæreticorum.

Ad quæ ſe proferuis naturæ hu manæ.

calogus dictat callere. At multo maius faceſſit negotium decalogi impletio, quàm cognitio. Nam habet Ariſtotelis documentum de incontinentibus. 3. de Anima. c. 47. qui etſi intellectum habeant rectè dictantem, à voluptatibus eſſe abſtinendum, non tamen abſtinent. Cur ita? nāq; promptior eſt rei notitia, quàm eiuſdem operatio. Ideoque in cunctis agendis eligimus potiùs expertos, quam non expertos. Ad intelligendum enim diuina nō retrahit nos amor proprius, vt ad exercendū illa. Qui ſanè læſus eſt vehementiſsimè, & lōgè amplius quàm mens humana. Et dęmones à peccato læſi ſunt quoad affectum, at intellectus illorum in ſua perſtat antiqua perſpicuitate, teſtante Dionyſio de diuinis nomi. libr. 1. parte. 4. c. 4. Voluntas, quapropter læditur vehementiùs à praua concupiſcentia, quàm mens ipſa. Etenim germaniores ſunt potentiæ ſibi ſecundum rationem voluntatis, quā cum intellectu. Nam concupiſcentia quædā voluntas eſt autore Ariſt. ideò inficitur à concupiſcentia voluntas magis, quàm mēs. Qua expenſa ratione, mens ſuperior eſt, quàm voluntas, quippè minus maculatur. De qua re alibi vberior ſperanda eſt diſputatio. Ad illud verò quod Eccleſiaſticus obijciebat, prōpta eſt reſponſio, ab initio Deum hominem inſtituiſſe perfectum & omnibus ſuis numeris abſolutum, potentem præſtare diuina iuſſa, & citra vllam moleſtiam. Conditus nanq; creditur gratiſsimus Deo, & iuſtitia originali tanquam inſigni quodam cæleſti dotatus: quibus ſe priuauit, violans quod ſibi iniunctū erat mandatum. Quamobrem homo iā poſt morbum, quem ſua ſponte contraxit, opus habet cæleſtis doctrinæ præſidio, vt ad diuina reſpiret. Ad. 3. quod ex Paulo depromitur non leuis eſt reſponſio. Etenim ſi conferimus, quod in geſtis legimus apoſtolicis, illud inquam quod Athenienſium dicata ara offerebat, Et ignoto Deo: ſi ignotum affirmabāt Athenienſes Deum, quî ſtabit quod Paulus commemorat? At firma ſit ſententia ſecundum apoſtolicam veritatē Philoſophos veri Dei certam notionē habuiſſe, cognouiſſeque eſſe verum Deum optimum, maximū, prouidētē cunctis, & gubernantē liberè cū ſummo imperio vniuerſa. Alioqui quî culparentur à Paulo dicēte, Nam ſi Deū cognouiſſent non liberè ſed neceſſariò agentē, vt Ariſt. videtur placitū, ſi nō adorarēt, ſi nō colerēt, nemo illis vicio, iuſto verteret nomine. Nā neceſſariū agēs nullo proſequendū eſt honore.

Facilior eſt diuinitatis notio, quam amor.

Affectus diabolicus læſus eſt, at mens in ſua perſpicuitate perſtit.

Ad. 2. argu.

Ad. 3. argu.

Locus Pauli diſſeritur.

Deus cognitus eſt a Philoſophis ut liber a cauſa.

Stultus enim eſt, qui ſolē, aut ſtellas, aut cælū adorat. Rurſum ſi non curaret humana, & ſanctis operibus præmia decerneret, & iniquis ſupplicia nō eſſent: cur eſſet colendus. Quam obrem cōficitur neceſſariò Philoſophos certiſsimā & veriſsimam Dei aſſequutos fuiſſe notitiam: non tamen audias ſubinde, omnes Philoſophos eiuſmodi fuiſſe. Satis eſt enim clariſsimos quoſque rem intellexiſſe, non ſolum Philoſophorum, ſed & poetarum, quorum celebriores carminibus diuinitatis encomia celebrauerunt. At ignotus ſcribebatur Deus in ara Athenienſium, quia vulgus rude plures Deos colebat, vno vero ſpreto. Cæterum etiam ſi diuinitatis vera notio clariſsimis ſubluxit Philoſophis, vt Pythagoræ, Platoni, Anaxagoræ, Ariſtoteli, &c. vnde alij diſcere valebāt: at adhuc fidei doctrina etiā ad hæc, quæ Paulus nota Dei vocat ad Rom. 1. congruentiſsima eſt, & neceſſaria ad certitudinem nempè maiorem, & facilitatem, & generalitatem. Certior nanq; eſt diuinitas, quam Deus de ſe ipſo reuelat, quàm ea quam ratio humana reperit: itemq; facilior. Nam quod Philoſophi acutiſsimis indaginibus vix aſſequuti ſunt, quiuis quanuis amuſos per fidem breui compendio nanciſcitur. Item generalior eſt doctrina fidei, quam Philoſophica de Deo traditio. Philoſophi enim turgentes diuinorum ſingulari cognitione illam celabant, apud ſe ſeruantes quæ erant in vulgus promenda. Quapropter Paulus illorum elationem indicans ait, Euanuerunt in cogitationibus ſuis. Et Timon ille Philoſophus Phliaſius cognomine idem ſapit: contulit nanque philoſophos vtribus, quos inanis implet ventus. Cæterum ſiqui philoſophorum diuinorū ſyncera rectè vſi ſunt notione, tum illa ſatis erat illis, vt amplius illuſtrarentur, diuinituſque edocerentur de diuina beatitudine, quæ ſtatuta eſt diligentibus Deum. Etenim ſola illa notio, quantunlibet ſyncerrima, non abundè eſſet illis, vt bearentur cælitus, niſi & ſupernaturalis inde accederet notitia illa, quā Paulus docet Hebræos, Accedētibus ad Deū oportet credere quia eſt: & quòd inquirentibus ſe remunerator eſt. Tu intellige de remuneratione æterna, & hoc ſecundum ſuperat ingenij noſtri vires, hoc ſcilicet, certum & in concuſſum apud nos habere pro leuibus meritis noſtris ſublimi pondere gloriæ donandos. Et quod de philoſophis diximus, in cæteris vniuerſis colligito.

Philoſophi inani faſtu fuerunt turgidi.

Præter hæc igitur, quæ Paulus nota Dei

vocat, quæ per viſibilẽ hanc & pulcherrimã mundi fabricam diſcuntur. Nam cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius indicat firmamentum. Quam indicationem Paulus reuelationem vocat, Deus (ait) reuelauit illis. Sunt alia, de quibus dominus Ieſus mentionem fecit in hæc verba. Confiteor tibi Pater rex cæli, & terræ, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus, & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis. Et rurſum. Nemo nouit Patrẽ niſi Filius, & cui voluerit Filius reuelare. Et eodem accedat quod Baruch Dei vates in eandem edixit ſententiã. Nõhos (ait) elegit dominus, neque viam diſciplinæ inuenerunt, & quoniam non habuerunt ſapientiam perierunt, propter ſuam inſipientiam. Et rurſus, vt doceat ſupernaturalia arcana Dei inueſtigabilia eſſe humanæ menti, niſi cælitus adiuuetur, ſubdit. Quis aſcendit in cælum, & accepit eam, & deduxit eam, de nubibus, & cætera quæ ſequuntur, quæ prius Iob docuerat. cap. 28. Sapiẽtia vbi inuenitur (inquit) & quis eſt locus intelligentiæ. Quæ omnia & alia cõplura, quæ parcens faſtidio prætereo, ſacramentum fidei occultiſsimum eſſe, niſi Deus reuelet, demonſtrant. Etenim Trinitatis ſuperſubſtantialis, & incarnatio diuini verbi, & ſibi germana alia myſteria ſiquidem tranſcendunt mentis noſtræ metas, à nobis conſequi nequirent. Vnde Laurentius Valla miratur Auguſtinum in annotationibus ad caput vltimum Ioannis, quòd dixerit ſe reperiſſe in libris Platonicorum Ioannis primum Euangelij caput. Inſinuatque Auguſtinum indiligenter Platonicos legiſſe libros, in quibus in fonte Græco lectis, nihil extat quod Auguſtin. meminit. Porrò Auguſtin. acutius intellexit Platonem, quàm Laurentius. At hoc duntaxat Auguſtin. volebat quædam in libro Platonicorum, quæ Euangelium Ioannis olebant, reperiri, & ità eſſe ſupra demonſtrauimus. Miſſo igitur Laurentio ait aliquis, Imò ad omnia diuina reuelata doctrina fidei eſt perquam neceſſaria, quando à pleriſque Philoſophis circa diuina erratum eſt, imò & circa alia. Qualia ſunt animorum immortalitas, pœna delictorum, atque virtutum præmium. At ſi conſulis, quę nuper dicebamus, omnis tollitur ambiguitas, doctrinam reuelatam propter certitudinem maiorem, & facilitatem, & generalitatem neceſſariam eſſe, non ſolum ad arcana diuina (quæ occulta ſunt ſenſibus humanis) detegenda, quin & ad alia, quæ humana mẽs velut p̃ acclinia reptans veſtigare valet. Et quanquam Philoſophi multa egregiè de diuinitate dixerunt, multaque de animorum immortalitate: cæterum miſcuerunt errata plura cum veritatibus, quas elaborabant, vt Plotinus Philoſophus tradidit, animas hominum demones eſſe, & ex hominibus in lares verti, ſi boni meriti præextitiſſent lemures, ſiue laruas, ſi mali, manes verò ſi incertum ſit, ſi benè an malè vixiſſent. Lege Auguſtin. 9. de Ciuita. Dei. Et Plato multa commentus eſt de animarum origine, de quibus commentaria noſtra ad libros de Anima te docebunt. illo te remittimus. Quarto argumento reſponſio ſit intellectum illum geminum, circa naturalia habere functiones, Quinto verò dicito illa miſericordiæ opera niſi ex charitatis fonte proficiſcantur, Deo grata non eſſe: id quod Dominus inſinuat. Quod vni ex iſtis ait minimis feciſtis, mihi feciſtis. At charitas Dei fidem præexigit, quæ ad doctrinam reuelatam pertinet. Sexto porrò argumento implexa eſt ſatis reſponſio, quam vulgus Theologorum donat. Ego verò, Chriſto fauente, illud enodare quoad licuerit, curabo, & cardo vbi voluitur, eſt, Scire num Deus finis eſt naturalis, an ſupernaturalis hominis. De qua re audiendi ſunt in primis Philoſophi, vt inde gradu mito ad alia tranſgrediamur. Et ſanè Philoſophorum principi Deus naturalis finis eſt hominis, etenim decimo Ethicor. capit. 7. Beatitudinem hominis in contemplatione diuinitatis præcipuè collocat: hæc autem beatitudo naturalis eſt, non ſupernaturalis. Et Auerroes diſputatione octaua ſui deſtructorij contra Algazellum Deum fatetur finem eſſe hominum & intelligentiarum. Et Auicenna in compendio de anima beatitudinem animorum teſtatur futuram tranſacta vita hac mortali, in ſyncera Dei contemplatione conſiſtentem, quã mentis humanæ beatitudinẽ viribus parẽ eſſe noſtris intellexit. Et demum Philoſophi non ſupernaturalia calluerunt, ideò finem eſſe Deum naturalem cõfeſsi ſunt, excepto Themiſtio, qui motorem lunæ authorem eſſe duxit animæ rationalis. Ideò non Deum ſed hunc motorem finem credidit naturalem hominis. At Plato de legibus idem habet, Deum eſſe omnium finem, & vt ſermo (ait) vetus teſtatur, vniuerſorum finis eſt implexus. Et profectò ſecundum veram Philoſophiam, ſi finis eſt naturalis,

Quædam ſunt nota Dei alia occulta Dei.

Baruch de doctrina reuelata.

Aſſeritur Auguſtinus à Laurẽtio.

Philoſophi ueris falſa miſcuerunt.

Ad. 4. argu.

Ad. 5. argu.

Ad. 6. argu.

An Deus ſit naturalis, aut ſupranaturalis hominum finis.

Deum eſſe finẽ hominis reſonãt gentilia Philoſophorum.

Themiſtij erratum de fine hominis

lis, conſequutio eiuſdem erit quoque naturalis. Id circo iſti Philoſophi : ſuaſum habebāt, & antè eos Plato in Phædone credidit animas à morte beari. Ait enim animas ſepulchris adſiſtere propriorum corporum, vt inibi expurgatiores euadentes, ad cælestia, vnde proceſſerunt commigrent, olfaciens iam ex antiquo purgatorium locum, quem Catholici confitemur. Adhæc beatitudo animorum erat contemplatio diuinorum, quam viribus proprijs conſequebantur. Porrò Ariſtotel. Si beatitudinem intellectui humano dedit immerſo in corporis ergaſtulo, re vera illam non negaſſet à morte, quando & ſyncerior eſt mentis tum operatio, & expeditior, & durabilior. Syncerior vtique: nanque tantiſper dum hic agitur ænigmatica eſt diuinorum noſtra contemplatio, Paulo docente, Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate. Et Ariſtotel. ſuffragante, Sicut oculus noctuæ ad lumen ſolis, ità intellectus noſter ad manifeſtiſsima naturæ primo Metaph. Eſt rurſum expeditior, quia corpus quod corrumpitur aggrauat animam, & terrena inhabitatio deprimit ſenſum multa cogitantem. Item durabilior, nihil enim illam deturbare poterit. Quapropter Plotinus Platonicus animas aſſeruit boni meriti, dum agerent in corporibus, à morte eudæmonas fieri, id eſt, beatas atque fœlices. Et ſanè neceſſaria eſt iſta confeſsio omni Philoſopho, qui verè philoſophatur, credens animos hominum immortales eſſe. A quo placito Ariſtotelem non eſſe alienum, alibi oſtendimus: & hæc intellectus humani beatitudo futura ab ipſa natura indicatur. Nanque ſi Deus eſt hominis naturalis finis, equidē exiliter ſatis huic fini dū hîc degitur, cōiūgimur. Etenim neq; diuina inſpectio nobis pura eſt, neq; expedita neq; durabilis vt diximus. Et certè infœlix eſſet humana ſors, aut infœliciſsima potiùs, ſi qđ optimū eſt ſortita diuinorū, id eſt, cōtēplationem, exiguè & parciſsimè illi obtigiſſet. Ideoque recta eſt Philoſophia tradentium beatitudinem futuram homini, quę liberiùs & opulentiùs diuina inſpectare donaret. Cæterum Philoſophia, quanlibet veriſsima, non poterat tam ſublime petere, vt viſionem Dei claram beatitudinem eſſe cognoſceret. At in gradu humanæ rationis conſiſtens, non poteſt vlteriùs progredi, quàm progreſſa hactenus eſt. Quod verò Deus rationem Phyſicam ſubducendo, ſit finis naturalis hominis, vel inde promptum erit. Homo enim omnis naturaliter ſcire deſiderat, & cauſam rerum optat, & amat diſcere, Deū igitur cauſam primam, & maximam, & optimam naturaliter contemplari deſiderat. Et experimentum nobis ſilentibus clamat. Omnes enim gentes quotquot ſunt, diuinorum habent rationem, ſiue falſam ſiue veram. Et vt ſcitè Ariſtotel. ait, libr. de partibus animalium capit. ſecundo. Naturaliter pluris facimus modicam & perexiguam diuinorum cognitionem, quam præexcelſam de rebus alijs mundanis.

Iā verò hęc dixiſſe ſatis ſit, pro phyſico ab ſoluendo in re difficili negotio. Ad noſtrates Theologos diuertamus ſermonem, id quod eſt inſtituti operis, etiam ſi vrget faſtidij periculum, cui ignoſcendum eſt: quippe grandes materiæ vnico verbo diſſeri non poſſunt. Eſt autem res hæc ſatis controuerſa inter primarios Theologos Thomam & Scotum. Ille enim non ſemel Deum eſſe finem ſupernaturalem hominis pro confeſſo habet, prima parte quæſtione prima articulo primo, & quæſtione vigeſimatertia, articulo primo, & duodecimo, quæſtio. 109. articul. quinto. colligit rem hanc prolato Eſai. oraculo. 64. Oculus, Deus, non vidit abſque te, quæ præparaſti diligentibus te. Eſt ergo beatitudo hominis ſuper hominis naturam. Scotus porrò prima quæſtione Prologi Deum eſſe finem hominis naturalem audacter contendit. Etenim beatitudo aut eſt ſecundum hominis naturam, aut præter: non eſt contra hominis naturam, neque præter. Quare illius eſt vltima & conſummatiſsima perfectio. Eſt ergo ſecundum naturam. Secundò anima noſtra naturaliter poteſt recipere fidem, charitatem, ſpem, & eſt in naturali potentia paſsiua ad illa intra gremium excipienda ſuum vt Auguſtin. libr. de prædeſtina. Sanctorum capit. quarto commeminit. Poſſe (ait) habere fidem, naturæ eſt hominum, at habere, gratiæ eſt Dei, igitur naturalis eſt quoque potentia beatitudinis futuræ ſuſcipiendæ. Eſt ergo Deus finis naturalis. Ad hæc, ſola beatitudo ſatiat, & mentem humanam quiete perfecta donat, igitur ad illam naturaliter propenditur. Cætera nanque faſtidit homi nis animus, quanlibet precio illi fuerint, & erga vniuerſa viſibilia nauſeantem gerimus voluntatem, quia, vanitas vanitatum, & omnia vanitas, dixit Eccleſiaſtes. Iſtis iungito vulgatum illud ex libro confeſſ. Feciſti nos

Animę purgāturiuxta ſepulchrā ſuorum cadauerū ex Platone & obſeruadum bratū apud Platonē purgatorium.

Cognitio diuinorum in uia eſt impura, impedita & non durabilis diu.

Vnde colligitur Deum eſſe finem naturalem hominis.

Quæſti. deciſio Theologica.

domine,& inquietum eſt cor noſtrum, donec perueniamus ad te. Et vt ſummatim perſtringam apud hunc authorem hæc, non ſe excludunt. Et quòd ſit beatitudo finis naturalis hominis, & quod gratia Dei ad illam prouehamur,& non ſolis fulti naturæ proprię præſidijs. Et fortaſsis Sanct. Thomas aliquando non abhorruit ab hoc placito, qui in prologo primo Sentent. ediſſerens locum illum Chriſtum eſſe ſapientiam, eo dictum putat, quo ſapientis eſt ordinare cuncta in natiuos fines. Chriſtus autem per mortem ſuam hominem deduxit ad æternam fœlicitatem, vt iam non reputes iſtud eſſe Scoticum inuentum.

Scotus & Thomas cõciliantur.

Porrò autem mentem ſubit, mediam inter hos exquirere viam. Etenim ſi diſtinctionem obſeruas, vnã plana erit quæſtio hæc. Deus enim conſiderandus venit, vt Deus eſt author hominis & vniuerſitatis, aut vt eſt beatificator creaturæ rationalis. Si primam obſeruas rationem, Deus naturalis eſt finis non ſolum hominis ſed vniuerſorum. Ego (ait) ſum alpha &, o, id eſt, principium & finis. Et Triſmegiſtus ſcitè huic alludens rei, Deus (ait) eſt ſphera cuius centrum eſt vbique, circumferentia nuſquam. Quippe cum ſit infinit⁹ omnia in ſe finit, in re publica ciuili princeps eſt propter rem publicam, at in republica mundana hæc eſt propter principem Deum, & ad Deum cuncta tendũt pro ſingulorum penſo, quia ab illo cuncta proceſſerunt. Quare rectè hoc expendentes Philoſophi, beatitudinem hominis in Deo naturaliter collocauerunt, nempe vt in hominis principio, vt præhabitus ſermo fuſius docuit. Quod ſi doctrina reuelata gratiam Dei non indicaſſet, figendus hic erat gradus. At verò dictante cœleſti magiſterio Deus eſt beatificator humanæ mentis. Hæc (ait) eſt vita æterna, vt cognoſcant te Deum verum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Et rurſum magna & precioſa nobis donauit munera, vt conſortes eſſemus diuinæ naturæ. Conſectarium igitur eſt, vt Deus ſub hac ratione expenſus ſupernaturalis ſit hominis beatitudo. Siquidem hæc beatitudo eſt clara viſio Dei, non ſola cõtemplatio diuinitatis quam philoſophica doctrina aſſequitur. Hæc autem viſio præexigit præparationem ſupernaturalem, id eſt, lumen gloriæ eleuans & confortans creatũ intellectum, & citra hanc præparationem impoſsibilis eſt creaturæ Dei viſio: habes in Clementina ad noſtrum de hæreti. in. 6. At verò ſi Ariſt. 2. poſte. tex. 14. Fides datur, fieri & factum ità ſunt ſibi in natura connexa, vt ſi fieri eſt poſsibile, & factum, & contra ſi fieri nequit, fieri & factum eſt impoſsibile. Simili quoque modo ſi fieri eſt naturæ & factum, & ſi fieri eſt ſupra naturam & factũ. Age igitur & huius rationem contemplare, & ſublucebit tibi, ideò eſſe quia fieri eſt medium, citra quod factum non conſtet. Igitur ſi eleuanda eſt creata mens, & præparanda lumine ſuperno, vt videat diuinam naturam, viſio hęc, vt naturalis erit? Tanta porrò ratio habenda eſt huius præparationis, quòd ſi hæc naturalis ſit, & ſi forma à Deo ſolo infundatur, & à nulla creatura poſsit donari, cæterum materia formæ totius exceptrix eſt naturaliter. Accipe animam rationalẽ, quam vnus Deus creando infundit, & infundendo creat, illam re vera naturaliter recipit materię gremium, & ad illam in potẽtia naturali eſt paſsiua. Nẽpe quòd præparatio, vt illam concipiat naturalis eſt ſeminis humani, nempe infuſio in fœmineam vuluam, & huius temperamentum ſemini fouendo aptum: & id genus. Et progrediare mecum tantiſper dum hæc abſoluo, & cordi tibi erunt, vt Scotum abſoluas, & Caietani Meandris non intricẽris. Iam accipe quę teneas. Si ad formam ſupernaturalem nulla præexigitur neceſſariò præparatio ſupernaturalis, vt in anima rationali concipiatur, dicito ad illam potentiam gerere paſsiuam naturalem. Fidem recipit paruulus in lauacro ſacro, charitatem, cæteraque Spiritus Sancti chariſmata. Ad hæc tamen excipienda, habet ſane capacitatem naturalem, quia rationalis eſt. Etenim non eleuatur aliqua affectione ſeu diſpoſitione præuia, priuſquam hæc admittat. Itaque etiam ſi non extet naturalis facultas, quæ hæc Spiritus ſancti dona infundere queat in animam humanam, non ſubinde putabis non eſſe animam noſtram in potentia naturali, vt illa excipiat. Sicut, etiam ſi anima rationalis à nulla facultate naturæ creari poteſt, niſi ab vno Deo. Cæterum materia eſt in potentia receptiua naturali ad illam concipiendam ſub ſinum ſuum, neque oportet diffugia petere ad potentiam obediẽtialem, vt Caietano libuit. Nanque hæc potentia obedientialis re vera eſt naturalis, & naturalius eſt creaturæ obedire Deo, quàm facultatibus alijs naturæ. Quid mea igitur intereſt, aut tua, ſi negas potentiam paſsiuam naturalem, & annuis obedientialem naturalem: ſiquidem & obedientialis itidẽ paſsiua eſt fa-

Si fieri eſt poſsibile & factum etiã poſsibile.

Reſpublica mundana & ciuilis.

2. Pet. 1.

Quid potentia naturæ obedientialis.

est facultas, non actiua? Quam ob rem Scoto facilè assentior in hac ratione. Ad fidem, charitatem &c. Potentiam receptiuam esse in nobis naturalem, siquidem non eleuatur mens prius, quàm illa recipiat, vt de mente paruuli exposuimus. At verò ab Scoto longè discedimus, & toto cælo (quod aiunt) erratum est ab illo idem sapiente de visione Dei. Ad hanc nanque non est potentia passiua, quæ naturaliter illam recipiat, quandoquidem leuanda mentis est prius natura, & erigenda luminis diuini præsidio, vt capax sit tam beatæ visionis. Neque te moretur argumentum illud, ens esse obiectum nostri intellectus, igitur ad quanuis cognitionem est intellectus in potentia naturali, quia est sui obiecti. Scis enim aliud esse rationem generalem, aliud rationem particularem. Ens igitur secundum rationem generalem est obiectum naturale nostri intellectus, quia quod non est, non scitur, at Deus, vt beatificum obiectum non est naturale obiectum mentis creatæ, imò illam infinitis partibus superans. Sibi tantum Deus est natiuum obiectum, & visio sui est sibi germana, & naturalis. Etenim inter obiectum & sensariam vim nisi sit proportio, & viueas quædam harmonia, nō est familiaritas inter vtrunque. Quare excellentia visilia aut sonabilia fugimus, & admodum exigua non percipimus. Deus autem habitat lucem inaccessibilem primo ad Timoth. vltimo. Quapropter Philosophi veteres inaccessibilitatem huius micantissimæ lucis obseruantes, non ausi sunt illius visionem beatitudinem creatæ mentis esse profiteri. At inferius subsidentes, non illam quam rati sunt nobis esse impossibilem, sed contemplationem diuinitatis nobis possibilem, beatitudinem nostram esse dixerunt. Istis tamen accedat, tametsi impossibilis viribus mentis sit visio Dei, vt adipiscatur, at non subinde illius naturali fraudamur appetentia, credo enim non solum generalem appetentiam beatè viuendi nos gerere, imo & particularem, videndi diuinam maiestatem. Etenim videndi pulchra & bona, natiuus cernitur in nobis appetitus. Omnia nanque bonum appetunt. Quid quod ipsius pulchritudinis authorem, & totius bonitatis fontem Deum? Nullusque tam barbarus est, cui si exponatur diuina hæc beatitudo, illi non inhiet, & ad illam æstuanter non anhelet, etiam si credat sibi impossibilem. Est enim voluntas impossibilium, tertio Ethicor. capit. secundo. Neque mireris, si huiusmodi appetitus in nobis extet à natura, qui tamen expleri non potest à tota natura. Si enim meministi, dudum dicebam, materiam expetere naturaliter animam rationalem, quam expetentiam non vniuersitas, sed vnus solus Deus explere quit. At qui hæc naturæ aspiratio naturalis ad beatam fruendam vitam, per se imperfecta est, & inefficax, gratia tamen Dei illam iuuat & promouet, vt iam, non vt ad impossibilem, ad illam aspiret, sed vt ad sibi familiarem, & germanam, & debitam sibi anhelet. Quod verò Scotum fefellit in re hac hoc vnum fuit. Cernebat ille iacentem in nobis natiuam appetentiam beatitudinis: & subinde colligebat, igitur finis hominis est naturalis. At qui si consentanea esset collectio, beatitudo igitur illa suprema naturalis erit homini? Reclamat autem Paulus ad Roman. 8. dicens, Gratia Dei vita æterna, Et Pelagianum esset asserere viribus arbitrij duntaxat innixum hominem, beatitudinis compotem fieri posse. Hoc autem Scotus non credit. Vt ergo naturalem dicet homini beatitudinem, ad quam aucupandam totius machinæ rerum creatarum vires non suppetunt? Atqui clariori rem hanc mente dispicere satagit, aduertat quod non semel diximus, etiam si appetitus naturalis homini sit, ad infinitum bonum consequendum, quia finita illum non explent, cæterum hoc infinitum bonum est supernaturale bonum hominis, & non naturale, igitur & finis supernaturalis. Neque mireris naturam humanam suapte natura appetere finem supra naturam suam, id quod secundum naturæ facultatem assequi impossibile est, nam diximus materiam itidem expetere animam rationalem, neque subinde expetentia hæc ociosa est. Etenim quod natura negat gratia Dei subministrat, quia non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit. ad Titum tertio. Argumenta porrò, quæ in suam opinionem conduxit Scotus, si aduertis diserta hactenus, nihil tibi negotij facessent, nisi primum illud, An beatitudo est secūdum naturam hominis. At nihil eorum, quæ ipse protulit est, sed supra naturam, superat enim vota angelicæ naturæ, nedum humanæ.

Ad uirtutes Theologicas recipiendas facultas passiua in nobis est naturalis.

Deus solum sibi est natiuum obiectū

Expetimus Dei uisionē naturaliter.

Fallentia Scoti retegitur.

Septimo denique (vt finem huic disputationi demus) argumento respondemus cum Theodoreto libr. 1. de fide. Clarissimos Phi-

Ad septimū argumentū.

loſophos vt Platonem,& Pythagoram multam traxiſſe conſuetudinem cum Hebræis, & Aegyptijs, ex quibus diuinitatis arcana hauſerunt,& indicat Boethum Eumenium, & Porphyrium pro hoc placito, & ex noſtris Plutarchum. Et Plerique ſanctorum rē hanc habent confeſſam,vt Euſebius libr. de præparatione euangelica,& Iuſtinus martyr & philoſophus in admonitorio contra Gentes. Et Cyrillus libr. aduerſus Iulianum,& ante hos Ioſephus libr. contra Apionem grammaticum. Quibus in confeſſo eſt, & alijs non paucis, Philoſophos à Prophetis cæteris ve ſapientibus Iudæis didiciſſe multa de religione ſyncera, myſteria : ſeruntque Pythagoram proſelitum fuiſſe Iudeorum. Ipſi tamen(quę eſt humani ingenij inſolentia)illa,quę debuiſſent ad profectum ſuæ mentis vſurpare, ad ambitionem & nominis ſui vanam celebritatem vſurpauerunt. Ideò illa, quæ ſyncera erant deprauauerunt, multis immixtis ex proprio cerebro commentis. Idem ſapito de Sibyllinis oraculis. Et demum hoc certum ſit, Theologicam reuelationem neceſſariam eſſe iſtis arcanis diſcendis myſterijs. Vt prudentiſsimè Auguſtin. libr. de Ciuita. vndecimo. capit. ſecundo & tertio. docuit, neceſſariam tradens eſſe fidem, vt mens humana ab erroribus expurgetur. Id quod Petrus prius docuerat: purificans (ait) fide corda eorum Actor. decimo quinto. Quod ſi agitat ſcrupulus,& quid vniuerſa diuina æqualis ſunt maieſtatis, cur ergo quædam abſtruſa ſunt & abſcondita à mente creata, alia verò ſunt patentiora? At hic leuis eſt ſcrupulus: etenim in cūctis rebus quædam ſunt, quæ natura patentiora habet, alia verò condit in penitiſsimis arcanis. Patet tibi arbor quæuis,& folia, radix & fructus, at illius facultatem inueſtigare, non eſt peruium, ſed multa inquiſitione vſi ſunt & medici & Philoſophi, vt naturalium rerum facultates retegerent. Vt iam tua ceſſet hæſitatio cur Dominus Deus poſuerit tenebras latibulum ſuum, vt beatus cecinit pſaltes. Cui ſacer alludens Apoſtolus. Qui habitat (ait) lucem inacceſsibilem. Et de quæſtione hac hucuſque dixiſſe ſat ſit.

Philoſophi hauſerunt multa à Prophetis & Hebræis.

Lege Rauclinum de cabaliſtica traditione.

Natura quædam condit alia pandit.

Secunda Præcurſoria Quæſtio.

An hæc ſacra doctrina in ſcientiæ ratione ſit reponenda.

VSTASANÈ diſputatio, & quæ iuſtum hoc loco ſibi vendicat gradum. Etenim ſi neceſſariam ſatis diſſerumus, ſacram eſſe doctrinam, quæ nam ſit doctrina hæc, num fides? num opinio? num ſcientia? quærendum venit. Atqui primum ſuadens argumentum hanc non eſſe ſcientiam, hoc eſt. Scientia nanque eſt in numero quinque habituum intellectualium ab Ariſtotele ſexto Ethicorum capit. ſexto, recenſita Primum intellectus, ſapientia, ars prudentia, qui omnes habitus ſunt euidentes : at verò ſacra doctrina non eſt euidens. Videmus enim nunc per ſpeculum in ænigmate, prima ad Corinthios decimo tertio, quòd ſi doctrina ſacra hæc ænigmatica eſt, obſcura eſt, igitur: ænigma enim propoſitio obſcura eſt, vt capit. decimo quarto liber Iudicum de problemate Sanſonis indicat, atqui opinionis rationem non ſubire doctrinam ſacram promptum eſt, opinio enim obſcura eſt, & incerta : at ſacra hæc doctrina etſi obſcura eſt, firmiſsimam tamen comprehendit veritatem. Neque fidem eſſe hanc dixeris, ſiquidem hanc doctrinam reuelatam vulgato ſermone Theologiam nuncupamus. Porrò rari ſunt qui hanc obtinent, cùm fide plerique polleant. Non enim ruſticos homines quantumuis fideles, Theologos dixerit verè quiſpiam. *1. Argumē.*

Eſt autem in diuerſum agens ſtylus & vſus Sanctarum Scripturarum, & ſanctorum Doctorum, hanc appellantium ſcientiam. Vnde Paulus ad Galatas ſecundo. Scientes (ait) quòd non iuſtificatur homo ex operibus legis, ſciens autem per ſcientiam eſt ſciens, at per nullam ſcientiam ſcitur, quod Paulus dicit, niſi per Theologiam. Hæc ergo eſt ſcientia. Et Sap. decimo. Dedit illis ſcientiam ſanctorum, quia ſanctis reuelata eſt. Non enim Deus Philoſophiam, aut Matheſim, &c. reuelauit, ſed hanc, quam dicimus Theologiam. Cum quibus facit Auguſtin. decimo quarto, de Trinitate. Huic ſcientiæ (ait) tribuitur illud tantum modò, quo fides ſaluberrima gignitur, nutritur, defenditur, & roboratur. Id quod Theologici penſi eſt. *Argu. in cōtra.*

Vt

Quæ decisio. Vt autem certam de litigatione iſta feramus ſententiam, non tantæ chartæ ſunt à me exarandæ calamo, quantæ à multis. Sed illud Ciceronis eſt in memoriam reuocãdum libr. quem ſcripſit de finibus bonorum & malorum, & libr. Academi. quæſtionum. Singulis nempe artibus propria & ſibi familiaria commemorat eſſe vocabula. Itidem & ſcientijs. Vt vnaquæque natio linguæ habet & propriam dialectum, & vernaculum ſeruat ſtridorem, & enuntiationem. Iam verò ſi Peripatetica obſeruas dogmata, ſcientiam claram eſſe te docebunt, quæ ex principijs non obſcuris deriuatur, aut demonſtratur, & quæ non demonſtratur, neſcitur concluſio, ſed potius creditur. Conſequitur nanque concluſio debiliorem partem præmiſſarum. Quare ſi eſt altera præmiſſarum credita, concluſio credenda eſt, at neſcitur. Lege Ariſtotc. libr. 1. poſte. Anali. text. 5. Quapropter perſpicuum eſt Philoſophis, hanc non eſſe ſcientiam ſed fidem. Quippe ſacra doctrina à fide ſuas riuat concluſiones. Ità cenſuit diuus Thom. quæſt. de veritate. 14. articu. 9. quo loco Theologiam non eſſe prioriè ſcientiam commemorat. Cæterum Philoſophica phraſis non obſeruatur à diuino ſpiritu, qui doctrinam ſacram ſuis afflauit ſanctis. Imò multo ab hoc abhorrens eſt. *Phraſis diuinæ ſcripturæ diuerſa eſt à Philoſophica.* Quis enim vnquam Philoſophorum vocauit timorem, ſapientiam? At diuinas aſpice literas, & illis eſt familiare. Iob. 28. Ecce (ait) timor domini ipſe eſt ſapientia & recedere à malo intelligentia. Et in Eccleſia. 1. Sapientia & diſciplina timor domini: & Deuter. 4. Moſes diuinam legem pronunciat eſſe ſapientiam & intellectum, nihil diſcernens, inter hæc duo ſapientia & intellectus. Quæ Ariſtoteli ſunt diſcreta, ſiquidem intellectus hæret principijs, ſapientia habitus eſt hærens principijs, & cõcluſionibus. Vt Ethi. 6. & 1. Metaphy. capitu. 1. & 2. te vberiùs docebunt. Et ad horum normam cætera expendes ſacra, quæ ne offendaris faſtidio ſupprimere volui. Sat ſit illud Paulinum commemoraſſe, quod Corinthijs ſcripſit. 1. ad Corinth. 1. Gratias ago Deo meo, quòd diuites facti eſtis in omni verbo & ſcientia. Corinthij enim dono Dei, quod eſt linguarum peritia referti erant, & ſcripturæ intelligentia. Quam ſane, ſcientiam vocat Paulus. Vides ne quàm interſit, Theologum agere, an Philoſophum? Hic enim timorem nõ dicet ſcientiam, aut ſapientiam, &c. quod ille confitetur, tametſi non latet Theologum, timorem affectum eſſe, ſcientiam verò, & ſapientiam intellectus eſſe ſupellectilem.

Iam verò, vt propius camerinam hãc tangamus, mentem ſubit, quod diuus Bonauentura in Prologo. 1. ſentent. tradidit. Hæc tria diſcreta eſſe, fidem, ſacram ſcripturam, & Theologiam noſtram. Et vt lucidè habeas, ſcito fidem eſſe antiquiorem ſcriptura ſacra. Etenim in Abel, Enoc, Noe, cæteriſque patribus fides extitit: quos Paulus commendat ad Hebr. 11. At verò ſcriptis ſacris non vtebantur. Itaque fides hæret vnicæ diuinæ veritati reuelatæ, etiam ſi nunquam ſcriptis mandaretur. Item ſancti Apoſtoli fidem Ieſu Chriſti Euangelicam habebant citra Euangelicos codices, qui multo tempore poſtquam ſcandit Chriſtus tribunal dextræ patris conſcripti ſunt. At ſcriptura ſacra hanc eandem fidem continet, vt dicta tam ab Spiritu ſancto, & mãdatam ſcriptis eiuſdem iuſſu per Prophetas, & Apoſtolos. Denique Theologia noſtra hanc eãdem fidem ſumit, vt elucidandam, rationibus, & ſuadelis muniendam contra fidei hoſtes. Vt aiebat Auguſtin. huic ſcientiæ tribuens, quòd fidem generat, nutrit, auget, & roborat. Et hoc eſt operis Theologici inſtitutum. Quod Petrus indicat. 2. Catho. capitu. 3. Parati ſem per ad ſatisfactionem omni poſcenti vos, de ea quæ in vobis eſt ſpe, & fide. Hoc enim nõ eſt omnium fidelium, etiam ſi vitæ ſanctimonia præſtent. Nam ſancta ruſticitas ſibi ſoli prodeſt. At Theologorum iſtud eſt, quorum intereſt, pro ſuo penſo fidem intelligibilem reddere, & oſtendere non eſſe impoſsibilem. Quare Auguſtin. libr. de Vtilitate credendi quod intelligimus, dandum eſſe rationi teſtatur, quod verò credimus fidei tribuendum. Quare quidquid ex Phyſicorum diſciplinis, aut Metaphyſicorum ſublimitate, aut ex Ethicorum moralitate, aut expoliticorum ciuilitate, & id genus alijs ſibi vtile putat Theologus: conuehit in rem fidei, vt hoſtes fidei compeſcat, & fideles nutriat. Hæc igitur Theologia acquiritur noſtro ſtudore, ideo non eſt reuelata. Tametſi reuelata contiuet, & ad reuelata tuenda incũbit. At nõ eſt reuelata, vt fides patrum, aut vt diuini codices. Obſerua autẽ diligenter hoſtes fidei eſſe Iudæos, hæreticos, & paganos: & quia varij ſunt, non eiſdem agit Theologus, vt illos arietet & propulſet.

Aduertẽdus Bonauentura, qui exponitur.

Fides ſacra ſcrip. Theologia quãtũ differãt, aut conueniant oſtenditur.

Quod eſt Theologiæ Scholaſticæ opus.

Theologiæ Scholaſticæ ſcopus.

Hoſtes fidei qui ſunt.

pulſet. Contra primos nanque veteris ſcripturæ oracula proponit, contra ſecundos vtriuſque inſtrumẽti teſtimonia profert. At contra paganos rationibus à natura petitis eſt agendum. Ità Stephanus diſputans cum Iudæis Actor. 7. longè petita enarratione à ſacris petitis teſtimonijs illos reuincit. Vnde ait. Non poterant reſiſtere ſapientiæ & ſpiritui, qui loquebatur in Stephano. Sic Petrus, ità Paulus præſtiterunt. Legimus enim Actorum. 10. Paulus autem multo magis conualeſcebat, & confundebat Iudæos, qui habitabant Damaſci. Nanque hæretici & Iudæi qui recipiunt diuinos libros, confundi poſſunt, & conuinci à Theologo, qui inſigniter ex ſacris teſtimonijs valet deducere concluſiones. Cæterùm ea eſt Iudæorum pertinacia, quæ eſt hæreticorum, vt ſpiritui ſancto reſiſtant, & aduerſus patentes veritates recalcitrent. Et Acto. 22. Pau. ait. Viri patres & fratres audite, quam ad vos nunc reddo rationem. Nihil enim incommodi eſt, ſi ſacris teſtimonijs addamus etiam rationes, quibus noſtræ mentis imbecillitas mulceatur, & ſuauius trahatur. Porrò mecum oro pauliſper ſuſtine greſſus, vt obſerues huiuſmodi deductiones atque diſcurſus, qui ſunt ad articulos fidei colligendos, quales ferè ſunt, quos nectimus contra Iudæos & Hæreticos, ſunt re vera proceſſus & deductiones, quæ non faciunt euidentes concluſiones. Nam ſi proferam hebdomadas Danielis differens cum Iudæo, vt Chriſtum colligam iam in terris viſum eſſe, & cum hominibus conuerſationem duxiſſe, vtique hebdomadæ iſtæ creditæ ſunt, & quod infero item creditum eſt, etiam ſi deductio ſit euidens. Nanque hæc deductio euidens eſt Chriſtus Deus & homo verus eſt, ergo duabus conſtat naturis, duabus voluntatibus præditus eſt. Cæterum antecedens & conſequens credita ſunt. Et vtrunque eſt obſcurum, & ſolum fide conſtans, vt Paulus colligit. Chriſtus reſurrexit ergo & nos reſurgemus. Vtrunque eſt fidei. Et dominus colligit. Erratis neſcientes ſcripturas, neque virtutem Dei, &c. Et poſthæc ſubdit. Ego ſum Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob, nõ eſt Deus mortuorum, ſed viuorum: vos ergo multum erratis. Quæ in medium protulit, vt fidei reſurrectionis atteſtaretur Matth. 22. Et rurſum locum citat Dauidicum. Dixit dominus domino meo, & infert, ſe eſſe Deum verum, etiam ſi filius ſit Dauid ſecundum carnem. Nam Dauid vocat eum dominum, quomodo filius eius eſt? Reuera vtrunque creditum, vtrunque ſub fide eſt & antecedens, ideſt Dauid dixiſſe quòd indicatum eſt, & Chriſtum eſſe Deum & hominem. Etenim quæ fidei propriè ſunt, nulla conſequentia, argumentum nullum clara reddet excepto lumine gloriæ, quo dotandi ſunt tandem ſancti Dei in cœleſti patria. Quamobrem finge quam voles deductionem eſſe euidentem & egregiam, ſi ad ea, quæ fidei admoueris non facis, illa patere. Quidquod & ſi altera antecedentis pars quando ſyllogiſticè agitur, ſi credita eſt, concluſio credita eſt. Et ne fallaris, obſerua aliud eſſe, collectionem eſſe perſpicuam, aliud conſequẽs eſſe perſpicuum. Etenim ſæpè hæc diſiunguntur. Optima ſanè eſt collectio, Chriſtus eſt homo, igitur animal rationale. At tam antecedens, quam conſequens de numero creditorum eſt, etſi facilioris fidei eſt conſequens, quam antecedens. Nam qui credit eſſe hominem cætera quoque, quæ in humanitate comprehenduntur, credit. Nam ſi euidens tibi eſt, eſſe animal rationale Chriſtum, ergo euidens erit tibi eſſe hominem. Et quanquam conſequentiæ bonitas non ſit de fide, antecedens tamen & conſequẽs ſunt de fide. Scio Caietan. & Capreolum non ita ſapuiſſe, vt ego. Cæterum mea nihil intereſt: abundet qui volet in eorum ſenſu, mihi magis arriſit Scotus & Marſilius, quos lege. q. 2. articul. 3. & 4. Huiuſmodi ergo proceſſus Theologicus quorundam præexigit fidem, & aliorum colligit fidem, ideoque contra paganos inutilis. Non enim præſtat euidentiam credendorum, ſed firmitatem in pectore non contumaci, ideſt, in homine pie affecto. Vnde dixit Dionyſius capitul. 2. de diui. nom. Si aliquis reſiſtit ſermonibus aut eloquijs noſtris, longè eſt à noſtra Philoſophia. Et Paulus, Si quis vult contentioſus eſſe, nos talem conſuetudinem non habemus, neque Eccleſia Dei. Quæ omnia eò dicta ſunt, quò non miremur ſi confuſi Iudæi à Paulo perſtiterunt in ſua perfidia, & confuſi hæretici à catholicis mordicus hærent ſuo dogmati. Etenim rebelles ſunt diuino lumini, & Theologica proceſsio euidentiam fidei non præſtat.

Acto. 6.

De ductiones fidei poſſunt eſſe euidentes at antecedens & cõſequẽs in euidentia.

Theologicus proceſſus non facit euidentiam.

Iam verò ſi ſolerter aduertiſti ea, quæ hactenus proſequuti ſumus, videbis quàm deſipiant, qui fidem diſcernunt à Theologia, quòd illa non ſit diſcurſiua. Habet nanque fides

Fides ut diſcernitur à Theologia.

fides ſuas progreſsiones, quales ſunt illę, quas paulo ante indicabam. Matth. 22. &. 1. Corinthiorum. 15. Cæterum fides quando diſcurrit, totum ad fidem pertinet, & diſcurſus ipſe, & antecedens cum conſequente. Verum Theologica conſequentia ſæpè eſt euidens. Dixerim ſæpè, quia nonnunquam probabilis, vt ſi colligas ex verbo illo Ioann. Siquis viderit fratrem ſuum neceſſe habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo, quomodo charitas Dei manet in illo? Ergo neceſsitatibus grauibus qui non opem fert, de crimine eſt arguendus. Conſentanea eſt collectio, at non euidens. Etenim etiam interpretari poſſum de extrema indigentia, vt Theologis libuit non paucis. Et demum in Theologia multa ſunt, quæ adhūc modū colliguntur probabiliter, vt in Metaphyſica ex tat, quam peripateticum tradit teſtimonium libr. 4. metaphy. text. 2. eſſe propriè ſcientiā, quia de primo tractat. Nihilominus multa in ea conuehuntur ſine demonſtrationis ſulcro, vt & in cæteris ſcientijs exceptis mathematicis. Non enim in omnibus ſcientijs eadem quærenda exactio. 1. Ethic. Ita quoque in Theologia noſtra omnia eſſe neceſſaria argumenta ne crede. Ricardum audi libr. 1. de Trinit. capitul. 4. intentionis (ait) noſtræ in hoc opere eſt, non ſolum probabiles, ſed neceſſarias rationes adducere ad ea, quæ credimus. Et Hugo Victorinus libr. de Trinita. capitul. 4. facit cum eadem ſententia. Ait enim, Ad fidei traditiones, non ſolum probabilia quinetiam neceſſaria argumenta nō deeſſe. At verò forſitan mentem ſubit tuā, quod Dionyſius libr. de diui. nomi. capitu. 7. ſcripſit, Veritatis Chriſtianæ cognitionem omnium ſcientiarum eſſe ſimpliciſsimam, Vt ergo argumentis ſcatet Theologia? Tu intelligito de veritate diuina quatenus libris comprehenſa eſt canonicis, quæ vnicæ diuinæ innititur autoritati. Etiam ſi aliquando argumentetur, vt diximus. At noſtræ Theologiæ ſudor eſt argumēta colligere, vt diuinas veritates oſtendat, nō eſſe intellectui repugnantes. Quapropter longe aliter Theologia argumenta ſua parat, atq; aliæ ſciētiæ. Nam iſtæ in elucidandis aut colligendis propijs principijs, operam non inſumunt, quippe quæ clariſsima habent. At illa hunc laborem, hoc opus habet in declarandis & colligendis ſuis principijs. Iam ex ſacris autoribus, ideſt, Prophetis & Apoſtolis, iam ex ſacris Concilijs, & ſanctorum doctrinis, ex Philoſophorum denique placitis, & deniq; ex omnibus, quæ ſua ex re ſunt. At verò probabilia & ſuaſoria non eò inducūtur à Theologis, quò fidem ingenerent: nam probabilia opinionem efficiunt, ſed ſat illis, per illa fidem oſtendere, non eſſe contra rationem naturalem, ſiquidem Phyſicis non eſt admodum inepta. Hoc faciunt exempla & comparationes, qualis illa eſt Athanaſij in Symbolo. Sicut anima & caro vnus eſt homo, ità Deus & homo vnus eſt Chriſtus. Quæ omnia illò tendunt, vt fidelium fidem nutriant & corroborent, & infidelium emolliant mentes, vt fidem concipiant. Id quod volebat Auguſtinus dicens, Theologiam fidem generare, generat enim tantiſper dum, parat infidelium mentes ſuis argumentis, vt à Deo illuſtrentur. Iſtudque fuit ſanctorum ſtudium, & veterum Theologorum, & recentiorum, id quod ſummis eſt extollendum laudibus. Sed, væ, pluris fit, qui cauſas ciuiles agit, quam centum togati Theologi. Porrò autem iam illud tractādum eſt, quibus oporteat Theologum agere, contra paganos, qui ſacratiſsimas Chriſtianorum muſas non admittunt. Contra hos ſanè ſcopus Theologicus erit, ea adducere argumenta, quæ credibilem oſtendant eſſe fidem noſtram. Sunt autem multa, quæ hoc munus præſtant. Vt conſenſus orbis in fidem Ieſu Chriſti, quia in omnem terram exiuit ſonus Euangelicæ prædicationis, & vaticinia vetuſtiſsima per Prophetas ſanctos de Chriſto edita veraciſsimè, Euangelium per rudes & idiotas homines orbi toti perſuaſum, idola gētiū, quę diu nos habebant honores prorſus proſtrata, & miracula, quæ nouā Eccleſiam inchoauerūt, quæ tota innititur ſpe venturorum bonorū, & charitate inuiſibilium ità feruet, vt ſangui nem fuderint innumeri Martyres pro Chriſti amore. Rurſum Eccleſiæ conſtantia & firmitas, quam diuellere non poſſunt portæ inferi, neq; Iudaica ſuperſtitio, neq; tyrannica furia, neq; Philoſophorum arguta diſputatio. Lege Auguſt. de fide rerum inuiſibilium cap. 3. & in lib. contra Epiſtolam fundamēti cap. 4. Et reuera hoc vnum in maximorum locandum eſt numero, quod legi Ieſu Chriſti atteſtatur egregiè, quæ ità rapiat hominem extra ſe, & ad cœleſtia & inuiſibilia ita inuitet, vt ſemetipſum abneget, & ſua omnia, imò in lucris hoc reponat, ſe perdere vt Chriſtum lucrifaciat. Siquidem ſumma propenſione ad ſenſilia procliues ſumus,

Fides & Theologia qualiter differant.

Metaphyſica non omnia colligit euidēter neq; aliæ ſcientiæ.

Dionyſius exponitur.

Egregia differētia inter Theologiā & cæteras ſcientias.

Theologia omnem lapidem mouet ut fidē oſtendat non eſſe repugnantē.

Exquibus agere debet Theologus.

Quæ ſunt argumenta, quæ fidē catholicā oſtēdunt nō eſſe incredibilē.

Notandum argumẽtum in fauorem fidei.

ſumus,& hoc eſt maximè natiuum. Hæc igi tur pili facere , & cum detrimento omnium viſilium , & cum diſpendio vitæ fidem tueri,& legi Euangelicæ adhærere vnicè , certè,niſi diuina eſſet virtus , quæ hoc efficeret in nobis , rem ſenſibus noſtris adeò inimicam non amaremus. Scio pleroſque obijſſe propter patriam , alios propter fœminas, & id genus. Sed iſti propter mundanam glo riam aut terrenam voluptatem occubuerunt ,& non tale eſt quod de ſanctis Apoſtolis legimus. Ibant Apoſtoli gaudentes,&c. Actor.4.Quid quod rariſsimos reperias , qui etiam mundanæ gloriæ aura capti , mortem ſponte ſubeant,aut propter mundanos alios fines. At martyrum candidatus exercitus eſt innumerabilis.Mirantur prẽter hæc mul ti , cur Mahumetica ſecta tanto tempore aſſeclas habeat,ſunt enim elapſi anni.900.ferè.

Secta Mahu metis cur tot durat æuis.

Mihi verò mirari non ſubit , ſiquidem ſecta elaborata eſt à diabolo in ſenſuali officina, totaque in cardinibus viſilium voluitur rerum. Illa enim tradit quæ amat humana libido,& quid miraris ſi durat ? Sed de his alibi. Cum iſtis tamen quæ hactenus perſequu ti ſumus obſeruabis etiam argumenta hæc,

Argumenta Theologica non cogunt infideles.

quæ Theologus elaborat non eſſe conuincentia. Non enim cogunt aut demonſtrant fidem.Nanque quæ demonſtratione patẽt, fide non egent,etiam ſi vt credibilis ſit fides vehementer vrgent , quæ retulimus. Eſt autem aliud eſſe credibile , aliud eſſe verum: nam pleraque falſa ſunt probabiliora quibuſdam veris vt dixit Ariſtot.Idcircò etiam admodum exigunt, fidem eſſe credibilem argumenta multa,& ſunt veluti demonſtrationes in materia morali : at verò non ſubinde euidenter colligunt , fidem eſſe veram. Sed ſatis eſt, ſi hoc vnum perſuadeant , non eſſe impoſsibilem fidem catholicam , & hoc primus gradus eſt mentis vt ad fidei amorem prouehatur. Idcircò rectè Auguſtin. in

Lege Tho. 3.ſent.d.23. q.2.artic.2.

lib.contra Epiſtolam fundamenti huiuſmodi ſuaſiones charitatiua ait eſſe vincula : quia niſi pia ſit affectio inaudiente nihil conficitur.Et Theodoretus prudenter rem hanc expendens in libr.contra Græcanicas affectiones ſermone de fide primo,dixit fidem eſſe

Fides uoluntaria eſt ſubmiſsio.

voluntariam ſubmiſsionem, quippe niſi voluntas ſubmiſerit intellectum, ratio illum cogere nequit,vt aſſentiatur reuelationi. Cuius rei vel illud eſt in promptu indiculum,miracula patentia Domini Phariſæos & Scribas non coegiſſe ad credendum Chriſto. Non quia miraculis deerat efficacia. Opera enim (ait Dominus) quæ ego facio illa teſtimonium perhibent de me. At prauus animus, & præfractum Phariſæorum cor obſtabat, quo minus fidem præſtarent domino. Et enim actus actiuorum ſunt in patiente bene diſpoſito. Idcircò Paulus opus liberi arbitrij credere eſſe putat. Captiuantes(ait) intel lectum in obſequium fidei. Itaque noſtri eſt arbitrij nos captiuare ad obedientiam fidei. 2.ad Corint.10. Nihil enim nos captiuare poteſt,ſi animus obdureſcit, ne credat. Quare credere Deo , in meritis bonis reponitur. Forſitan occines mihi illud Pauli.1. ad Corinth.14.Si autem omnes prophetent , intret autem in fidelis vel idiota cõuincitur ab omnibus.Igitur prophetia , ideſt , interpretatio diuinorum eloquiorum conuincit infideles. Vnde Auguſtin.85.tractatu ad Ioan. fidem ait eſſe rerum ſperandarum , ſubſtantiam & conuictionem non apparentium.Non enim legit argumentum. At verò diximus fidei argumenta conuincere homines non prauè affectos,taleſque erant infideles , quos Paulus ait conuinci à diuino ſermone. Et rationem ſubiecit. Occulta enim cordis eius manifeſta fiunt. Nam diuinum verbum docet qua les ſint homines interni. Et eſt tanquam ſpeculum,vt Iacobus ait , in quo ſanè morbi mentis noſtræ nobis obijciuntur. Id quod fideles aduertentes Deo opitulante ſuam infidelitatem damnabant. Ideò ait. Et ità cadens adorabit Deum , pronuncians quòd verè in vobis Deus ſit. Quapropter & Auguſtini lectio ferri poteſt,tametſi noſtra germanior eſt. Græcè enim elenchos , eſt indicium ſeu argumẽtum. At verò ait. Quiſpiam quid ergo ſi Theologia tot referta eſt diſputationibus , vt conuincat de infidelitate infideles , & nutriat in fide concepta fideles. Cur Hilarius ait. 10. de Trinitate, Non per quæſtiones difficiles Deus nos vocat ad beatam vitam , nec multiplici genere facundiæ nos ſolicitat. In abſoluto ac facili eſt æternitas , Ieſum ſuſcitatum à mortuis per Deum credere,ipſumque dominum omnium confiteri. Et illi Chryſoſtomus congruit,qui in com. poſterioris ad Theſſa. ait facilem eſſe viam ſalutis in credendo, & pauculos articulos collegit Eccleſia , ne opus eſſet credẽtibus,totas euoluere ſcripturas. Hæc indicaſſe ſat duco, quia huius generis offendes non pauca in Doctoribus, quæ omnia non eò tendunt, quò quæſtio-

Obſerua Pauli lect.

Diuinus ſermo qualis.

Exponũtur ſancti Doct.

nes

nes Theologicæ damnentur, sed quò nemo putet, illas ab omnibus esse salutis gratia necessariò perdiscendas. Sufficit enim à quibusdam disci, qui alios de veritate fidei doceant. Scio equidem Erasmum ridere plusquam satis, nescio si pie satis, Theologos quæstionarios in scholijs ad Hieronym. Et de viris illustribus, sententiarios libros vt sordidos, summularios, specularios, fascicularios, alijsque hoc genus scommatibus non probat. Vanasque putat disputationes nostras de futuris contingentibus, de conceptione virginis. De re hac quæstio. 1. non nihil attigimus. In præsentia sat sit Concilium commemorasse Constantiense, quod damnat Vuiclefiticam assertionem, quæ est. 29. asserentem vniuersitates & collegia esse vanissima. Vnde alumnus eius Lutherus simili furore actus cum suo pædagogo lupanaria dixit esse diaboli Theologorum vniuersitates. De qua re animaduersum est per censuram Parisiensem. Et scienter dixit Arabs ille Aristotel. interpres. 12. metaphy. text. 5. Qui negant scientiam diuinam, nihil veri sciunt in reliquis scientijs. Imo necesse est, eos planè cæcutire. Id quod ipse de Metaphysica est confessus, ego de Theologia Scholastica planè confiteor. Nam qui illam ignorant fidei Doctores, sunt falsi amatores dogmatis, neque sanctos Doctores assequuntur, neque fidei mysteria disertè consequuntur, sed caligant mentis oculis, vt Germanis vsu venit. Erasmus igitur cultor linguarum eximius Scholasticam negligit Theologiam, vt incultam & rudem. Mauult ipse disertas Grammaticorum voces, quam disertas Theologorum quæstiones. At verò vtiliores sunt Ecclesiæ Dei profligandis hæresibus, & discernendis fidei veritatibus disputationes nostræ, quam ornatissimorum verborum facundia, & Grammatistarum concertationes, quas ipse non despuit. At de futuris contingentibus disputare, male habet Erasmum, & temerè: commode namque disputatur de rerum contingentia, vt fati excludatur necessitas. Rursus de conceptione virginis non inutiliter agitur, vt de peccato originali multa vtiliter tradantur. Et de alijs itidem dicito. At Lutherus nos quoque damnat, quia illũ Scholastici Theologi vt salem infatuatum proculcamus. Si illum probarent vniuersitates & collegia, vtique vt christianissima illa commendaret: at quia ex re sua non erant, blasphemat.

Scholio. 58.

Erasmicum placitum nõ probatur.

Erasmi censura contra Theologos Scholasticos non est emuncta.

Iam verò (nisallor) abundè depinximus tibi scholasticam Theologiam, & quantus fuerit eius vsus, satis scripsimus: de qua controuertebatur, an scientia sit. Thomistis illi acclamantibus, vt veræ scientiæ, Scotistis reclamantibus. Quibus accessere Aliacensis, Gabriel, Maior, isti iunctis (quod aiunt) vmbonibus dimicant pro suo placito, Aristotelis posteriora in argumentum rapientes, quod enim demonstratione non patet nescitur, talis est Theologia, quæ in demonstrabilis est, illi verò contra Aristotelis enunciantes Analytica decreta, Theologiam scientiam esse rentur. Quippe nostra Theologia subalterna beatorum Theologiæ est, cui patentia sunt nostræ Theologiæ principia, id est, fidei articuli. Quis enim inficiabitur perspectiuam esse scientiam, aut musicam, quæ tamen multa habent credita principia. Vt Medicina multa credit Physico, quia vbi hic definit, incipit ille. Et Astrologi Geometræ & Arithmetico credunt, & sunt propriè istæ scientiæ. Quid quod medici credunt Hippocrati & Galeno, Asclepiadi, Oribasio, Eristato, Diocli, & Erophilo, qui multa experta posteris tradiderunt, & non propterea medicina non est proprie scientia. Quamobrem etiamsi principia Theologica & conclusiones sint obscuræ viatoribus, sufficiat clarissimas esse beatis. Cruciant se Summi Thomistæ Caietanus & Ioannes Capreolus super hac re, at mea sententia cruciatus est inanis. Etenim neque medicus credens Physico, scientiam habet, neque Astrologus credens Geometræ, neque perspectiuus. Etenim quousque principia, quæ credunt perspecta habeant, & euidentia, scientiam non habent, sed fidem. Quia quod ex creditis proficiscitur, fidei gradum superat minimè. Vt perspectiuus docet, quæ sub minori angulo videntur, minora apparent. Huius principij apud perspectiuos fides pendens à Geometra tradente illius causam, quia quò longius procurrunt concurrentes lineæ, eò breuiorem componunt angulum, tantisperdum hæc causa non suffulserit perspectiuo, nescit illam propositionem dudum commemoratã. Vt etiam Musicus diapason primam & præcipuam docens esse consonantiam, hanc nescit donec proportionis duplæ ab Arithmetico rationem clarè discat, quoniam diapason ex dupla proportione resultat. Et medicus ex expertis procedens aliorum

An Theologia Scholastica sit scientia.

Caietanus & Caprealus reijcium tur.

non

non habet ſcientiam, ſed fidem. Demum omnis, qui ex creditis colligit, fidem habet, aut opinionem, non ſcientiam. Impertinens eſt enim quòd in alia ſcientia ſint euidentia, quid mea intereſt, ſi mihi non ſunt euidentia. Theologus igitur, qui ex creditis progreditur, vt habebit verè ſcientiam, ſecundum peripateticam ſcientiæ rationē?

Secundū argumentū cōtra Caiet. & Capre.

Certè iſti longè abſunt à peripatetico ſenſu, & veritate. Quid quod quando inclaruerint principia in cœleſti beatitudine, noſtra ſcientia Theologica euacuabitur: quippe obſcura cum ſit, ſub luce diuinæ claritatis non extabit. Quod verò Hieronymus ait. Diſcamus in terris quorum ſcientia manet in cœlis, ea monet diſcenda, quæ ad æternas promoueant ſedes. Verùm huic noſtræ Theologiæ clariſsima ſuccedet notitia, quæ abſterget omnem obſcuritatem, opinionem, & hæſitationem: adeò vt quæ dubitabat, quæ hæſitabat, noſtra Theologia modico lumine fidei potita, ſub vaſtiſsimo gloriæ lumine patebunt vniuerſa, diſpenſante Deo. Et hoc ipſum conducet ad accidentalem Theologorum gloriam. Expediens enim videtur, vt quorum nos tenebat ſciendi anxietas de Theologis rebus, illarum illuſtremur in patria notitia. Id quod aliorum non intereſt forſitan hæc videre, quippe nunquam illa diſſerunt: vt ſunt ij, qui in ſacra Theologorum theoremata non incubuerunt, tantiſperdum degerent fluxam hanc vitam. Nec me latet quibuſdam placuiſſe Theologiam noſtram perſeueraturam in cœlo nobiſcum. Credunt enim transformandam ex obſcuritate in claritatem, manente ſubſtantia eius intacta. Ità de fide etiam cenſuerunt non indigni Theologi. Ego verò Paulum audio: 1. ad Corinth. 13. dicentem. Cum venerit quod perfectum eſt, euacuabitur quod ex parte eſt. Euacuatio autem abolitionem ſubſtantiæ ſubindicat. At Theologia noſtra imperfecta eſt, & fides, & ſpes. Igitur ſub perfectione beati ſtatus hæc euacuabuntur. Propterea etiam ait, ſcientia deſtituetur, non equidem ſcientiæ, quæ propriæ ſcientiæ ſunt, quippe quæ euidentes ſunt habitus, ſed obſcuri habitus euacuabuntur, vt fides, opinio, &c. Neque arridet admodum diſtinctio Caietanica Theologiam noſtram diſtinguens ſecundum ſe eſſe perfectè ſcientiam, at vt in nobis, eſſe imperfectè ſcientiam: quādo Theologia noſtra ſecundum ſe ex creditis procedit, quando certiſsima eſt, ex fide pendet, quando incerta ex probabilibus rationibus. Vt ergo ſecundum ſe perfecta eſt? Theologia quidem ſanctorum, qui beata potiuntur claritate Dei, ſecundum ſe perfecta eſt, quia clariſsima. At noſtra obſcura, quippe videmus nunc per ſpeculum in ænigmate. Et quidem fac noſtram Theologiam eſſe claram, iam non viatrix eſt Theologia, ſed beata. Nunc autem ſumus paruuli, & loquimur vt paruuli, ſapimus vt paruuli. 1. ad Corinth. 13. quippe qui imperfecti ſumus. Dum enim ſumus in hoc mortali corpore, peregrinamur à domino. Ambulamus enim modo per fidem non per ſpeciem. 2. ad Corinth. 5. Et reuera mirari ſubit, quæ eſt æſtuatio hæc, qua aguntur multi Theologi, vt Theologiam exactam ſortiri rationem ſcientiæ aſtruere conentur. Quaſi verò pereat Theologis maieſtas, ſi ſcientia non fuerit, qualem deſcripſerunt Analytica poſteriora Ariſtot. Quandoquidem vt mea fert ſententia, eo nomine dignior eſt, quippe quæ ritum ſanctarum ſcripturarum ſequens, rationes dialecticas tranſcendit. Hæc enim Theologia non eſt defarragine aliarum. Eſt nanque iam euidens quando diuinitatis propria tractat, vt potentiam, ſapientiam, cæteraque, quæ Metaphyſicus & Phyſicus agunt. Vt de creaturis, & Angelis, & id genus cæteris. Eſt euidens quando fidei diſſerit myſteria. At certiſsima & infallibilis. Eſt incerta quando multa opinatur, vt de virginis Conceptione, deque lapſu Adæ. Num ſi Adam non laberetur adhuc Dei verbum carnem induiſſet? Si reprobatio habet merita mala præuiſa, an ſine horum præuiſione Deus reprobat? Et alia iſtis confinia innumera. Amplitudo eſt igitur Theologiæ grandis: nam omnia hæc comprehendit ſub ſinum ſuum. Quibus adde hiſtorias geſtorum Theologia amat, metaphoras non reſpuit, quas à veris ſcientijs Ariſtot. contra Platonem. 1. de anima ſubduxit. Quare admittit varios ſenſus, hiſtoricum, Tropologicum, & ſpiritualem. Vt Hierony. ait quæſt. poſte. ad Hedibiam: quæ vniuerſa alijs ſcientijs negantur. Cur ergo fruſtra laboras, vt hanc, ſecundùm dialecticam rationem oſtendas, ò Theologe, eſſe ſcientiam? Cur cogis ſcripturam Dei, vt morem in loquendo peripateticum obſeruet, cum potiùs vulgatum amet ſermonē, iuxta quē quæ experimur ſcire dicimus, & abſentia tunc ſcimus, qñ ex veraci teſtiū probatorum teſtimonio accepimus?

An Theologia noſtra perſeuerabit in cœleſti regno?

Quo differunt beati Theologi à beatis non Theologis.

Diſtinctio Caietani explodit.

Theologia Scholaſtica non eſt defarragine aliarū ſcientiarum.

Varijs ſenſibus Theologia eſt referta: aliæuero ſcientiæ unū habēt ſolū.

mus. Porrò diuina nobis sunt inexperta, & pessum iret fides si experimento esset conspicua. Ideò ex testimonio sanctorum Apostolorum & Prophetarum & Christi, horum magistri Theologica accipiunt. Ideò sciuntur iuxta phrasim scripturæ sanctæ, & hæc fuit diuinæ prouidentiæ summa dispensatio, vt quia hic sciendi modus ad captanda quæ remota sunt à sensibus, erat nobis familiarissimus, vti scilicet testimonio videntium, testes ideo sibi asciuit, & discipulos qui nobis enarrarent inuisibilia vt Augusti. meminit. 11. de Ciui. c. 3. Vnde Ioan. quæ vidimus (ait) quæ manus nostræ contrectauerũt de verbo vitæ annũciamus vobis. 1. Ioã. 1. Ideoq; Prophetæ suos libros à visione ordiuti sunt. Et Plato in Timæo in deorum Genesi dixit, Credendum esse antiquioribus, & his, qui à dijs oriundos gloriantur esse. Et rursum ipsa reuelatio Apostolis donata scientia vocatur, tametsi euidens non erat, vt beata. Vnde Ioannes. Et scimus (ait) quia verum est testimonium eius Ioan. 19. Et vt obiter hoc dixerim, si in rebus credendis diuinis antiquitas tanti momenti est: autore Platone, Cur miseri Germani (quod flens dico) antiquitati Ecclesiæ fidem non præbent, & vni Luthero, qui hesternus est, illa spreta, fidem exhibent?

Cur Prophetæ à uisione suainchoant uaticinia. ob seruandus Plato.

Contra hereticos Germanos.

Tertia quæstio huic connexa.

HOC IDEM inculcatũ à me est, nostram Theologiam obscuram esse. At verò quia eximius Theologus Henricus Gandensis illi nõ nihil euidentiæ tribuit: opus duxi esse necessarium istud in dubium deducere. Hic igitur non pœnitendus Theologus etsi obsoletus iam iaceat, & immeritò, quia profundi ingenij vir extitit. In quod. igitur. 12. quæst. 2. Theologicum lumen statuit medium inter lumen gloriæ, & lumen fidei. Vnde Theologos maiorem euidentiam sortiri de fidei arcanis confitetur, quam cæteri, qui Theologiam non profitentur. Induxerunt hominẽ in hoc placitum multa. 5. nãque metaph. tex. 6. medium sapit naturam extremorum at Theologicum lumen est medium interstans inter lumen gloriæ, in quo nullæ sunt tenebræ, & lumen fidei, quod tenebricosum est. Igitur Theologicum lumen etsi tenebris immisceatur, quia fidei connexum est: at fructur nonnulla euidentia, quia eleuatius ipsa fide est. Adde Paulum dicentem, Spiritus manifestè dicit. 1. ad Timotheum. 4. & Prophetis familiare est se vidisse, vt visio Esaiæ Prophetæ. Et Diuus Augustin. homilijs ad Ioann. &. 14. de Trinit. capitul. 4. idem insinuat. Doctioribus plus luminis esse, quàm simplicioribus, &. 11. super Gene. ad literam capitul. 32. de primo parente apertè confitetur Adam donatum fuisse lumine nobiliori, quàm sit fides. Cui subscripsit Diuus Thom. quæstion. de verita. 18. articul. 1. ad. 1. Mediam (ait) primum hominem assequutum notitiam præstantiorem nostra, & viliorem Angelica. Ad hæc Angeli priusquam bearentur, fide potiti, illustriorem habebant de diuinis notionem, quàm homines. Doctores igitur Theologi qui illustrius cernunt fidei mysteria, sortientur lumen quoddam clarius, quàm illi, qui sunt de media plebe. In diuersum est Theologorum experimentum. Nullus enim hoc lumine se potiri profitetur, nisi quidam non longè ab æuo meo, qui lymphatico & phanatico furore acti, se illuminatos in nostra Hispania asserebant. Vnde Hispanis vocabantur, *Los alumbrados*. Porrò certum vt feram de re hac iudicium, decernendum est in primis de lumine hoc Theologico, quale velit esse Henricus. Etenim aut infusum contendit esse, aut acquisitum, infusum negamus. Nostra verò opera quod accedit, ex studio & exercitatione non abnuimus. Infusum sanè non solum in Theologis nostris, imò etiam non video cur sanctis Doctoribus illud tribuamus. Etenim eorum in multis variant placita, & non in paucis discesserunt à vero, exceptis fidei præcipuis dogmatibus, quibus conueniunt: & operante Spiritu sancto in huiusmodi sibi consentiunt. Et liber retractationum Diui Augustini satis nobis attestatur. Nam si lumine infuso Augusti. scripsisset, non retractasset. At verò hoc in loco ab hac re supersedendum censui, quam in dilucidationibus ad Esaiam latè disseruimus. Cæterùm sancti isti Doctores præstantissimi ingenio, & in diuinis scriptis versatissimi, multa diligentissimè nobis elaborauerunt ad fidei lucem summi momenti. Hoc autem infusum lumen Patriarchis & Prophetis, quibus loquutus est Deus, sanctisque Apostolis concedo. De Apostolis enim legimus, quòd illis aperuit sensum, vt intelligerent scripturas.

2. Argu.

3. Argum.

Argu. in contrarium.

Agitur contra Henricum.

In prologo posteriore.

Theologicũ lumẽ mediũ.

1. Arg.

Et de

Et de Paulo ipſe teſtis eſt, Galatis ſcribens. 1. Se non ab hominibus, neq; per hominem, didiciſſe Euangelium. Et demum illis mandatur ne cogitent, quid aut qualiter loqui habeant, cum ſteterint coram principibus & magiſtratibus ſeculi: nam tunc illis præſtabitur os, & ſapientia, cui nō poterit terrena poteſtas obſiſtere. Præterea dicebat Paulus ſpiritus manifeſtè dicit. Quippe Spiritus ſanctus Apoſtolis loquebatur nō per ænigmata, aut typos (vt veteribus patribus) ſed clarè & apertè reuelabat agenda. Iſtis igitur neceſſarium erat hoc lumen infuſum, ſeu hæc reuelatio diuina: quippe qui ſcripturi erant canonicos libros, & totius orbis futuri erant magiſtri. Nam qui ſcirent diuina myſteria homines amuſi niſi cælitus edocerentur? At vero lumen conquiſitum propria ſolertia adeſt Theologis. Quippe exercitatione indefeſſa egregiè callent, vt articuli fidei ſint credibiles, & poſsibiles, & non repugnent cum ratione naturali, neq; implicantes ſint contradictionem, & hoc paululum eſt intelligentię de fide, qua orbantur non Theologi. Porro ita obſcuri ſunt articuli ternitatis & incarnationis Theologo, vt agricolæ. Quia tametſi videant illos eſſe credibiles: at credendo nihil lucis habent amplioris cæteris. Nam fides ſuapte natura obſcura eſt. Quod ſi aliquid amplius docere ſtudet Henricus, nos illi fidem non habemus. Adam vero hac inſigni dotatus eſt dote, habuit enim infuſam ſciētiam. Erat enim pater futuri ſeculi, quod geniturus & docturus erat. Deniq; vt finem dicendi faciamus. Angeli præter fidem lumine infuſo non fuerunt donati, cæterum perſpicaci vigentes mente, clariùs habueruut, quæ fidei erāt, quam nos. At argumēta priora non te morentur, quia per diſerta patent.

Theologi habēt lumē conquiſitum nō infuſum, præter fidē.

Soluitur primum argu. & reliqua.

Quæſtio quarta præcurſoria de ſubiecto Theologiæ.

SIquidem diximus Theologiā noſtram non eſſe ſcientiam iuxta Philoſophicos canones nihil intererat ſubiectum eius, vel ſubalternationē, vel vnitatē exqrere. Cęterū qualiter qualiter ipſa ſcientia eſt, prædictis quoq; potitur. Qua de cauſa merito hæc inueſtiganda venīt. Et profectò de ſubiecto Theologiæ quot capita, tot ſunt ſententiæ, vt in enarrandis autoribus plus negotij eſſet inſumendum, quam in veritate enucleanda. & ideo ſat fuiſſe cēſeo præcipuos indicare. Hēricus igitur Gandenſis quod. 12. articul. 1. & S. Thom. 1. p. q. 1. art. 7. & Scotus. q. 3. prolo. in eandem conuenere ſentētiam, Deum ſub deitatis ratione eſſe Theologiæ noſtræ ſubiectum. Eodem nanque Theologia potitur ſubiecto, quo fides. At fidei Deus ſub deitatis ratione eſt obiectum, ergo & Theologiæ. Durandus. q. 5. Marſilius. q. 2. artic. 5. & Gregorius in aliam diſceſſerunt viam, Deum ſcilicet, ſub ratione ſaluatoris ſubiectum eſſe Theologiæ. At Durandus diſcernit ſuū placitum. Nam Theologiæ reuelatæ, quæ eſt in libris Canonicis, meritum duxit eſſe ſubiectum. Quia recolit Ioan. 19. ſcriptū eſſe. Hæc ſcripta ſunt, vt credatis, & credendo vitam æternam habeatis. At verò Theologia noſtra, quæ acquiſita eſt, Deum cernit ſub ratione ſaluatoris. Quanquam quàm apta ſit hæc diſtinctio non facilè dixerim. Scriptura enim non ſiſtit in merito. Ait enim, vt credēdo vitā æternam habeatis, id quod ſalus eſt hominis. Reuelata igitur Theologia, & noſtra ad ſalutem æternam parandam nos inſtituunt. Confuſanè autem loquitur de ſubiecto, & fine, vtrunq; confundens. Porrò huius quæſtionis dilucidatio ex nominis ſignificantia petenda eſt. Subiectum autē apud Ariſt. confunditur, cum termino à quo & ad quem motus. 5. Phi. tex. 7. Mutatio (ait) quædam ex ſubiecto in ſubiectum eſt, ideſt, à termino à quo ad terminū ad quem. Et. 4. Phyſicorum ait ſubiectū eſt, quò pergit motus, & interprete Themiſtio, ideſt, terminus ad quem ſeu finis motus. Nonnunquam autem cum obiecto confunditur. 2. de Gene. tex. 7. Viſus (inquit) eſt prior tactu: quippe eſt de ſubiecto priore. Vocat ſubiectum viſus lucē: quæ ſanè prior eſt, quam aliæ Phyſicæ qualitates omnes. At vero in præſentia ſubiectum illud eſt quod quærimus, de quo demonſtrātur proprietates quæ in ſcientia demonſtrantur, & gratia cuius conſideratur, & traditur, quidquid ſcientia tradendum ſibi poſcit. Et demum quod eſt vt columna omniū in ſciētia contentorum: & quaſi cardo vbi voluuntur in ſcientia qualibet tradita. Iam ergo vt propiùs diſſerendæ quæſtioni hoc iacto fundamento accedamus, non dubito in Theologia aliud eſſe finem, aliud eſſe ſubiectum. Vt in medicina ſi finem ſpectes ſanitas eſt: ſi ſubiectum conſideras, corpus humanum eſt, ſanabile & ægrotabile. Itē Theologicus

Durādi placitum refellitur.

Deciſio quæſtionis.

Variæ ſignificantiæ ſubiectum apud Ariſtotelem.

In Theologia aliud eſt finis aliud ſubiectum.

finis

finis vitæ æternæ consequutio est: illò nanq; Theoremata nostra vniuersa pergunt. Nam quidquid fides credit, quidquid libri canonici docent, quidquid nostra Theologia sudat, illò vniuersa tendunt. At verò Deus sub ratione absoluta est subiectum Theologis. Nanque sub rationibus reuelatis traditur de Deo in libr. sentent. vt in. 2. libr. sub ratione creatoris, in. 3. sub ratione seruatoris, in. 4. sub ratione beatificatoris. At in primo sub ratione absoluta, vtique deitatis. Quæ ratio est prima omnium, & fundamentum omnium aliarum rationum. Etenim si Theologia hæc non traderet de Deo sub hac prima ratione, quærendum superest, cuius scientiæ erit hæc traditio? Sanè nullius nisi huius. Si Metaphysica prima est scientiarum, quippe quæ de primo tractat sub ratione prima, ideſt, de ente quatenus ens: Theologia itidē prima est omnium, quia sub ratione prima (quæ est ratio deitatis) vniuersa considerat. Et demum huc dirigit suam tractationem. Nam siue creatorem, siue redemptorem, siue glorificatorem pendas rationes istæ sunt respectiuæ, & secundariæ, & particulariores comprehensæ sub vniuersali deitatis absoluta ratione. At occines hæc absoluta deitatis ratio est incomprehensibilis, vt ergo erit ratio scientiæ nostræ. Vtique incomprehensibilis est, at pro captu nostro diuinitatis qđ assequimur, satis est, ad rationem formalem scientię Theologicæ. Quid quod diuinorum radiorum fulgore illustrati illam consideramus, vt quod lumen vernaculum mentis nostræ negat, lumen fidei liberaliter præstet. Et si non subinde intellectum velis, reuelationem esse formalem rationē obiecti Theologici, nanque falleris si ità ducis. Reuelatio nanque nō est formalis ratio obiectiua, quippe formalis ratio hæc in obiecto est, vt lux in colore: at reuelatio etiam si à Deo sit, non est in Deo, sed in nobis. Nam vt Aristot. ait 3. phy. lib. actio non est in agente, sed in recipiente. Est ergo modus reuelatio, quo nos tendimus in diuina. Vt Dionysius libr. de mystica Theologia capitul. 1. meminit, dicens. Diuinam sapientiam nobis sub diuinis fulgoribus tradi: implentibus oculos vacuos spiritibus. Ad quæ alluſit diuus Thom. in. 1. sentent. dist. 1. quæstio. 1. articul. 4. Ens (ait) diuinum sub diuinis inspirationibus esse obiectum nostræ Theologiæ. Si adhuc hæc non capis, obserua rursum, sub lumine naturali vniuersa naturaliter scibilia à nobis comprehendi: at lumen natiuum non est formalis ratio scibilium. Vnum quodque enim suam nactum est rationem scibilitatis propriam & germanam sibi. Vt ergo fides tendit in Deum sub ratione primæ veritatis, & charitas sub ratione vltimæ bonitatis, & spes sub ratione vltimæ bonitatis, vt ab ea assequibilis est: ità Theologia sub ratione deitatis, quæ est omnium rationum prima. Neque tamen colligas Theologiam nostrā esse præclariorem fide, & alijs Theologicis virtutibus. Meminisse enim oportet Theologiam nostram pārabilē esse nostro labore: at Theologicæ virtutes diuini muneris sunt. Non ergo sunt comparanda in præstantia hæc, quia in specie ātoma fit comparatio cum multis partibus, quæ muneris diuini sunt nostra excedant. Dixit autem Aristotel. 4. Metaphy. text. 2. Theologiam naturalem. 1. Metaphysicam esse de ente, quatenus ens, idcirco vniuersalissima est sciētiarum: Theologia autem nostra quia de Deo est, quatenus Deus est, vniuersalissima est quoque. Deus nanq; est omnium rerum principium primum. Huic ergo cedat oportet Metaphysica: quia Deus est fōns totius esse. Quid quod lumini superno infixa & infallibili veritate edocta in domino gloriatur? Vt qui gloriatur in domino glorietur. Cæteræ nanque scientiæ seipsas commendant: hanc verò Deus commendat, hanc doctus Plato nescivit, hanc Demosthenes eloquēs ignorauit, vt Hierony. Paulino scripsit.

Diuinitatis ratio absoluta est prior quam respectiuæ aliærationes.

4. Meta.

Reuelatio nō est formalis ratio obiecti Theologici.

Sub lumine natiuo universa scibilia naturaliter possunt ā nobis comprehendi.

Metaphysica ignobilior est quā Theologia.

2. Ad Corint. 10.

Quæstio quinta præcursoria.

An Deum esse sit per se notum.

PRoxima quæstione differebā, Deum esse nostræ Theologiæ subiectum: legitimo igitur gradu hæc illi connexa est. An hoc subiectum esse sit per se notū. Quippe Diagoras, Theodorus, Cyrænaicus, Lucianus atheos, ideſt, sine Deo appellatus, & quidam alij cum Epicuro diuinitatem negauerunt. Vt autor est Plutarchus libr. de placitis Philosophorum, & Theodoretus. 2. libr. de principijs, & Tullius libr. 1. de natura Deorum. De quibus illud Psalm. extat. dixit insipiens in corde suo non est Deus. ¶ Contrà verò est totius orbis in diuinitatis

In cõtrariũ argumẽtum.

Deciſio quæſtionis.

Per ſe notũ tres ſunt gradus.

Per ſe notũ non ſunt notificabilia per alias cauſas.

Scięti arum principia tri bus modis ſunt colligẽda.

religionem conſenſus. Pandet ſanè nobis iter, vt ſoluatur quæſtio hæc, ſi illud Themiſtij, primo poſteriorũ reuocemus in memoriam. Per ſe nota tres habere gradus. Quædã enim ſunt, quæ vulgata ſunt cunctis hominibus, quæ non docentur à magiſtris, ſed cordibus noſtris à natura ſunt indita. Vt quodlibet eſt, aut non eſt. Totum eſt maius ſua parte. Secundi gradus ſunt, quæ non ità ampliſsimè diuulgata ſunt, vt priora: at ſtrictiora ſunt, & ſcientijs ſunt quibuſdam familiaria. Vt ſi ab æqualibus æqualia demas, quæ remanent ſunt æqualia, id quod Mathematicis diſciplinis perſpicuum eſt. Tertij ſunt, quæ vnam amant ſcientiam. Vt ex nihilo nihil fit. Id quod Phyſicus complectitur, & eui dens ſibi habet. Vt & illud eſt pars minora tempora conſumit tant. ſperdum mouetur, quam totum, vt dixit Commen. 6. Phy. text. 21. &. 4. Phy. text. 54. De iſta locus eſt aliud quàm locatum, idem aſſeruit. At vero quæ primum tenent gradum ſunt clariſsima lumina intellectus, ideò dignitates appellatæ Græcis, & axiomata. Et vt Themiſt. 2. de anima text. 154. ſcitè docuit, talia ſunt, quæ etiam repugnantes ad ſe trahunt, & ad conſenſionem mentem cogunt. Celebre eſt quod Boethus libr. de Hebdomadibus dixit, perſe notam eſſe propoſitionem, quam quis auditam ſtatim probat. Etenim non eſt illi opus, vt clareſcat argumentum aliquod illam notificans: at ex ſua connexione intelligentibus ſtatim pateſcit. Hoc ſibi vult per ſe notum, ideſt, non per aliud notum. Sunt enim quædam propoſitiones (vt diximus) ità perſe notæ, vt quas naturale lumen mentis humanæ nullo monſtrante extrinſeco in diluculo ſuggerit. Quamquam non ſunt omnia per ſe nota tantæ dignitatis, vt quæ primo ordine ſunt recenſita. Cæterùm omnia per ſe nota conueniunt, quòd non per alias cauſas ſunt demonſtrabilia: quia omnia ſunt indemõſtrabilia. Vt motus eſt, materia eſt, natura eſt. Tradidit autẽ Ariſt. 1. Ethi. c. 10. ſcientiarũ principia aut ſenſu, aut propor tione, aut cõſuetudine eſſe colligẽda. Vt motus eſt, ſenſu experitur. Materia eſt, proportione ad artificialia docetur. Deus eſt colendus, parentes ſunt venerandi, cõſuetudine habentur legibus introducta, & vſu gẽtium probata. Quod ſi Ariſtotel. 1. Topico. 3. capitul. probabilium diſtinxit genera quædam quæ omnibus, alia quæ ſapientibus, demum alia, quæ maximè ſapientibus ſunt probabilia.

Nominales reijciuntur.

Per ſe nota dubitãtur à quibuſdam.

Deũ eſſe eſt per ſe notũ & quoad nos.

Non malè Themiſtius idem obſeruandum tradidit. De per ſe notis hæc dixiſſe placuit, vt nominales Theologos carpendos putes, qui rentur per ſe notum ſolum quod eſt indiſcriminatim omnibus notum, quale primi gradus eſt per ſe notum. Itaque quod dubitabile eſt vtcunque ex notitia intuitiua vel abſtractiua per ſe notum iſtis non eſt. Quibus propterea placuit, Deum eſſe, non eſſe per ſe notum, quippe q̃ à quibuſdam hæſitatum eſt de diuinitate. At iſti rem hanc profundè non introſpexerunt. Etenim hæſitant nonnulla huiuſmodi quidam non ex meritis propoſitionis, quæ ſuapte natura hæſitanda non eſt: at hæſitant aut ex ingenij debilitate, aut ex praua conſuetudine. Qui enim aſſueti ſunt veternoſis erroribus, per quam maximè difficile eſt, vt veritatibus credant: aut quia Dialecticem ignorant: quæ eſt methodus ad omnes veritates perdiſcendas. Id quod Auerroes Auicennæ nõ ſemel impegit. Quamobrem propoſitio hæc de ſe nota eſt, Deus eſt. Etenim eſſentiale eſt Deo eſſe. Non habet proinde cauſam per quam à priori ſciatur. Nam ipſa in ſe condit rationem ſuæ ſcibilitatis. Ideò rectius ſenſerunt, qui Deum eſſe, non ſolum per ſe dixerũt notum, quin & quoad nos. Eſt quippe nobis hoc inditum à natura diuinitatis, ſcilicet, cognitio. Ità Damaſcen. libr. 1. de fide Orthodoxa capitul. 1. & Cicero libr. 2. de natura deorum. Et Platõ de legibus libr. 10. Volunt iſti diuinitatis notionem in nobis eſſe ante omnẽ rationem, & prolepſim, vt verbo Ciceronis vtar, ex Democriti ſententia. Ex noſtris verò D. Bonauentura. d. 1. q. 3. artic. 1. huius videtur amator placiti. Ait enim non per ſpecies abſtractas, at per ſpecies impreſſas Deũ eſſe nobis notum. Porrò Paulus ad Rom. 1. per creaturarũ veſtigia Deũ eſſe veſtigabilẽ Apoſtolica voce docuit. Id quod cũ prædictis pugnare non nihil videtur. Ego verò facilè dixerim, Dei notionẽ facilè eſſe mortalibus cũctis & vt ita dixerim intercepũdia infantibus innoteſcit: & diuinitatis notitia nobis inhæreſcit. Etenim humana natura ad illã cõtinuò excitatur, niſi q̃ opera ſatanæ peruertitur hæc excitatio, q̃ ad Deos falſos illa diuertitur: quos cum ſemel recepe rint miſeri homines egerrimè euomunt falſam religionẽ, quia ſenſibus eſt amica. Nẽpe deos habere cum quibus familiariter agas, vt erant idola, & ſunt modò maximè apud Oriẽtales Indos. Demum religio diuinitatis

ſiua

siue veri numinis, seu falsi omnibus inhæret scit à natura quanuis barbarissimis. Tametsi Strabo apud Hispanos quondam tradat, quosdam fuisse natione Caletios, qui nullius erant cultores numinis. At isti inter monstra sunt recensendi. Monstrum autem legem naturæ & si in se ipso disturbet, in alijs non tollit. Istis porrò hoc accidit, vel ex debilitate ingenij, aut propter alias causas paulò ante indicatas. Istis tamen accedat exactiorem & puriorem notionem diuinitatis habere, qui volet maximo studio esse sibi
Ad Rom. 1 parandam secundum methodum Apostolicam per creaturas visibiles scandere in inuisibilem creatorem id quod non cuiuis contingit. Ideò in hac pura & syncera diuinitatis notitia erratum est à Philosophis quibusdam. Et Plato obid non temerè in Ti-
Lege Timæũ lib. 32. mæo dixit. Patrem mundi inuenire esse operosum nimis. Quod prius Dauid cecinerat, Qui posuit (ait) tenebras latibulum suũ, & Paulus cum illo conspirans. Qui habitat (ait) lucem inaccessibilem. Et ob eam causam Athenienses ara ignoto dicabatur Deo, aut ignotis Dijs, vt Hieronym. ex Euripide transcribendum ait. Et in Asclepio Mercurius Trismegistus inquit. Arduum est, ò Asclepi, Deum cognoscere. Et vt summatim hæc perstringam audi Theodoretum in cõment. Epistol. ad Ephe. capitul. 1. De Dei substantia inquit, omnium consentit opinio, quòd diuina sit & nullius sensu facilè comprehendatur. Errat autem vnusquisque dum tale aut tale illam putat. Etenim illam dixerunt quidam Iouem, alij Saturnum, & id genus cætera. Est igitur per se notum Deum esse saltem confusa notitia, etiam quoad nos notum. Tu lege D. Thom. in comment. ad Boëtium de Trinita. articul. 3. quo loco idem sapit. Et in. 1. par. quæstion. 2. articul. 1. Hoc demum est quod scriptura clamat à magnitudine speciei creaturæ cognoscibiliter, idest, euidenter poterat creator horum videri Sapien. 13. Hoc nanque in nobis natura inseruit vt perspectis effectis, hæc causam habere sit notum. Viso igitur mundo, causam habere pulcherrimum hoc spectaculum cui dens est per se. Quam causam esse præstantissimam omnium iudicamus, quia præstantissimi edificij artifex est, quam Deum dici-
Plinij fœdus lapsus in notione diuinitatis. mus, ideſt, omnium optimum & præstantissimum. Et verè ridendus Plinius, qui naturæ manifesta opera diligentissimè scrutatus, autorem beatissimum naturæ, lippos habuit oculos vt cerneret. Cœlum credens Deum. O infœlicem hominis lippitudinem opificium credidit esse opificem libr. 1. de Historia. Et dignissimum miratu, cur iste solertissimus Physiographus laudans celebri encomio Platonem illum antistitem sapientiæ cognominans Timæum tamen Platonis nõ legerat, quo loco miranda de pulcherrimo hoc mundi opificio denarrans, de opificis pulchritudine & bonitate mirabiliora memoriæ prodidit, cui vel vni fidem si præstitisset non tam stultè circa diuinitatem desiperet. At verò quoto gradu per se sit recensenda hæc, Deus est, super est agere. Etenim *In quoto* in nullo relatorum à Themistio graduũ hæc *gradu trium* locanda venit. Non enim ità claram gerit *per se sit re-* de se notitiam, vt illa, quodlibet est, aut non *censẽda hæc* est. Neque ita obscura est, vt scientiarũ prin- *Deus est.* cipia. Et ego hanc locarem in medio loco inter primum & alterum gradum, est enim longè clarior, quam particularium scientiarum principia. Cæterum, quia ab insipientibus nonnullis hæsitata est, id quod illi Metaphysicorum dignitati non accidit, quodlibet est, aut non est, ideo non tam per se nota est quam illa. At dices Deus est ipsum ens, at hæc ipsum ens est, per se notissima est. Ergo Deum esse ita per se notũ est, vt quodlibet est, aut non est. Dicito ità esse hanc esse notissimam ipsum ens est. At quòd Deus sit ipsum ens, non est adeò per se notum vt inhæsitationem non possit deduci, alioqui de se notum.

Quæstio Sexta præcursoria.

An Theologia nostra beatæ subalternetur.

VAria scriptitarunt Theologi nostri de disceptatione hac. Etenim Durandus. q. 7. prologi diffitetur subalternationem: Scotum. q. 3. prolo. imitatus, quos vulgati Theologi amplectuntur ob multa. Quorum primum est, quia idẽ subiectũ est nostræ & beatæ Theologiæ. Secundum est, quia principia sunt eadem. Tertium est, quia se admittunt subalternans, & subalternata. At nostra, & beata se excludunt, hic enim ambulamus per fidem, illic per speciem. 2. Ad Corinth. 5. S. Thom. 1. part. quæstion. 1. articul 2. aliud amat: & subalternationem non diffitetur. Etenim ar-

ticuli fidei qui noſtræ Theologiæ ſunt principia in beata clareſcunt, vt Muſicæ principia in Arithmetica innoteſcunt.

Deciſio quæſtionis.

Ego verò vt olim dicebam, Theologiam noſtram aſſero nõn ſubire canones peripateticos in ratione ſcientiæ, itidemque aſſero de ratione ſubalternationis, quos ſanè præſcriptos legis. 1. poſte. capitul. 3. Et vt cætera mittam hoc in primis cenſetur ſubalternationi neceſſarium, vt ſubalternatæ principia demonſtrentur demonſtratione propter quid in ſubalternante. Vt hæc Diapaſon eſt præſtantiſsima conſonantia, omnes alias conſonantias in ſe comprehendens. Vt enim circulus omnes claudit figuras ita Diapaſon cõſonantias. Eſt enim ſimpliciſsima conſonantiarum, quia eſt in multiplici proportione, aliæ vero inſuper particulari, vt diapente inter. 2. &. 3. diatheſſaron inter. 3. &. 4. Diapaſon eſt inter. 1. &. 2. Lege Boetium libr. 1. muſicæ, & ideò habet cauſam propter quid in Arithmetica. Vt illa, Quidquid videtur ſub minori angulo videtur minus, quàm pro ſua quantitate (quæ eſt perſpectiuæ) habet propter quid in Geometria. Et Thomas exponens Boetium de conſolatione duo enumerat ſubalternationi amica, Alterum eſt ſubiectum eſſe ſub ſubiecto, vt planta ſub corpore mobili, aliud quod de principijs dudum aiebam. Itaque alterum horum ſat erit. Vnde medica facultas & ſi non rationis ſubiecti, at ratione principiorum ſubditur Philoſophiæ. Quippe corpus ſanabile vel ægrotabile etiam ſi ſit inferius Phyſico ſubiecto, non tamen ea ratione qua eſt medicinæ ſubiectum Phyſico ſubiacet. Eſt enim medicinæ ſubiectum ea duntaxat ratione, qua eſt per artem medicam ſanabile: non per naturam. Et iuxta hanc conſiderationem corpore mobili per naturam non eſt inferius. Ars enim eſt diuerſum principium atque natura. At verò hinc pandit ſe veritas huius quæſtionis. Etenim ſi ſubiectum noſtræ Theologiæ ſpectas, idem eſt in beata Theologia, ſi principia conſideras, eadem itidem ſunt, etiam ſi beata potitur eiſdem, ſed clariſsimis. Eſt enim perfecta Theologia, & euacuauit quod ænigmaticum atque ſymbolicum viatrix obtinet Theologia: iuxta illud. Cum venerit quod perfectum eſt, euacuabitur quod ex parte eſt. Porrò ſubalternans, & ſubalternata, nuſquam eiſdem fruuntur principijs, atque ſubiecto. Quibus accedat Ariſtotel. 3. de cœlo text. 6. cum ſuo comment. dixiſſe ſubalternantem eſſe diminutam, & ſubalternatam complere illius diminutionem. Nanque geometra tametſi ſciat principia perſpectiuæ, at vt geometra neſcit perſpectiuam. At Theologia beata non diminuta ſcientia, imò ſuis omnibus numeris eſt abſoluta. At noſtra eſt ſatis imperfecta, quia ex parte cognoſcimus, & ex parte prophetamus. 1. ad Corinth. 13. Quid quod diuina quæ tractamus, vt Deum eſſe trinum atque vnum, Deum eſſe bonũ, iuſtum, &c. non habent propter quid, neque in noſtra Theologia, neque beata. Deus enim cauſam non habet, quippe qui eſt omnium prima cauſa. Nam & ſi quoad nos eſt miſericors Deus, quia Deus, iuſtus quia Deus. At ſecundum veritatem diuinitas non eſt cauſa miſericordiæ, Diuinitas enim eſt ipſiſsima miſericordia, atque iuſtitia, &c. Quanquam quædam ſunt, quæ cauſam habẽt, vt incarnatio diuini verbi, & alia à Deo mirabiliter geſta. Quam cauſam Paulus Tito ſcribens docuit eſſe, non ex operibus iuſtitiæ, quæ fecimus nos, ſed ſecundum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit. Quæ cauſa eſt nobis fide accepta, at beatis viſione comperta. In abſoluto igitur tibi ſit non eſſe ſubalternationem propriam inter noſtram & beatam Theologiam. Neque diuus Thomas tam moroſe rem iſtam exegit, quam ſuus interpres Caietanus conatur exigere: adeò vt noſtram Theologiam contendat non excludi à beata, id quod falſum eſſe iam tradidimus. Sat ſit in hoc quadam tenus ratione ſubalternari has quia noſtra Theologia euidentiam habet apud beatos: & quia Theologica noſtra ab ipſa ſapientia patris Chriſto, qui eſt beatitudinis elargitor emanauerunt. Quia Deum nemo vidit vnquam, vnigenitus, qui eſt in ſinu patris, ipſe enarrauit nobis: ſufficiat hoc quod dixi, vt ſubalternationem confiteamur inter has duas ſcientias. Nam ars nautica ſubalternatur Aſtrologiæ, quia ab illa gubernatur. Nam ſtella polaris obſeruata à nautis nauigationem dirigit, & frænefactiua ob eandem cauſam equeſtri ſubdita eſt, vt Chirurgia medicinæ. Lege Ariſtotel. 1. Ethic. capitul. 1. &. 1. poſt. tex. 30. At verò quia non ſemel imò ſæpè principiorum Theologiæ inculcata eſt mentio: quærere quæ principia ſint hæc non ab re, imò è re noſtra erit. Et Marſilius quæſt. 3. prolog. arti. 1. &. 3. quædam cenſet huius Theologiæ principia remota. Alia proxima priora ſunt

Quid eſt maximè neceſſariũ in ſubalternatione.

Subiectũ medicinæ non ſubalternatur ſubiecto Phyſico.

1. Cor. 13.

Notandũ argumentũ ex Auerroe quod probat Theologiã noſtram non ſubalternari beatæ.

Caietanus moroſius rẽ exigit quam Tho.

Deum

Quæ sunt Theologiæ nostræ principia.

Deum esse iustum, esse veracem, & hoc genus. Alia verò propria quæ sunt fidei articuli. Cæterum illa, quæ remota appellabam Marsilius vocat extrinseca Diuus Thom. 1. par. quæst. 1. articul. 8. articulos fidei principia putat esse, at verò cum plerique articulorum sint cõclusiones, vt ille illa vocat principia? Nam Christum mortuum fuisse, ab illa pendet, Verbum caro factum est. Item Christum resurrexisse, ab illa mortuũ fuisse. Et demum Paulus. 1. ad Corinth. 15. generalem resurrectionem ex Christi resurrectione colligit. Sectatur AEgidius placitum Diu. Thom. in prologo sentent. Est autem memoria repetendum duplicẽ nos sanxisse Theologiam & reuelatam, & acquisitam, illa libris canonicis comprehensa augustissima Dei autoritate glorioſa citra processum disputatiuum progreditur. Nanque hoc vno contenta est, quia dominus loquutus est. Huius igitur ne quæras principia, quippe vnum est, quo gaudet principium, quod & eius finis est, idest verbum Dei. Quòd si non nunquam disputat, vt dominus contra Iudæos, & Paulus, & Stephanus vires disputationis non ab Aristote. petit, at à verbo Dei. Idcircò non scientia, sed fides est. Acquisita autem triplicem habet progressum, alterum doctrinalem, quando diuini verbi autoritate freta ex sacris Biblijs, aut œcumenicis Concilijs, aut ex communi sanctorum decreto probat quæ fidei sunt: procedendo à principijs ad conclusiones legitimis argumẽtationibus. Habet rursum & alterum progressum, quem dixerim dialecticum, quando ex probabilibus ex Philosophia petitis rationibus, vel aliunde suas colligit conclusiones. Demum est alter tentatiuus quando in hæreticos inuehitur, illos redarguens, & ex illorum assertionibus illos refellit: in qua cẽsura etiam nuncupabis Iudæos.

Articuli fidei quidam sunt conclusiones alij principia.

Theologia reuelata quomodo disputat.

Triplex processus Theologicus.

Theologia acquisita aliquando pro dialecticè aliquã do tẽtatiuè aliquando propriè.

Secundò aduertendum tibi erit, principiorum quædam esse communia scientijs omnibus, alia verò propria singulis tradẽte Arist. 1. post. tex. 27. Scientiæ (ait) omnes communicant & conueniunt circa principia communia, quibus vtuntur, tanquam ex eis demonstrantes: sed non ex quibus demonstrant. Et rectè, nam ex hoc principio, quodlibet est, vel non est, omnes demõstrationes pendẽt: tametsi in nullam demõstrationẽ ingressum habet, vt maior aut minor, aut cõclusio eiusdem. Ideo. 4. Metaphy. text. 7. habetur, Sciẽtiæ omnes vtuntur principijs primis, prout conuenit eis, non vt se extendunt ad omnia. Huius autem scientiæ quædam sunt principia prima, quæ in alia resolui nequeunt, quale illud, Deum esse reuelatorem, & Doctorem eorum, quæ in sanctis continentur scriptis. Hoc primum est omnium principiorum, nam articuli fidei hinc pendent vniuersi. Et quanquam priùs sit Deum esse, quam reuelatorem, hoc enim ex tempore accidit, illud autem æternum est, at quoad nostram Theologiam, Deum esse, innotescit per reuelationem. Theologus enim colligit, Deũ esse, ex hoc principio reuelato. Audi Israel quòd dominus Deus tuus vnus est. Neque hoc principium probari potest per causam priorem. Nam si scisciteris, Vnde habes hãc reuelationem? non poteris ad aliam recurrere. Hæc nanque est vniuersalissima. Deus est autor sacrorum codicum. Cæterum per quædam posteriora hoc colligere principium valemus, vt iam præcedens noster te docuit sermo, quando formam tradidimus, vt agendum esset Theologo contra Paganos. Ad hæc itidem seruare oportebit, Theologiam naturalem quandam esse, qua nomenclatura ornatur Metaphysica: hæc enim rationibus à natura docente acceptis diuina colligit, & probat, vnum esse ens primum, vt periodus Metaphysicorum indicat in hæc verba. Mala est multitudo principantium, vnus esto princeps. Et. 8. Phys. vnum esse mouens primum colligit Aristote. ne sit processus in mouentibus & causis in infinitum. At verò Theologia supernaturalis quam verè Theologiam appellato, non per hæc scandit ad diuina, at per sacra oracula à Deo demonstrata seu reuelata, & hæc progressio est propriè Theologica. Ideò cum alijs scientijs principia non communicat. Est enim singularis hæc doctrina, quam spiritus docuit seruos suos. Quod si nonnunquam, vt non rarò contigit, Physicas aut Metaphysicas texit rationes Theologus, nempe quia agit personam aliorum, vt suas conclusiones, aut principia, quæ reuelatione accepit, non esse repugnantia cum natura ostendat: cæterum huiusmodi non est propriè Theologicus processus, quippe qui non ex reuelatione Dei proficiscitur. Quanquam nos supra dicebamus esse Theologicum habita ratione ad principia, aut conclusiones Theologicas, quas colligere contendit. At is est propriè Theologicus processus, qui ex reuelatis sine vitio illationis, idest, euidenter, colligit: etiam si non sit

Principia prima theologiæ, quæ in alia nequeunt resolui.

Theologia naturalis quæ.

Theologia supernaturalis.

euidens quòd colligitur. At ideò euidenter colligitur, quia neceſſaria conſequentia colligitur ſecundum præcepta dialecticæ: tametſi non omnis collectio Theologica hoc modo neceſſaria eſt. Sunt enim pleræque probabiles, quas dudum ad proceſſum dialecticum pertinere aſſeuerabamus. Quanquam enim teſtimonijs ſacris agatur non neceſſariò, ſed probabiliter non rarò agitur. Quippe non ſemper teſtimonia ſacra clare oſtendũt, quod intendimus. Paulus enim dixit de duobus fratribus Eſau & Iacob. Priuſquam ederentur, aut quidquam boni egiſſent, aut mali, alterum dilectum, alterum verò neglectũ. Ideò Theologorum quidam collectum iri cenſent, reprobationem non eſſe ex præuiſione iniquitatis venturæ. At non perſpicua eſt collectio. Quare aliorum placitum diuerſum aſſentit, & hoc genus paſſim ſi aduertis, innumera offendes. Rurſum Theologus nõnunquam allegoricè iam tropologicè, iam verò anagogicè procedit. Vt Paulus Galatis ſcribens filia Liberæ & filium ancillæ in duo retulit teſtamenta: quæ fide plena eſt allegoria. Cæterum ſi Theologi exiſtis myſticis ſenſibus argutantur, & ſi probabiliter argutẽtur: at non eſt hic propriè Theologicus, ideſt ſcholaſticus proceſſus: hic enim ex literali ſenſu, aut myſtico qui in ſacris cõtinetur muſis, qui certiſſimus eſt, progreſſionem habet: cæteros autem ſuggeſtibus mittit, à declamatoribus diuini verbi concionãdos. Obſeruato itidem ſingularia, quæ à ſcientia eſſe repudianda Ariſtot. docuit: illa à Theologo non pati repudium. Etenim ad proceſſus probabiles cõtexendos commoda ſunt. Vnde Auguſtin. libr. de Trinit. illud geſtum Abrahæ qui tres vidit, & vnum adorauit, vt fidem aſtruat Trinitatis adduxit. Itidemq; Cyrillus libr. 1. contra Iulianum. Et frequentiſſimum eſt Doctoribus Eccleſiaſticis huiuſmodi argumentum. Itidem ad mores formãdos fidelium, geſta, quæ ſacræ docent literæ ſæpiſſimè conducuntur. Vt Iacobus ſufferentiam Iob protulit, vt patientiæ nos commonos faceret. Ideircò non temerè ſupra dicebam, hanc eſſe Theologiam noſtram alterius rationis ſcientiam, à cæteris ſcientijs longè latèque diuerſam.

Ad Rom. 9.

Ad Gala. 4.

Proceſſus Theologicus ex literali ſenſu.

Gene. 18.

Singularia non reijctiuntur à Theologo.

Iam verò, vt ad ſcopũ huius diſputationis reducamus ſermonem, Theologię principiũ primum illud eſt, Deũ eſſe reuelatorẽ vtriuſq; teſtamenti. Ideoque re exactiùs expenſa, quidquid libris canonicis continetur, quatenus reuelatum eſt, quatenus creditũ eſt, quatenus ſub diuino lumine fulget: hoc eſt Theologicum principium. Nam exiſtis reuelatis multa colligi poſſunt & quæ colliguntur neceſſariò aut probabiliter, Theologicè colliguntur, quæ verò ſophiſticè & falſigrapha collectione, illa non Theologicè cõſequuntur: qui mos hæreticorum eſt. Quamobrem Deum eſſe iuſtum, miſericordem, prouidentem, & reliqua quę micant ſub lumine vernaculo mentis noſtræ: non ſunt principia Theologica, imò ad Metaphyſicen, aut Phyſicen pertinent, qua verò illa diuina autoritate oſtenduntur Theologica ſunt principia. Et hoc eſt fortaſsis, quod Marſilius volebat, dicens, Hæc quæ retulimus extrinſeca eſſe principia. Porrò autem inter hæc reuelata quædam ſunt, quæ ſunt, ceu fontes cæterorum. Vt articuli diuinitatis, & ideò hæc recenſenda veniunt vt prima noſtræ Theologiæ principia. Tametſi articuli humanitatis pendeant ab articulis diuinitatis, & articuli humanitatis inuicem pendent. Etenim Chriſtum eſſe mortuum, ab eo pẽdet quòd homo factus eſt. At quia nullus alterum euidenter probat, ideò omnia ritè principia dices eſſe. Etenim non euidens eſt collectio Deus eſt homo factus, igitur mortuus: quia ſi fides non obſiſteret, diceret quiſpiam diuinitatis præſidio mortem à Chriſto propulſaſſe, vt Manichæi dixerunt, non verè eſſe Chriſtum mortuum, ſed apparenter. Ideoq; ſinguli articuli proprias gerunt difficultates, quas fides credẽdo vincit ſolùm. At verò audio te mihi occinentem, nãq; hæc principia, quæ retulimus, ſunt theorica, multa autem ſunt Theologica quæ praxim docent: hæc igitur quibus fruentur principijs? Praxis nanque germanis ſibi donanda eſt principijs, vt theoricæ theoricis, vt ſibi familiaribus atque cognatis donanda venit. Atqui theoricæ, & theologica praxis illo gaudent communi theologicorum principio ſæpè commemorato, deſt, diuina reuelatione. At ſi de proprijs ſermo verſetur, ſi ad illa decem, quæ decalogus tradit præcepta praxim Theologicã eſſe referendam quis dixerit, non errabit: modò hæc decem nõ ita accipias, vt natura illa docet, ſed vt diuinus Exodi liber illa tradit. Vt de diuinitatis vnitate, potentia, ſapientia ſuperius te docuimus, qualiter Theologici erant inſtituti, tametſi ratio naturalis illa aſſequatur.

Proceſſus hæreticus eſt falſigraphus.

Intelligẽtia Marſilij.

Exo. 20.

Si vigilanter hucuſq; tradita obſeruaſti,

prom-

promptum tibi erit, quæ & qualia sint nostrę Theologiæ principia, quæ cùm eadem sint in beata Theologia, consectarium erit nō esse inter Theologiam beatam, & nostram peripatetica m illam subalternationem, quam posteriora Analytica libr. 1. tex. 30. præscribunt. Quod si vltra progrederis non obscurè videbis Theologiam nostram non subalternare alias scientias, quippe quæ principia sua alijs non communicat. At verò omnes corrigit quia suprema est, & lumine superno clarescens cæteras oēs sua dignitate antecellit. Vt luminare maius q̄ sua ratione tenebras nocturnas dissoluit. Ità Theologia cunctos errores diluit, hæresesque vniuersas disipat, Cæteræ verò scientiæ instar sunt stellarum & lunæ, quæ mixtæ tenebris lucent. Argumenta igitur Scoti & Durandi quod volunt habent.

Theologiæ munera & laudes.

Septima Quæstio connexa huic.

QVæstio hactenus diserta diuinā reuelationem columnam esse, & veritatis fundamentum Theologicarum veritatum tradidit: idcircò de huiusmodi reuelatione pauca inserere nō abhorrebit ab opere instituto. Etenim gentes etiam diuinæ reuelationis mētionem non neglexerunt. Scripsit nanque Aristote. libr. de admirandis auditionibus Sibyllas ob diuinitatis colloquia summæ fuisse veneratioui. Et Socrates apud Platonem in dialogo, qui dicitur Sapientia, multa se hoc didicisse modo gloriatur. Et Lycurgum Lacedæmonum Regem ab Apolline leges accepisse ferunt. Et Numa Pompilius ab AEgyptia nympha, quæ dedit Romanis decreta ac cepit. Et alia hoc genus non sunt pauca. Vnus fuit Xenophanes, qui has risit, vt superstitiosas reuelationes. Cicerone testante libr. de diuinatione. At verò sunt variæ reuelationum formæ. Sunt enim quædam, quas diabolus instillat, vt Diuus Augustin. docet lib. de diuinatione. credens diabolum sub Samuelis persona stragem Saulis cum sua militia reuelasse. Et libr. 18. de ciuit. capitul. 14. idem tradit. Ante quem Cyprianus hoc præ dixerat libr. de Vanitate idolorum. Multa enim oracula ediderunt vera dæmones, quibus falsam diuinitatis religionem astruxerunt. Hoc genus reuelationes penitus sunt respuendæ. At spiritu hoc diabolico actas quidam putant fuisse Sibyllas vt Thom. 2. 2. quæstion. 90. articul. 2. ex Bedæ sententia asserit. Etiam si non est necessarium credere illas egisse lymphaticum spiritum: siquidem quædam supernaturalia prædixerunt, quæ ab spiritu Dei, aut ex Prophetarum familiaritate discere potuissent. Itidem ab spiritu nequam poterant erudiri. Hic enim spiritus acriùs poterat mysteria à prophetis accipere, & illas demum docere. At verò faciamus ità esse Sibyllas à reuelante Deo sua oracula excepisse, non sunt reuelationes canonicæ dignæ, quibus Theologia innitatur nostra. Nam & sanctis quibusdam memoriæ proditum est, nonnulla diuinitus reuelata, nihilominus reuelationes huiusmodi ad Theologicum institutum non sunt pertinentes. Habes. 16. quæst. 5. capitul. generaliter. Possunt sanè hæc à Deo sanctis reuelata alijs negotijs prodesse: at veritatibus Theologicis præstant nihil. Vt si quid Sibyllis, aut vatibus Gentium supernè est demonstratū, momentum habet ad reuincendas Gentiū superstitiones: at in Theologia nostra non faciunt fidem. Lege. 37. distin. capitul. siquid veri. illa igitur duntaxat fidem facit reuelatio, quam libri canonici seruant, quæ columna est, cui firmissimè innititur Theologia nostra. Cætera si vnquā, vt sæpè vocat in vsum, illud sanè est vt vanitatem reuincat Gentium ex illorū testimonijs. Iuxta illud Euangelicū, Serue nequam ex ore tuo te cōdemno. Et Paulus ità docuit faciundum. Nam Aratum, Callimachum, Menandrum, Euripidem Gentium indicat Poetas. Lege Augusti. contra Manichæos. Hæc autem Theologica reuelatio non vnam habuit formam, sed secundum varias celebrata fuit. Vt Paulus docet ad Hebr. 1. Multifariam multisque modis olim Deus loquutus est, &c. Etenim iam reuelabat Deus cœlestia sacramēta sanctis patribus, colloquendo vocaliter vt Mosi. Et sub Christi Baptismo vox cœlestis illa intonuit. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Matth. 3. Quæ domini præcursorem Christi mysteria docuit. Et Petrus & cæteri Apostoli hac ratione sunt cœlesti magisterio eruditi, Vobis (ait) datum est nosse mysterium regni Dei. Iam verò interno afflatu reuelat Deus, nihil exterius obstrepentibus vocibus. Vt spiritus Paracletus suos imbuit alumnos in die Pentecostes. Actorum. 2. Aut denique formatis imaginibus, diuinaque fabricatis arte. Aut per quie-

Xenophanes negauit reuelationes.

Reuelatio Sibyllarum.

Reuelatio sacra uaria fuit.

Acto. 17. Ad Ti. 1. *Nā quæ ex Epimenide citantur, eadem Calimachus indicāte Theophilato.*

Matth. 13.

tem, aut per vigiliam ſua Deus Prophetis ſuis demonſtrauit arcana: qui vulgatior reuelandi fuit modus. Tu lege dilucidationes noſtras ad Eſaiam. Porrò reuelatio typica Euangelicis literis non eſt familiaris, & non recolo aliam, excepta illa, quam geſta Apoſtolica comminiſcuntur Actor. 10. de linteo illo animalibus varijs onuſto.

Octaua Quæſtio proximè connexa de libris canonicis.

SVBIT DE LIBRIS canonicis notare pauca. Etenim proxima quæſtio luce carebit, quam poſcit: ſi hi ſub ſilentio delituerint. At res hæc breuiculè diſerenda venit, quantum inſtituto noſtro congruit. Sunt autem libri canonici eò appellati, quòd regula ſunt infallibilis, & pluſquam maximè certiſsima: & dogmatibus fidei aſtruendis, & moribus Chriſtianis formandis. Canon autem Græcis, Latinis regula eſt. Canonici igitur libri, ſunt regulares libri: nempe quia ſecundum horum præſcripta Chriſtiana omnia regulanda veniunt. Ideò horum eſt in Eccleſia Ieſu Chriſti ea autoritas, quæ nullis alijs libris: etiam ſi à doctiſsimis & ſanctiſsimis editi ſint. Vnde Auguſtin. epiſtol. 112. Si illud (inquit) quod dicitur diuinarum ſcripturarum (earum ſcilicet, quæ canonicæ in Eccleſia nominantur) perſpicua firmatur autoritate ſine vlla dubitatione credendum eſt. Alijs verò teſtibus vel teſtimonijs quibus aliquid eſſe creditum ſuadetur, tibi credere, vel non credere liceat. Et præmiſerat ante hæc, Scripturis canonicis non credere, nefas dicimus. Credere autem pietatis eſſe, minimè dubitamus. Et habes multa inuolumine decretorio diſtinction. 9. capitul. ego ſolis. & capitul. quis neſciat. Quæ id ipſum quod diximus clare docent. Quapropter etiam ſi canones appellentur Apoſtolorum decreta, quibus & vtitur eccleſia orientalis, & ex parte Romana, vt in diſtinct. 34. capit. Præter hoc traditur. Cæterum non ſunt canonica ſcriptura hi canones qui probantur diſtinct. 16. Rurſum neque Sacroſancta œcumenica concilia, etiam ſi ſint illa quatuor, quæ Gregorius Euangelicis contulit literis. 15. diſtinction. capitul. ſicut. Nam hæc omnia & ſi probatiſsimæ ſint autoritatis: at non ſunt in numero canonicorum librorum referenda. Canonici enim libri ſunt diuinæ ſcripturæ, quas Spiritu ſancto dictatore, ſancti Dei ſcripſerunt. Non enim voluntate humana alata eſt prophetia (ait Petrus) ſed Spiritu ſancto inſpirati, loquuti ſunt ſancti Dei homines. 2. capitul. 1. Et afflatam eſſe Dei flamine diuinam ſcripturam Paulus non obſcurè docet. 2. ad Timoth. 3. omnis ſcriptura diuinitus inſpirata, &c. Nam tametſi patribus Eccleſiaſticis in Concilijs œcumenicis Dei aſſiſtat ſpiritus, non adſiſtit, ſacram vt nouam condant ſcripturam: at ne veterem peruertant: aut ſiniſtrè intelligant: imò vt verum & ſacrorum librorum collatione & perpenſione eripiant intellectum, pro fide ſolidanda & moribus ædificandis. Spiritus ergo Dei dirigit patres in Concilijs generalibus, vt ea tradant Eccleſiæ dogmata, quæ ſanæ fidei ſunt amica: & illa reſpuant, quæ illi ſunt inimica. Id quod citrà nouam reuelationem collatis ſacratiſſimis muſis, & ad ſuum libratis perpendiculum, eiſdemque ſyncerè explicatis fieri poteſt. Maximè ductante Spiritu ſancto, ne in grauiſsimis Eccleſiæ negotijs error admittatur. Quod verò legis in rhapſodia decretorum capitul. habeo. 16. diſtinct. 6. Synodum diuinitus inſpiratam ſtatuiſſe, non nouam reuelationem intelligas, at Spiritus ſancti certiſsimam directionem. At autores Canonicorum librorum non ſolum diuinus dirigebat ſpiritus, vt quæ viderunt, aut audierunt ſine vicio alicuius falſitatis ſcriberent: quin etiam illuſtrabat interiùs illorum mentem, vt certiores eſſent inſcribendis codicibus ſacris ex ſecreto Dei magiſterio, quàm ex oculato, aut aurito teſtimonio. Matthæus nanque, quæ literis mandauit, vidit atque Ioannes qui ait. Et qui vidit teſtimonium perhibuit. Et adiecit, Et ſcimus, quia verum eſt teſtimonium eius. Cur ità ſciebat? nempe quia interna inſpiratione, cœlicoque afflatu illa ſcribebat. At Lucas aliorum teſtimonium ſe ſequutum inſcribendo Euangelio perſpicuè teſtatur: orditur nanque ſuam Euangelicam narrationem dicens. Quoniam quidem multi conati ſunt, &c. Et Hebræis Paulus ſcribens capitul. 2. Ab his (ait) qui audierunt, in nos confirmata eſt. Subaudi prædicatio Euangelica. Id quod fortaſsis quoſdam olim in perſuaſionem duxit, vt hanc Epiſtolam negarent Pauli eſſe. Siquidem ipſe gloriatur, Galatis ſcribens: ſe

Canonicus liber quid, & quãta ſit eius autoritas.

O Ecumenica Concilia minoris ſunt autoritatis quam canonici libri.

Diuina ſcriptura cũctis alijs eſt præferenda.

Locus decretorum eluci datur.

Enernatur argumẽtum credentium Epiſtolã ad Hebræos nõ gaudere Paulo auctore.

non ab hominibus,neq; per hominem Euangelium accepisse:non ergo confirmatum est ab Euangelium ab his,qui audierũt. Verùm quòd à domino,accepit humano testimonio eorum,qui viderant Christi gesta,confirmatum esse quis vetat? Nam ad Galatas ait se cõtulisse ad antecessores suos apostolos,ne in vacuum curreret,aut decurrisset. Istud vocat ad Hebræos scribens confirmationem. Marcus rursum epitomẽ euangelicam à Petro didicit,quam scripsit. Porrò vt dudum dicebã, reuelatio interius docens scribenda, non visus,aut auditus scribentis fecit canonicum. Quibus accedat decretales etiam epistolas Romanorum Pontificum,decreta,& extrauagantes etiam quæ sunt in corpore iuris, nõ in numero canonicorum esse recensenda librorum. Nam quanquam Ecclesiastica summam obtineant authoritatem, & doctrinis etiam omnium Sanctorum sint præferenda, vt Nicolaus Papa Gallicis prælatis scripsit. 19. dist. c. Si. At non sunt canonicam adepta dignitatem. Neque ideo dogmata credenda sunt,de fide esse. Quia in decretalibus epistolis,aut extrauagantibus esse de fide traduntur,sed quia in libris canonicis contenta sunt. Vt in extrauaganti Sixti quarti traditur de fide,auricalarem confessionem esse diuini iuris. Num hoc sat esset,vt inter dogmata fidei hoc recenseretur? non arbitror,nisi euangelicis literis hoc esset,qui hoc indicaret. Atais, quæ ergo tanta est authoritas decretaliũ Pontificum,& decretorum,quæ à sede apostolica dimanant? Vtique insignis est authoritas, huius nanque est explicare,quæ fidei sunt:illa ex sacris colligens Bibliis:quæ si non collegisset,& expressisset, & tradidisset collecta tanquam de fide obseruanda: non obseruans tanquam de fide, non periclitaretur in fide. Et quanquam doctorum Theologorum illa explicare interest, at illa mandare Ecclesiæ obseruanda tanquam de fide,non est Theologi muneris,sed apostolicæ potestatis. Quæ sub fulmine censurarum istud præcipere potest, vt inuiolabiliter custodiatur. Succlamãt porro hæretici Neoterici, quid si Pontifex maximus amusos est,num illius decretalibus stabit tota Ecclesia? Vtique si amusos est,Põtifex est,congregabit propterea cœtum coadunabit Ecclesiæ senes, cum quibus conferat,quæ fidei sunt,& quæ Ecclesiæ administrandæ conducunt. Hoc enim fui muneris. Illi enim,illa verba sonãt: Pasce agnos meos, pasce oues meas,quæ apud Ioann. dicta Petro legimus. capit. 21. Quòd si verbum non habet,quo pascat,officium eius est pascere verbo & exemplo:& literatissimos habet Ecclesia Dei, cum quibus Papa Ecclesiastica tractet,& versetur. Domino autem cum de omnibus cura sit,etiam minimis, de suo vicario eximiam præstabit curam, nè præceps ruat in definitionibus fidei,aut in grauissimis Ecclesię causis. Imò quia Põtifex est propheta bit,vt de Caipha legimus, cuius sapientiam ignoramus. At de istis alibi.

Quòd si maximorum Pontificum decretales epistolæ,& alia quæ diximus,œcumenicaque concilia ritè coacta,non fulgent canonicorum librorum authoritate: vtique neque sanctissimorum & doctissimorum libri, illa dignitate etiam coruscant. Etenim in. ca. iam indicato. 19. distinct. ca. Si quorundam. Pontificum Romanorum decreta omnium aliorum præferuntur scriptis. Adhæc in libris Sanctorum discordantias legimus, neq; sibi in cunctis consentire aduertimus. In creatione nanque vniuersitatis discedit Augustinus à sanctorum aliorum placito: ille enim arbitratur in puncto vniuersa condita, diesque distinguit non lapsu temporis: at angelica cognitione,de obiurgatione Petri, lites rursum inter Hiero. & August. consertas fuisse, quis nescit? Samuelem rursum August. 17. de Ciuita. Dei. cap. 4. credit sacerdotem fuisse, ex genereque Leuitico ortum duxisse. Hieron. contra Iouinianum,contrà dicit. Beda cõm. ad. 1. Regum partes Augustini tutatur. Et rursus de digamia dissident Hiero. & August. Hic credit digamum non esse,qui ante sacri fontis susceptas vndas,habens vxorem, posteà duxit alteram,priore relicta. Habes in epistola ad Oceanum Augustino hoc non arrisit. Et in epistol. ad Fortunatum Augustin. Salua (inquit) reuerentia doctorum quantuncunque laudatorum multa possumus in illis respuere. Et ipse Augustin. multa retractat,quæ ab illo scripta olim fuere. Vnde de doctrina Christi. cap. 8. 2. libr. Iesum filium Sirach librorum Sapientiæ & Ecclesiastici putat authorem: & hoc retractat libr. 2. Retracta. capit. 3. Et D. Cyprianus in apertum errorem lapsus est, tradens constantissimè baptismum Hæreticorum lauacrum esse diaboli. Et D. Ambros. 1. ad Corinth. 7. Putat fornicationem iugum seu vinculum connubiale soluere. Et Beatus Damascenus manifestarium habuit lapsum. Nã canones apostolicos per Clementẽ coactos inter canonicas refert scri

Conciliantur Pauli loca.

Deus adsistit Papæ etiam indoctissimo.

Quanta doctorum sanctorum authoritas.

Controuersiæ sanctorũ

Ioan. 20. Authoritas decretalium epistolarum quanta.

Defenditur Papalis authoritas ab hæreticis.

turas lib.4. de fide.c.18. Lege dilucidationes noſtras ad Eſa. vbi vberrimè hæc diſſerũtur, quæ eo dicta volo, vt palã ſit, fallacẽ opinionẽ in quibuſdã aliquãdò fuiſſe ſanctis doctoribus. Quî ergo illorũ libros dices canonicos? Quod ſi hæc intellexiſſet gloſſa de cretorum d.8. non æquaſſet hos ſanctorũ doctorum libros libris ſacris. Ait enim à doctrinis ſanctorũ neq; tranſuerſum vnguẽ diſcedendũ eſſe, neq; iotam, aut apicẽ ab illis decernit expũgenda. Lege glo. ad. c. noli meis. d. 8. arbitratur enim olim diſcedere à ſanctorum placitis fas erat, iã verò nunc nefas. At vẽrò à falſo diſcedere dogmate nefas nunquã eſt. Et vt Auguſt. Hiero. ſcripſit epiſtola. 1. Si mẽdacium ſemel admiſerimus in libris ſacris, illorum tota labeſcit authoritas. Si ergo apud ſanctos doctores nonnulla falſa dogmata reperiuntur, non firmiſsimæ ſunt fidei illorũ ſcripta, vt canonica. Quapropter Aug. 1. de Trini. in principio. Neq; pigebit me ſicubi hæſito ait quærere, neq; pudebit me, ſicubi erro me corrigere. Et rurſum magis optabo à quolibet reprehendi, quàm ab errãte, aut adulante laudari. Et Guido Carmelita hæc verba nõ ſolum humiliter, ſed veraciter dicta arbitratur eſſe: & rectè. Et in lib. ad Vincentiũ. Negare ait, nõ poſſum in multis libris meis eſſe multa, quæ iuſto iudicio, & nulla temeritate reprehendi. Porrò autẽ ſanctorum doctorum ſiue Græcorum ſiue Latinorum opera ſua quoq; donantur authoritate. Nam Græcorum ſcripta, doctorum ſexta probauit Synodus, vt refertur. 16. diſt. c. quoniam ſanctæ. Latinorũ verò. 15. diſt. c. vltimo, quia tametſi quædã errata extent in quibuſdã, quę ab alijs correcta ſunt, Eccleſia errata non probans, veris ſuã impartitur authoritatẽ. Nam Hiero. com. ad Ti. c. 1. rectè aduertit qui recipit ex libro vno teſtimonium vnum, vel alterum, nõ protinus vniuerſam libri ſcripturam recipit. Et idẽ Hiero. lib. 3. com. ad Ephe. ca. 3. exemplo propoſitorem hanc perſpicuã reddit. Siquidem Paulus poetas gentium vocat in teſtes: Nvm propterea Paulus omnia illorũ poemata certa fecit? Abſit. Et non ſolũ Paulo hoc vſu venit: quin ante Paulũ citãtur à Moſe ex apocryphis teſtimonia. Nã Moſes indicat librũ bellorũ dñi apocryphũ. vt Augu. eſt author lib. quæſtio. ad num. 4. c. 24. Et Iudas in Canonica vel catholica, vt alij cõtẽdũt temerè: nã Damaſo, epiſtola aut canonica ex Damaſo idẽ. miſcuè his vocabulis vti fas eſt. Indicat ergo Enochi Iudas librũ vnde excepit verbum Iud. Veniet dñs cũ ſanctis millibus ſuis. Apocryphos porrò libros eos appellam⁹ græcavoce, quorum occulta eſt, & infirma authoritas. Apocrypto enim Græcis abſcondo eſt. Sane abſcõdẽdi, digni enim ſunt q celẽtur, & non in vulgus legãtur, quia fabulamẽtis varijs reſperſi ſunt, & ſub veritatis prætextu multa mẽdoſa vẽditãt. Quorũ repudiũ Gelaſius Papa. 15. c. Sancta Romana legitimè celebrauit. At ſanctorũ libri, quia Eccleſiaſtica fulciũtur authoritate, Eccleſijs tradũturlegẽdi: & multa ex illis ſegmẽta publicè ad documẽtũ fideliũ in horis canonicis interſerũtur, & pro ſuggeſtu declamantur. Occines forſitã cur ergo proclamatur nõ rarò ſanctos doctores illuminatos à Deo? Vbi illuſtratio aũt Dei irradiat, tenebræ errorũ cõtinuè fugãtur. Et age in Eccleſia Corinthiorũ ex Paulo didicimus inter pretibus ſcripturæ reuelationẽ donatã. Legimus enim in hęc verba. Si alij reuelatũ fuerit, prior taceat. Et ad Rom. 1. Philoſophis reuelatã diuinitatẽ etiã legimus. Deus (ait) reuelauit illis. Sãctis igitur doctorib⁹ reuelata ſunt diuina myſteria, cur ergo illos hoc munere priuabis? Dixerim tibi, primò Pauli locũ nõ de noua reuelatione ſubintelligẽdũ fore, at ſenſum legitimũ exhibere ſcripturæ reuelationẽ appelat: quia diuinæ gratiæ eſt rectè interpretari ſcripturã. Philoſophis verò Deus p hãc viſibilẽ & ornatiſsimã vniuerſi fabricã ſuum numen oſtẽdit. Atqui oſtẽſio hęc reuelatio Paulo in loco eſt. Quã obrẽ ſanctis etiã cõcedim⁹ gratiã interpretandi diuinos ſermones, cuius Paul⁹ meminit. Et huic gratiæ debetur quid quid ſanctè & purè interpretati ſunt, & hanc ſi cõtẽdis fuſo vocabulo reuelationẽ appellãdã, nihil moror. Vnde & Eccleſiã opulẽtiſsimis doctrinis ditauerũt: quare & illorũ memoria in benedictione eſt. Quia ſicut ſtella matutina inter medias nebulas, ſic iſti fulſerunt in templo Dei. Si quid verò nõ ità ſyncerè expoſuerũt, ingenij viribus proprijs dimiſſi ſunt, vt ſciãt gẽtes quoniã homines ſunt. Lege Tho. in quo. 12. art. 26. Tu obiter mecũ expende Pauli proximè citatum locum aduerſus infœlicem Lutherũ, qui luciditſsimas teſtatur eſſe diuinas ſcripturas, & non obſeruauit quod Paulus meminit interpretes diuinorũ verborum fuiſſe id tẽporis apud Corinthios: neq; obſeruat interpretationem ſermonum eſſe inter gratias collocatam. Et profectò nõ eſt ſolum habenda ratio de interpretatione linguarum, quin potius verum ſcripturæ eruere ſenſum propria eſt interpretatio diuini ſermonis, quam Paulus inibi prophetiam vocat.

Reprehenſio gloſſæ de cretorum.

Sanctorum authoritas quanta.

Apocryphi citantur in ſacris ſcriptis.

Num. 21.

Reuelatio uariam habet ſignificãtiam.

1. Ad Cor. 12.

Carpitur Lutherus.

Interpretatio recta diuinæ ſcripturæ etiam appellatur Prophetia.

Quibus

Quibus autem magis ſtandum eſſet, an decreto Romani Pontificis, an concordicō ſenſui Doctorum, ſi diuerſa eſſent, vtris ne accedendum eſſe, hæſitat aliquis: quia in canone Zozimi Papæ ſummus honor defertur ſanctorum cœtui, & in cōcilijs œcumenicis maxima ratio decretorum ſanctorum habetur, vt concilio hæc Florentino erat anxietas Baſilium inducere in Latinorum ſententiam de proceſsione Spiritus Sancti. At verò Romani Pontificis authoritas eſt cunctis præferenda, vt id ſæpè ſupra indicatum eſt. Huic nanque promiſſa eſt Spiritus Sancti aſsiſtentia, & ſedes apoſtolica ex munere habet proprio cunctarum Eccleſiarum magiſterium. Non ſancti Doctores, aut quiuis alij. Petro enim dictum eſt. Paſce agnos meos. Ioann. 21. & rurſum. Ego rogaui pro te Petre ne deficiat fides tua. Lege declamationes noſtras de beatiſsimis apoſtolis Petro & Paulo.

Papæ ſtandum potius doctrinis ſanctorum.

Iam verò ſi non oſcitanter hæc, quæ diſſeruimus legiſti, quanta ſit dignitas librorum ſacrorum perſuaſum tibi erit. Iſti autem libri in vetus & nouum partiuntur inſtrumentū. Et ſcite inſtrumenta appellantur. Scripturæ nanque authenticæ, quæ pactorum comerciorumque humanorum teſtimonium ferūt inſtrumenta nominantur. Vetus igitur teſtamentum inſtrumentum verè fuit, mutui Dei erga hominis pacti, quod in tēporalibus bonis firmabatur: vt lectio Numerorum te docebit. c. 26. At verò euangelicæ ſcripturæ, nouum ſunt inſtrumentum: ſunt enim publicæ & diuinæ ſcripturæ, quibus dominus noſter Ieſus Chriſtus, teſtatiſsimam reliquit ſuam erga mortales amicitiam. At quemadmodum primum abolitum & inueteratum eſt teſtamentum, id quod in bonis fluxibilibus & fragilibus ſancitum erat, ità & hoc poſtremum æternum eſt teſtamentum: nam in melioribꝰ promiſsionibus, nempe æternis ſtabilitum eſt. Idcirco hic eſt calix (ait dominus) ſanguinis mei, noui & æterni teſtamenti. Nam ſiue nouum hoc, ſiue vetus illud, ſanguine firmata ſunt: ni ſi quod abolendum, ſanguine hircorum fugaci ſtatutum eſt: quod verò æternum erat māſurū, ſanguine agni immaculati Chriſti celebratum eſt, teſtante Paulo. ad Heb. 9. Quare tempeſtiuè faciemus ſi vtriuſq; teſtamenti libros diſcutiamus. Vetus autem teſtamentū in pleroſq; canonicos partitur libros. Vt Hiero. meminit in prologo galeato ad libros regum præfixo: quos in tres diſtinxit ordines, in legem, prophetica, & agiographa.

Cur ſcripturæ Sacræ appellantur teſtamenta aut inſtrumenta.

Expulit autē ab honore canōnicorū & Eccleſiaſticum, & Sapiētiam (quæ vulgo Salemonis inſcribitur) & Tobiam, & hos inter apocrypha refert. At tu animaduerte apocrypha appellari à Hiero. non qꝰ ſint fabulamentis inſperſi libri, vt Origenes homi. 1. ſuper Cantica definit apocryphum: & Aug. 5. de Ciuit. c. 23. At eò dixit inter apocrypha recenſenda quia tunc temporis, hoc eſt D. Hieron. non erant autoritate canonica donati, quæ infallibilis eſt. Et in prologo ad libros Salomonis, etiā librum Iudith expunxit à canone, cum libris Machabęorum. Et Eccleſiaſticum, qui Græcè panęretos appellatur ſe hebraicū reperiſſe teſtāturat Sapientiæ librū pſeudopigraphū appellat, nēpe quia falſam habet inſcriptionē, ſignificat enim Salomōis nō eſſe: etiā ſi vulgata ſit Salomonis inſcriptio, & aperta voce fatetur Eccleſiam Dei illos nō recenſuiſſe in canonem diuinorū librorum. Et Ioan. Damaſ. lib. de fide ortodoxa. 4. c. 18. dē ſapit cū Hiero. quantum ad Eccleſiaſtici, & Sapientiæ libros. Et D. Aug. lib. de Ciuit. 17. c. 20. Eccleſiaſticum in canone cōputat. At in lib. de cura pro mortuis agenda rem vocat in dubium. Ait enim Samuelē apparuiſſe Sauli verè, ſi tamen Eccleſiaſtici liber canonicus eſt reputādus. Et D. Dionyſius de diuinis no. c. 4. Philonem libri Sapiētiæ cēſeat fuiſſe authorē: etſi Hiero. rē hanc non firmat ſua ſententia loco indicato, quia ex aliorum placito Philonē Iudæum ſapientię eſſe authorem docet. Alijs verò doctoribus Salomonis eſt, vt Hegeſippo, & Hyræneo. Cuius rei Euſebius meminit lib. 4. Et quanquam video quoſdam multis hoc agere, Salomonem eſſe ſapientiæ authorem, vt inde illum eſſe canonicum contendant, vt Ambroſius Catharinus contēdit in annotationibus ſuis ad Caietani excerpta: mea tamen ſententia labor eſt inanis. Quid enim ſi hoc demus, nunc confectariū eſt, propterea eſſe canonicum nōn vtiq;. Etenim neq; liber Enoch canonicus eſt, quē indicat Iudas, etiāſi inſcriptionem veri authoris habet. Et pleriq; multi ſunt canonici non prænotatis authoribus, vt liber Iudicū, liber Ruth, liber Iob, liber Iudith, quē ſancta Nicena ſynodus cōputauit in canonē ſacrorū librorū vt Hiero. eſt author in præfatione ad eundē librum. Sophiſtica itē ratio eſt eiuſdē Ambroſij, huiꝰ libri vel alterius verba citantur in canonicis, igitur eſt canonicus. Retulimus nanque ex Auguſt. multa citari ex apocryphis in ſacris ſcripturis. Falſigraphum quoque eſt argumen-

Qui apocryphi libri.

An Eccleſia ſticus liber & liber ſapientiæ ſint de Canone biblico.

Ambroſius Catharinus reijcitur.

gumentum aliud, quod ille extollit, multa eſ ſe in libro Sapientiæ verba, quæ nulli congruũt verè niſi Salomoni. Etenim, vt Plato multa edidit ſub Socratis perſona, quæ vtiq; Socrates non dixit, cęterum illi congruebãt: ità & author libri Sapientiæ ſub perſona Salomonis Sapientiæ librum edidit. Si tamen Philonis eſſe vera eſt Dionyſij ſententia. De Eccleſiaſtico autem Cyprianus libr. de ſymbolo cenſuram appoſuit non gaudere Salomone authore, nec eſſe canonicum. Et Eccleſiaſticus qualitatis materiæ tractatæ eſt nomen, non perſonæ: diciturque proinde panęretos, quia omnis virtutis ſaluberrima porrigit documenta. Et quantum coniectura aſſequor collectus eſt liber ex ſacris libris, quia 33. cap. eiuſdem libri verba hoc planè docẽt. Ego (ait) nouiſsimus euigilaui, & quaſi qui colligit racinos poſt vindemiatores. Se ergo fatetur nouiſsimum, & aliorum ſentẽtiarum rhapſodiam compegiſſe. At Salomon non rhapſodus fuit, neque nouiſsimꝰ euigilauit: quippe de vetuſtis ſcriptoribus ſacris eſt. Quapropter ſi liber hic Eccleſiaſticus qui charactere & idiomate Hæbraico primum eſt editus, (vt Hiero. teſtatur ad Cromatium) Salomonis non eſt, quî fiet vt liber Sapientiæ cuius ſtylus etiam Hieron. teſte græcanicam redoleat eloquentiam, neque extitit Hæbraicus, ſed Græcus viſus eſt ab Hieronymo, Salomonis ſit? Ficulnea igitur quantũ aſſequor, ſunt Ambroſij Catherini argumẽta, & non Achillea, vt ipſe arbitratur. Neque obſtat ſi vulgaris inſcriptio ſit ſapientia Salomonis, quando quidem huic præſcriptioni occaſionem dedit, quòd ſuper illius perſona liber ille ſuum producit tractatum, & Auguſt. authore propter eloquij nonnullam ſimilitudinẽ iſti duo libri Salomonis dicuntur. Porrò autem non eſt pœnitendum dubium, neque me hæſitaſſe pœnitebit, ſi hos libros quos dudum indicaui Hebræi inter canonicos non ſupputant, quinetiam diligentiſsimus in re hac Hiero. neque alij ità Græci vt Latini quos retulimus, quibus obſecro indaginibus iſtud eſt aſſequuta Eccleſia, vt catalogum Hebraicum librorum canonicorum iſtis recenter aſſutis augeret? Quidquod in Concilio Laodicenſi Eccleſiaſticus, ſapientia, Machabæi Tobias, Iudith, in catalogo canonicorum non ſcribuntur, neque Eſdras, neque Abachuc, neque Baruc, Et demum in omnibus alijs Hebræorum canonem hoc Concilium Laodicæum ſectatur. Cartaginenſe verò Concilium tertium quod fuit poſt huius tempora, Machabæorũ recepit. 1. & 2. & Eſdræ. 1. & 2. & Abacuc & Tobiam. At neque Eccleſiaſticum neque ſapientiam in numerum canonicorum librorum. Et dicit hoc ſe accepiſſe ex veteribus patribus. Miratu ergo digniſsimum eſt, cur hæc quæ diximus ab Eccleſia demum in canonicam authoritatem ſunt recepta? Videbatur enim catalogo Hebraico eſſe duntaxat inhęrendum, quantum ad veteres teſtamenti libros. Quid quod Hiero. in epiſtola ad Dardanum in diſcernendis libris canonicis veterũ iudicium eſſe ſequendum tradit. Vbi etiam nihil referre aſſerit, ad ſcripturam canonicam nomine authoris præ notari, vt ſupra diximꝰ. Propterea igitur turget vehementius difficultas hæc, quid induxerit Innocẽtium primũ, ſub quo celebrata fuit Toletana ſynodus prima, vt admitteret in canonem, quos Hebręus index reſecat à canone. Nam Papa hic quinque Salomonis libros admiſit in canonem: ſub Salomonis nomine Eccleſiaſticum, & ſapientiam recenſens: cæteroſq; libros canonicos, quos retulit Tridẽtina Synodus, hic quoque iam pridem recenſuerat. Lege huius Põtificis epiſtolam tertiam. 1. tomo Conciliorũ. At vt facilius te inſtituam, ſententias tibi breuiculas conferam. Atqui prima ſit. Eccleſia Ieſu Chriſti habet poteſtatem decernendi de libris canonicis. Hæc prompta eſt, ſiquidem fidei diſcerniculum ad ipſam expectat, igitur & librorum dijudicium canonicorum, conſequentiã habes, etenim fides ab iſtis pendet: & habes hanc ſententiam edoctam. 19. diſt. c. 51. & 15. diſtinct. capit. Sancta Romana. Cui accedat & hoc argumentum ſynagoga hoc præſtabat, Eccleſia igitur cur non præſtabit? Primũ colligito ex ſuperioribꝰ. Vnde Hebræi canonicos ſeruabant in teſtamenti arca, vt diuinam ſupellectilem. Damaſceno authore lib. quarto de fide ortodox. capit. decimo octauo.

Sententiæ abſoluentes dubitationẽ propoſitam

Prima ſententia.

17. de Ciui. Dei. c. 20.

Notanda dubitatio.

Secunda ſententia de numero librorum canonicorum veteris inſtrumenti, non ſemper in Eccleſia vniuerſali conſtiſtit. Hanc tibi ſumes ex Auguſtin. libr. 17. de Ciuitate Dei capit. 20. Memorans enim duos libros Eccleſiaſticum & Sapientiam, ſubdit hos authoritatem habere, maximè in Eccleſia occidentali, inſinuans non tantam apud Eccleſiam orientalem: at ſi canonici reputarentur apud orientales, non poſſent obtinere maiorem. Præter hæc Concilia iam indicata Laodiceum, & Carthaginenſe, ſatis

Secunda ſententia.

ſatis hoc demonſtrant, Africæ, & Laodiceæ non omnes libros receptos fuiſſe, quos Innocentius primus reputat recipiendos. Quibus accedat quoq; quod Auguſt. lib. 2. de doctri. Chriſtiana, cuius verba tranſlata ſunt in volumen decretorium. 19. diſt. c. in canonicis. vbi tradidit in recipiendis canonicis ſcripturis ſequendam eſſe Eccleſiarum Catholicarū multitudinem. Qui enim à pluribus Eccleſijs Catholicis recipiuntur, certiorem habent authoritatem, quàm alij, qui à paucioribus. Non ergo tum temporis in libros canonicos omniū erat plenus Eccleſiarum conſenſus.

Tertia ſententia.

Tertia ſententia. Hieronymus non eſt, aut quiuis alter, penes quem ſtat cenſura canonicorum librorum. Hæc prompta eſt, nam ipſe ſubmittit ſua opuſcula cenſuræ Damaſi Papæ. Et quid ni ſiquidem Marcus Euangelium Petro probandum tradidit, vt Clemens teſtatur? Prætereà Hiero. inconcuſſum fuit illos tātum aſcribere canonicis libris, quos Hæbraicus Catalogus continebat, cæteros verò reijcere. Vnde in præfatione ad Eſdram dicit, Apud Hæbræos Eſdræ Neemiæq; ſermones in vnum volumen coarctantur: & quæ nō habentur apud illos, nec de viginti quatuor ſenibus ſunt, ideò procul abijcienda. At verò Eccleſia hoc non amauit decretum, quando, vt iam præhabitus noſter docuit ſermo, Eccleſiaſticum, & ſapientiam, & alios ab Hebræis non admiſſos, Eccleſia recepit. Quapropter non eſt audiendus Caietanus in principio cō men. ad Paulum, qui aduerſatur huic noſtræ veriſimæque ſententiæ. Nanque huiuſmodi authoritas de canonicis libris penes Eccleſiā eſt, & illi præſidentem Papam, vt olim apud ſynagogam & præſidem ſuum Pontificem. Etiam ſi Hermas Letmatius lib. 8. c. 4. Eſdrā credat libros canonicos Hebræis conſarcinaſſe. Sed quid, ante Eſdram canonici extabant libri, & poſt Eſdram Aggæus, Zacharias ſunt attexti canonicis. Quis obſecro hos attexuit, niſi publica pontificis & ſacerdotum authorita? Neq; fidem habet q hic author commemorat, illos tantum duxiſſe Iudæos canonicos libros, qui Dauidem vnde Meſias naſciturus ſperabatur, & montem Sion, & Hieroſolymam verſabant: at verò neque prouerbia Salomonis, neque Eccleſiaſtes, aut Cantica ad generationem Dauid, aut templū Hieroſolymitanum conferunt, at canonici ſunt. Et in libr. Sapientiæ extat vaticinium apertiùs de Chriſti morte, & diuinitate. c. 2. Gloriatur (ait) ſe patrem habere Deum. At hic liber diſectus eſt à canone Hebraico. Sub hæc autem notare oportebit, hoc vnum tribuendum Hebraico calculo de canonicis libris. Quos enim hic admiſit calculus, Eccleſiaſticus non reijcit: tametſi quoſdam introduxit Eccleſia in canonem, quos Hebraica repulit cenſura. Cur autem libros alioqui ſapientiſſimos, vt Eccleſiaſticum, & Sapientiam, & diuina inſtructione ſcatentes, vt Tobiam, &c. Non ſupputauerunt in canonem non facilè dixerim. Niſi forſitam, quòd vetuſtati tanti tribuerunt, vt illos ſat eſſe ſibi crediderint, qui iam olim à Prophetis ſcripti erant libri, religionique ſuæ ſatis iam proſpectū fuiſſe, anti quos ſanctorum habendo libros. At Eccleſiaſticus, & alij quos expunxerunt cæteri erant recentiores libri. Nam Eccleſiaſticus paulò ante Machabæi ſecula editus eſt, vt Dicedo (ait) de dogmatibus Eccleſiaſticis parte. 2. lib. 1. c. 2. & cæteri libri adhuc illo ſunt recentiores. At verò Eccleſia Ieſu Chriſti horū librorum ſanctitatem, & veracitatem aduertens, in albo diuinorum retulit codicum.

Caietanus reijcitur.

Letmatius reijcitur.

Quarta ſententia.

Quarta ſententia. Nihil mirū eſt, ſi Eccleſia profecerit ſenſim in notitia exactiori librorum canonicorum, & qui primò non erāt canonici inſcripti, paulatim ſcriberentur. Vt Canticum trium Puerorum quod Toletana recepit Synodus quarta: & de alijs paulò anteà commemoratum eſt. Et enim Eccleſia ex hominibus eſt coalita, hominibus autem hęc natura eſt ſenſim proficere in rerū cognitione. Quapropter etiam ſi ante Eccleſiæ deciſionē fas erat abūdare in re hac proprio ſenſu, iam verò receptis libris in canonem ab illorum diſcedere authoritate piaculum eſſet.

Canticum trium puerorum Toletana recepit ſynodus.

Quinta ſententia.

Quinta ſententia propoſito dubio reſpondens, eſt hæc. Indagines, quibus vſa eſt Eccleſia, vt admitteret in canonem quoſdam, alios verò reijceret, fuerūt ſanè quos aduertit à maiore doctorum, probatioreq; admitti ſanctorum parte, & quos à pluribus & grauioribus obſeruari vt canonicos intellexit Eccleſijs, canoni aſcripſit. Et quod eſt omnium præſtātiſſimum ductus eſt diuini ſpiritus, qui Chriſti Eccleſiam & viuificat, & regit: ex cuius ducatu quoſdā accepit, alios libros à canone reiecit Eccleſia. Quid quod ipſa librorum receptorum phraſis ſuæ ſanctitatis index eſt, vt veſtigia diuini ſpiritus in ipſa introſpiciātur, vt digni fuerint, qui non excluderentur à canone. At verò de libris noui inſtrumēti quibuſdā hęſitatū eſt olim, vt de duab⁹ epiſtolis Petri, & duab⁹ poſterioribus Ioā. de epiſtola

item

item ad Hebræos. Hiero. lege queſt. 11. ad Hedibiam, & de viris illuſtribus. Sed iam res extra controuerſiam eſt, illa vniuerſa non eſſe deſpuenda à canone, & poſt Eccleſiæ certiſſimum calculum dubitare eſſet impium. Et quanquam libri omnes vtriuſque teſtamenti diuinam præ ſe ferant authoritatem: at nouum teſtamentum excellentius veteri eſt. Chriſtum enim ſine opacitate typorum clara luce demonſtrat. At euangelia quæ verbũ Dei patris caro factum proprio ore docuit cęteris dignitatis celſitudine anteſtant, ſiue quę Prophetæ, ſiue quæ Apoſtoli literis mandarunt, quippe qui non erant vnigenitus Dei filius. Hæc de canonicis libris per tranſennam retulimus, digniſsima, quę in veſtibulo Theologicæ diſciplinæ edoceãtur: vt diſcãt Theologiæ candidati, qui ſunt fontes ſcientiæ, quã parant profiteri.

Nouũ teſtamentum ex cellẽtius eſt antiquo non ex authore ſed ex materia.

Nona præcurſoria

Quæſtio.

An ſit Theologia vna?

QVæſtionum Prima hoc vnum agebat, ſi neceſſaria erat Theologia: id quod perinde erat ac ſi quęreretur. An eſſet Theologia ſcientia. Quippe ſi neceſſaria eſt, pro ſuo modulo ſcientia (vt diximus) eſt. Propterea quę duæ de iſtis duobus non ſunt contextæ diſputationes, quia ſub vnica contextura vtrumq; comprehenſum eſt. Legitimè igitur in aliam diſputationem pedem cõferimus, Eſt nè vna ſcientia? Et profectò ſunt nonnulla, quæ cum vnitate illius pugnare videntur: nempe varietas tractatorum in Theologia. Nam ſpeculabilia verſat, & operabilia, de fide rurſum agit, atque de moribus, diuina diſſerit, angelica diſputat, humana agitat, & demum cœleſtia, terreſtria, viſibilia & inuiſibilia, vt in vnum igitur coagmentari, vt in vnum conferri tantopere diuerſa quibunt? At à latere aduerſo alia prominent, quæ vnitatem illius pollicentur. Etenim ſub diuina vna ratione omnia quæque verſat Theologus. Quæſtionis huius obſcuritas neceſſariò varias (vt in cæteris quę non pateſcunt) parit opiniones. D. Thom. q. de veri. 18. artic. 1. & 3. excogitauit cognitionis medium, in quo, per quod, ſub quo, ſpecies enim in quo viſio fit, medium eſt, ſpeculum verò medium per quod viſio fit ſubaudi reflexam, quia directa ſpeculis nõ eget, lumẽ verò eſt ſub quo viſio celebratur. Ad cognoſcendum autem naturaliter diuina, eſt nobis ſpecies intelligibilis, eſt lumen natiuum, eſt denique creatura, quæ eſt ſpeculũ, per quod veluti reflexè diuinitatis notio à nobis aſſequitur. Horum autem trium, medĩ, ſub quo vnitatem do naſcientiæ. Quæ enim ſub vna ratione obiectiua cognoſcuntur, ad vnum ſcientiæ conducuntur habitum. At Theologia noſtra de omnibus Theologizat quatenus diuinitus ſunt reuelata, & inſpirata cœlitus. Quare cenſuit Thomas vnam eſſe. Facit cum Tho. Ariſtotelis celebre verbum, ſecantur ſcientiæ quemadmodum res, id quod vulgò intellectum eſt, diuerſa obiecta formalia ſcientias diuerſificare. Quanquam apud me locus hic qui ſcribitur. 2. de anima text. 38. Si oculatè diſpiciatur, non hunc habet ſenſum, quem vulgus Philoſophorum duxit. At germanè intelliges ſi dixeris, ſcientiam actu, eſſe de ſcibili in actu: ſcientiam verò habitualẽ de ſcibili habitu. Et deniq; ſcientia in potẽtia eſt de ſcibili in potentia. Vt ſcientia de quadratura circuli. Durandus autem non eſſe Theologiam vnam ſcientiam multis oſtendere anxius eſt. q. 4. Prologi. Ego verò, vt cõtrahens ſermonem, rem aperiã in primis puto vnitatem reuelationis nõ eſſe ſat, vt Theologia ſit vna. Equidem reuelatio cũ ſit actio diuina non eſt in ipſo Deo (quod eſt Theologicum obiectum) imò eſt in nobis. Nam paſſio eſt in patiente non in agente. 3. Phy. Atratio formalis eo obiectiua appellitatur, quò in obiecto eſt. Adde fidem eadem potiri ratione formali cum Theologia: credit ſiquidem fides reuelatis, quia reuelata: at verò fides nõ eſt Theologia. Accedit iſtis Deum eſſe obiectum Theologiæ noſtræ ſub ratione abſoluta. Igitur nõ eſt ratio formalis reuelatio, quæ eſt rationis reſpectiuæ ſupellex. Eſt ſanè modus reuelatio, per quam Theologus diuina libat, at non eſt formalis ratio obiecti. Si ſerìò Philoſophari cupis, Præter hæc Geometria & Arithmetica, vnicam rationem formalem fingunt in ſuis obiectis: alioqui longè latèque diſcrepantes. Etenim vtraque de quantitate conſiderat abſtrahens à motu, ſenſu, & materia. At Geometra in continuam, arithmeticus in diſcretam quãtitatem incumbit. Ideoque ſecernuntur. Non ergo obtutus totus defigendus eſt in hac ratione formali ad ſcientiæ vnitatẽ perueſtigandã. Petamus qua propter Ariſt. vt doceat nos de ſciẽtię vnitate, & obuium

Mediũ ſub quo unitatẽ donat ſcientiæ.

Ariſt. locus germanè exponitur.

Vnitas reuelationis non ſat unitati ſcientiæ parandæ.

In contrariũ argumẽ.

Deciſio quæſtionis.

obuium habui eundem. 4. Meta. text. 2. quo loco non esse exquirendum voluit huic vnitati formandæ vnitatem speciei aut generis: at abunde est vnitas attributionis, nempe ad vnum finē, vel ad vnam causam, vel ad vnū subiectum. Traditur nanque. 2. Phys. tex. 72. Physicum tractare de corporibus æternis, vt cœlestibus, & de corporibus corruptibilibus: at vna est Physica scientia. Vtique quia illa omnia corpora etiamsi latissimo distent interuallo, cæterum referuntur & attribuuntur ad vnum subiectum, quod est corpus mobile. Theologia quoq; vniuersa complexa est, quæ vniuersitas tenet, & ipsum vniuersitatis principium Deum. At de Deo contemplatur, quia Deus est: de creaturis, quia à Deo: de uitijs, quia Deum auersant: de virtutibus, quia ad Deum conuertunt. Demū quidquid Ethicus, quidquid politicus, quidquid œconomicus in suam vocant prouinciam, hoc itidem Theologus non despuit: at illi sub rationibus humanis, Theologia verò sub diuinis, atq; supremis. Ethicus virtutem colit, vt priuatam componat vitam, politicus vt politicam: nam publicis gerendis incumbit negotijs, vt œconomicus domesticis. At isti terrena quidem quærunt bona. Theologus verò cœlestia. Priuatam hic monet virtutem, quippe quā præcepit Deus, vt sibi gratam, politicā verò hortatur pacem, vt Deus pacis nobiscū sit. Rursum œconomicam administrationē suadet, quia scriptū est, Viri diligite vxores vestras sicut Christus dilexit Ecclesiam suam. Hæc ratio vnitatem Theologiæ nostræ conciliat: quippe omnia attributionem habent ad vnū Deum sub ratione deitatis. Quare Deu. 4. de illa, vt de vna sermo est. Hæc (ait) est sapientia vestra, & intellectus corā populis. Et quāquam à D. Tho. multi fit formalis ratio reuelationis. 1. par. q. 1. art. 3. Ego tamen tanti non facio: neq; arbitror esse formalem rationem reuelationē, vt prædiximus. At verò certior mihi est Theologia si cum Alberto Magno reuelationem diuinam fundamētum esse veritatum Theologicarum: aut vt nō semel exposui modus est libandi diuina Theologo, citra quam nihil Theologizat. Etsi rem hāc diligentius cōsideras, non abhorruisse Thomā à placito nostro perspicies in. q. de veri. q. 10. ar. 11. quo in loco ordinatas species ad vnā scientiam esse cōmemorat. Obseruasnè vt attributio ad vnū scientiæ vnitatē multis speciebus scientificis cōciliet? Quid quod. 1. 2. q. 54. ar. 4. attributio ad vnū fine vnam reddere qualitatē habitui docet. Id quod si de vnitate specifica, qualitatis intellectum voluisset illi acquiuissem, vt acquiescere nequeo docēti esse scientiā vnū habitū, seu vnā simplicē qualitatē, vt vtar illius sermone, etiā si ad multa se porrigat quæ habēt attributionē ad vnū. Hæc nanque attributio nō tā potens est, vt vnā qualitatem reddere possit. Puto autē Theologiam saltem esse collectionē multorū habituum diuersarum conclusionū, quæ collectio vna est, vt exercitus vnus, quia ad vnū ducem habet relationē, quæ nō est propriè vnitas. Et respublica vna quia legibus eisdē administratur. Vnde desine mirari si Theologia etiam si habeat conclusiones probabiles, erga quas est opinio Theologica, & tamen cū cæteris habitibus, qui ex principijs fidei infallibili consequentia colliguntur, hoc non obstante, ad vnam scientiā cum illis pertineat, propter vnitatem attributionis, quā retulimus. Etiāsi opinio essentialiter differat ab habitu genito de cōclusione efficaciter collecta per principia fidei. Ais forsitā visio vna est Petrū demonstras, etsi Petro viso multa videātur in Petro, vt accidētia simul videntur cū substantia, ergo itidem scientia erit qualitas vna: quippe etsi varia cōsideret, sed ad vnum obiectum vel finem dirigitur. Et rectè contulisses, si omnes conclusiones hæsissent primæ conclusioni, quam discit aliquis. Nā tūc ego procul dubio dicerem tibi, sciens primā conclusionem habet scientiā etiam aliarum, & esse omniū conclusionū vnius scientiæ vnā scientiam, quæ esset simplex qualitas & demonstrata illa aliæ quoq; demōstrabātur. At nō hærent vni cæteræ cōclusiones vt accidētia Petro, neq; demōstratur vno modo vt ergo asseris vnā esse qualitatē? Iuxta tuā assertionē cōsequēs esset geometra primā scies cōclusionē Euclidis cæteras quoq; in virtute scit, si nō accreseit iā illi in cæteris discēdis cōclusionib⁹ noua illarū scientia, noua ve qualitas, sed prior extēdit. Ite tu de Theologo colliges, & de quo malueris alio. At mallē semper cōfiteri nouū habitum ingenerari p nouā demōstrationē nouæ conclusionis, q cū alio habeat germanitatē, ppter vnitatē obiecti, aut finis, scim⁹ sanè apud geometras cōclusiones quasdā esse cōcatenatas, de qb⁹ fortasis si cōtēdisset q̄ piā, q primā sciisset in virtute alias itidē scire, ego nō repugnassē nāq; sunt posteriores, cōsequētes ad primā. At qn sunt cōclusiones nō inuicē cōnexę, vt sūt varię apud geometras, atq; alios, q fiat vt scies vnā iā habeat̄ virtute scientiā simplicem omniū

Vnitas scientiæ unde petenda ex Aristotele.

Scientia teologica non est unus simplex habitus.

Theologi differimen à cæteris artificibus.

Reuelatio non est ratio formalis in Theologia sed modus aut fundamentum.

nium aliarum concluſionum,nõ video. Qui acutius cernit,hoc amet,ego non refragor. Etſi certum ſit ſcientiam vnius concluſionis in qualibet ſcientia alijs eiuſdem ſcientiæ cõcluſionibus ſternere viam,vt facilius diſcantur. At dicet aliquis,Fides vna eſt,& charitas vna &c. Cur Theologia vna ſimplex qualitas non erit? Dixerim tibi fidem infundi à Deo,itidem charitatem, vt ſpem,ideò ſimplices ſunt qualitates, At Theologia noſtro conquiritur marte,& paulatim diſcitur, paulatimque generatur in nobis,proinde non tota ſimul concipitur,neque ſimplicitate gaudet. Quapropter ſi de Theologia Apoſtolis infuſa ſermo vertatur,itidem dicerem vnam ſimplicem qualitatem in Paulo eſſe Theologiam infuſam,ſimiliter & in Petro.

Notanda obiectio.

Theologia paulatim paratur ut cæteræ ſcientiæ.

Decima Præcurſoria Quæſtio.

An ſit practica Theologia an ſpeculatiua.

ITem hanc multa mouent, cauſamque iſtam multa ſunt,quę excitãt, Paulꝰ enim.2.ad Timo. 3.Omnis ſcriptura, ait, diuinitus inſpirata vtilis eſt ad docendum,ad arguendum,ad corripiendum:hæc autem docere,arguere, corripere, vt perfectus ſit homo ad omne opus bonum, vtique actiones ſunt,eſt igitur actiua. In diuerſum porrò eſt Petrus.2.c.1. habemus firmiorem propheticum ſermonem, cui benefacitis attendentes,tanquam lucernæ lucenti in caliginoſo loco. At verò attendere prophetico ſermoni,aut videre lucentem lucernam contemplationis eſt, non actionis, eſt enim ſolius mentis functio. Adde Deute. 4. Theologia ſapientia nominatur,ſapientia autem eſt cognitio rerum altiſsimarum,quodque contemplatio eſt.

Deciſio quæſtionis.

Patebit huius rei veritas ſi Ariſtotel. petamus,qui practicum ab ſpeculatiuo egregiè diſcreuit. Ait enim.6.Metaph.text.1. practicũ eſſe cuius principium,noſtra eſt prohæreſis, id eſt electio. Artificialia enim ab arte & voluntate opificis proficiſcuntur, vt domus:at quæ ſunt contemplabilia procul abſunt ab electione noſtra. Etenim operabilia nõ ſunt à nobis,vt Phyſicus,qui cœlum & elementa contemplatur,opera Dei contemplatur, nõ humani ingenij opera. Et medicus qui corpus humanum tractat,non vtique,vt eſt diuinum opus:at vt medicæ operationi ſubiacet, vt inquam à morbo ad ſalutem arte medica reduci valet. Eſt ſecunda differentia in fine. Practicum enim habet in finem operationẽ, ſpeculatiuum in cognitionem incumbit. Scitur enim gratia percipiendæ veritatis duntaxat,propterea que ſpeculatiua facultas nihil dictat agendum tanquam bonum,aut vt fugiendum tanquam malum. Hoc enim mandatum eſt practicis.3.de anima text.29. Et ne fallaris in voce actionis,ſcito illam eſſe multiuocam. Iam enim ſignificat,aut aptatur conſiderationi,iam vero cuiuis operationi tradẽte Ariſtot.1.de anima. text.48. Mentis (ait) actio eſt definire,& demonſtrare. At in præſentia illa volumus eſſe diſtincta. Tertia differẽtia eſt. Practica facultas excitat ad opꝰ, at contemplatiua ociatur. Non enim eſt negotioſa,etenim ſuauitate theoriæ delectata, non quæritnegotia. Et quanuis ipſam boni naturam contemplemur,at nihil dictat, aut iubet hæc contemplatio de arripiendo bono,aut declinando malo:at in ſeipſa gradum figens extra ſe nihil quæritat. Quarto diſcrepant,theoricæ enim eſt gratia ſui,at practicę eſt gratia alterius id eſt,operis. Vnde conficias longè digniorem eſſe theoricen practica. Quidquid enim eſt gratia ſui anteſtat cæteris,qui ſunt gratia alterius. Vt dominus præſtantior eſt ſeruo,vt dominus eſt. Thomas igitur.1.part.quæſtio.1.artic.4. Theologiã,& contemplatiuam eſſe voluit,& practicam, ex ambabus iſtis tanquam ex varijs licijs illam contexerit. Sapit nanque hæc noſtra Theologia d uinam illam Theologiam, quæ quia ſe,& omnia alia à ſe, in ſemetipſa intuetur cõtemplatrix eſt: at verò quia ideas habet faciendorum practica eſt. Theologus quoque iam rimatur profunda Dei myſteria,iam verò docet quæ ſint agenda, quæ vitanda. Idcircò vtranque rationem cõprehendit Theologia noſtra. Porrò autem non omnibus in hunc modum Theologizare collibuit,etſi Marſilius in fine prologi cum D. Thom. facit. Non item Durandus,qui aliam commentus eſt viam: Theologiam putat reuelatam eſſe practicen,at noſtris paratam ſudoribus theoricen. Illa enim tota inſudat, vt Deum amemus atque proximum, tradente

Quid practi cum quid ſpeculatiuum.

Secunda differentia.

Actio multiuoca eſt aut polyſima.

Tertia differentia.

Quarta differentia.

Quæſtio.6. prologi.

Auguſt.

Augustin.2.de doctrina Christia.capit. 2. & in libro de laudibus charitatis totam scripturam sacram in charitatis opera esse intētam.

Durandus refellitur. Et Paulus prius docuerat,finem præcepti esse charitatem de corde puro,conscientia bona,& fide non ficta.At verò Theologia nostra huic negotio incumbit tota,ad exponendam scilicet veritatem fidei,hancque syncerè intelligere satagit.At verò contra Durandū est,quod defendere fidem,atque docere actiones sunt,etsi sunt mentis contemplationes:neque solùm Theologia in hoc incūbit, vt fidem explicet,atque defendat, quoniam etiam docet quæ sit vera charitas,qua promeretur Deus, vt Paulus paulò ante dixerat. Quamobrem Aegidio libuit Theologiam nostram affectiuam appellare. At re vera etiam poterat practicam appellare,nam charitas ad opus inclinat. Nam operis exhibitio charitatis est ostensio.Et si non pauisti,occidisti,& qui viderit fratrem suum necesse habere,& clauserit misericordiæ viscera ab eo, non est charitatis diuinæ particeps, vt Ioan. tradidit.Cur ergo horreat Aegidius practicē nominare non video,siquidem charitatis affectus,non sine operis est effectu, & effectū charitatis dominus exiget in die iudicij Mat. 25.Ad hæc forsan putabit quispiā esse Theologiam nostram cōtemplatiuam,quia Theologia tota pergit ad contemplandam speciē diuinæ celsitudinis.At re vera finis hic est supremus,& vltimus,at non est proximus, neque proprius Theologiæ.Nam fides hoc potitur fine,& charitas & spes: & demum vniuersa merita illo gaudent fine. At quis audebit dicere merita omnia esse theorica, quia tendunt tandem in theoricen diuinam. Vt qui subuenit egeno ex diuina succensus charitate,huius subuentionis visio patriæ præmiū

Aegidius reijcitur.

Matth.10. est.Nam qui dederit calicem aquæ frigidæ potum vni ex minimis Christi tantum,in nomine discipuli habet mercedem æternam. Igitur finis est eiusdem operationis, erit igitur operatio hæc theoricæ,quippe quæ finē habet contemplationem.Sed procul est hoc à veritate,siquidem est finis remotus,& non proximus.Proximus est autem ipsa pauperis subuentio,id est,miseriæ eiusdem releuatio.Iam verò,vt referam mentem meam,dixerim Theologiam ab obiecto quidem theoricen esse,à fine verò proximo practicen.Me

Autoris placitum.

minisse enim oportebit,me distinxisse in ante habitis sermonibus obiectum à fine discerni,cuius lucidum expressi paradigma.Medicæ nanque facultatis obiectum est humanū corpus,vt sanabile est:at finis sanitatis est exequutio.Theologia itidem Deum ratione deitatis sortita est in obiectum, at finem exponet Augustinus.Huic (ait) scientiæ tribuo, quo fides saluberrima gignitur,nutritur,roboratur,& defenditur . Et quemadmodum Augustin.de fide hæc protulit, de charitate similia proferre potuisset. Nanque Theologici est etiam instituti,& charitatem gignere,nutrire,roborare,&defendere.Vera enim Dei charitas demonstrat Theologus,quæ sit, quæ itidē ficta.Simili quoque modo de spe. Quid plura omnes virtutes veras ostendit, fictasque repellit.Quapropter,si testante Augustino,istud est Theologici muneris, atque hæc est eius actio,re vera pronunciare valebimus,Theologiam habere praxim, siue actionem gignendi veras virtutes,& alendi & roborandi in proximum finem . Quapropter quis inficiabitur illam practicen esse secundum rationem proprij finis:tametsi secundū hanc rationem est excelsior cunctis scientiarum theorijs.Nanque etsi theoricum sit eminentius practico,illud sanè cæteris obseruātis est æqualib⁹.At hoc loco defensio fidei,& explicatio diuinæ veritatis præstat vel cunctis Metaphysicalibus præexcelsis contemplationibus . Quid quod theorica etiam est nostra Theologia , quippe obiectum suum Deus est,qui est creator omnium,& non operabilis est à quopiam.Et quanuis multa disserat Theologus ab homine operabilia,vt sunt merita,vt sunt sacramenta: at hæc non sunt scopus Theologicus,sed ipsa sacerrima diuinitas , vt prædiximus . Porrò quia dignior est diuinitas cæteris vniuersis , à dignissimo obiecto,vt dignissimam sibi Theologia assequatur nomenclaturam addecens est. Ideoque si illam simpliciter theoricen nuncupaueris,non errabis.Medicina verò prorsus practica est,etiam si multa theoremata promat. Etenim de obiecto à se operabili considerat, & finis eiusdem est illius operatio.Cæterum si philosophia se porrigat etiam ad Magiam naturalem,non quam dæmonis occulta agit operatio esset quædam philosophia naturalis practicta,& alia speculatiua.Hoc enim singulare est nostræ Theologiæ insigne , supra vniuersas alias,quas velis scientias , speculatiuam esse ab obiecto,practicē à fine.At verò insultat aliquis illud Auicennicum promens in primo Metaphy.& dialecticæ suæ,practicum & speculatiuum differentias essentiales

Theologus gignit fidem & charitatem.&c.

Actio Theologica est ueras ingenerare uirtutes.

Actio Theologiæ excelsior est quā contemplationes omnium scientiarum speculatiuarum

Theologia eſt theorica ab obiecto, at practica ex fine.

eſſe, quî ergo Theologiæ vtrunque cõgruet, ſiquidem hæc duo inuicem pugnant? Nanque ſi practici finis eſt actio, quæ non eſt mentis cognitio, etiam theorici finis eſt mentalis operatio. Cæterum hæc duo pugnantia eſſe quæ mox retulimus, nullus eſt qui non videat. At ſub cenſura hac repugnantiam hanc accipito, nempe ſecundùm eandem rationẽ, non diuerſas. Theologia igitur fieri nequit, vt practica ſit, quatenus in obiectũ ſuum meditatur, vt neque theorica eſt, vt in finem ſuũ incumbit. Iſtis omnibus adde beatiſsimam Dei ſcientiam practicen non eſſe, ſed ſyncerrimam ſui ipſius theoriam. Nanque ſcientia actiua ad actionem ordinatur: at diuina ſcientia non ordinatur ad actionem, imò omnes creaturæ, quæ ſunt eius actio, ad illam referũtur. Neque ideæ diuinæ creandarum rerum, ſunt propter creanda: at creanda creantur propter ipſas. Sunt enim ipſæ Deus, qui eſt finis omnium: & nullum habet finem: appellatur tamen extenſo vocabulo, actiua ſcientia, quia opifex eſt vniuerſorum. Auicenni cum autem placitum differre inuicem eſſentialiter practicen & theoricen nõn prorſus eſt citra hæſitationem. Siquidem ſcientia practica & ſpeculatiua ſunt qualitates abſolutæ, at practicum, & theoricum ſunt relatiua ad operationes: relatiuum verò non eſt de eſſentia abſoluti, ſatis ſit eſſe rationes pugnantes inuicẽ ſecundum idem ſi capiantur.

Theologia diuina theorica eſt.

Auicenna expenditur.

Accedat porrò iſtis vnum, quod leuius eſt, quàm in præſentia eſſet differendum: cæterũ hæſitanti nihil leue eſt, ſi à fine, dicit aliquis, theoricum eſt, aut practicum in arbitrio cuiuſlibet erit, ſcientiam conſtituere practicam, aut theoricam. Quis enim prohibebit volentem ſcientiam diſcere quamlibet theoricen, vel ad honores vel ad lucra aucupanda? obſerua bis igitur finem habere ſciẽtiam quamlibet, qui ſui iuris eſt, & quem ſibi ſuapte vendicat natura. Huius finis (qui eſt per ſe ſcientiæ finis) hãbẽda ratio. Alij fines ſunt per accidens, quos ſciẽtiæ non cõſiderant. Argumenta præter hæc, quæ huius obtulit quæſtionis veſtibulũ, quod exigunt damus, quippe Theologia cum ſit theorica praxim ſecum miſcet.

Finis duplex aut per ſe, aut per accidens.

QVAESTIO-

QVAESTIONES,

disputationesve Michaelis de Palacio Philosophi atque Theologi, de mysterio Trinitatis Libri primi, & distinctionis primæ, cuius initium est, Veteris ac nouæ legis continentiam, diligenti indagine &c.

PETRVS LONgobardus in hac prima sui operis sectione tractationem Theologicam vniuersam in res, & signa dissecuit. Priores quidem tres libros rebus aptans: postremum verò sacramentis, quę signa sacro sancta sunt. Res rursum diduxit, alias dicens esse, quibus fruendum, alias demum quibus vtēdum sit. Priores res, sunt beatissimæ personæ diuinę, quę vnicū numē sunt. Posteriores autem sunt vniuersæ creaturæ, quibus frui nefas, vti verò fas est. Vnde Theologi differendi occasionem de fruitione arripuerunt in hac distinctio. 1. Et quia ex vocum significantia rei veritatem intellectā iri puto, altius hoc ex Aristotele repetere animo insedit. Ille enim. 1. rhetoricorum. cap. 5. distinxit quædam esse amœna in rebus, alia verò frugifera, illis fruendum esse, quippe nō alio vsui nisi captandæ sunt voluptati: vt qui gaudet in pulcherrimis cernendis figuris, aut curiosis videndis spectaculis. At frugifera, quia commodo cedunt, & vtilia sunt, non solum ex illis gaudemus, sed ad vtile nostrum illa amamus. Vt equus est, vxor, filij, & cætera, quæ possidentur. A quo neque abhorruit Augustin. lib. 83. quæstio. quæstio. 30. dicens, fruimur illis, ex quibus voluptatem capimꝰ. Et dubio procul hæc est latissima significantia, & verbo accommodatissima, & sacræ literæ non horruerunt hanc verbi obseruare proprietatem. Sapientiæ enim. 1. illa vox impiorum sonat, Venite ergo & fruamur bonis, quæ sunt, & vtamur creatura tanquam in iuuentute celeriter. Vbi vides quibus vtimur ad delectationem ijsdem etiam frui. Neque secundum hanc rationem diuersa sunt, frui & vti. Et in Salomonicis prouerbijs capit. 7. mulier illa vaga & clamosa deosculans iuuenem, amatoria dixit verba illa, Inebriemur vino, & fruamur cupitis amplexibus. Neque est dicere verba hæc falacium esse hominum: nam beatissimum audi Paulum Romanis scribentem, Si vobis (ait) primum ex parte fruitus fuero. At onáλo verbum Græcis, est fruor Latinis, quo Paulus vtitur Philemoni scribens, Ita frater ego te fruar in domino, tametsi non eodem verbo vsus est loco ad Roman. indicato, sed verbo significante animi expletionem, porrò animi expletio ipsa est fruitio. Et Cicero. 3. Tusculanarum quęstionum Zenonem indicat acutissimum, contendentem illum esse beatum, qui præsentibus voluptatibus frueretur. Frui igitur est fructum capere: & quando non est alius excepta voluptate, tū maximè illa fruimur, quia si alios decerpimus fructus, alijs etiam verbis vtimur. Et Augustin. 11. de Ciuit. Dei capit. 11. à fructu deriuauit verbum fruor, at supinum mittit fruor, fructum. Lege Calepini lexicon. Vnde potius fructus à fruor quā contra. Quare qui habet vsum fructum domus, aut fundi cuiuslibet, & non habet proprietatem Latinè dicemus, fruitur domo, aut agro. Porrò autem Theologi veteres verbum hoc vsurpantes, in Theologicam transtulerunt significationem: vt Philosophis cæterisque etiam mechanicis artificibus vsuuenit, quando suo seruit instituto. Decernunt igitur diuinitate tantum esse fruendum, creaturis tutò autem non fruendum, at vtendum esse, vt Augustin. 1. de Doctrina Christiana capit. 26. commemorat, & Magister vberius prosequitur hoc loco. Et quantum mea fert sententia commodissimè vsurpant Theologi, vel abutuntur verbo fruor: siquidem si fruimur illis, quæ nobis voluptifica sunt, nulla profectò voluptas vera, nulla syncera delectatio, nulla pura est (vt sic dixerim) suauiatio, nisi in Deo. Cætera namque fugacia sunt, vt autumnales fructus qui propterea à Plinio tempestiui fructus dicuntur, &

Quid fruitio ex Aristotele.

Augustinus cor cors cū Aristotele.

Frui & uti aliquando confunduntur.

Fruor est unde fruiꝰ.

Vsurpant Theologi uerbū fruor strictius quā latini.

tur,& prudenter Comicus dixit,Ego propterea vitam deorum sempiternam arbitror, quòd voluptates eorum propriæ sunt. Quare & diuinæ literæ hoc quasi penicillo exprimentes,torrente voluptatis tuæ potabis Dauid ait,eos domine. Et rursus apud Ieremiã, secularia bona cisternis dissipatis conferuntur. Dereliquerunt(ait)me fontem aquæ viuæ,& foderunt sibi cisternas dissipatas,quæ continere aquas non possunt. Voluptatem igitur sanctorum quæ est æterna, & plena voluptas fruitionem sacra appellitant oracula. In Deo nanque sunt vera gaudia,& plenissima,testante hoc ipsum Domino Ioann.16. Gaudium(ait) vestrum nemo tollet à vobis. Id quod sanctis in vberrimam laborum promittitur mercedem. Euge (inquit) serue bone & fidelis,intra in gaudium domini tui. Id quod si obseruasset Laurentius Valla non exacueret caninum in Theologos dentem. libr. 5. de elegantijs capitul. 5. Piaculum enim duxit,diuinis tantum dicere,fruendum esse. At nihil nostra interest: qui veritatem tractamus,& proprietates verborum scimus, & abusionem non ignoramꝰ. Verum nescio quî fiat,vt sæpè abusiones verborum non nihil energiæ secum ferant, vt modo sit, est enim energitica significatio hæc, diuinis solum licet frui.

Voluptates sanctorum propriæ sũt

Laurentius non probatur.

Iam verò ad concertationes,seu ad arenã Theologicam descẽdamus, vt experiamur, quos agimus palæstritas: est igitur sequens disputatio.

Quod est fruitionis obiectum proximum.

HOc sanè quod titulus & inscriptio hæc proponit dubitandum, non esset reuocandum in dubium,nisi vnus Durandus veritatem turbasset, credens fruitionem beatã non Deũ, sed Dei visionem habere in obiectum. Etenim beati delectantur in visione Dei: igitur visio fruitione potitur obiecto,deinde colligit contrariò. Damnati tristãtur de carentia diuinæ visionis,ergo beati summè delectantur in visione beata. Præter hæc Fruitio succedit spei,at spes est de proprio bono,& non communi,Deus autem est commune beatorum bonum:at visio singulis beatis est singula,& cuilibet quælibet propria:igitur fruitio erit de proprio bono hoc,quod est visio Dei, at re vera Durandus plus quàm maximè,discessit à veritatis tramite,neque veram in hac re philosophiam est cõplexus,neque Theologiam certam est assequutus. Legimus nanque apud Aristotel.2.de Anima tex.28.sitim definiri,esse appetentiam frigidi & humidi, vt famem calidi & sicci: atque cum hæ definitiones sint peripateticæ per obiecta immediata sunt præstitæ. Igitur fames(quæ est cõcupiscientiæ appetitus)habet in obiectum, calidum & siccum,non gustationem calidi, aut sicci,itidem & sitis. Desiderium ergo beatitudinis non habet fruitionem quæ est actus voluntatis in obiectum immediatum,sed ipsum Deum beantem, ipsa denique fruitio, quæ desiderium quietat,Deum habebit pro obiecto. Et profectò qui delectatur in visione spectaculorum,at delectatio illorum non quiescit in visione,quia visio est,sed quia spectaculi est. Non enim quiescit videns spectacula in visione quæ intra est oculum suum, in hac enim visione spectacula non celebrantur,sed in foro, vt qui delectatur in visione amænissimorum pratorum, num in ipsa visione quiescit?non arbitror. Etenim visio ipsa quam oculus in se condit non est amæna: nõ enim virens,neque florens est,vt prata virẽt, & florent, vt qui voluptatem capit, audiens musicam vocum consonam,num in auditione sunt armonicæ voces,an extra? In re vtiq; quia extra sunt,igitur in obiecto delectatur auditus. At ipsa auditio, vel visio vehicula sunt obiecti,& veluti quædam instrumentariæ actiones,quibus compos fit potentia obiecti,neque hæc male coherent duo. Etenim per visionem attingit potentia obiectum & immediatè attingit. Vnde mens Sanctorum per visionem attingit Deum, & proximè attingit. Ità propemodum etiam si voluntas per visionem intercedentem diuina fruatur essentia. Cæterùm immediate fruitur diuina essentia, vt qui videns campos amænissimos, illorum fruitur,siue delectatur amænitate immediatè,& sine visionis vehiculo non delectaretur. Visio enim iungit amorem voluntatis obiecto,tanquam paranymphus nuptiarum,qui etiam si nuptijs interfit,& coniuges copulet,cæterum vxor viro immediatè coniungitur. Ad hæc legimus in Genesi pollicitationem illam maiestate plenam Abrahæ exhibitam,Egredere de terra tua,& de cognatione tua,& ego ero merces tua magna nimis,Deus ergo ipsissimus non creatura aliqua,est merces beatorum. At si visio bearet,

Durandus non probatur.

Visio voluntatem cum obiecto.

Durandi placitum.

2. Argumẽt.

visio

visio Dei creatura est,& non creator. Adde istis,si visio est beatificum obiectum immediatè beans,cùm ipsa visio sit mentis creatæ operatio,ipsa mens creata pareret sibi obiectum se beatificans,quod est absurdum. Probè ergo Thomas.1.2. quæstio.11. articul. penult.dixit finem dupliciter dici, nempe ipsa res,& adeptio rei:quæ re vera idem realiter sunt,sola ratione discrepantia. Nam rem si consideras per se, est finis secundum se,at vt adepta ita est finis huius adipiscentis:vt possessio & res possessa idem sunt secũdum rem: nisi quòd possessio addit rei appropriationẽ. Vnde qui amat possidere episcopatum, aut Ecclesiasticam præbendam,profectò ipsam præbendam immediate amat,& affectat:tametsi citra possessionem non obtiget illi. Ita propemodum famuli Dei quod affectant Deus est. Audi Dauidem, Si tibi fidem non facio,clamantem,sitiuit anima mea ad Deũ. Et rursum , Sicut ceruus ad fontes aquarum, ità anima ad te Deus . At verò possidebunt tandem hoc quod anhelant bonum per visionem,quæ est tanquam quędam possessio beatissimæ cœlestisque præbendæ. Quibus accedat Commen.in.3.suorum collectaneorum, dicens delectationem esse comprehensionẽ obiecti temperati. Non ergo frutio est comprehẽsio visionis,sed Dei visi. Et præter hæc, vt mens Deum immediatè videt ,pari argumento & voluntas diuina bonitate immediatè fruetur. Nisi quod eget ostensione huius bonitatis,quam illi demonstrabit mens lumine gloriæ imbuta. Sed age iam nunc,quia visus gustui nunciat,hoc esse pomum, propterea gustus non immediatè fruetur pomo ? nõ iudico. Ergo sententiam Durandi veram esse non credo,neque illi suffragor, neque argumenta illius quicquam proficiunt. Primò dicito concedendo beatos in visione Dei delectari:at infirmè colligit , igitur fruitio visionem habet in obiectum. Est enim fallacia in argumento. Delectantur nanque in visione Dei,id est,in Deo viso,& quatenus visio diuinitatis est ostensiua. Nõ enim in visione beãtur,vt est mentis propriæ actus,sed vt Deum clarè demonstrat. Secundò respõdebis, damnatos tristitia affligi propter priuationem visionis diuinæ,id est,Dei visi. Tertiò facies satis,si dixeris spem Deum ipsum obtinendum sperare. Est autem Deus sibi proprium bonum,quando per visionem mentis voluntas summa fruitione Deo copulabitur.

Finis dicitur dupliciter.

Psal. 40.

Delectatio est comprehensio obiecti.

Absoluuntur Durandi argumenta.

Ad secundũ respõdetur.

Ad tertium

Neque me pigebit te admonere fruitionem in Deo esse absolutissimam secundum omnes suos numeros. Etenim est hęc progressa (vt ita loquar) fruitio à voluntate infinitæ efficacię: & de obiecto infinito. Nempe de diuina bonitate,at verò etsi beatissima Trinitas seipsa infinitè fruatur,at simplicissima & vna eademque fruitione fruitur. Et hæc Dei est beatitudo,se frui. At verò pater beatissimus est fruens sua optima essentia,& filius itidem sua essentia,itidemque Spiritus sanctus: nec sunt tres fruitiones,sed vna ipsissima simplicissimaq; fruitio. At scitè aduertit. D. Tho. in.1.sent.d.1.q.2.artic.2.ad.3. bonitatem esse obiectum fruitionis diuinæ:relationesque diuinas,quæ sunt paternitas,filiatio,& spiratio, non esse fruitionis obiectum , vt relationes sunt,at vt bonitas sunt:& rectè admonuit mea sententia. Quãdoquidem si relationes essent fruitionis obiectum,essent tria fruitionis obiecta,aut plura,continuoque non essent vna fruitio simplicissima trium personarum. Nãque paternitas non est in filio,vt neque filiatio in patre. Igitur si paternitas hæc est fruibilis quo est paternitas,de aliquo fruitur pater, de quo filius frui nequit,quo falsius nihil,&c. At verò hæ proprietates relatiuæ sunt vna ipsissimaque diuina bonitas,& sub hac ratione vnum sunt fruitionis obiectum tam Deo,quã beatis. Tamẽ Deo quidem infinitè fruibiles, à beatis verò finitè,etiamnũ ab anima Christi,quippe quæ creatura est. At pater est beatus in seipso,& non habet beatitudinem dependentem ab alia persona : nec filius habet beatitudinem siue fruitionem dependentẽ à patre. Itidem & paracletus Spiritus Sãctus: sed singula persona est beatissima in se ipsa, quia vna quæque Deus est, & omnes vnus Deus simplicissimus sunt. Ideoque non tribus beatitudinibus beatissimæ sunt,at vna beatitudine. Scotus porrò qui est disertissimus horum indagator,credidit in primo signo originis patrem esse beatum,ideò secũdum huius signi rationem priùs esse beatum,quàm reliquæ personæ. Egoverò huiusmodi prioritatẽ subtilitatem acutissimam esse fateor, sed necessariam esse nõ video. Hoc tantum dixerim patrem à se esse beatum,filium à patre:à quo nanque habet diuinitatem, habet & beatitudinem. Itidem de paracleto dixeris, cæterũ vt non dependet diuinitas filij à patre,nec paracleti à patre & filio,nam est vna Trium diuinitas,& idem à se ipso pendere non potest, ità nec fruitio,aut beatitudo.

Obserua ad monitionẽ Theologicã

Signa originis non probantur de quare infra

Porrò hæsitas num Deus creaturis fruitur?

Hæsitatio aduertenda.

Testantur enim Salamonica prouerbia, & deliciæ meæ, esse cum filijs hominum. c. 8. Si deliciatur Deus cum filijs hominum, fruitur igitur cum eisdem. Contrà verò est quia vniuersa diligit Deus, propter seipsum, nam propter se illa operatur. Pro. 16. Si ergo creatura non est finis Dei creaturis Deus frui nequit. Atqui, vt te dubio exonerem, te aduertere volo, creaturas bifariam considerandas esse: aut quatenus in Deo sunt, aut quatenus sunt in seipsis. Quatenus in Deo sunt, eatenus Deo illis fruitur, non solum rationalibus, qui nimò & omnibus: quippe creatura in Deo repræsentata, habens in Deo obiectum seu ideale esse, secundum rem Deus est, tametsi ratione discernatur. Deus igitur se fruens, fruitur omnibus suis attributis, suis perfectionibus, personisque diuinis, atque denique creaturis in seipso lucidissimè ostensis. Quidquid enim in Deo est, Deus est. Ideò fruens istis Deus semetipso fruitur. Creaturis porrò, vt extra Deum habent esse, Deus non fruitur: sed illis vtitur ad gloriam suam. Testante Paulo ad Roman. 9. Sustinuit in multa patientia vasa iræ apta in interitum, vt ostenderet diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ, quæ præparauit in gloriam. At verò etiamsi amet vniuersa in seipso, at peccatores odit, vt sunt extra ipsum. Nam peccatum extra Deum est.

Vt Deus creaturis fruitur.

Peccatum nostræ est electionis.

Nanque electionis nostræ non naturæ peccatum est, ideo in Deo non est.

Differunt etiam Theologi, & chartas onerant literis, quid interfit inter fruitionem & delectationem. Okam & Gabriel & alij huius notæ Theologi mirum est quàm sudant in decisione dubij huius, tu illos si iuuat legito. Si me cõsulis dicam tibi paucis, idem esse, at vniuersaliorem esse delectationem, quàm fruitionem, siquidem delectamur in alienis bonis, ne dum in proprijs. Vt in bonis amicorum, aut illorum quos beneuolentia prosequimur. At nemo fruitur nisi in assecutione propriorum bonorum. Dein, bruta propriè non fruuntur, benè tamen delectantur commoda si pabula gustent. Nã tametsi propter finem operentur, non tamen exarte, aut discursu, aut electione. 2. Physicorum, fruitur autẽ illorum est, qui eligentes bona, quæ adipiscũtur optatis adipiscendo frui conceditur. Iam pro coronide obseruabis post diuinam fruitionem, beatorum secundum obtinere locũ quia æterna est. At tantisper dum vitam hãc caducã degimus propriè non fruimur Deo: tametsi lætamur in diuinis bonis, iuxta illud

Text. cõm. 80. & 3. Ethic. ca. 2.

lætamini in domino & exultate iusti. Est igitur propriè fruitio ipsa delectatio, quę ex adeptione optati boni rationalibus creaturis accidit. Sed ais, in offenso thesauro ex casu, fruitio est, etsi prius non esset intentus. Dicito satis esse, dignum esse qui intenderetur. Ceterũ per Theologicam catachresim restringitur generale vocabulum, ad diuina tantum, vt iam admonuimus. Nec mirum hoc tibi sit, nam virgo generalis dictio est, conueniens fœminis & viris incontaminatis: etsi vsurpatur vt fœminas per catachresim significet solũ. Sileant ergo grammatistæ & à Theologica maiestate paueant.

Secunda disputatio, num fruitio amor sit, num delectatio amoris consequia.

Atula est satis huius disputationis veritas si significantia huius vocis fruitio iam in principio huius distinctionis prodita, memoriæ infixa detinetur. Diximus enim fruitionem secundum propriam significationem esse perfectam in suo genere delectationem, quam ex obiectis carpimus: quã Hispanicè gozo appellamus. Vnde absentibus proprie non fruimur, quia inabsoluta est delectatio, quam absentia pariunt. At fruitionem sola rerum præsentia amatarum donare potest: propterea quandiu in hoc exilio agitur Deo frui non licet. Porrò autem nihil tam apertum est, quod repugnantia, & loquẽtium disidia nõ obturẽt, & offuscent. Quod dictum ideò puta, quia Scoti in hoc negotio cum Tho. dimicatio huic rei offundit tenebras. Ille enim credidit fruitionem non esse delectationem, imò esse amorem. Ideoque non est illi passio, sed potius voluntatis actio. Hic autem. 1. 2. q. 4. art. 3. fruitionem delectationem esse decreuit. Tria enim asseruit esse beatitudinem complentia, visionem, amorẽ, & delectationem, quæ Thomæ fruitio est, cui ego consentio. Puto nanque hoc Aristoteli arrisisse Ethi. 10. c. 4. vbi ait delectationẽ perficere potentiæ operationem, qua cessante, & illa cessat. Nam illius est consectatrix, vt vmbra corporis. Et. 12. Meta. text. 39. comprehensionem ait esse causam delectationis. Comprehendimus autem obiectum & per cognitionem, & per amorẽ. Hæc igitur duo causa sunt delectationis, etiamsi. 7. Ethicor.

Fruitio est perfecta delectatio.

Tria beatitudinẽ complent.

Quid sit delectatio.

capit.

capit. 12. ait delectationem esse operationem habitus rei secundum naturam conuenientis, non impeditæ. At verò. 10. Ethico. explanat. 7. Est igitur operatio delectatio, quæ ad operationem consequitur. Neque multi faciendum arbitreris quod Scotus grammatizat, fruor esse verbum actionem præ se ferens, quandoquidem deponens verbum est. Nec me latet apud authores etiam in vsu esse, vt fruitio visionem, & amorem comprehendat. Vt. 1. lib. de doctri. Christia. Augustin. ad finem mercedem Sanctorum ait esse fruitionem, quem morem Sanctus Thom. sequutus est. lectio. 4. comm. ad Hebræos. At nos in exquirenda vocis proprietate hactenus insudauimus.

Dist. 1. q. 2.

Capit. 12. commen. ad Hebr.

Tertia disputatio. Num frui liceat persona vna sine alterius fruitione?

HAEC disputatio in numero nugacium reponitur ab Erasmo Roterodamo, & qui illius placitum sectantur. Inane enim putant huius generis disceptationes, quippe quæ ad pietatem conducunt nihil. At verò satis nobis erit, si nihil ad impietatem proficiant. Et nō nulla quidem est scrutatus Erasmus de consubstantialitate Christi cum patre, de auricular confessione, deque religione, & alijs hoc genus. Quorum sane Erasmicum scrutinium pietati magis officit, quam quod in præsentia exquirendum proponimus. At hic mos hominum est facile regerere in alios, quod in semetipsis si aduertissent, forsitan non regessissent. At verò his omissis, quod nostri est instituti persequamur. De proposita quæstione, vt de alijs, quæ quæruntur, placita sunt diuersa. Scoto affirmatiua pars collibuit. Oportet autem in primis certa secernere ab incertis, & à dubijs confessa. Est enim in confesso apud Theologos secundum præscriptum à Deo ordinem id fieri non posse testante domino. Ioan. 14. Philippe, qui videt me videt & patrem meum: an ignoras quia ego in patre, & pater in me est? Cæterum disputatio vertitur tota extra ordinem à Deo stabilitū. Thomas igitur. 2. 2. q. 2. art. 8. respondens vltimo argumento ait, diuinam bonitatem tantisper dum per creaturas dignoscitur posse quidem intelligi, absque quod diuinæ intelligantur personæ: at in cœlesti regno quando Deus citra ænigmata conspicitur, sine personis intelligi nequit. Addit rursum visionem diuinarum personarum necessariam esse beatæ menti: etiam si non distinguat hoc loco si rem prosequitur: etiam secundum Dei potē tiam absolutam quanquam Caietanus secundum hanc intellectum esse voluit. Ante quē Henrricus Gandensis quodli. 2. quæstio. 7. Manibus & pedibus iunt inficias, diuinæ potentiæ prorsus illud subtrahens. Negat enim fieri posse etiam à beatis videri posse sine personis, aut vnam personā, alia non visa: cū quo Okam & suus alumnus Gabriel. quæst. 5. huius faciunt. Primò, quia visio Sanctorum est perfecta & distincta. At quæ perfectio esset si essentia videretur, personis non visis? Secūdo, qui videt essentiam Petri, necessario videt Petrū. At magis vnū sunt essentia Dei & personę, ergo visa essentia Dei personæ videtur. Item beatus videt Deum sicut est, docente Ioann. Ergo cum Deus sit in tribus personis, videbitur necessariò in tribus. Præterea visa essentia, & non visis personis non quiescit mens creata, quippe non videt totum, quod Deus est: si non quiescit ergo beata nō est. Hæc & alia istis congenea poterit aliquis confarcinare argumenta, huic sententiæ persuadendæ accommoda. Scotus porrò non est huius placiti amator, credidit enim diuersum esse verum, cuius argumentorum summa in hoc vno perstringenda venit. Diuina essentia est, quæ est prima ratio beatitudinis, & non personalitas: igitur ostendi illa sola potest sine personis. Et est argumentum quod Achileas creditur obtinere vires. Diuina verbi persona potuit terminare vnionem carnis assumptæ, etiamsi neque pater terminat, neque Spiritus Sanctus. Vnde consectarium videtur itidem vnam personam videri posse, etiamsi alia non videatur. Itidem de fruitione collectum iri credunt, quibus hæc opinio allubescit.

Erasmicum scrutinium de quibusdā superuacaneum.

Thomæ placitum discutitur.

Henrrici sententia.

Argumentum primū & secundū.

3. Argumē.

Ego verò, vt paucis & clarissimis meam detegam cogitationem, duo hac in re expendenda puto. Alterum est mens ipsa creata, quæ videt diuinam essentiam visione beata, alterū ipsa diuinitas, quæ videtur. Quod si primum consideras, & æquilibri lance pendis, videbis creatam mentem duobus præparari, vt beatæ compos sit visionis, lumine inquam gloriæ corroborante, & diuina essentia mentem creatam imbuente, & vicem diuinæ cuiusdam speciei seu intelligibilis subeunte formæ. Istis ergo ornata mēs, quantum est ex fa

Decisio quæstionis ex Authoris placito.

cultate sua, fieri non potest, quin videat essentiam diuinam atque personas. Etenim lumen gloriæ suapte natura ostendit necessariò diuinitatem & personas, & ipsa diuinitas, quæ subit rationem intelligibilis formæ, vt Thomæ arrisit (id quod in præsentia suppono) etiam ostendit se & personas. Igitur fieri non potest mentem essentiam à personarum visione siue intuitu seiungere, aut vnam personam videre alia non visa: quippe mens creata luminis gloriæ naturam vincere nō potest. Est autem eiusdem (vt premonuimus) natura vniuersa hæc lucidè ostendere. Porrò quātum est ex parte diuinitatis demonstratæ, ego verisimile duco Deo subesse ostendere suam diuinitatem, non ostensis personis. Etenim diuinitas habet subsistentiam absolutā, personis verò personalitas est relatiua, & secundum rationem. Absolutum prius est relatiuo: secundum quam rationem potest ostendi hæc absoluta subsistentia, Deo hoc miraculosè operante, si voluisset, non ostensa relatiua subsistentia. Neque vtique fieri poterit vt qui videt humanitatem, non videat rationalitatem, quippe hæc intrinseca est humanitati, & huius rationem absoluit, at paternitas & aliæ relationes personales etsi eædem sint diuinitati, at non de illius ratione sunt essentiali: quandoquidem diuinitas priùs intelligi quit, quam personales istæ relationes. Quapropter etsi sint diuinitas, non significāt diuinitatis essentiam, siue substantiam, igitur ipsa diuinitas se demonstrare potest, non demonstrando id, quod non est de sua essentiali ratione. Ego saltem contradictionis inuolucrum in hac demonstratione non cerno. Adde istis si visa humanitate Petri, Petrus necessario videbitur, istud est, quia humanitas Petri non habet aliam subsistentiam à Petro: at diuinitas habet subsistentiam absolutam, quæ etsi est re eadem, quæ relatiua personalitas, at alia est secundum rationem. Nanque si protuleris Deum subsistentem per se, & in se, & ad se, ex ipsa prolatione disces: atsi patrem enunçias, nō ad se subsistentem, sed ad alium cogitas. Idcircò Deus & pater non ità se habent, vt homo & Petrus. Quam ob rē si hæc inuicem pugnant, quod hæc humanitas Petri videatur, & non Petrus: non vicissim hæc pugnabunt, quòd hæc diuinitas cernatur, personis diuinis non visis. Itidem de fruitione Theologizabis, quandoquidem relationes diuinæ, quatenus sunt relationes fruibiles nō sunt. Nanq; relatio, vt habet esse, habet bonitatē, est aūt relatio ad aliud, ergo est bona ad aliud. Quod verò est ppriè fruibile, est bonū per se, & ad se: nanq; hoc satiare potest appetitū. Vnde relationes diuinæ, vt sūt ipsa Dei bonitas, fruibilia sunt (vt sic dixerim) at nō vt relatiōes, vt D. Tho. adnotauit. in. 1. d. 2. q. 2. vt supra indicatū est. Igitur si diuina essētia est de se fruitionis obiectū, at relationes personales nō sunt secūdū se fruitionis obiectum: cur fugit obsecro diuinas vires se præstare fruēdū citra fruitionē relationum? Quid q̄ si diuinitas se demōstrat cælatis relationibus? cōsequiū est, diuinitate frui esse possibile sine fruitione relationū: at verò fortasis insultas, sunt idē prorsus essentia & personæ, qui fiet, vt vnū cernas sine alio? Diximus tibi esse ratiōis cuiusdā diuersitatē inter hęc, id quod satis est ad præscripta cōcedēda, nisi mauis, ad argutias cōfugere dialecticas, docētes has esse veras. Veniētē cognosco, & nullū cognosco veniētē, quādo hominē venire video, aut Petrū aut quēuis aliū esse nō dijudico: ita propemodū visa essentia, personæ videtur. Etenim id, q̄ est diuinæ personæ videtur, cæterū no videtur personæ, quādo cęlāte deo illarū nō habetur relatiua notitia. Porrò Theologica obseruatio istis argutijs nō tenetur astricta, illas potius lusui dialectico mittēs. Ego enim si extra ludū dialecticū rē agerē, nō discernerē inter has, Iudæi Trinitatem cognoscūt, aut cognoscūt Trinitatē: vtrāque enim falsam pronūciarē. Etenim Triadis mysteriū infideles oēs negāt: at verò si appellationis te delectat aspectus, cōsequitur recte, Cognoscūt Iudæi vnū verū Deū, & hic trin⁹ est, ergo Deum trinū cognoscūt, aut Trinitatē cognoscūt. At obsecro quātula hæc sunt, quæ grauitati Theologicę sint miscēda? quādoquidē Theologica auris idē per vtrāq; propositionē excipit: credit nāq; Iudæos Trinitatis arcanū nescire, aut non cognoscere esse verū: cōtrarium vt cumq; efferas esse falsum. Neq; me latet Okā cū suo Gabriele alumno hac in re appellationib⁹ istis lusisse. At quilibet suo sensu abūdet. Ad hæc istis accedat, vt ad priora regrediatur sermo, Deū se se ostēdere posse, sine Trinitatis ostēsione, quippe mētibus beatis etiānū nō ostēdit omnes suas essentiales perfectiones, alioqui si omnes istæ illis paterent, cōprehenderet creata mēs creatoris substātiā: id q̄ impossibile esse nemo est qui inficietur. Probatur collectio, quippe perfectiones diuinæ sunt planè infinitæ, quas si beata mēs videret à creatura prorsus creator com-

Diuinitas videri potest à beatis non visis personis.

Neniæ sophistarum non sunt miscendæ grauitati Theologiæ.

Corroboratio sententiæ authoris.

cõprehenderetur: at ais, imò ostendit Deus omnes suas perfectiones beatis: at illos latẽt innumeræ, quia illas capiunt minimè. Bene quidem, at istud est, quod iugulum quæstionis petit. Etenim iam cõficitur nihil implicare cõtradictionem, hæc duo, sunt simpliciter vnũ, at Deo subest ostẽdere alterum, altero celato, id quod patet: nã perfectiones diuinæ sunt ipsissimæ Deo, at non demonstrat Deus illas omnes beatis, etiã quas illorum capacitas patsiua ferret: sed illas dũtaxat quę illorũ gloriæ cõducũt. Nõ ergo ostẽdit perfectiones suas Deus beatis oẽs: nãq; siquidem mẽs beata nõ capit omnes, frustra ostẽderentur oẽs, sed illæ dũtaxat (vt diximus) quæ essentialẽ gloriã secundũ illorũ merita & diuinã gratiã concernũt. Poterit igitur diuinitas sese demonstrare, si volet, personis nõ demõstratis: quandoquidem inter essentiam & relationem maior distinctio ex cogitatur, quã inter essentiã, & suas absolutas perfectiones.

Deus nõ omnes suas perfectiones demonstrat beatis.

Et mihi lector fidẽ habe, maioris momẽti esse hæc argumẽta nostra, quàm quod Achilæũ cẽsetur ad huius suffragiũ sententiæ. Etenim quod colligũt, vt præmonuimus, persona verbi terminat incarnationẽ, sine alijs personis, ergo & visionẽ poterit, apud me nõ tãti habetur quãti apud Okam, & Gabrielẽ. q. 5. & alios Theologos. Et me sanè delectat qñ eos se tergorare in argumẽto hoc animaduerto, vt rimulã reperiãt, qua illius vires euadãt. Quãdoquidẽ meo iudicio nõ est eiusdẽ quæ renda solutio in profundo maris, aut in verticibus cælorũ. Dixerim enim disparem esse rationẽ: incarnatio enim terminatur primò ad uerbi personã, seu proprietatẽ relatiuã, quę est filiatio, & ratione huius se reducit in deitatem. Propterea enim hic homo Christus, est Deus, quia est filius Dei, & non propterea hic homo Christus est filius Dei, quia est Deus: nã itidẽ pater homo esset, quippe qui Deus est. Et demũ diuinitas carni copulata est, quia verbũ sese illi sociauit, & nõ cõtrà, verbũ se sociauit carni, quia diuinitas hoc præstitit. Porrò in visione beata multò secus res hæc tractãda est. Etenim videntur personæ, quippe quæ in essentia cũ claudãtur diuina, visa essentia, illæ quoq; necessariò videntur: diuinitas nãq; primò secundum rationẽ terminat beatã visionẽ quàm personæ. Videntur nãq; personæ propter visionẽ essentiæ, in qua suũ esse relatiuũ habẽt: at filiatio nõ habet esse relatiuũ in paternitate, aut spiratione, idcirco vna relatio terminat carnis assumptæ vnionẽ sine alia, nõ tũ videri põt vna sine alia, quia visa vna videtur essentia Dei in qua sunt oẽs. Qui volet igitur Thomæ partes agere, vires huius argumẽti hoc, quo diximꝰ infringet modo: quãquã, vt prænonui, apud me nõ est liquidũ B. Thom. in loco indicato prorsus istud qđ differimus, ita diuinæ subtraxisse facultati, vt etiã secũdũ absolutã potentiam illud possibile esse non crederet. Et enim rẽ differens, beatitudinẽ sanctorũ producit in mediũ, cui necessaria est ostẽsio personarũ, quippe credimus, Triadẽ, huic autẽ fidei necessaria est eiusdẽ Triadis ostensio. Est enim præmiũ fidei nostræ quod ex creditarũ rerũ visione donatur: at istum ordinẽ Dei stabilitũ facilè indicat, & planè hoc negauit nullus. Cæterum cui impendimus operam, non istud est. Nõ enim de beatitudine fidei nostræ, quæ Triadis in patria demõstrationẽ amat, citra quam nequaquã bearetur, sermo est: at differimus quid est, quod diuinæ vires præstare possunt, si illas Deus exercere voluisset, & res in vado iam est. Ostẽdimus enim, Deo istud non esse subtrahendũ, quippe pugnantiã non inuoluit, & quod tale est, Deo subesse Theologicus calculus clamat. Et forsitan quispiam contenderet illud iam accidisse Mosi, cui ex Augu. placito diuinitas est ostensa: & fortasis Triadis arcanũ non patefactũ est illi, quia nondũ verbũ caro factũ erat, & habitaret in nobis. Assentabatur enim Mosi Trinitatis demõstrandã gloria qñ in mõte asistẽs Christo cũ Helia colloquebatur de excessu in Hierusalẽ complẽdo: quãquã mihi hæc cogitatio, sua vota nõ facit: verisimilius enim existimo si diuinitas est detecta Mosi, etiã Triadis mysteriũ illi esse detectum: vt & alijs sanctis Prophetis, quibus dominica incarnatio nõ innotuit citra Trinitatis arcanum. De quare alibi.

Hæc obserua fortasis Moses uidit essentiam si ne personis in monte Si na.

Notanda argumenti solutio.

Argumentis porrò obiectis in disputationis huius principio facere satis expedit. Primò dices ex hypothesi, si Deus suũ ostẽderet numẽ personis diuinis nõ ostẽsis, vti ęj; illa nũminis visio perfecta esset, quippe quæ beatã esset: cæterum in perfectione gradus cũ sine, perfectior esset ostẽsio, quæ diuinas demõstraret personas, & hic gradus quoq; sortiretur. Nãq; vnã personã solã demõstrare, nõ tãto pfectionis fruitur fastigio, vt ea quæ duas demonstrat, & hanc superat, quæ totius Triadis reoludit arcanum. Nec me fugit, Scoto hæc non congruere: censuit enim patrẽ esse beatũ in primo originis signo, in quo suã in-

Scoti placitum expenditur.

tuetur essentiam, vt est in se ipso, & nō vt est cōmunicabilis cæteris personis. Putat enim paternam beatitudinem à reliquis non pendere personis. Id quod si recipiendum voles, fieri poterit perfectissimam adesse beatitudinem mentibus creatis, citra personarū ostensionem. Mihi autem Scoticum commentū non arrisit vnquā, neq; arridebit olim, quandoquidem pater est beatus in quocunq; fingas signo, comprehēdēdo essentiam suā. At

Scotus non probatur.

vt comprehendet amabo non visis personis infinitis in essentia sua subsistentibus? Et exiguum est hoc quod de personis dixi, imò nō esset beatus nisi creaturas in semetipso cerneret: alioqui vt comprehenderet essentiam suam, nisi omnes creaturas, ad quas se extendit clarè intelligeret? At incōprehensa potētia sua, & sapientia sua beatus pater nō esset. At huiusmodi disputatio proprium amat locum, in quem deferre eandem opportunum est. At interim non filebo infirmū esse hoc argumentum. Patris beatitudo non pēdet à cæteris personis, igitur pater est beatus in essentiæ suæ visione, vt est in seipso, & non vt est communicabilis alijs personis. Diximus enim vnam esse Triadis beatitudinem: ideo beatitudo alterius ab altera non pendet.

At fortasis te mouebit hæsitatio hæc. Pater & filius sunt correlatiua quæ Arist. in categorijs simul voluit esse natura, subindicās alterū sine altero intelligi nō posse. Vt ergo pater videri, aut ostēdi poterit absq; eo, q̄ filius videatur? Peruia sane esset responsio, si Theologis quibusdā annuere lubet, quibus personæ absolutis proprietatibus cōstituuntur, & nō relatiuis: iuxta quorū placitū nihil hæc pugnāt, personā patris videri sine paternitate, id est, persona quæ est pater, itidē persona, quæ est filius, itidē de Paracleto. Quippe relationibus non constituūtur, vt ipse arrisit. Cæterùm quale sit hoc proprius te docebit locus. Hæsitationi quapropter cōsona erit responsio. Patrem sine filio videri sanè posse, at nō intelligi. Aliud est visio, aliud intelligentia: hoc igitur puto nō factibile vllo modo Deū ostendere se patrē esse mēti beatæ videnti paternitatē, quæ nullatenus filiationem cognoscat. At impossibile Deo non æstimo, suam videndā patefacere paternitatem, filiationem verò suam videndam non ostendere. Cæterùm beata mens cui istud contigisset miraculi, planè intelligeret si nō intuendo, alias cognoscēdo Deum patrem. Deum habere filium, in eundē fere modum de Paracleti persona Theologizabis.

Argumētū secūdū enerue inter differendū fecimus, procedit nāq; ex similitudine, & solutū est per dissimilitudinē. Quippe diuina essentia per se subsistit: at humanitas non habet per se subsistētiā nisi in Petro, quia ideales naturas schola Theologica nō admittit. *Ad. 2. argu.*

Argumentū tertiū æquiuocatione laborat. Nā videre sicut est, bifariam intelligitur, aut veraciter videre, aut videre prorsus quid quid in obiecto est. Beatus igitur ex hypothesi, si essentiā diuini intuetur numinis, verū Deum videt, ideò videt sicut est. At non videt prorsus quidquid in Deo est. Quidquod videt sicut est, quantum est ex ipsius visionis beatæ natura, quæ in personarum ostensionē etiam seipse produceret, nisi Deus, vt supponimus ex vi sua infinita obstitisset. *Ad. 3. argu.*

Quartò dicito huiusmodi, quam differimus, beatitudinē non esse de lege stabilita à Deo audiēdā, vt idētidē docuimus, hęc enim quia Trinitatis fidē beatificat, nō ostēsa personarū Triade, non quietaret mētē auidam videndi tres personas, quas fide certissima tenebat. At vero beatitudo, quæ esset præter hūc ordinē satis bearet etiā Triade nō ostēsa: quippe ostensa diuinitate bonum infinitum ostenditur. Id quod visum, abundè est intellectui creato, vt quiescat, & satietur creatus animꝰ Dei gloria facialiter inspecta. A Equo deniq; pede tibi currendum erit, si totidem de fruitione disputare animus tulerit. *Ad. 4. argu.*

Quarta disputatio, Num demersis in ergastulo corporis frui Deo vnquam perfectè liceat.

PRęclarū profectò istud est, qđ huius disputationis titulus differendū, pponit: & dignū mea quidē sentētia Theologico instituto. Et multa sunt, vt rem adoriamur, quæ ex prætextu admonent viatoribus fruitionē perfectā Dei non esse negatā, aut negādā. Moses enim cōmemorāte Augustino diuinū patēter intuitus in monte est numen, & Numerorū attestatur liber, Palā (ait) & non per figuras dominum videt. c. 12. Et de Paulo idem ad Orosium scribens Augustinus docuit, visionem diuinam claram illi in raptu obtigisse. Quod si visionem perfectam diuinitatis adepti isti sunt: etiam num *1. Argum.*

morta-

mortalem transigẽtes vitam, siquidem dein occubuerunt: nec essario cõficitur fruitionẽ etiam absolutissimã Dei fuisse sortitos. Viatoribusq; esse possibilem. Adhæc Adam eodem Augustin. tradente. 11. super Genesim ad literam. c. 32. assequutus est eminentissimam Dei largitate diuinitatis notionẽ, priusquã peccato occubuisset. Assequutus ergo est tã tæ tamq; præclaræ notitiæ, pedisse quã fruitionem diuinitatis perfectam.

2. Argu. Rursum ex Canticis. c. 1. admonemur, Introduxit me rex in cellã vinariam, id quod perfectionem diuini amoris fruitionemq; diuinorum sanctis etiam nunc vitam hanc degẽtibus fluxam adesse subindicare videtur.

Argu. in diuersum partem. Contrarium huius Paulinum demõstrat oraculum ad Philip. 3. Nõ quiam acceperim, aut iam perfectus sim. Quid si raptus in tertium cœlum, se fruitũ perfectè Deo negat, vt alijs hæc fruitio non raptis contingat?

Decisio quæstionis. Quæ recto tramite differuntur facilè aptãtur discẽtibus, vt ab eisdẽ planè intelligãtur, quæ docẽtur. Quẽ vt obseruemus, aduertes memoriæ proditũ esse in Clementina Dudũ de hæreticis in sexto hæreticos quõdã extitisse, qui hãc fruitionẽ consummatã viatoribus cõcesserũt, in eãq; perfectionis celsitudinem hominẽ proueximũt, vt posset si vellet nulli lapsui subiacere: seseq; impeccabilẽ reddere. Delusit hos argumentũ illud. Etenim si semper viator profectũ in Deo amãdo posset habere Christi perfectionem superare valeret. Quapropter statum in perfectione spirituali vitæ statuebãt: eratq; illis status cõsummata perfectio in Dei amore & fruitione. At verò prostrata iacet iam hæresis hæc, quippe etiã si viator crescere posit in spiritualis vitæ incremẽtis in infinitũ, non tamẽ prouehi quit ad infinitã charitatẽ, quanuis multa viuens perageret secula: neq; Christi æquare perfectionẽ, nedũ superare. Quia viatorũ charitatis augmẽta sunt paulatina, sensim enim charitas viatrix increscit. Christi verò perfectio hypostaticã consequuta est vnionẽ, quã nullus hominum assequetur. Quamobrem de Christi fruitione (quã eiusdẽ beatissima anima de diuinitate etiã in mortali degens corpore habuit) non est habenda ratio modò.

Bagnini hæresis prostrati.

Quæstio. status. Quippe Christus & si viator erat, quia mortale gerẽs corpus, at cõprehẽsor itidem erat, quia beata visione gaudebat, quanta triumphãs in cœlis etiã nunc gaudet. Statuatur ergo disputatio de puris viatoribus, qui sumus nos: itidem statuenda venit circa ordinem à Deo præscriptũ: nam huius ordinis modus est, vt nulli hæc fruitio consummata contingat, tanti sit per dum mens immersa est corpori ergastulo, seu demersa est huius grauis carnis molẽ: siquidẽ nobis perfecta Dei non datur cognitio e lamãte Paulo, Videmus nũc per speculum in ænigmate. Vnde fruitio consummatè Deo fieri nequit sub confusanea hac qua vtimur caliginosaque Dei notione. Idcircò prætereuntes hunc ordinem secundum Dei potentiam absolutam exquirendum duximus, quòd primum differendum instituimus: & quia fruitio à notione dependet. Etenim voluntas non ducit se ad ignota: propterea hæc quæstio ab alia suã petit (quam mox subijcia) solutionẽ. An viator, scilicet, possit absolutã distinctãq; diuinitatis notitiã habere abstractiuè & euidẽter Deum repræsentantẽ. Sũt sanè nobis diuini cõceptus, at cõmunes, confusi, & connotatiui. Scimus enim Deũ esse optimũ entiũ, infinitũ, dominũ omniũ, qui solus vere est: & id genus. At isti non sunt simplices de diuinitate conceptus, imò secum creaturas comminiscũtur. Namens generale nomẽ est creaturas affirmatiuè significãs, creator verò propriè Deo cõgruit, at creaturas à significatu non excludit: vt infinitum creaturas excludendo in eisdem in significatione sua negatiua admittit. Quærimus igitur cõceptũ de Deo propriũ, non cõmunem creaturis, quærimus conceptũ absolutè Deũ significantẽ, creaturas nõ cõnotando, quærimus tandẽ conceptũ distinctum, & nõ confusanee Deum notificantẽ. In eruẽ & beatum interest solummodo, q̃ beatus est intuitiuus, ille autem est non intuitiuus, sed instar sit abstractiuæ notitiæ, quam de petro viso olim concepimus, aut quam alia re iam prius visa: quæ fane est absoluta, propria, distincta quoobiectu quod repræsentat, nisi quod intuitiua non est. De hac igitur vertitur disputatio tota, si Deo subsit hanc viatoribus sub via de sua diuinitate dõnare. Et densissima est Theologorum turba, qui hoc asseruit: vt Scotus in hanc vocatur sententiã. Marsilius in. 3. Sent. q. 10. art. 2. Petrus Aliacensis in. 1. dub. art. 1. Viator in Prologo. q. 19. Gabriel. q. 1. prologi qui omnes ducuntur celebri illo Theologico prouerbio, quod non implicat cõtradictionem Deo subesse, huiusmodi autẽ notitiã (quã abunde expressimus) cum viatore non repugnare, quòd Deo subiacet, eiusdem notitiæ operatio.

Aduertẽda difficilis quæstio.

Quæritur conceptus proprius Deo absolutus & distinctus abstractiuus an sit viatori possibilis.

Porrò autem dari fuit qui hanc sententiam

tentiã D. Tho. 1. p. q. 12. art. 12. & q. 13. art. 1. de veritate. q. 18. art. 1. Durandus. q. 3. prologi & alij non pauci, quos parcens fastidio lubens prætereo. Thomas colligit, Etenim viatores per creaturas scandimus ad colenda diuina iuxta Pauli obseruationem ad Rom. 1. Verum huiusmodi conceptus ex creaturis collecti proprij Deo, & absoluti, & distincti nõ sunt: imò cõfusanei, cõmunes, & ænigmatici. Atqui diuus hic nõ distinxit, iuxta quẽ ordinẽ subintelligebat hæc docẽs, nũ secũdũ stabilitũ, aut iuxta præter naturalẽ. Durandus idẽ colligit, quippe hũc conceptũ aut Deus perse viatori instillat, aut intercedẽte specie donat: si primũ, est igitur beatus cõceptus & diuina visio: si quidẽ est de Deo sine medio creaturæ est. Et præter hæc abstractiua notitia citra speciei adminiculũ nulla est: est igitur huiusmodi notitia, quã carere speciei adminiculo fateris intuitiua de Deo, & non abstractiua. Quod si speciẽ dixeris interuenire creatã, hæc neutiquã producet notitiã Deo propriã, quã quærimus: nãq; simul significabit creaturã. Quid q creata species nõ poterit Deũ distinctè, & propriè & absolutè repræsentare: quippe inter creatã speciem & Deũ infinitũ est interstitiũ. Secũdò, quia illa species adest, & Dei est præsentissimi, intuitiuè igitur repræsentabit. Tertiò abstracti ua omnis originẽ ducit ab intuitiua, at intuiti uã viator purus ferre nequit, igitur abstracti ua expresse Deũ repræsentans cũ viatore pugnabit. Cæterum etsi Durãdus palmaria cre dat sua argumẽta, verè palma digna nõ sunt. Etenim Deo hoc nõ subesse, vt speciẽ quandã menti infundat, abstractiuè Deum repræsentantẽ, non persuadẽt: aut q ipse Deus per occultissimũ illabendi modũ possit mẽtem eleuare vt diuinitatẽ suã expressè, nõ tamen intuitiuè cognoscat. Nanq; etiã si nunc illabatur beatis mẽtibus, vt sese illis clarè demõstret, num propterea non poterit, alio illabi modo, vt se expressè, non tamẽ intuitiuè demonstret? Argumentũ secundũ eneruabis, Deum si dixeris vbilibet præsentissimũ esse secundũ naturam suam: at verò est præsens non omnibus secundum cognitionem, sed quibus volet. Infusa igitur species, quæ propriè Deũ significaret non est intuitiuè repræsentans Deum, siquidem Deus se subtrahit miraculosa opera, ne creatamens diuinitatẽ aspiciat per speciẽ, qua miraculosè imbuitur. Diximus enim nõ semel hæc nõ secũdũ stabilitũ ordinẽ sed præter hũc à nobis indagari. Tertiò dicito plura esse negocia, quàm vocabula. Admisso igitur præmisso miraculo illa notitia, quam diximus non est intuitiua, quippe Deum non clarè, ideſt, intuitiuè demonstrat, neque abstractiua est, quia ex intuitiua non processit. Quid ergo est? si neque intuitiua est, neq; abstractiua est? dixerim tibi est notitia miraculo edita, quã nominabit conditor. Aut dicito abstractiuam proprio sermone eam esse, quã intuitiua genuit: at impropriè, si fusius loqui non odis, abstracti ua est, quæ rei non visæ est. Etenim dum curriculum hoc mortalis peragimus vitæ, Deũ cognoscimus non intuitiua, sed sua ratione abstractiua. Notitia quippe, quæ est Dei nõ visi, abstractiua eo appellatur, quo abstrahit à rei præsentia. Porrò autem Aristoteles abstractionem aliter vsurpat, atq; nos vsurpamus. Etenim de abstractione scientifica est loquutus. 2. Phy. tex. 18. dicens abstrahentium non esse mendaciũ. Et. 2. de Anima tex. 35. intellectus (ait) abstracta intelligit sine materia. Vt similitatẽ sine naso, quatenus canitas est, quæ sine naso cõsiderari potest, hæc autem abstractio abstrahit à rei præsentia. Nihil enim Physico interest, vt de rosa suam texat considerationem, rosam extare, aut non extare, vt neq; Astrologo vt causam eclypsis doceat, eclypsim adesse. Scientia enim essentijs enucleandis rerum incumbit, alijs neglectis: siue subsistat res, siue nõ subsistat, interest nihil. At verò notitia hæc abstractiua, quæ hanc excitauit quæstionem, non hanc subit abstractionis rationem. Nanque per hanc si illã Deus miraculo ederet, Deus ipse euidẽter & certissimè subinde cognosceretur. Non enim abstraheret ab existentia Dei, at à diuinitatis intuitu duntaxat. Euidẽter igitur hãc habẽs, Deũ esse sciret, & quid esset Deus, ideſt, triadẽ & monadem diuinitatis. Et non solum hæc, quinetiam & cõtingentia futura, quæ in Deo lucent, & micant euidenter per illam cognosceret notionem, vt futurũ Antichristũ & id genus. Nã si diuinitatis notio visiua intuitiuè futura, quæ Deo demonstrare in sua essentia placet, beatis ostẽdit, hæc abstractiua notio itidem abstractiuè illa ostendet, Deo tñ non oppediẽte. Quod si hoc libras set Okamus, & suus rhapsod⁹ Gabriel. q. 1. prologi, melius cẽsuissent de re hac, quàm cẽsuerũt. At vt diximus Deo subest essentiã suã etiã intuẽtibus demõstrare celãdo personas. Nihil ergo mirum, si idẽ dixerimus, quando abstractiuè se ostẽderet.

1. Argu.

2. Argum.

3. Argum.

Argumenta palmaria.

Ad primũ argumẽt.

Ad 2m

Ad. 3m.

Notitia Dei quã viator habet abstractiua est suo modo.

Iam

Enucleatior quæst. decisio.

Iam verò, vt in absoluto sit quid velim, arbitror nullatenus diuinæ subtrahendũ esse potestati nisi clara repugnantia illud admoneat, & tum res ipsa sibi detrahit, Deo autẽ nihil, apud quem non est impossibile omne verbum, idest, quidquid, vt fiat non inuoluit promptã repugnãtiã, diuinis non est negandũ viribus, quale hoc est, quod de notitia hac abstractiua viatori si concederetur inculcamus. Cui accedat etiã illud, quod non leuiculũ imò palmariũ puto. Moses enim ex Aug. sententia diuinam naturam vidit apertè vt & Pau. 2. ad Corinth. 12. interpretante Augusti. q. ad Orosium. Porrò isti viatores erant. Si ergo visio apertissima deitatis viaticę vitæ non repugnat, cur adeò recalcitrant Durandus & Paludanus contra id, quod decernimus, notitiam abstractiuam qualem descripsimus viatori negantes concedi posse Deo largiente? Quod si visio diuinitatis illos non exemit à via, neq; beatos fecit, quia fixa non fuit, nisi secundum quid vt Tho. ait. 4. sen. d. 49. q. 2. artic. 7. neq; etiam notitia abstractiua hæc beatum faciet possidentem, quia illa si adesset mentem cognoscentis nõ expleret, quia visio æterna sola est quæ absoluere potest humanum intellectum: tum enim intratur in gaudium domini.

Lege Augu. homil. ad Ioan. 38. & ad Paulinã de uidendo Deo.

Quod si amplius desideras, vt huius rei tibi sub ducam rationem exactiorem: quæras mecũ oportet quomodo hæc edetur à Deo notitia? veruntamen mallem de modo faciendi hæsitare, quàm de facientis potentia. Num ergo modus hic est per illapsum diuinæ essentiæ in creatam mentem? Num modus hic est per speciem diuinitus infusam? Obstat priori modo, nam illapsus diuinus excellentissimam illam diuinam parat visionem: hæc autem notio abstractiua non est visio, oppedit posteriori modo, nam species creata exactè creatorẽ referre nequit, quippe quæ finita est, ideò ad viuum infinitum Deum exprimere nõ valet. Cæterùm temeritati ad scribendum puto, si quia modus latet faciendi, Deo esse impossibile factu affirmetur, dixerim autem, & per illapsum aliũ Deus hoc præstare poterit. Non enim diuina potestas ad vnum illabendi adstringitur modum (quẽ beatis modo largitur) sed alios innumeros si volet exhibere poterit. Itidem & hanc notitiam abstractiuam per speciem miraculo elaboratam poterit Deus edere: quæ sanè species quanuis in genere qualitatis sit finita, in genere tamen repræsentandi erit infinita, vt de gratia Iesu Christi Sanct. Thom. Theologizat in genere qualitatis finitam, in genere tamen gratiæ tradens infinitam esse. Nec me præterit D. Tho. 1. p. q. 12. artic. 2. constanter asseuerare per speciẽ creatam diuinam non posse videre beati essentiam, quia creata species est inferioris ordinis, ideò superiora demonstrare non potest, attestante Dionysio. Et ferè hoc est columẽ Diu. Thom. asserendæ huic sententiæ: at verò visio beatorum vtiq; Dei essentiam repræsentat distinctè: quæ sanè visio quippe quæ creata est, est inferioris ordinis, & eius esse & essentia non sunt idem, vt in Deo, & finita est: at repræsentat his non oppedientibus diuinam essentiam distinctè: cur speciei igitur creatæ hoc subtrahemus? Quamobrem rationes istæ Tho. non sunt me conuincentes admodum, etiamsi Caietanus subtiliter illas meditetur. Cæterum credo probabile satis esse diuinam essentiam beatorũ sese sociare mentibus, sine interuentu alicuius speciei creatæ. Attamen ipsa per seipsam demonstrare se poterit mentibus beatis. Etenim quod præstare Deus potest per causas secundas, se ipso præstare valebit, quod per speciem creatam præstiturus erat: & dubio procul quantum arbitror, ità præstat modo: quandoquidẽ si creaturas demõstrat Deus beatis non per species creatas, sed illas ostendens in essentia sua, quippe quæ in se rerum vniuersarum similitudines comprehendat, cur se ipsum non demonstrabit, sine vlla specie creata, sed se ipsum per se ipsum? Et reuera magis hoc cumulat beatorum magnificã gloriam, Deum se illis præstare subeũtẽ speciei intelligibilis rationẽ, huiusq; exhibere vices, qui alioqui nullius intellectus forma põt esse. Cæterũ quale quale hoc sit, alicubi disputatio erit copiosior. Placita tñ varia de hac re si iuuat habere, lege Marsi. 3. sen. q. 10. artic. 2. Porrò quod meo instituto conducit, hoc est, Deũ eleuare posse mentẽ ad notionẽ sæpè commemoratam abstractiuam, siue sese vniens menti alia ratione illapsus, quàm is sit, quem modo erga beatos gerit: siue per speciẽ creatã, siue sine illa, ille solũ nouit, qui si faceret vtiq;, vt factur? esset optimè nouit.

Notitia abstractiua diuinitas quo modo intelligetur.

Per speciem creatam diuinitas ostẽdi nequit, ut intelligendum.

Subit nihilominus scisciari, cur quærimus, si possibilis est hęc viatori notitia? si quidẽ, si vera Augustinus narrauit de Mose, & Paulo, illos viaticã etiã num ducentes vitam limpida fuisse Dei visione potitos, illos consequium est distinctam hanc abstractiuam

etiam

etiam consequutos de facto esse. Et Diuus Thom.1.par.q.12.articul.9. respondens argumento secundo Paulum tradidit ex visione diuinæ essentiæ elicuisse sibi species, vnde memorabatur diuinæ visionis, aut diuinorũ visorum: itidemque potuisset de Mose affirmare. Durandus.q.3. prolog. in fine memoriam diuinorum visorum confusaneam post raptum Paulo tribuit, vt memoria fuit Nabuchodonosoris ex somno. Marsilius in. 3. sent. quæst.10.artic.2.respondens quinto argumento, ex visione illa Pauli volatili vel transitoria in Paulo credit superstitem mansisse habitum, siue speciem intelligibilẽ virtualiter repræsentantem omnia, quæ in verbo tantisperdum raptus erat, viderat. Quemadmodum & in nobis ex visis obiectis quæ videntur in propria specie superstes est huiusmodi species, à visis obiectis sensorijs impressa. Ego autem, vt calculum meum subijciam, crediderim sanè Paulum à raptu, & Mosem à visione diuina, (quã etiam raptus, & à functione distractus sensuũ est adeptus, quanuis Mosaicum raptum non legamus) at verò quia diuinum illi pronunciauit responsum, non videbit me homo, & viuet, ingenuè fatendum est, Mosem & si nõ defunctum carnis vita, at defunctum vitali sensuũ actione, cœlesti illa visione fuisse potitum: hos ergo postquam ad propria redierunt, & sibi redditi sunt, puto diuinæ visionis, & eorum quæ diuinitas illis demonstrauit, memoriam habuisse distinctam ex speciebus intelligibilibus quas sibi elaborauerunt inter videndam diuinam maiestatem. Neq; arbitror has species elaborare sibi Mosem, aut Paulum potuisse, nisi mirabiliter ad illas elaborandas diuinum præsidium astitisset, etenim supernaturales erant species. Quod verò memoria Pauli visorum fuerit distincta & non confusanea, vt Durandus censuerat, vel hinc accipito: etenim ex viso obiecto distinctè, species superstes ex absente obiecto distincta est, vt Romæ visæ memoria. Porrò distincta species memoriam distinctã parit: cui rei attestatur Pauli verbũ illud, Audiui arcana verba, quæ non licet homini loqui, idest, hominibus prædicare. Est enim numerus singularis homini, pro pluratiuo, idest, hominibus, phrasi cõsueta scripturę. Arcana ergo, quæ viderat Paulus recte tenebat: quã doquidẽ illa ait, nõ esse fas mittere inturbas hominũ. Nãvt Plato tradidit in Timęo, Mũdi opificẽ & patrem inuenire est difficile, & postquam inueneris vulgò prædicare est impossibile: quidquod occultissima à Paulo visa nõ liceat hominibus edicere? Est ergo latũ discrimẽ inter memoratũ Nabuchodonosoris somniũ, vel diuina industria, vel casu, vt nobis sæpè accidit & visiões has. Nos enim somniasse tenemus sæpè, at insomnia, quæ fuerũt, elapsa sunt à somniãtis memoria: vt pleriq; sunt, qui memorantur se audisse concionem, obliti interdum, quæ protulerit concionator: at Paulus insigniter retinebat quæ viderat, & exactè calebat, vt collegimus, quãuis ipse se nescire testetur, si in corpore, an extra corpus, visione magnifica fuerit potitus, at nusquam testatur se nescire quod viderat: imo diuersum est quod pronunciat, Audiui arcana verba, &c. Tu lege dilucidationes nostras ad Esaiam, si hæc exactiùs differere cupis. Paulus igitur & Moses si credimus diuina visione illos vnquã donatos, à visione vtiq; distinctè visi Dei, & visorum in Deo memorabantur. Cæterũ istis obstat Pauli sermo. 1. ad Corin. 13. Videmus nunc per speculum in ænigmate, & rursum ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus. Quæ & alia his similia distinctã in Paulo notitiam prohibent. Nam si ænigmaticã & specularem se fatetur habere notionem, si ex parte se fatẽtur cognoscere qui fit vt eui dentẽ & distinctã in carne degẽs nanciscerẽtur cognitionẽ? Quibus illud accedat, si euidẽter Paulus & Moses de diuinis visis à visione seruabãt notionem, nõ ergo fidei merito gaudebãt? etenim fides est credere quod nõ vides, aut vidisti. De visa enim Roma nõ est fides, etiã si iã nõ videatur. De diuinis igitur iam nõ habebãt fidẽ, imò euidẽtiã abstractiuã. Verùm fortasis actus istis argumẽtis diffiteberis Paulũ, aut Mosem diuinam vidisse essentiã purè, & clarè vt beati vidẽt modò: at illos prouectos tũ fuisse ad sublimiorẽ quandã & præexcelsam notionẽ diuinorũ cõfiteberis. Porrò si ità discernere apud te ipsum statuis tibi eadẽ, quæ obieci, impendũt. Etenim illa præexcelsa cognitio cui annuis, nõ erat ænigmatica, vt nostra: & fidei obscuritatẽ sua claritate vincebat. Vbi ergo obsecro meritũ fidei, quæ si obscura nõ est, fides non est? est enim fides argumentum non apparẽtium ad Hebr.11. Videberis igitur fortè auribus (quod aiunt) tenere lupũ. Equidẽ mihi res est, vt video, cum difficili disputatione. Nanq; si à visione illa fidem subducimus à Pauli mẽte reclamabit ipse ad Heb.11. Fides, inquit,

Danie. 3.

Qualis fuerit notitia Pauli de diuinis postra ptum itidẽ & Mosi post diuinã uisionem.

Autoris placitum.

Contra Durand Autoris 5ª cnm sua probatiõ ibi ex viso &c.

2. Ad Cor. 12.

Recitũ Platonis de diuinitate uerbum.

Exemp. pro pro gatione durandi de somno illo te fellatur

Prima obiectio ex Paulo

2ª obiectio et solutio

inquit, intelligimus aptata esse secula. Et Epistola hæc sequuta est visionem: siquidem anno post natum Christum. 34. Eusebio & Hieronymo testantibus Paulus Euangelio obtemperauit. Et epistolam ad Hebræos longè post hæc Paulus scriptitauit. Quid quod post cœlicam visionem ab Anania Paulus aqua baptismi fui ablutus: at baptismus fidem donat, quam etiam ipse se protestatur habere, paulo ante visionem enarrante eodē Actorum. 26. Non fuit (ait) incredulus cœlesti visioni. Cæterum non hoc deducimus in disputationem: sed hoc duntaxat, num à visione Paulus fide vsus est? Superuacanea enim erat fides si euidenti notione (vt diximus) potiebatur. Porrò dixerit fortasis quispiam, & quid habitus fidei euidenti notioni non contra venit, si non ergo actum fidei post visionem, Paulus & Moses exercuerūt, habitum tamen infixum fidei gerebāt? Imò arbitror contrauenire. Etenim si notio est euidens, quorsum adest habitus ineuidens, qui in suam functionem nunquam se prodet? Et superuacaneus idcircò erit: nisi velis Paulum arcana fidei, quæ viderat, memorari euidenter vt absentia. At verò credebat ineuidenter si considerentur vt præsentia, vel futura vt Deum trinum esse, & mortuos suscitandos, & hac ratione fidē fateri in Mose & Paulo: nanq; hæc intuitiuè nō cernebat.

Paulus Euāgelio obtemperauit Anno. 34. post Christi ad patrem ascēsum.

Ne ergo diutius te moremur, promā iam quod tulit animus, sub censura tamen sapientiori, Paulum, inquam, & Mosem non habuisse fidem instar nostræ, quia euidentiam abstractiuam de Deo, & arcanis in Deo visis sortiti sunt. Et Paulum Actorum. 9. Barnabas refert dominum vidisse, &. 1. ad Corinth. 9. ipse sibi attestatur Paulus. Nonnè dominum Iesum Christum vidi? Et. 1. ad Corint. 15. Postremò visus est mihi. Et Actorum. 22. factus in mentis stupore dominum vidit, vt Stephanus Actorum. 7. quid ergo, dices sub tam gloriosis visionibus similem extitisse fidem Pauli & Stephani nostræ fidei? non arbitror: Quippe isti lucidius nobis fidei arcana inspexerunt: nam visiones istæ non erant instar antiquarum: tum enim Angelus domini gerēs domini vices patribus loquebatur Actorum. 7. hic autem ipse dominus glorię, dignatus est sese ostendere: at non subinde collectio est consentanea, igitur merito fidei orbati sunt sancti isti: etenim non sine fide ad tam magnificas promoti sunt visiones, imò ex maxima fide, qua potiti sunt Moses, Paulus, & Stephanus in tantum celsitudinis culmen proiecti sunt, vt Christi gloriam viderent. Quid quod parati erant, etiam si non vidissent Deo dicenti præstare fidem. Arbitror itidem & cæteros Apostolos præexcelsa quadam diuinorum notione fuisse donatos die illo celeberrimo Pentecostes, quando spiritus domini sub igneis linguis apparēs illorum eruditiuit mentes. Nimirum consentaneum est hoc, & rationi syncerę satis & plus quam satis plausibile, vt qui futuri creabantur doctores orbis, excelsitatem in diuinorum notione præcæteris nanciscerētur, plus minusvè secundum Spiritus sancti equissimam distributionem. Sic ergo aliquid præstantius fide nacti sunt, quia fidei magistros erant sese præstituros. Quæ autem militant aduersus hoc ex Paulo indicata dissolues, si tenueris Paulum dicentem, ex parte cognoscimus, & videmus nunc per speculum in ænigmate: non super naturalem cognoscendi, sed naturalem, quo diuina nobis sublucent expressi sse ordinem. Nanque ipse si notionem habebat de diuinis euidentiorem, illud sanè non natura fuit fidei, sed supernæ diuinæq; dispensationis, ante quam fide intelligebat aptata esse secula ex nihilo: post quā tamen sublimiore notione creationem spectabat rerum. Nec mireris sacrum lauacrū, quo administrante Anania fuit Paulus intinctus, post quam tertium viserat cœlum, fidem non infudisse Paulo, quoniam altero habitu multò præstantiore fide, iam imbutus cœlitus fuerat. I modo, & quære à Durando & eius assertoribus si possibilis est viatori euidens diuinitatis notio, quandoquidem eam contigisse & Paulo, & Mosi (si vera Augustinus narrat) demonstrauimus hactenus.

Paulus & Moses fidē non habebāt instar nostræ.

Apostoli in die Pentecostes præexcelsa visione diuinorum sunt donati.

Primæ dubitationis solutio

Iam verò audio te ob murmurantem mihi, quòd maiora fecerim suburbia vrbibus: quapropter ad propositam regredi libet quæstionem: num consummata valeat fruitio diuinitatis viatoribus cōtingere? Et quidem si non osciter obseruasti quæ in huius dubij gratiam differimus de diuinitatis notione, planè intelliges Mosi & Paulo, consummatam contigisse etiam nunc viatoribus diuinitatis fruitionem, siquidem ex notione pendet fruitionis modus: isti autem diuinam contemplati sunt perspicuè naturam. Quid ergo hæsitas sub perspicua diuinitatis visione consummatam eiusdem diuinitatis adfuisse fruitionem? Adde tamen

Paulus & Moses etiā nūc viatores consummatam habuerunt fruitionem diuinitatis secūdū quid nō simpliciter.

hanc

Concluſe pauli⁹ et moſes nõ fuerunt beati ſimpliciter. p⁹ auc⁹ ex D. th. ~.

hanc fruitionem non ſimpliciter efferendã, fuiſſe conſummatam: quippe fixa & ſtabilis non extitit, at verò ſecundum quid, ſub quadam tenus ratione conſummatam fruitionem participabant, quatenus beata viſione gaudebant. Et vt rectè aduertit in. 4. diſt. 49. Tho. erant beati ſecundum quid. Neq; hæc inuicem non cohærent, & beatos eſſe ſecundum quid, & viatores ſimpliciter: ſiquidẽ in Chriſto ambo cohærebãt, qui beatus quoad rationem ſuperiorẽ ſimpliciter erat, at ſecundum vires ſenſitiuas ſimpliciter viator. Quãuis ſi exactior lubet ſermo, neque ſimpliciter viator, neque ſimpliciter comprehenſor, at vtrunq; claudebat Chriſtus: at verò illa recedente viſione, nihil beatitudinis obtinuerũt.

obiectioni tacite Reſp.

Probatio a deſiderijs Beatorum

Ideoque à tam excellenti depoſiti fruitionis gradu alter, ideſt, Moſes promiſſionis terræ tentus deſiderio diem clauſit extremum: alter verò, ideſt, Paulus ſibi atteſtatur veridicè præferens non conſummatam in via participaſſe fruitionem. Nam Philippenſibus ſcribens. c. 1. ait, Deſiderio ſe teneri cœleſtiũ. Quod ſi illis prorſus frueretur, deſiderio illorum nõ caperetur. Et ſcitè aiebat Philippus. Domine oſtẽde nobis patrem, & ſufficit nobis, Ioan. 14. Tum enim ſufficiet nobis, cùm aparuerit pater, & ſimiles ei erimus. 1. Ioã. 3. At quandiu hæc non datur patris cœleſtis oſtenſio, ideſt, beatiſsimæ Triadis clara demonſtratio, nihil ſat nobis eſt. Egeni enim ſemper ſumus bonis, quandiu ſummum non paramus nobis bonum. Et rectè Aug. lib. 19. confeſsio. capit. 1. Feciſti (ait) nos domine ad te, & inquietum eſt cor noſtrum donec veniamus ad te. Si non eſt nobis igitur oſtenſa gloria diuinæ celſitudinis, vt erit fruitio, quandiu mortaliter viuitur cõſummata? Exigis etiam fortè, num Apoſtolis illis tribus, Matth. 17. quibus in monte Tabor patefacta eſt Chriſti maieſtas fuit fruitio perfecta? Clamat nanque Petrus, Domine bonum eſt nos hic eſſe. Expleuerat nanque Petri deſideria Chriſti viſa maieſtas. Cæterum Luca commemorante cap. 9. neſciebat Petrus quæ efferebat,

4° an Apoſtoli in hac fuerint fruitione conſummata.

ſolutio

nã carnis Petri oculos ſatiauerat Chriſti gloria exterior: at vero ad maiora vocabatur Petrus, vt Chriſti diuinitatem aliquando cerneret interiùs, quæ prorſu quietat mentis creatæ vniuerſa deſideria. Quamobrem non indoctè Magiſter ſentent. in hac diſt. viatores (ait) non plenè frui Deo, quandiu hic agunt: fruituros plenè quando apparuerit gloria domini, vt pſalmi dicuſ ecimt. Satiabor cùm apparuerit gloria tua domine. Tunc introducũtur in apothecam vinariam, cuius argumentum in principio propoſitum memine-rat. Nunc enim vinum diuini amoris & fruitionis libatur: tunc verò ad ſatietatem vſq; bibetur nouum in regno Dei. Lege declamationes noſtras de diuino parando, & ſeruando amore. Et demum ſi ad libellã proprij ſermonis hæc pẽdere, ſatagimus: viatica fruitio, eſt fruitio in ſpe. Speramus enim animos noſtros explendos in Dei bonitate, quippe viſilia vniuerſa animum humanum explere nequeunt, ideò fideles iſtis cenſent non eſſe fruendum, ſed diuinis dũtaxat. Domino tradente, qui biberit ex aqua, quam ego dabo non ſitiet in æternum. Ioann. 4. per aquam, quã ipſe erat daturus, inuiſilia ſubintelligens bona: quæ æterna ſunt Paulo. 2. ad Corinth. cap. 4. Vt autem ouũ vocatur pullus, quippe qui ſpe pullus eſt: ità & ſpes noſtra fruitio, vt cunq; nuncupanda venit, quia illam tandem pollicetur æternam. Ideo Paulus monebat, vt ſpe gauderemus, nempe in Deo, qui vera donabit gaudia ſuis.

In uia diuini amoris uinũ libatur.

Fruitio uiæ uiatica cum ſit cõſumma ta nõ eſt ſimpliciter.

Argumẽta autem quæ primo titulo quæſtionis obiecimus extractatu, in corpore quę ſtionis ſoluta habes, niſi q; tertium ex Salomone inductum Canti. 2. non ad vnguem tibi dilutum videbitur. Cæterum in promptu eſt, vt ſoluatur. Viatores enim quantalibet vitæ ſanctimonia præpolleant Deo nõ fruũtur, niſi in ſpe, & hac ſola prædicti introducuntur in apothecam diuinorum gaudiorum: quam ob hanc cauſam Salomon cellam vinariam appellat. Nam vinum eſt, quod lætificat cor hominis. Vt ergo electus Epiſcopus iam nominatur Epiſcopus, etiam num epiſcopali infula non fulgens: attamen ſpes tanti adipiſcendi muneris illum epiſcopum appellitat: ita propemodum ſancti hanc degentes vitam, quippe electi ſunt ad vitalem illã æternamq; Dei fruitionem, cenſentur iam fruẽtes vino illo ineffabilis dulcedinis. Idcircò inquit, introduxit me rex in cellam vinariam, factum dicit, quod promptum eſt, vt fiat. Obijcis etiam num mihi, in via amor diuinus perfectus contingit, igitur fruitio abſoluta, cur non continget? ſiquidem hæc ab illo riuatur. Antecedens patens eſt Matth. 21. Iubemur Deum perfectè diligere, Diliges (ait) dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & alia, quæ ſequuntur: ergo qui hoc explent mandatum verè fruuntur Deo. At verò, non ſemel admonuimus fruitionem non eſſe

Reſpõſio ad gumentorũ.

Locus exCãticorum. 2. exponitur.

Obſeruanda obiectio.

Fruitio est animi nostri expletio.

esse amorem. Etenim fruitio est ipsa animi nostri expletio, hæc autem expletio est delectatio ipsa, quæ ex tentione boni amati desultat. Quamdiu ergo Deum non tenemus per claram visionem, non est fruitio cõsummata: quippe animus noster in expletus est.

Dubitationes annexę.

Sunt porrò breuiculæ disputationes istis annexæ, quas quoq; paucula absoluent verba. Ducitur igitur in dubiũ, si fruitio & vsus nonnunquam actio eadem sint, quæ sanè ab alia pendet, si eadem actione voluntas amare potest finem atq; media. Id quod fieri posse ex Arist. dilucidum est, qui habitum conclusionum & principiorum aliquãdo vnũ voluit esse, quem nominauit sapientiam. Eandemq; nos sequuti rationem, eandem esse actionem voluntatis dicemus mediorum & finis, nempe quando media, voluntas amat propter finem: quia locus docet topicus, quando est vnum propter aliud, ibi esse vnum solum. Et scitè Tho. 1. 2. q. 8. ar. 3. hæc distinxit, finem tradẽs nonnunquã per se amari, nihil medijs cogitatis, nõnunquam verò medijs cogitatis: & relatis adipiscendo fini: & tum voluntas & finem, & media vna actione complectitur. Ad quem prope modum & volũtas creaturas, & creatorem vno amore diligere quibit, qui relatus ad creaturas, vsus erit, ad Deum verò, fruitio. Cæterũ non est consentaneum huic rei explicandæ exemplum hoc, quod à multis theologis in ductum cerno, quoniam amor fruitio nõ est vt dudum differebamus. Esto igitur exemplum aliud hanc rẽ verius & lucidius demonstrans. Delectatur aliquis in creaturis vt à Deo conditis, vt aiebat ille egregius diuinorum enarrator operum, Delectasti me domine in factura tua, & in operibus manuũ tuarũ meditabor. Hęc igitur delectatio, vt est creaturæ, est vsus eius, quia Dauid creaturæ non hærebat propter illam. i. non illius causa erant creaturę Dauid voluptificę, sed quia delectabatur in authore illarum Deo, & ità erat fruitio viatica Dei.

Vna actio uolũtatis est usus & fruitio.

2. *Dubitatio*

Solet etiam in questionem vocari, Num liceat frui persona vna non fruendo alia. Et quidem charitas Dei, quæ effusa est in cordibus fidelium per Spiritum sanctum beatissimam Trinitatẽ amat vnice, nihil inter personas discernens. Cæterùm fieri aliquando potest, vt cogitemus patrem solũ, vt Triadis principium, aut filium solum vt redemptorem, aut paracletum, vt sub specie columbæ discipulos afflãtem: & in hac cogitatione delectatione suffusi persistamus. Hæc vtiq; est quasi fruitio vnius personæ, & non alterius, actu quidem, sed non potestate. Nam qui delectatur in patre itidem virtualiter in cæteris duabus diuinis personis: nam illarũ trium vna est ratio fruendi. i. vna eadem sempiternaq; bonitas. Item in cultu idẽ accidit, nam imaginem Christi cruci appensi aspicientes adoramus, nihil memorantes sæpè alias personas. Itẽ & venerabile Synaxeos sacramentum profunda veneratione colentes filium obseruamus, qui illic se cõdit, & non memoramur sæpissimè patris, aut Spiritus sancti. Cæterùm, vt dicebam, habitu omnes Triadis sacerrimas veneramur personas: & si actu aliquãdo vnius & non alterius. Si quis verò à veneratione vnius, aut cultu, aut amore alias segregat hic criminosè agit, & sceleris est arguendus. Nam ea cultu, aut affectu diuidit, quæ summa vnitate sunt coniuncta: & talis affectus, aut actio inordinata est. Possumus autem frui creaturis obliquè, vt de diuinis iã diximus. Et scitum est Augusti. verbum summæ peruersitati ad scribens, fruendis vti, & vtendis frui. Quanquam nõ perspicuum est, quid velit esse fruendis vti. Deus enim qui summus est non se dat vtendum, neq; eo vti etiam volenti licet, vt ergo vtimur fruẽdis? Num qui sacra peragit, vt celebrãs, aut orãs, lucelli spe alioqui non celebraturus, aut oraturus, aut sacra alia facturus, hic vtitur fruendis, quia diuina precio donat? quod si hoc arriserit sacerdotes stipendiarij summè peruersi sunt, (q̃ absit) imò & omnes, qui ecclesiasticis cẽsibus cõducti sacra faciũt. At qui aduertas oportet, nè fallaris cum huius æui hæreticis sacra enim facere precio bifariã accipe, aut q̃ precio illa faciamus tanquam venalia, & quæ precio sunt cõmutabilia, vt Iudas de Christo credidit, illũ triginta denarijs distrahẽs, & nõ nulli alij de sacramẽto venerabili altaris factitasse male audiũt, illud Iudæis pecunia vendẽtes: & istud est fruendis vti, q̃ est abuti, autis, qui animo statuerat Deũ colere temporalia sperãs cõmoda alio qui non cultu rus, ità vt summum bonũ referat ad bona non summa, id quod rectissimũ naturæ euertit ordinem qui est vt minora. i. creaturæ omnes sint propter creatorem, id quod summę iniquitati tribuit & merito Augustinus. Qui verò precio conductus, sacra facit, aut quæuis sacra ministeria peragit, nõ in precio suam beatitudinem collocans, sed ex opere suo precio vtens, hic non vtitur fruendis.

Intelligentia uerborũ Augustini.

Sacra facere dupliciterc̃o tingit.

Quæstio. 3. endis. Quæramus quoq; qui vtendis fruũtur. Et quidem, vt apperte edisseram, ij omnes, quos Paulus scribens Rom. cõmemorat. c. 1. qui creaturas coluerunt tãquam Deos, vtendis fruebãtur: quales sunt idololatræ vniersi. Isti enim suum collocant bonum in non summo bono, & illo fruũtur, perinde ac summo bono: cum alioqui creatura esset referenda ad laudem veri & summi boni. At verò quid dicemus, num etiam is, qui obsequens suæ voluptati Dei transgreditur diuinam legem, etiam vtendis fruitur? Quod si ita est, 4. Dubitatio. annuis, fornicatio vel simplex, summa peruersitas est, id quod quis non inficiabitur? Itidem dixeris de furto, & id genus criminibus, quæ culmen tamen peruersitatis non attingunt. Augebis istorum difficultatem, si istis accedat noua interrogãtio. Et quid qui amat honestè amicum non propter Deum, at propter amicum, num in culpa est? Quippequi vtendo fruitur, nam amicitiam in vlti- 5. Dubitatio timum vniuersorum finem non retulit. Demum scisscitatione dignum est, num omnia, quæ in vsum nostrum veniunt, illa in Deum referre obstringamur, alioqui fruituri vtendis?

Obserua porrò diligenter, vt horum tibi constet veritas, non omnes, qui crimen admittunt, vtendis frui: sed hi solum, qui in crimine suo beatitudinem postremam hominis figunt: vt si quis ità suæ obsequens est voluptati, vt vel pecunijs, vel honoribus, vel venereis, & idgnus alijs, fœlicitatẽ suam concredat: hic vtiq; vtendis fruitur, quippe vltimum bonum hæc esse credit, vt ex August. traditione li. 1. de Doctrina Chri. c. 33. facile disces. Si verò (ait) inhæseris, & permanseris in ea ponens finem lætitiæ tuæ, tum vere & Ad Phi. 3. propriè frui dicendus es. Et Paulum audia- Ad Gal. 5. mus hoc notans in hominibus plus nimio vẽtri deditis, quorũ (inquit) Deus vẽter est. Et de auaritia memoriæ prodidit, quod est idolorum seruitus, cæterùm qui non hæret pecunię, vel cuiuis vilium bonorum, vt summo bono, neq; reputat tale esse summum at furatur verbi causa vt sibi consulat, & suã leuet indigentiam, vt etiam qui fornicatur, vt proritantem soletur libidinem isti, & alij huiusmodi non summæ sunt arguendi per- 5 Dubitationis solutio. uersitatis, eo quod vtendis fruantur. Hinc quoq; disces, eum qui honestè amicum amat propter amicum, aut patrem propter patrẽ, & id genus alia, non vtendis frui. Si non ità amat, vt sibi reputet amicum summum esse bonum. Bifariam autẽ oportet hunc sermonem intelligere, Amo amicum aut quoduis aliud propter se, vel tanquam vltimum finẽ simpliciter, aut tanquam vltimum nõ simpliciter. At in eo genere q̃ agimus, vel amicitiæ, vel lucri, vel aliorum id genus, qui propter se amat creata bona primo modo, ille vtendis fruitur: at nõ altero modo. Nam qui amat amicum tãquam vltimum finem non simpliciter, at in ratione talis amicitiæ, aut qui amat vxorem, aut liberos tanquam vltima bona, non simpliciter sed in ratione vxoria, aut filiali, &c. nõ hic vtendis fruitur, neq; semper diuina ad hoc nos obstringunt iura, vt omnia, quæ in vsum nostrum capimus referamus in vltimum finem simpliciter: qui solus Deus est, tametsi, vt Deum nostris promereamur actis in Deum nunquam non incumbere opus facto est. Hæc sunt quæ à me propositа absoluunt dubia.

Quid amare aliquid propter se.

Qualiter obligamur omnia nostra in Deũ referre.

At verò istis iungere necessarium duxi, non omnem esse peruersitatem, aut fruendis vti, aut vtendis frui. Etenim peruersitati etiã tribuas oportet, vel fruẽdis malè frui: aut vtẽdis abuti. Porrò is fruendis malè fruitur, qui Deo delectatur, aut corporeo, aut delectatur patris memoria, à qua segregat filiũ, & Spiritũ sanctũ, hic sanè malè fruitur diuinis personis, vt supra iã commemoratũ est. Is verò malè vtitur vtendis, qui semetipso, aut creaturis alijs ad diuinas perpetrandas offensas abutitur. Quod si rationẽ benè subduxeris, inordinationes oẽs, aut peccata vniuersa in hæc quatuor coguntur. Aut fruẽdis vti, aut vtendis frui, aut fruẽdis malè frui, aut vtendis abuti. Extra horum numerum peccati reperias nihil. Hæc si perceperis, nimia de hac re scholasticorum studia fastidies. Quod si hæc nostra mentem tuam non satiurã redunt, lege Thom. 1 2. q. 11. & Scholasticos cæteros. 1. sent. distin. hac

Exponũtur amplius Augustini uerba.

Omnia peccata in quatuor capita reducuntur.

DISTINCTIO SECũda, cuius initiũ est. Hoc quoq;

vera ac pia fide tenendum est quod Trinitas vnus sit & solus verus Deus, vt ait Augustinus.

Disputatio prima num vnus Deus sit.

Pere-

PEregerat Petrus Longobardus tractatum de fruendis, vtendisque rebus, ostenderatque beatissima & supersubstātiali Tria de vnice fruendum esse. Iam verò sectione hac secunda de eadem Triade parans tractationē, diuinitatis vnitatem quoq; demonstrat, id quod in hac prima disputatione differēdum accepimus. Et profectò disputatio hæc non cum sapientibus texenda venit, sed cum illis, quos egregius commemorat psaltes, qui dixerunt in corde suo, non est Deus. Nam qui detrahit diuinitatis vnitati, ipsum quoq; numen negat: nam numen non vnum, non est numen. Sunt igitur quædam in sacris scriptis, quæ multitudinem numinis præ se gerant: quale illud, Deus huius seculi excæcauit mentes infidelium. Et rursum idē Paulus Christianam pugnam cum rectoribus huius mundi, cum principibus tenebrarum harum docuit esse. Isti principes igitur atque rectores tenebrarum dij censentur: & dominus Iesus apud Ioan. Nunc ait, principes huius mundi eijcientur foras. Contrà vero est verbum illud, quod Moses celebri euulgauit voce, audi Israel quia dominus Deus tuus vnus est. Et Paul. ad Ephes. 4. vnus Deꝰ, ait, & pater omnium. Et ne malè interpreteris Mosem si dixeris Deum Hebræorum vnū esse, ideò Paulus diuinam simpliciter vnitatē proclamat.

Qui detrahit unitati diuinæ ipsā deitatem negat.

2.Corin.4.

Ad Eph.2.

Ioan.12.

Exo.20. & Deut.6.

Decisio quæstionis.

Res hæc cum idololatris, & Manichæis gerenda est. Isti enim stultè facessunt nobis negotium in disputatione ista, illi enim plures deos colunt, isti verò duos introduxerunt deos: alium bonum, alium malum. Qui omnes sunt conuellendi: at verò Manichæorum stupenda est væcordia, Deum malum esse quendam opinantium, istud nanq; est cōtra animi vniuersalem conceptionem, quæ credito numini quale quale illud fingatur, intrinsecam illi censent esse bonitatem: sed propiùs in eos agamus, & quæramus, si quispiam est malus Deus quali malitia, num culpæ an pœnæ? Si culpæ, ergo erit Deus culpandus, culpa verò nulla nisi contra superioris mandatum habetur, igitur Deus malus Deum habet superiorem, à quo possit, & debeat accipere mandata. Quòd si malus est malitia pœnæ, vt Deus est qui torquetur supplicijs? vt Deus est, qui miser est? At satis miser, qui à supplicijs, aut pœnis se asserere nequit. Adde Deus malus atque bonus, ut se habebunt obsecro? nam non sibi cohærebunt, ergo locos sibi deputabunt diuersos. Æquum autem est, vt bono Deo nobilior & superior locus signetur, malo vero deterior. Cœlestem igitur regionem sibi occupat bonus Deus, mundanam autem malus. Malus igitur dependet à bono Deo, vt locus à loco, id est, corruptibilium sphera à cœlesti: vt ergo Deus malus, Deus est, si ab alio pendet? Præter hæc si malus est Deus, aut est malus totus, aut non totus, sed aliquid boni habet, si totus malus igitur nullus est, nam nihil totum malum reperias, neque Satanas ipse totus malus est, sed habet bonam naturam, cui hæreat malitia eius: etenim neque intelligi potest malum sine bono, neque esse. Est enim malum priuatio boni, cæcitas enim non est nisi in oculo, & surditas in aure, tenebræ in aere, & excurras in omnibus, vt prompta sit tibi huius rei veritas.

Manichæorum uæcordia conuelitur.

2. Argumēt.

Quod si aliquid boni habet Deus iste malus, hoc quod habet boni, à Deo bono habet, igitur Deus non est, quippe qui alio eget, & non sibi sufficit. Quòd verò apostolus diabolum Deum huius seculi vocat eò vocat, quòd mūdanis diabolus Deꝰ est. Idololatræ enim diabolum colunt, dicente psalmo, Immolauerunt filias suas dæmonijs, & non Deo: dijs quos ignorabant. Et rursum, Omnes dij gēntium dæmonia. Psal.95. Vocat hos ergo Paulus principes tenebrarum harum & mundi, id est, mundanorum hominum rectores: nam potestatem suam dæmones exercent in tenebris. Nam erga lucis filios nihil virium, quod noceat, fulminare possunt. Ideoq; dñs diabolum mundi principem appellat, non quòd diabolus mundum condiderit, sed quo homines mundanis dediti illi obsequuntur.

Manichæorum insultatio.

Porrò insultat etiam num Manichæus, Mala sunt multa in hoc orbe, malorum autē non est author bonus, igitur malus. Hoc argumento fortè moti Platonici, introduxerunt calodæmonas, & cacodæmonas, id est, bonos & malos genios, aut principes. Lege Augu.9. de Ciuita. Dei. Cæterum cum geminum sit malum, & culpæ & pœnæ, quod appellare licet naturæ malum. At malum culpæ liberū arbitrium habet authorem Ecclesiast.17. At malum naturæ Auerroes philosophus necessitati adscripsit materiæ: vt ꝙ biceps nascatur homo, aut senis digitis singulis in manibus, excrementa sunt materiæ: vt contra si mēbro aliquo orbus ex vtero materno emerserit, defectꝰ est materiæ. Itēq; cæcitas humoris noxij copiam, quam natiuus non potuit

euincere calor, aut humoris paupertas, quæ functioni sensoriæ exigebatur, pro causa habet, et in alijs exẽpla tu statuito, si lubet. At verò quanquã hoc verum sit, quod in paraphrasi ad Metaphy. Arabs prænominatus docuit, verum Theologus, qui in cũctis diuinã rimatur causam, cum Osea Dei vate nullum esse malum in ciuitate, quod non fecerit dñs, fatetur. Id quod etiam si de malis naturæ, vt sunt fames, pestis, & ea, quæ iã diximus Theodoretus enarrans eundem intellexerit locũ, veruntamen de omnibus intelligendum censeo malis, siue culpæ, siue pœnæ vatis sermonem, quanuis differenter. Nanq; culpæ malũ Deo non causatur authore, canente Dauide, Quoniam Deus non volẽs iniquitatem tu es. Porrò nullam tu crede culpam à libero admitti arbitrio nisi Deo permittente: quippe si prohibere velet omnipotens, volũtati eius nemo resistere potest: at qui quæ est eius inscrutabilis sapientia, Luciferum à summa celsitudine in teterrimas superbiæ miserias labi dimisit. Iterum & parentem orbis terrarum Adamum, & omnes deniq; mortales hac ratione moderatur, vt quod volent, perpetrẽt, ne videatur ociose liberos angelos, & homines creasse, si sua vti vel abuti libertate vetuisset: vt nos vberius diximus declamationibus nostris ad Esaiam.

Theologus in cunctis diuinam rimatur causam.

Et Baruch. 3.

Iam verò vt ad idololatras nostra referatur oratio, qui deos bonos multiplicauerunt, equidem eadem laborant dementia, qua & dementes Manichęi. Multos nãq; esse deos, cum diuinitatis præexcelsitate nõ conuenit: finge enim illos multos esse, num quæ potest vnus, & alius poterit? si hoc admisseris, alter superabundat: quòd si idem non poterũt ambo, qui infirmior est, indignus est, qui vocetur Deus. Secunda ratione idem conficies. Si plures excogitas deos, num isti habent ordinem aliquem essentialem inuicem, aut accidentalem duntaxat? si essentialem ordinem, igitur est inter eos connexio, seu necessarius nexus inferioris & superioris: inferiores autẽ non erunt dij, in superioribus porrò non erit processus in infinitũ. 8. Phy. standum igitur est in vno, vltra quem progredi non licebit, & hoc vnum vere Deus erit. Quod si est ordo accidentalis, erunt igitur isti dij tanquam indiuidua sub vna specie contenta, vt Petr⁹, Paulus &c. At in huiusmodi indiuiduis, etsi paritatem agnoscimus naturæ, cæterum disparitatem in accidentalibus perfectionibus experientia demonstrat: in alijs igitur quidã alijs præstabunt aut sapiẽtia, aut viribus, aut virtute, aut quo malueris alio: vt ergo dij erũt qui sese perfectionibus excedunt, & excedũtur? ¶ Dein indiuidua non exhauriunt totum specificum esse, quippe si, exhausissent, non multiplicarentur: nam vnus est sol qui lucis esse imbibit totum, igitur huiusmodi dij diuinitatem totam non comprehendunt: quærendus igitur est Deus, qui tota gaudeat diuinitatis subsistentia, & hic necessario est vnus, ob id quod totum in seipso diuinũ apprehendit esse. iuxta quod Aristotel. 1. de cœlo text. 95. vnum dixit mundum esse, quia totam occupat materiam. Et rursum quãdo ait, Forma totam occupat materiam, idem est vniuersale & singulare vt hic mundus, & mundus text. 92. lib. eodem. Similiter autem Deus, & hic Deus vnum sunt, non ergo plures dij. Vrgentissima est ratio, quia Deus sine materia est: innumera deniq; sunt quæ pro hac vnitate faciant, quæ parcens fastidio pretereo, quanquam non supprimendus silentio est nexus hic mirabilis, quæ cœlestia terrenis nectit, quem Esiodus cathenam mirabilem à cœlo in terras appensam vocitauit: qui sanè nexus tam disparia, tamque diuersa glutinans & vniens, non est nisi spiritus vnus, & omnipotens, suprema cum infimis iungens: vt enim hominis arctus vno vitali spiritu reguntur, & connectuntur, quo sublato conuelluntur humana membra: ita propemodum mundana machina pessum iret vniuersa, nisi ab hoc vno necteretur spiritu: vnde rectè dicebat Aristotel. Necesse est mundum hunc inferiorem lationibus iungi superioribus, vt inde tota eius virtus gubernetur: & non admisit sapientissimè pro suo acerrimo ingenio. 4. Phy. vacuum: quippe hoc admisso, virtus cœlestis suspenderetur vniuersa. Si mundus quaqua velis hiaret, aut dehisceret parte, vel minimo enim hiatu permisso, rueret vniuersitas: id quod conglutinationi & mirabili vniuersi partium compagination, & vnitati atteſtatur lucidissimè: cur ergo desipiunt idolatræ, deos mundi rectores multiplicantes, si mundus regendus tanta potitur vnitate, tãque amat conglutinationis connexionem? vnus igitur est spiritus vniuersa regens, vniuersa vniẽs, vniuersa ad se trahens. Et deniq; vt cum Paulo rem firmemus, qui portat omnia ait, verbo virtutis suæ ad Hebræ. 1. Et rursum in libro Sapientiæ legimus capit. 1. de hoc spiritu mirabile encomium, Spiritus domini repleuit orbem terrarum: & hoc continet

Contra idololatras argumenta.

Secunda ratio.

Confirmatio

Obserua Aristotelis documentum.

Exnexurerum unitas diuinitatis colligitur.

net omnia scientiam habet vocis. Vides ne vt hic spiritus omnia replet, vniuersa continet, & regit, & vnit in se metipso. Hunc autem spiritum vocamus Deum. Impossibile autem est, huiusmodi spiritum nectētem omnia non esse vnum. Nam vbi nexus, si non est vnitas nectentis? imò vt dominus ait Matthę. 9. Omne regnum in se diuisum destruetur. Quapropter mundi dissolueretur machina, si ab vno omnipotente spiritu non moderaretur. Quibus accedat, vt plausibilius rem agamus, vt ab homine vno totum riuatur humanum genus Acto.17. Et ab vnitate immensa profluit numerorum congeries, & ab vno Oceano maria cætera pendent, & ab vno pū cto infinitæ lineæ protrahūtur, & ita in alijs huius generis rebus, ita & ab vno Deo vniuersa dimanant. Lege Damascenum libr. 1. de fide. capit. 2. & 3. Et hæc diuina vnitas fuit à philosophorum summis concessa Aristot. 12. Metaphy. in fine indicante Homeri verba. Mala est multitudo principū, vnus esto princeps. Etenim in politicis administrationibus optima est monarchica, mundus autem ita egregiè administratur, vt miraculo sit vel maximis, & sapientissimis quibusque philosophis. Ab vno igitur monarcha Deo administratur, hunc quoque monarcham mūdi Plato vbilibet confitetur. Et scribens Dionysio, inquit, Symbolum veræ epistolæ erit, cum tibi dixero Deus: sin verò deos protulero inanes crede & nugatorias epistolas meas. Et Anaxagoras Clazomenius vnam mentem immixtam, & secretam ab omni materiæ cōcretione Deum dixit. Et re vera quam infixa fuerit hæc sacerrima vnitatis diuinæ veritas philosophicis mentibus, vel illud est summo argumento quòd Aristotel. propter illam exulat apud Calcidem, & Socrates Athenis cicuta potatur. Tam per se nota est igitur vnitas Deitatis, quā per se nota est Deitatis existentia: quam differuimus pro captu nostro abundè in præcursorijs. Si iuuat de hac re Sybillina oracula excipere, & aliorum, para tibi de diuinis institutionibus Lactantium: at verò obiecerit quispiam. 1. ad Corinth. capit. 8. in hæc verba, etsi sunt qui dicantur dij siue in cœlo, siue in terra, si quidem sunt dij multi, & domini multi, nobis tamen vnus Deus pater. Qui igitur sunt dij isti multi, siue in cœlo siue in terra? Nam de terrenis ipse se exponit diuinus sermo. Ego, ait, dixi dij estis vos, & filii excelsi omnes, iudices enim & orbis principes dij dicūtur à diuina veritate. Et rursus cōfitemini Deo deorum. Et dijs non detrahes. Et alia id genus passim offendūtur in diuinis literis. Atqui sunt isti dij in cœlo nō est peruium ex scripturis ostendere: at vero angelos beatos etiam filios Dei Iob vocat. Vbi eras, ait, quando me laudabant astra matutina, & iubilarent omnes filij Dei. Quem locū Aug. de narrās lib. de Ciui. Dei. 11. c. 9. in angelos retulit. Verum vt ipse commeminit in tractatu Psal. 135. Non potest, aut nō facile potest in scriptura reperiri angelos appellatos fuisse deos. Ego verò dixerim Paulū per cœlū phrasi scripturæ familiari, etiam aerem subintelligere. Ideoq; Paul. ad Ephe. 2. Dæmones spiritualia nequitiæ in cœlestibus appellat. Dæmones autē dij erant gētibus, vt iā cōmemoratum est. Diuinis autem literis mos celebris est, rebus illa donare nomina quæ vulgus in vsu habet. Dæmones igitur quos innumeræ gentes appellabant deos (etiam si falso) scriptura non abhorret à nomine etiā si doceat de diuinitate veritatem, vnum verum esse Deum, & hoc si obseruas tibi ex vsu fiet.

Atqui vt finem dicendi faciamus in calce disputationis Dionysium accipe de vnitate Dei verba facientem hæc. Sed & cum sit vnū omniq; parti, & toti, & vni, & multitudini vnius consortium tradat. Vnum similiter est supersubstantialiter, neque pars existens multitudinis. Id est Deus est vnus, & totius vnitatis & multitudinis rerū fons & principium non q; perinde vnus est, atq; vnitas numeri est principium. Nam vnitas tametsi simplex est, numerus ex illa coalescit: at ex diuinitate nihil coalescit: Nō est enim alicuius pars, sed verè tota, in se metipsa subsistens. His igitur perceptis argumenta vltro citroq; iactata dilucidam habent solutionem.

Plausibilia argumenta.

Administratio mundi est monarchica.

Philosophi de unitate diuinitatis.

Aristoteles & Socrates patiuntur propter unitatis diuinæ confessionē.

Ioan.10.

Pauli locus libratur & elucidatur.

Solenne in scripturis.

Dionysius exponitur lib. de diui. nomi par. 2. Cap. 2.

Disputatio secunda de attributorum distinctione diuinorū. Num attributorum pluralitas simplicitati Dei amica sit.

PRofunda satis disputatio, & nimis flexuosa & primo est quòd colligat diuina distincta esse attributa. Nam diuinum si consulis verbum, quædam ostendet, quæ distinctionem videtur innuere. Etenim legimus in psalmo. Qui fecit cœlos in intellectu, vbi cœlorū creatio diuinæ tribuitur mentiti.

Argumēt. 1.

ti. At item in Paulo legimus ad Rom. 2. An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contemnis? Vbi bonitati diuinæ tribuitur ferre in multa patiẽtia vasa iræ, id est, homines iniquos. Vnde præfertur bonitatẽ diuinam, & intellectum diuinum distinctione aliqua se iungi. Et ad Rom. 11. O altitudo diuitiarum scientiæ & sapientiæ Dei, quo loco scientiam & sapientiam Dei distinxisse videtur. Contra verò est, nam si distinctio est in diuinis, vt ergo est maxima vnitas, quam in Deo esse proxima tradidimus disputatione? De re hac quid arrisserit Thom. proferamus in primis, quid dein cæteris, & nobis, trademus. Beatus igitur Tho. attributa diuina ratione distinxit in dist. hac. & in. 1. q. 3. art. 3. at verò ne quisquam apud seipsum reputaret esse distinctionem attributorum diuinorũ instar distinctionis duarum intentionũ, id est, generis & speciei, quorum distinctionem sola mens excogitat, nihilq; habet fundamenti in rebus ipsis, quippe quæ vnicè mentis solertia elaborata est distinctio rationis, inter entia rationis quæ sunt genꝰ & species, & alia hoc genus propterea adiecit distinctionem hãc attributorum suam originẽ petere à Deo ipso, ex quo deniq; ductilis est hæc diuersitas attributorũ: itaq; diuina huic distinctioni fundamentum præstant, vt ipse cõmemorat. 1. p. q. 13. ar. 4. & q. de potentia Dei. q. 8. At in. 1. Sẽt. d. 31. q. 1. hanc originem distinctionis in Deo non esse ex natura rei exponere videtur. Tradidit enim diuersitatem attributorum diuinorum & essentiæ esse, vt diuersitas rationũ generis & speciei: at relationum diuinarum & essentiæ vt diuersorum generum.

Argum. 2.

Argumen. in partem diuersam.

Quæst. decisio.

Luculenter exponitur B. Thom.

Porrò ratio generis & speciei non extant in rebus, sed penes intellectum sunt. At verò. 1. p. q. 13. ar. 4. abundè indicat, non esse hanc distinctionem vt generum, aut specierum, quam mens fingit humana, sed in Deo habere originem. Est autem origo, hæc, diuina nãque essentia, valet cognosci ab intellectu, vt sapiẽs, vt optima, vt iustissima: & quia repræsentari quit diuersis conceptibus, quippequę simplicissimè infinitis gaudet perfectionibꝰ. Idcirco in ipsa essentia est radix, unde nos diuersos de Deo generamus attributales conceptus. Quamobrem habet hæc distinctio fundamentũ in diuina natura. Est porrò fundamentũ, ꝙ ipsa propter suam infinitam celsitudinẽ repræsentabilis est infinitis conceptibus à nobis. Ideoq; aiebamus nos iuxta hoc placitũ distinctionẽ ex natura Dei ductibilẽ esse, cæterũ quia beati nõ diuersis cognoscũt diuinitatẽ cõceptibus, imò quiuis beatorum vna simplici visione diuinitatẽ contẽplatur, Propterea apud beatos non esse diuersa diuina attributa: vnde conficitur multo vehemẽtius neq; apud Deũ, qui se simplicissima omnẽ cogitabilẽ etiã superãs simplicitatẽ visione, intimè se intuetur diuersitatẽ esse suorum attributorũ. In. 1. verò senten. d. 22. art. 3. ad. 3. sibi nõ cõstare præ se gerit Tho. Docet enim inibi ꝙ diuersitas attributorũ nõ sumitur per respectum ad creaturas, imò cõtra: tametsi à nobis ex creaturis colligatur huiusmodi diuersitas. Vt ergo ait in. 1. p. q. 13. loco notato iam diuersitatẽ attributorũ in Deo potiri origine, quoniã est repręsentabilis diuinitas per diuersos conceptus à creaturis, vt iusti, boni, sapientis, & reliqua? igitur citra respectum ad creaturas nusquã est attributorũ distinctio. At in. 1. citra hunc respectũ confessa est Tho. attributorũ diuersitas. Duxit enim creaturas potius diuersitatem ducere ex attributorum diuersitate quã contra: at vt non labores in vocabulo scito apud Arist. 5. Meta. à tex. 15. vsq; in. 16. diuersa esse, quæ habent plures species, aut plures materias, aut quibus ratio substantiæ nõ est eadẽ. Secundũ hanc peripateticã vocis obseruantiam nulla est in diuinis diuersitas attributis, id quod & sancti doctores coluerunt. Lege Tho. 1. p. q. 31. art. 2. At in processu huius nostræ disputationis non ita obseruanter veniet in vsum nostrũ vox hæc diuersitas: sed vt sit idem atque distinctio.

Collatio locorum Thomæ ut mens eius seruatur

Quæ sunt diuersa experipatetico dogmate.

Recensita iam Thomæ sentẽtia pergam ad riualem eius Scotũ qui in. 1. d. 8. q. 4. nouũ excogitauit cõmentũ, dicens attributa hæc distinctionem sortiri formalẽ. Vocat autem formalẽ distinctionem non peripatetico ritu distinctionẽ diuersarũ definitionum: at distinctionem hanc eam asseruit, quam rationum formaliũ peperit diuersitas. Sunt igitur huic authori distinctiones tres, realis altera, rationis altera, istæ extremas tenent partes. Illa enim penes rem tota est, hæc verò penes intellectum duntaxat, quæ mediũ autem implet locum extremorum naturam sapit. Nã est nonnihil penes rem, & est non nihil quoque penes intellectum. Etenim hanc rationis solertia elaborat distinctionem. Porro non fictus est mentis seu rationis labor hic, habet enim realem originem, aut seminaria sua (vt ita dixerim) in rebus ipsis. Habes exempla non pauca. Sunt homo & Petrus re vnum, cæterum quia homo communis considera-

Scoticum exponitur commentum.

Tria genera distinctionum Scoto arriserunt.

tur

tur mentis opera, & Petrus non communis, inde apud se colligit, aliam esse rationem vtriusque rursum principium & finis, actio & passio, idem sunt: at verò alia est ratio principij, alia finis, alia actiõis, alia passionis, quas apud se voluens intellectus illa distinguit maiori distinctione, quam sit inter duo entia quę extra mentis industriam non extant. Idem dicito de intellectu & voluntate quæ formaliter Scoto sunt diuersa: quippe habent diuersas definitiones, quas ipse vocat, & non ab re formales rationes. Sunt qui velint Thom. & Scotum concordes in hac re fuisse, vt Picus Mirandulanus in conclusionibus suis Romæ habitis. Etenim Thomistæ non ignobiles vt Paulus, Soncinas & alij distinxerunt hæc, aduertentes distinctionem rationis esse geminam, quandam rationis ratiocinantis, aliam rationis ratiocinatæ. Primam elaborat intellectus apud se illam fingẽs, aliam verò tametsi illam intellectus excogitet, habet tamen in re vnde illam excogitet: & hæc est formalis distinctio Scoto. Et secundum hæc isti alumni diui Tho. attributa diuina censent hac distinctione rationis ratiocinatæ esse distincta. Porrò quantum coniecto, non idem sapit Thom. cũ Scoto in negotio isto. Cerno enim Scotum diuersas credidisse rationes formales esse attributorum, etiam quiescente mentis industria. At Thomas non item, imò diuersitatem collocat in repræsentatione per diuersos attributarios conceptus, vt paulò anteà expressimus. Sunt autem multa quæ Scoti promouent placitum, ego verò paucula in medium proferam. Primum esto, intellectus & voluntas in Deo sunt origo processionum diuinarum personarum, quippe filius per intellectum à paterna dimanat fœcũditate, at Spiritus sanct⁹ per amorem, igitur intellectus atque voluntas in Deo, ex natura rei citra considerationẽ mentalem distinguũtur, tametsi vnum re sint cum ipso Deo. Secundo Paternitas verbi gratia diuina non est communicabilis reliquis personis, at essentia est communicabilis suapte natura, ergo hæc duo habent ex natura rei distinctionem. Tertiò ratio sapientiæ in communi, iustitiæ & aliorum suapte differunt natura, ergo & in Deo, quippe vniuocè prædicantur de Deo & creaturis. Et tu obiter obserua in hoc, Scotum argumento columen suæ fixisse doctrinæ: nam semel hypothesi Scotica admissa vniuoca esse & Deo & creaturis attributa, consequia est Scoti vel reclamantibus nominabilibus doctrina scilicet, hæc in Deo non ex mentali opera distingui, at ex proprijs quas sibi vendicant ex natura propria rationibus. Alia nanque est sapientiæ ratio, alia prudentiæ, alia scientiæ: quod si vniuoca sunt Deo & nobis, in Deo prorsus suas rationes retinebunt diuersas. Et fortasis Thomæ prius arrisit placitum hoc, quam Scoto, indicauimus enim in. 1. Sentent. distin. 22. locum diuersitatem docentem attributorum non esse captãdam per respectum ad creaturas, imò contra tametsi à nobis p creaturas dijudicetur. Postmodum verò in Theologica summa retractauit sententiam vt dudum commonstraui, Hẽricus Gandensis quodlibet. 5. quæst. 1. multò aliter commentatur rem istam, attributa asserens non per respectum ad creaturas sortiri suam distinctionem, nihilominus illa distingui per actum diuinæ mentis, quæ intellectũ comparat ad processionem filij, & voluntatem ad processionem paracleti, indeque diuina mẽs illa iudicat esse diuersa, quippe quæ sunt diuersarum emanationum principia. At verò sententia hæc non habet patronos, me saltem non habebit. Censeo enim attributa essentialia eadem distinctione gaudere modo, qua gauderent, si Deum vnum fingas sine Trinitatis consortio. Nanque intellectus voluntasque diuina, cæteraque alia, non aliã induunt rationem in Deo, modo sub Trinitatis gloria, quam habuissent si Deus vnus, & non trinus esset, qualem illum Iudæi esse credunt. Quapropter non per respectum ad personas hæc distinctio attributorum aucupanda est. Quidquod attributa essentialia, hæc, sapientia, scilicet iustitia, fortitudo, nõ possunt per respectum ad personas distingui. Quibus accedat attributa essentiæ sunt secundum rationem priora, quam attributa personalia, quæ sunt paternitas, filiatio, & spiratio. Atqui prima à posterioribus in sua distinctione non pendent, neque igitur ab illis suam diuersitatem captant. Quod verò, ait, nostras perfectiones distingui per respectum ad diuinas. Vt veritas creaturæ eo dicitur, quia consentanea est diuinæ veritati, & id genus alia similiter, vera narrat secundum naturæ legitimum ordinem, non tamen secundum ordinem cognoscendi nostrum, qui per perfectiones creatas reptat tãquam per acliuem viam, vt diuina percipiat. Nam cœli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum.

Supereſt eos inducere, quos classis Theo

Picus Mirãdulanus concordes credit Tho. & Scot.

Distinctio rationis ratiotinantis & ratiotinatæ.

Authoris cẽsura.

Quæ suffragantur Scoti coplacito.

2. Argum.

3. Argum.

Scoti fundamentum.

In summa Theolo. retractauit Tho. quæ in scriptis dixerat de distin. attributorum.

Placitum Henrici non probatur.

2. Ratio.

Nominaliũ opinio.

logorum nominalium amat, qui de negotio hoc placita sua proferant. Est Marsilius quęstio.12.articul.3. est Bonauentura distinctio. 8.quæstio.2.articul.1. est Gregorius Ariminеus distinctio.2.articul.2.Gabriel, Durandus,quæstio.2.&.3.Alia censis,& Okam.qui omnes vno ore contra Thom. & Scotum cō spirauerunt:negantes formalem distinctionem,attributaque diuina solo mentis distinguentes opere. Itaque istis intellectus, voluntas,& cætera attributa essentialia eiusdem in Deo esse rationis existimantur. Porrò ne ieiunè hæc habeas,horum vota videtur Augusti. & Bernardum facere ille.15.de Ciuitate Dei. ca.11.&.15.&.5.&.6.Prorsus idem censens cū Deo esse hæc attributa. Hic verò sermone ad Cantica.86.capit.2.ait non aliunde Deus bonus quam sapiens. Porrò me latet cur nominales Theologi planè desciuerunt ab Scotico commento, siquidem confessum est illis attributa vniuoca esse, & Deo, & creaturis. Quod si vniuocè sapiens,iustus, & id genus de Deo dicuntur,atque creaturis,vnam prorsus obtinent rationem. Atqui hæc attributa sapientia,iustitia &c. diuersas apud nos rationes sortiuntur. Quare in Deo quoque idem erit.Conficitur igitur diuina attributa diuersis constare rationibus,& cum alioqui sint re idem,prompta est illorum distinctio formalis,quam Scotus commentus est.

Nominales coguntur sapere cum Scoto quem alioqui negant.

Autoris placitum.

Supereſt post hæc vt iam recensitis aliorum opinionibus,hanc nostra sententia æstimare litem. Et ante omnia obseruare expediet,Theologis in vsu esse diuinas perfectiones attributa appellitare,nempè à verbo attribuo,attributum deriuatur. Quia ergo ex creaturis sensim mentem leuamus ad diuina nostrā,& quæ optima in creaturis cernimus, & pulcherrima quæq; instituti est Theologi ci illa Deo attribuere. Ideoque illa quæ Deo hac ratione attribuuntur,Theologia attributa nominat liber Sapien. ca.13.hanc attributionem colligere te facile docebit. Vbi ex specie,id est,pulchritudine creata colligit dominatorem Deum esse speciosiorem, id est, longè pulcherrimum.Ex fortitudine creata Deum esse fortiorem. Aduertendum porrò est,attributorum quædam ex sensu colligi, alia ratio parat, alia scriptura diuina docet. Etenim Deū esse pulcherrimum, creata quā videmus pulchritudo docet, vt fortissimum, sapientissimum: at verò Deum esse immensum,infinitum, ratio colligit, quæ sensus docere nequit. Nanque creatura nulla infinita est, aut immensa est: at ratio obseruans creaturam finitam esse, atque suis terminis dimensam,à creatore hæc subtrahens(quippe quæ illi non consentiunt)asserit deitatem infinitam & sine dimensione esse. Verum humana ratio Deo non tribuit paternitatem, filiationem, & spirationem, quippe hæc humanæ mentis transcendunt captum. Beatissima nanque trinitas fide duntaxat patescit. Ideo hæc relatiua attributa diuinæ arcanæ quæ literę solum Deo tribuunt, quæ propterea personalia Theologis sunt, quòd personis duntaxat tribuuntur, non essentiæ. Nam essentia non generat, neque generatur, neque spirat, aut spiratur. Atalia priora essentialia nominantur attributa,quòd diuinæ deputantur essentiæ.

Attributo rumuarijmodi.

Attributa personalia & essentialia.

Secundo obseruandum tibi erit, diuinam essentiam esse ita vnam, vt omnes superet creatas vnitates: est enim omnium vnitatum effectrix causa. Vnde Dionysius capit.1.de diuinis nomini.dixit, ipsum denique vnum cogitatione præstantius, nullis cogitationibus potest excogitari. Tertiò annotare libet, Deum vnitissimè in se collectas habere omnium creaturarum perfectiones: non solum extantes, verum quas quæuis valet fingere creata mens. Hoc Paulus tedocebit primo ad Corint.15.cū sit, ait,omnia in omnibus,id quod exponens Dionysius, hæc subiecit verba. Sic igitur verè laudatur tanquam omnibus subsistentiam exhibens, inchoans, perficiens, custodia omnium, atque sedes, & ad seipsum cuncta conuertens. Sed agit hæc omnia vnitè,absolutè, eminenter de diuinis nomini.capit.1. Hinc colligas Deum esse simpliciſsimum, & ab omni compositione siue physica, seu metaphysica alienum: nanque omnia continet, at vnitè, absoluté, & eminenter. Absolutè autem Dionysio continere idem est,quod expeditè,perfectè,distinctéque continere. Non est enim diuinitas instar hominis, qui propterea Aristoteli libr.de mundo ad Alexādrum Microcosmos est,quoniam vniuersitatem in se cō prehendit.Cæterum hæc comprehensio inabsoluta est.Non enim in homine exactè vniuersorum animalium, vniuersorumque visibilium perfectiones contemplaberis, imò confusanee satis. Et quanquam angelicam intelligentiam in homine vtcunque videre liceat, at eminentius multò angelus quam homo intelligit.Diuina porrò natura absolutè & distinctissimè vniuersa in semetipsa claudit. Vñ illa

3° nota.

Dionysius Paulum exponit.

Locus obscurus Dionysij exponitur.

visa

visa clarius in illa patent omnia, quam si in proprijs illa spectasses naturis, quæ tamen subaudi Deo patefacere animo esset. Hæc autem diuinæ naturæ vnitas, atque simplicitas, quam Theologicis sudatum est testimonijs astruere, Physicis quoque testibus prodenda est. Etenim commentator Auerroes. 12. Metaphy. text. 37. principium (ait) primum, ideſt, Deus est in fine simplicitatis, & vnitatis, & nobilitatis: esse autem in fine est consummatissima esse in Deo omnia, & longè præstantiora quam humanæ potest constare capacitati.

Philosophi de diuina unitate.

Quæstio. de eisio.

Prima sentētia.

Per hæc igitur stabiliter gradum faciemus, ad subiungendas has sententias. Prima quarum hæc esto. Simpliciter loquendo in Deo non sunt plura attributa essentialia. Hanc pandunt prælibatæ annotationes. Etenim diuina natura est vna in vltimo vnitatis gradu, estque simplicissima, igitur respuit omnem pluralitatem: quare eius intellectus est sua intellectio, & hæc sunt ipsa eiusdem voluntas, sapientia, potentia, iustitia, atq; sincerrima pulchritudo. Iuxta quod sacer Dionysius libr. de diuin. nomin. capitul. 5. Ideas diuinas quas ipse exemplaria vocat, ait esse diuinas bonasque voluntates: & indicat Clementem Philosophum distinguentem idæas à Deo, quòd idææ ad aliquid dicuntur. Vnde vt præfert Dionysius Clemens ille distinctionem idærum à diuina colligebat natura: id quod Dionysius carpendum duxit, quia Clemens non procedebat per propria & absoluta nomina: quem sermonem si acutè dispexeris videbis, in diuina essentia non plures esse rationes formales, sed ipsam esse vnicā absolutissimamque rationem. Si igitur pluralitas rationum in diuina essentia non est, imo hæc vniuersa sapientia, iustitia, intellectus, voluntas, vnica simplicissimaque ratio sunt in Deo, nulla est horum formalis distinctio, consequiumque erit, nullam penitus esse horum distinctionem: nam hæc duo pluralitas atque distinctio se mutuo consequuntur. Secundò idem conficitur Auerroico testimonio. 12. Metaphy. text. 39. In abstractis (ait) à materia formis idem sunt secundum rem dispositum, atque dispositio, & in fine comm. subdit. Multiplicitas in Deo nulla est nisi secundum opus intellectus: voluit autem verbis istis de intelligētijs si prædicata ferātur vt intelligentia est intelligens, volens, & id genus, idem esse prædicatum cum subiecto: nā prædicatum quod subiectum quadam ratione afficit, dispositio est Auerroi, vt subiectum dispositum: itaque vt semel dixerim, arbitratus est hic Philosophus in Angelis etiam idem esse intellectum, voluntatem, scientiamq;, & sapientiam, non diuersa esse ab Angelica substantia. Ratum enim habuit in omnibus formis separatis à materiæ commercio nullam esse Physicam, aut realem compositionem: ideò accidentibus non affici, vt nos, nisi secundum considerationem, nostram cui sapientia, iustitia, & hoc genus alia accidentia apparent. Quare collegit in Deo multo fortius hæc attributa non esse multa nisi secundum considerationem duntaxat: nam si in Angelis non sunt multa, quia simplices sunt & incompositi, quid quod in Deo simplicissimo non sint multa attributa? Et. 12. Metaphy. text. 51. laborat Aristoteles, colligens diuinum intellectum perseipsum intelligere: itaque intellectio eius, est essentia eius, & non est accidens illa actio intelligendi: & non solum illi imo itidem in Angelis, quos substantias nominat à materia semotas. Est autem peripateticum argumentum, etenim si non per suam essentiam intelligeret Deus, ab alio perficeretur, id quod optimum est, quod mens refugit. Quod si eodem incessu arridet Scotum impetere, nō erit incessus obliquus, aut enim diuina essentia est per se sapiens formaliter, iusta, intelligens, &c. aut per aliud formaliter, ne diuertat Scoti amicus essentiam Dei, dicens per se ipsam realiter esse sapientem, &c. non tamen formaliter: idcirco formalis fit progressio. Quòd si per alia à se formaliter est essentia Dei sapiēs, intelligēs, & id genus alia, igitur perficitur formaliter per alia à se diuinitas. Quòd si hoc dederis, vt ergo diuina natura secdm se est infinita? Quid quod non euades, cōpositionē, nanq; si essentia diuina formaliter perficitur per attributa, ergo ipsa formaliter est perfectibilis, vbi autē perfectibile, & perfectio conceduntur, compositio qui effugietur? Adde ergo diuina essentia saltem formaliter est in potentia, id quod schola Philosophorū dictu horret, nedum Theologorum, quibus omnibus est actus purissimus, omnem prorsus à se pulsans cōpositionem vt formalē, ita realem. Lege 12. Metaphy. textibus iam citatis. Et summi peripatetici in Angelis arbitrantur esse quandam logicam potentiam, ideſt, non repugnantiā, quippe cum illis nō repugnat maior

Dionysius carpit Clemētem Philosophum distinguētem diuinas idæas.

2ª prob.

Obserua documentum Metaphysicum ex Auerroe.

Subiectum uocatur dispositū prædicatum dispositio subiecti.

Diuina attributa non sunt multa ex Auerroe.

Argumentū contra Scotum.

Logica potētia in Angelis quidam à Deo omnis potentialitas procul est.

perfectio, saltem secundum entis rationem: vt Talpæ qua animal est non est impossibilis visus, tametsi cum Talpa non conuenit. Quia ergo Angeli non exhauriunt totam perfectionem entis, ideo in potētia sunt vt maiorem assequantur, quam adepti sunt: at Deo nihil excogitari maius valet, quippe vniuersa in se continet, quæ entis ratio ambit, ideoque in potentia ad nihil est, & idcirco purissimus actus nō solum re ipsa, verum etiam & formaliter. Quia ratio diuinæ essentiæ est esse actum purissimum, omnem depulsans potentialitatem. Est ergo ratio diuinæ essentiæ, quòd sit perfectio infinita formaliter, igitur non distinguitur ab attributis, quæ omnia vocat in suam rationem: quibus accedat, si ratio diuinæ naturæ non sunt istæ perfectiones attributoriæ, diuina igitur essentia aliquid maius si non esse, certe cogitari poterit. Etenim si fingas essentiam formaliter continentem omnem perfectionem, illa excellentior esset, quàm quæ formaliter & in sua propria ratione perfectiones hasce nō congregat. Et verè dixit Aristotel. 1. de cœlo loco iam demonstrato, forma quæ totam occupat materiam non nisi vno potitur indiuiduo. Et itidem. 12. Meta. ens quod omnem entis comprehendit perfectionem seu nobilitatem est necessario vnum, & nobilissimum, & perfectissimum: tale est quod nominamus Deum: vt ergo nō vocauit diuinitas in suam rationem omnem perfectionem? Cum ergo prædicamus Deum sapientem, intelligentē, &c. secundum modum quem præseferunt qualitatis prædicata videntur: at re vera non sunt, neque enim realiter, neque formaliter aliud sunt, quam subiectum: nisi secundum nostrum concipiendi modum. Quod autem in re ista hallucinat autores vniuocatio est, quam crediderunt Deo & creaturis communem esse in vocabulis istis, ens, sapiēs, iustus, & alijs iam denarratis, cum re vera non sint vniuoca, imo analoga de Deo & creaturis prædicata, vt suo dicemus loco.

Deus purissimus est actus.

Obseruandus Aristo.

Ad hæc Scotus tradidit nihil repugnātiæ esse, aut possibilem esse visionem diuinæ naturæ celatis diuinis personis, possibilem quo que colligo visionem essentiæ diuinæ, non visis omnibus attributis siquidem ille cōtendit, hæc formaliter distingui. Ratio igitur formalis essentiæ prior est, quam rationes attributorum, & quod prius est à posteriori non pendet: iam ergo in illo priori (vt ipse alias argutatur) ostendat repugnantiam diuinitatem esse visam, attributis non visis, quo quid absurdius? Nanque mens essentiam in illo priori contemplans, illam sanè comprænderet, nam eius totam rationem essentialem intueretur, quod nefas dictu est.

Inculcat cōtra Scotum quod dixerat.

Rursum non fugit me, Scotum suam elaborasse ex fontibus peripateticis riuare sentētiā, de distinctione hac formali ex. 5. Physi. text. 6. sibi decerpens exempla. Ego autem in Aristotel. non lego plures distinctiones, quam tres. Quædam enim illi distinguuntur secundum rationem, vt album, & musicum, quæ quanuis subiecto idem sunt, ratione vel conceptu discrepant. Alia est nanque ratio albi, alia musici, etiam si idem homo sit albus & musicus, quippe diuersas connotant formas. Alia vero sunt distincta secundum speciem, & hæc æquo nomine formalis distinctio Aristoteli est nam forma est rei species. Lege. 8. Metaphy. text. 28. & videbis indiuidua quæ vna recipit species, non differre secundum speciem, at secundum materiam tātum. Est ergo distinctio formalis specifica: at vero materialis est indiuidualis, Scoticum ergo commentum inter has vbi collocandum sit, ego non video. Nanque si ad primum reduxeris membrum, erratum admittes, si quidem membrum illud sub. 2. consequitur, nanque album & musicum etiam specie differunt propter connotatas formas albedinem, & Musicam, nisi quod accidentia vt sunt entia secundum quid, ita & speciem sortiuntur. Verùm Scoto quædam distinguuntur formaliter, quæ non specificè. Etenim diuina attributa specificam habere differentiam, insanus esset, qui vel mutire auderet. Quòd si hucusque tuam produxeris propteruiam in asserenda attributorum inuicem & ab essentia formali distinctione: formaliter igitur hæc falsa est: diuina essentia est sapientia, & de alijs tu idem colligito, annuis forsitan. Ego vero certissimè renuo: credo enim diuinam essentiam non solum re, sed omnibus modis (quos natura habet identitatis) idem esse cum suis attributis. Et in Concilio Florentino Decretum idem inuenio relationes diuinarum personarū idem esse natura cum personis. Quòd si relationes personales tanta feruntur identitate, per amplius attributa essentialia eadē potientur: at Scotus & si se tuebitur negans distinctionem attributorū esse ex natura rei, quippe realis nō est, at quia citra mētis operā illa distinguū tur esse ex natura rei, id est, non ab intellectu distin-

Peripateticum dogma de distinctiō nū numero.

Quid distinctio formalis Aristotelis.

Concilium Florentinū.

Cogitur Scotus fateri attributa distingui ex natura rei.

distinctionem fateri cogitur. Hanc enim si intellectus non impartitur, natura in se habet: at mirandum satis est cum tanta & ineffabili vnitate naturæ, ex natura admittere distinctionem. Porrò quia in diuinis cautam necesse est obseruare linguam vt Dionysius testatur capitul. 1. de diuinis nominibus. Nulla (inquit) ratione præsumendum est aliquid desuper subsantiali secretissimaque deitate, aut dicere, aut cogitare, præter illa quæ nobis sacra elloquia tradiderunt. Vtique si diuinas consulis musas, summam deitatis esse vnitatem conspicies. Quapropter diuino non cogente sermone, aut Ecclesiastica non compellente authoritate, huic distinctioni diuinorum attributorum quæ fides sit danda non mihi perspicuū est. Puto enim magis vnam esse essentiam diuinam cum suis attributis, quam petrus ipse sibi: at petrus cum seipso distinctionem maiorem quam rationis non patitur. Demum diuina natura infinitas habet perfectiones, ergo & infinitas distinctiones, in maxime autem vno tot distinctiones quis non ridebit? Quòd si in creaturis Scotus contenderet hāc stabilire distinctionem, ego non repugnarem admodum. Porrò quia in diuinis etiam est contentio, salua eius honorificentia ab illo prorsus dissentio.

Obseruandū documentū Dionysij.

Discēditur ab Scotico placito.

Argumenta Scoti diluuntur.

Argumentorum vero nodi Scotici haud dubium procinctam habent enodationem. Primò enim fallit, credit enim diuinas personas, personalis suæ distinctionis ab intellectu, & volūtate diuinis, principia petere. Etenim non per hæc distinctionem sibi vendicant, imo per origenes, ideſt, generationem, & spirationem. Etenim intellectus & voluntas sunt communia beatissimæ Triadi, vt ergo illam distinguent? minimè. Quid quod bonum, & verum, re vnum sunt: at inde apprehensio intellectus, atq; amor voluntatis realis distinctionis originem deriuant. Argumēto secundo dicito paternitatem, & demum relationes personales non distingui formaliter, quia hæc distinctio est ex natura rerum, non ex mentis solertia: at vt diximus Florentinum Concilium ex natura rei distingui negat, personales proprietates ab ipsa essentia diuina. Est igitur distinctio secūdum rationē inter illa, ad sensum post hæc subiungēdum. Tertiò argumento vniuocatio non est danda, & analogia est confitenda, vt supra indicatum est; & cum se locus dederit vberius propalabitur.

Intellectus & voluntas non distinguunt diuinas personas.

Iam tertiam accipe sentētiā. Diuinorum attributorū multiplicitas secūdū quid, ideſt, secundū quandam mentis nostræ cogitationem fatenda est. Legimus enim in diuinis literis spiritum Dei esse vnicum, & multiplicem. Sap. 7. cum ergo hæc multiplicitas non sit in natura diuinitatis, vt præmonstratum est, supereſt, vt inuestigatione nostra perue stigemus, vnde hæc erit multiplicitas attributorum. Malo enim hoc vti vocabulo, quā diuersitatis, quia illo vtuntur sacra scripta, quin & philosophica studia illud non dedignantur, vt Auerroes indicauit. Hæc igitur multiplicitas Thomæ subluxit ex diuersitate nostrorum conceptuum, atq; nominum, quibus & cōcipimus Deum, & nominamus. Itaq; diuina natura diuersis istis cognita conceptibus, obiectiuè est multiplex, quippe quæ per multa repræsentatur. Porrò non subinde cōficitur, repræsentatur vt multiplex diuina essentia, igitur multiplex est, fallentia enim à secundum quid dicto, ad dictum simpliciter. Repręsentatio nanq; varia non variat obiecti naturam. Num propterea scintillant stellæ quia nobis apparent scintillantes? Num propterea Lucifer, & Hesperus qui venus sunt Aristoteli. 5. ethico. diuersa sunt, quia diuersa videntur? Aut denique principium, & finis non sunt idem, quia vt diuersa cognoscuntur? vt autem non variat repræsentatio ipsum quod repræsentatur, ita neque multiplicatio per varios attributarios que conceptus multiplicat ipsas attributorum rationes, nisi tantum obiectiuè, aut apertius si dixeris repræsentatiuè, aut repræsentatoriè. Est igitur ista multiplicitas diuinorum attributorum solum per considerationes varias, quas de illis formamus: sed nunquid quia calamum in aqua coniectum (refractione radiorum efficiente) fractum & multiplicem cernimus, num propterea fractus aut multiplex est? Fractio sanè & multiplicitas in oculo est, non in calamo viso, sed in vidente: ità propemodum in præsentia in nostris conceptibus est multiplicitas, non in Deo: qui est omnium perfectionum epilogus, vt ita dixerim exactissimus, & simplicissimus, nisi secundum quādam rationem vt iam præscripsimus.

Tertia sententia.

Rursum inculcatur Thomæ placitum.

Multiplicitas attributorum diuinorum est per uarias repræsentationes.

Subit autem discernere, quo nam modo Thomæ placitum à nominaliam opinione secernetur: & Capreolus dist. 8. q. 4. hæc, secernit hos ratione, quòd Thom. distinctionis attributariæ fundamentum proximum

Discernitur inter Thomam & Nominales.

in diuina

in diuina collocat natura: at nominales hanc remotum eſſe fundamentum cenſent. Ego vero illos conuenire cerno in diſtinctione attributaria: quia fatentur ab opere rationis nō in natura Dei eſſe: at diſcrimen quam illis conueniat, non video. Etenim Thom. de fundamento proximo atque remoto meminit nihil. Et equidem nulla eſt diſtinctio rationis niſi penitus illam fingas inter Antichriſtum & ſocios eius, aut in chimera & hirco ceruo, quæ non extant, quæ non habeat fundamentum in re. Nanque ſi genus generi, aut ſpeciei compoſueris, & illa diſtinxeris, atque ſecreueris, hæc ſecretio habet ſanè fundamentum in re, quippe & ſi vniuerſalia nō ſint in rebus, ſed in intellectu: cæterum prædicantur de rebus, & mens ipſa diſtinguens gen⁹ ab ſpecie, ab ipſa re cœpit machinæ ſuę exordium. Cernit enim animal in plura fundi, quam homo, ideo collegit ſibi animal vniuerſalius eſſe homine, & genus iudicat ſecernendum eſſe ab ſpecie. Quamobrem ſiquidem diſtinctio attributorum non eſt ficta omnino, neceſſarium eſt, quòd habeat fundamentum in re ipſa: iam ergo vel fundamentum diuinitas eſt, aut creatura eſt, aut vtrumque eſt, diuinitas porrò excludi non poteſt à ratione fundamenti, quippe quæ eſt obiectum attributalium conceptuum, quos nos de ipſa concipimus, ſiue eam ſapientem eſſe, ſiue iuſtiſſimam, ſiue bonam, ſiue pulchram, & hæc veraciſſimè ſunt in ipſa: & ſi vnitiſſimè, & non multipliciter, vt à nobis excogitantur. Item & creaturæ ſunt huius diſtinctionis radices, & veluti ſeminaria: nanque diuerſa attributa ex diuerſis concinamus creaturis, & in diuinum reducimus numerum. Vides ne quibus originibus diſtinctio hæc potiatur attributaria? neq; aliquis ſani capitis hæc inficiabitur. Mihi tamen ſcrutari adhuc hæc lubet profundius: conſidera enim mecum animam rationalem ſarcinula corporis iam depoſita, & in illa contemplare vim intelligendi, ſentiendi, & vegetandi: nam ſicut trigonum in tetragono, ita vegetatiuum in ſenſitiuo, & hoc in intellectiuo vt nos expoſuimus denarrantes libr. de Anim. Ariſtot. Iam exigam à te vires iſtæ in anima ſeparata quæ ſimplicem ſubſtantiam obtinet, vt diſtinguuntur? Vtique non realiter & ſecundum eſſe, niſi ſecundum conſiderationem: ſi conſideras enim vim intelligendi organo corporeo non indigere, cæteras vires indigere, vt functionibus ſuis donentur, inde illas diſtingues, nempe comparando illas functionibus varijs, quas degentes in corpore præſtabant: inſtar cuius dixerim tibi ſimpliciſſimo, & formaliſſimo, & vniſſimo modo vniuerſa optima eſſe in diuinitate: at mēs noſtra, itidem & Angelica aduertens diuinam naturam efficacem eſſe diuerſitatis infinitæ operandæ in rebus, colligit non re, neque ratione, ſed virtute & efficacia multiplicem eſſe diuinam naturam. Et hoc eſt quantum cōiectura aſſequor. Quod Thom. volebat in. 1. ſentent. loco indicato iam non ſemel. Diuerſitas (inquit) attributorū in Deo non capitur per reſpectum ad creaturas, imo contra diuerſitas attributorum, ideſt, perfectionum creatarum decerpenda eſt per diuerſitatem diuinarum perfectionum. Hæc enim narrans, vera narrat ſecundum ordinem à priori, quando cauſa nos deducit in effectum: non tamen arbitratur in Deo attributa diuerſas ſortiri rationes, vt Scotus commentabatur: at diuerſitatem vocat, id quod dicebamus dudum multiplicem efficaciam producendorum. Vnde Eccleſia Spiritum ſanctum ob hoc multiformem munere vocitat. Et demū accipe vt bifariā progredimur ad diuerſitatem attributorum colligendam diuinorum. Nanq; ex diuerſitate creatorum collectionem attributorum paramus: at creatorum diuerſitatem ex multiplici Dei potentia colligimus. Prima igitur progreſsio à poſteriori eſt: ſecunda vero à priori: quod ſi hæc quæ hactenus perſequutus ſum alta mente repoſueris, tenebricoſæ quæſtionis patula tibi erit deciſio: & inter ridicula repones illorum placitum, qui diuerſitatem attributorum contendunt cognoſci poſſe ſine comparatione ad creaturas: cuius meminit Durandus quæſt. 3. huius, id quod tamen cogetur non diffiteri, qui amat Scotica commenta. Nam ſi ex natura rei ſeu formaliter attributa diſtinguuntur, palam eſt per reſpectum ad creaturas non diſtingui: nam quæ per ſe diſtinguuntur, non egent aliorum adminiculo quo diſtinguātur: idcirco vniuerſa quæ in Scotum inueximus, hanc opinionem deuaſtant, atque demoliuntur. Hæc enim alterius eſt appendix: & vt iam dicendi faciamus finem, attributa eſſentialia diuina vna ſimpliciſsima Dei eſſentia ſunt, vniuſque cum illa rationis ſunt. Verùm nomina attributa dicuntur quia ſigna ſunt diuinæ perfectionis, & conceptus itidem illam variè ſignificant.

Diſt° 2ōnis habet fundamentum in re.

Diſtinctio attributorū ubi habet fundamentum.

Concluſß°.

Diſt° attributo 2um habet fundamentum in re. p206°. 161 iam g°.

Exponitur Thomas de diuerſitate attributorū

Tertia

Tertia Disputatio. Num beata Trinitas vestigabilis sit à lumine naturæ.

PEragratis iam proximè acta disputatione attributis essentiæ diuinæ deputatis, reliquū est, hac præsenti disputatione per sonalia attributa edissere: si vestigabilia sunt ab huma, vel potius creata mente proprio marte freta. Et primo Mercurius ille Trismegistos, ideſt, ter maximus in Pimandro capit. 1. rem hanc videtur certam fecisse, quia inibi generātem mentem, atque genitam, & numen ab vtraque progredientē testatur: cuius verba piguit attexere, quia in præcursorijs quæst. 1. illa denarrauimus. Præter hæc Augustinus lib. 10. de ciui. Dei ca. 23. indicat Porphirium Philosophum, qui animi humani purgationem in tria retulit principia. In Deum Patrem, & in Deum filium, quem Græcè appellat paternum intellectū: & in horum medium. Etsi nihil apertè exprimens, quod sit hoc medium, item Plotinus librum scripsit de tribus personis. Et Plato lib. de prouidentia: itaque (ait) à mente ipsa & ab eius sermone natum hoc vniuersum, & digestum est. Et in. 6. de republica meminit de Bomo & filio eius sibi quam simillimo. Et in Epinomide meminit diuinissimi Dei sermonis, à quo natum mundum fatetur. Et extat Serapidis oraculum, respondēs Regi AEgypti sub Troiano bello. Principio (ait) Deus est, tum sermo & spiritus istis. additur: æqueua hæc sunt, & tēdētia in vnū. Alia itidem à Thom. indicantur in. 1. par. quæst. 22. art. 1. quem legere poteris.

Mercurius Trismegistos.

Porphirius de S. Triade.

Plotinus de tribus personis.

Plato de Sācta Triade.

Serapidis oraculum de S. Triade.

Contra vero est, quod Paulus. 1. ad Corint. capitul. 2. tradidit, quæ sunt Dei, nemo nouit nisi spiritus Dei, ideſt, arcana diuinitatis nulli patent, nisi Dei spiritu docente. Et dominus patrem (ait) nemo nouit nisi filius, aut cui voluerit filius reuelare: imò hoc Triadis sacramentum est inter cætera, quod absconditum est à sapientibus, & prudentibus, & reuelatum est paruulis, ideſt, fidelibus reuelatū est Matthæo attestāte. c. 11. ¶ Res huius disputationis, ppter illos est, qui indignos eos putāt esse Theologico nomine qui Triadis mysteria nō probāt, propterea q; nō pauca à multis colligūtur, quæ hoc efficiāt. Meatū sentētia perdūt huiusmodi Theologi oleū & operā, si ostendendæ rei occultissimæ manum admouerint. Legimus enim apud Ioannem dominū cum patre verba habētem illa. Pater mundus te non cognouit. c. 17. quippe nullis mūdanis rationibus etiā num ab accerrimis elaboratis ingenijs diuina hæc paternitas, filiatio, & spiratio retegi valent, nisi ad fidei christianæ conuolemus magisterium: vt iure dictū putes de hoc tremēdo mysterio, neq; caro, neq; sanguis, reuelauit tibi, sed pater meus qui in cœlis est. Est enim Deus in cœlo reuelās mysteria augustissima hæc. Et quanquam in dicante Magistro sentent. d. 3. Augustinus in re hac sudauerit lib. de Trinitate satis, multaq; hinc inde pro suo præclarissimo conuexerit ingenio, quæ ostenderēt Triadis arcanū. Et Ricardus etiam libris de Trinitate eidem rei operam nauauerit, & se profitetur adducturū eidē rei propalandæ rationes necessarias. Et Scotus itidem huius rei subtilissim⁹ extitit indagator, & pleriq; alij: cæterum nihil quamlibet magnificum expēdatur argumentum, & neruosum iudicetur, eos habet neruos qui tantæ rei demonstrandæ satis sint: imò omnis ratio, omnis intellectus eneruis est, & omnes denique vel acutissimæ indagines hebescunt, & relanguescunt coram profundissimo hoc diuinitatis arcano. Vniuersa nanque mundana trāscendit Deum in personali Trinitate naturæ seruare vnitatem: sola fides hoc cum duobus Seraphin clamat dicens. Sanctus, sanctus, sanctus, dominus Deus Sabaoth Esa. 6. quæ nos pro modulo nostro diligenter prosequuti sumus in declamationibus ad Esa. cap. 6. q̄ si attentiuscule rem hanc censura librare æqui libri lubet, videbis Triadem in demonstrabilem esse: & non solum hoc, imo nullis posse rationibus colligi. Etenim ad diuina & inuisibilia per visibilia quæ cernimus, gradum facit mens humana: iam ergo scrutare si vacat in creatis vniuersis, si quicquam reperias vnum & trinum, quale est, quod diuinum est. Adsunt profecto nobis quædam quæ tribus gaudent cum vnitate, anima enim rationalis in sua habet essentia tres defixas vires, mentem, voluntatem, & memoriam: at hoc nihil ad farinas quod prouerbio vsurpatur. Hæc enim Tria accidētia sunt animæ connexa, non substantiæ. Quid quod mens vt est animæ facultas eiusdem est instrumentum, quo ipsa intelligit, potentia enim non intelligit, sed anima vtēs ipsa, vt voluntas non vult, at anima vtens ipsa, itidemque de memoria, imo neque

Matth. 16.

Omnia humana argumenta langueant coram Triadis arcano.

Decisio quæstionis.

animæ

animæ has cõceſsit Ariſt. functiones primo de anima in procemio. Negat enim Philoſophici ſermonis obſeruantiſsimus Ariſtote. animam texere, aut filare, ſed ſuppoſitum totum eſt quod agit: itaque ſermonis obſeruata hac proprietate homo eſt qui intelligit, vult, amat, odit, atque memoratur. Adde iſtis nobiliſsimis Philoſophis in confeſſo eſſe has animæ vires, non eſſe re diuerſas, ſed tantum munere. Et rurſum inter has vires animæ, emanationes egerrimè ſpectabis, nũ voluntas eſt filia intellectus, aut memoriæ, & quid memoria ſpiratur ab vtraque potẽtia? neutiquam. Hæ nanque animæ vires ad ipſam animam neceſſario conſequuntur, & neutra ab alterutra dimanat. Dices in operationibus eſt ordo, etenim ab intelligentia rei profluit mentale verbum. Id quod mens ipſa amore complectitur, rectè ſanè, at iſtæ operationes eſſentia diuerſa ſunt, nam amor alterius eſt naturæ quam intelligentia. Atqui diuinæ perſonæ eiuſdem ſempiternæq; ſunt deitatis. Illud quoque quod alij multi pendunt argumentum mens creata fœcunda eſt verbi producendi, igitur & mens diuina: at quantum interſit, quis non videt? mens nanque humana non perſe metipſam res extra ſe intelligit, at vero vt illas cernat, verbum præferens res extrarias apud ſe reponit, in quo obiecta abſentia, cum opus illud exegerit, menti referantur. Porrò diuina mens. 12. Metaphy. text. 51. per ſe ipſam vniuerſa in ſe ipſa contemplatur: ideoque actio intelligendi non eſt quicquam ab ea diuerſum, quippe quæ eſt actus ſyncerrimus, atque longe defecatiſsimus, nullo extra ſe egens, vniuerſa in ſe præſentiſsima habens: imò ſi verbo vt intelligeret alio à ſe egeret, non eſſet actus puriſsimus, neque ſimpliciſſimus, vt quæſtione proximè acta decernebamus: cernis ne quid Philoſophus tuo argumento reſponderet? Accedit iſtis, nam quid hoc ſit quod verbum mentis vocitatur, non eſt in abſoluto, imo controuerſiæ ſubiacet. Num eſt actio intelligendi? num ipſa res concepta, & menti demonſtrata per intelligendi actionem? quòd ſi actio intelligendi eſt, hæc accidentaria eſt mentis operatio, neque eiuſdem cum mente conſors eſt ſubſtantiæ: ſed hæc quid ad filium Dei, ſi autem eſt ipſa res vt oſtenſa eſt, vt habet inquam obiectiuum eſſe in intellectu, itidem longè minus quam prior cum mente conſortium ſubſtantiæ habet, quippè quæ eſt ipſa res quæ intelligitur. Domus nanque vt intellectui oſtenſa, nihil differt à domo extra ſubſiſtente, niſi in eſſendi modo, nam hæc verum habet eſſe, illa vero intellectuale. Et quanquam huiuſmodi verbum ſoboles mẽtis eſt, atqui ſoboles hæc potius ſapit rem quam præferet, quam intellectum illius opificem. Hoc nanque verbum ad eſſentiam rei pertinet, non mentis elaborantis illud, neque intellectus noſter corporea depreſſus mole ſui ipſius verbum efformare poterit, quia ſe ſe inexactè percipit, à quibus omnibus immenſa inter capedine Dei verbum diſsidet.

Totum eſt quod agit nõ partes.

Contendit nullum argumentũ colligere efficaciter Triadis reconditum arcanum.

Non eſt in abſoluto quid ſit uerbum mẽtis.

Ad hæc & illa alia eneruis eſt perſuaſio, omne perfectum eo dicitur perfectum quo poteſt efficere tale, quale ipſum eſt. 4. Metaphy. text. 19. At Deus longe eſt omnium perfectiſsimum, igitur potens eſt generare talem, qualis ipſe eſt, & hoc genitum generanti quam ſimillimum, filius eſt. Et rurſum pater generans, & filius genitus ſunt perfectiſsimæ perſonæ, ergo aliam perſonã ſibi omouſiam, ideſt, conſubſtantialem producere quibunt. Hoc inquam argumentum Philoſopho non faceſſet negotium. Dicet enim haud dubium generandi, productiuam vè facultatem conceſſam eſſe creaturis, vt mortalitatis damna reſarcire poſsint tradente Ariſtot. 2. de anim. text. 34. At verò in his quæ longè latèque à materiæ noxa abſunt, vt ſunt ſubſtantiæ, quibus nihil eſt commercij cum mutabilitate materiæ, hæc non generant ſibi ſimilia: alioqui perfectiſsima & numeris omnibus abſolutiſsima potita natura. Quippe hæc æterna cum ſint non habent naturæ lapſum generatione reparandum: quapropter Deus qui non ſolum eſt immortalis, ſed immortalitatis eſt largitor, non habet cur generet ſibi æquè perfectum Deum. Diceret hæc quiuis, qui veſtigijs peripateticis hærere, neglecta fide ſtudet. Rurſumque Philoſophi diuinam perfectionem perſpectiſsimam habuerunt, quòd mundum hunc ornatiſsimum, & exactiſsimum produxerit: Deoq; quam ſimillimum, quantum pro capacitate & portione ſua creatura poterit opificem referre. Nihil enim viſibile ita diuinitatem vt vt oſtendere valet, vt cœleſtis machina quæ luce, immortalitate, infallibilique ordine, magnitudine, & maieſtate, poteſtate, & dominio corruptibilium & generabilium Deum imitatur, & hoc ſatis erat Philoſophis. Præter hæc inſultaret Philoſophus, & quid Spiritus ſanctus eſt per-

Adhuc perſiſtit eneruando Philoſophicè arguẽtaB. Triadem colligẽtia.

Nihil uiſibilium ita refert Deum ut cœleſtis architectura.

est perfectus Deus, curigitur non producit aliam sibi quam maxime similimam personā? Vides ne quàm claudicet humana res in profundissimo Triadis mysterio? Colligunt præterea Deum esse trinum, quippe bonum est sui ipsius diffusiuū, & qui excelētius est bonum, amplius se se diffundit: at diuina natura est infinitæ bonitatis, diffundet igitur se se infinitè. Porro huius diffusionis infinitæ creaturę non sunt capaces, ergo confitenda est hæc diffusio in natura diuina intra semetipsam. Neque alius modus huic diffusioni commodior, quam quod Deus sit pater generās filium, cui suam propriam communicet naturam. Verumtamen hæc suasio eodem laborat morbo, quo & priores. Diceret enim philosophus Deū se effundere non intra se. Etenim nihil opus facto, vt effusio hæc sit, vt dudum secundum philosophica principia differebatur, at effundit se se in creaturas, quibus pro captu ipsarum effundit, vel impartitur suam bonitatem, potentiam, atque sapientiam. Instar horum cætera diluuntur omnia, quæ ad persuadendum hoc sacrosanctum mysterium congeri queunt. Quæ omnia si eo conferantur, quo fides suauior sit credentibus, cōmendanda est collatio: at si eo quo quis illis innitendam fidem duxerit, stulta est cogitatio. Superat enim beatissima Trinitas omnem intellectum, etiam acerrimum, & sola fide doceri amat, argumentis physicis demonstrari irridet, & respuit, suasionibus tamen mulceri non odit. Probè igitur D. Dionysius lib. de diuin. no. non procul à fine nulla monas (ait) nulla trinitas, nullus numerus, nulla vnitas, vel fęcūditas, vel aliud quid piā existentium, vel alicui existentiū cognoscibile, arcanū illud aperit, quod super omnem rationem, intellectumq; exīstit. Vnde qui conantur Triadis mysteria illa ratione conuincere, quia sine consortio nulla est iocunda possessio friuolè conantur. Deus enim in se ipso beatus est, & alterius consortio non egens. Cæterum huiusmodi suadelę si cum infidelibus actitētur, ridiculæ sunt illis. Idcirco iniurius esses fidei, si infidelibus hæc proferas. Arbitrarentur enim fidem Christianam friuolis rationibus innixam esse, ideoq; illis ridiculo pateret. Quam ob rē grauiter peccaret qui hoc facinus admitteret. At coram fidelibus quibus diuina authoritate recepta est fides, nihil periculi impendet, si hoc genus suadelæ & plerę q; aliæ continentur, siquidem illa oppidò adiuuant, & nihil noxæ illi inferunt. Quod vero Ricardus lib. de trini. pollicetur probandæ Trinitati rationes necessarias, intelligę valde aptas, atq; congruentes: nam necessarias rationes materiæ huius maiestas repudiat. Lege Th. 1.p.q.32.ar.1. & Henricū Gandensem quodli. 81.q.1.

Argumēta queconuehū tur ad Triadis arcanum si nō probāt certè suaui orē reddūt fidem.

Argumentis porrò vt fiat satis, obseruandum est D. Thom. loco indicato argumentis respondendo, credidisse philosophis illis clarissimis, vt Platoni, & Trismegisto Mercurio, occultum extitisse hoc Triadis augustissimum arcanum. Quod si Plato Triadem est confessus, non in vna deitatis substantia, sed in tribus. Itaque pater Platoni vere Deus erat, at verbum non tantę diuinitatis compos, erat enim idæa quædam, ad quam muudum composuit Deus. Cuius Plato in Timæo susam persequitur enarrationem. Et dein anima mundi, cuius ipse in Epinemonide meminit cœlorū & mūdi moderatrix causatam fatetur à Deo optimo ideā à mundi patre Deo. Itaq; verbum & anima mundi ab opifice primo elaborata erant. Quare non optimo Deo Omousia erant, ideā eiusdem substantię, vt sunt tres beatissimæ personę, quas catholica tradit fides. Ita mihi videor exponere Thomam. Id quod ego in declamatione ad Esaiam ca. 6. probandum duxi. Et eodem retulit Tho. Trismegisti sententiam, monas genuit monadem, & in se suum reflectit ardorem, ideā Deus vnus vnū genuit mundum, quē propter se amat. Porro autem vt à Trismegisto exorsum dicēdi mihi faciā si Pimandrū audis, quē inter agendum in principio indicabamus. Ille clara voce testatur Deum esse vtriusq; sexus virtute fecundum. At subiungam illius verba, vt appertius fiat quod indagamus. Deus mēs est, vtriusque sexus fæcundit ateplenissimus: qui cum verbo suo mentem alteram opificem peperit, ignis, & spiritus, & numen. Mitto modo quod de sacro lauacro cap. 13. eiusdem libri tradidit. Vide in præcursorijs quę st. 1. Quę verba si attentè obseruas, sacrum pandi Triadis mysterium à Mercurio isto videbis qui AEgyptijs leges tulit, & propter eius insignes animi & corporis dotes, Trismegistos appellatus est, ideā ter maximus. Et si hæc verba cum alijs paulò ante indicatis conferis, hęc illorum explicant sensum. Monas genuit monadem, & in se suum reflectit ardorem, ideā mēs Deus genuit

Differuntur philosophorum placita de sancta trinitate.

Mercurius de trinitate loquens exponitur.

genuit vnicum ſibi verbum, & à mente diuina & verbo mēs altera producitur, que mentem diuinam paternam cū ſuo verbo igneo nectit amore. Et rurſum videbis gloſſam illam ad Roma. 1. tradentē philoſophos de ſecciſſe intertio ſigno. 1. in notione Spiritus ſancti non exactè rem conſideraſſe. Quando vt cernis Mercurius perſonā Spiritus ſancti expreſsit ſub voce ſpiritus, & ignis, mentis, & numinis. Spiritumq; ſanctum teſtatur mentem eſſe opificem, vt & ſacra oracula confitentur. Verbo domini cęli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum. Quibus accedat Serapidis reſponſum iam commemoratum. Spiritus (ait) additur iſtis. Quamuis Plato patrem mundi in Timęo, & opificem Deum nominans, & ſermonis diuiniſsimi mentionem non ſupprimens, tertię perſonæ vocem reticuit. Niſi vellis illam ſub voce animæ mundanæ adumbraſſe. Credidit enim in Epinemonide animam quandam, vniuerſi cauſam eſſe. Eſt enim confeſſum illi vniuerſum hoc animal eſſe, hancq; animam hanc animantem mundanam molem diuinam eſſe mentem. Quæ omnia Porphirius explicans, mentemq; de hac re Platonicam euidentius proferens, tres ſubſtantias (ait) in eſſentia diuinitatis eſſe, & Deum optimum & maximum, deinde creatorem, quem dudum Plato ſermonem diuiniſsimum nuncupauit, hunc quoq; ſub ideæ vel exemplaris voce adumbratè ſub intellexit Plato in Timæo. Itaq; & ſermo Dei, Seu verbum, & creator, & exemplar Platoni ſecunda diuinitatis ſubſtantia eſt, vt mihi videor videre. Tertiam verò Porphirius ad Platonicam mentem, mundi animam eſſe pronunciauit.

Mercurius clarius quā Plato arcanum trinitatis expreſsit.

Lege Cyrillum contra Iulianum. Cæterum quantum meminiſſe datur, ſpiritum nunquā dixit Plato tertiam diuinitatis ſubſtātiam, vt Mercurius, & Serapis dixerūt: quāuis neque iſti ſpiritū ſanctū cognominauerūt. At qui Platoni familiare eſt, diuinitatis vocem multis tribuere. Vocat enim viſibiles Deos, ſolē atq; lunā aſtraq; cætera. Rurſus & alios inuiſibiles, igneos, & aereos deos, quos dęmones vocitat, in Epinemonide. Qua propter has tres diuinitatis ſubſtātias decernere difficile eſt apud eundē ſi vna erāt eſſentia uerè diuina, habēs has tres hypoſtaſes, quas cō memorauimus. Hypoſtaſis enim græcis, latinis auribus ſubſtantia eſt, vel ſi tres iſtæ ſubſtantiæ diuerſam gerebant naturam ſoluſq; Deus optimus, atq; maximus, verè & maximè diuinitatis in creatæ natura fruebatur, creatorem vero, & mundi animam inſigni quodam diuinitatis participio cæteris dijs præeſſe, hæc inquam diſcernere apud Platonem non valeo, neq; à ſummis Platonicis decretum eſſe cerno. At quale quale Platoni cum de triade dogma extiterit, arbitror non ſuo fretum ingenio Platonem edixiſſe. Siquidē ipſe in Timęo, atq; in Epinemonide diuinorū notionē teſtatur à barbaris accepiſſe. Sūtq; Platoni AEgiptij, Iudei, Syri, atq; phenices Barbari: quia Græci non erant. Et Iuſtinus martyr atq; philoſophus in admonitorio contra gentes à Moſe Platonē multa de diuinitatis notitia mutuatum eſſe teſtatur, itidem & Homerum. Et Euſebius ſuo ſermone lib. 10. de pręparatione euangelica cap. 2. idipſum perſuadere anxiè conatur. Id quōd lib. 11. ca. 13. 19. & 20. aſſerit itidem animorum immortalitatem, mortuorum reſurrectionem, finaleq; iudicium Platonem ab Hebræis magiſtris ſuffuratum fuiſſe, ſibiq; vendicaſſe, quod alienum erat.

Plato à barbaris arcanam hau ſit Theologiam

Id quod nos etiam ſuperiori ſermone. 1. in prærcurſorijs quæſtionibus commonefecimus. Quam ob rem confeſſum habeo hāc adumbratā trinitatis notitiam quam philoſophis ſubluxiſſe, hactenus commoſtrauimus, nō ſubluxiſſe illis luminis naturalis opera, ſed ſacrorum librorū vel prophetiarum lectione, aut ipſorum prophetarum conſuetudine, aut ex peritiſsimis quibuſq; Hebręis iſtā trinitatis vmbram quā Plato & cæteri indicati expræſſerunt, acceperunt: quandoquidem prophetis hoc manifeſtum erat arcanum: quippe qui diuino imbuti ſpiritu, diuinum verbum à patre mittendum, vt caro fieret, longe procul præſenſerunt. E quorū cæleſti afflatu ſcintillæ quædam micauerūt in ſapientiſsimos gētium philoſophos, quas ſuis codicibus im preſſerūt, & balba voce vt cumq; diuina ſacramenta reſonabant. Itidē q; diabolus (que eſt eius ſagacitas) in libris propheticis rem intelligens, ſuis ad magiſterij pompam, non ad Dei gloriam eadem inſtillauit. Vnd Serapis Thulli AEgiptiaco regi quod diximus, deprompſit teſtimoniū petenti interim, quis omnium cēſeretur mortalium fœliciſsimus. Ad hæc de Porphirio, aut de alijs Platonicis philoſophis tempora Chriſtiana aſſequutis nihil mireris, ſi de triade multa ſcriptitent, ſiquidem tergemina illa beatiſsimaq; vox, ſanctus, ſanctus, ſanctus, dominus Deus Sabaoth iam in orbem

ſe

se sparserat totum,& per hæc argumenta ob iecta nullius sunt iam negotij, vt soluantur.

DISTINCTIONIS Tertiæ, cuius initium est. Apostolus nanque ait, q̃ inuisibilia Dei à creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur.

Disputatio prima. Vt per creaturas creatoris vnitas atq; deitas perspecta habeantur.

SI mea non me fallit memoria, in præcursorijs diximus, Theologicum processum nõ esse vnicum & simplicẽ, imo variũ. Id quod etiam num repetentes vt dicendis viam faciliorem sternamus subit Aristotelẽ scripsisse libr.1.elenchorum in scientijs iam procedi doctrinaliter, iam vero disputatiuè. Denique tentatiue, aut contentiosè. Et Diuus Hieronymus in Apologia ad Pamachium horum duos in Theologiam transtulit processus. Et δογματικως, idest, doctrinaliter, & γυμναστικως, idest, exercitatoriè seu disputatiuè procedere. Est autem doctrinalis scientificaq; progressio ex Aristotelis placito libr. præmonstrato capitu.2. quando ex proprijs ipsi scientiæ progreditur ad probandas conclusiones, quem processum libr. posteriorum abunde prosequitur. Est porro disputatiuus qui ex probabilibus fit, quem ostendit.8. Topicorum. Tentatiuus demum ex his quæ respondenti, videntur contradictionem captat probabilem, &.8. Topicorum ostenditur eum esse qui ex apparenter probabilibus alioqui non verè probabilibus colligitur. Et loco indicato Hieronymus Paulum docet in Epistolis ad Rom. & ad Galatas, & ad Ephesios, disputatiuè processisse: colligit enim testimonia interdum non propria locis quibus aptãtur ab Apostolo, quare in proprijs locis non dimicant. Tu disces ex Hieronymo vberius: mihi nanq; properandum est ad alia. Hæc autem orsum dicta puta, quia in disputatione hac processus noster disputatiuus erit, & non doctrinalis. Quippe ex probabilibus & necessarijs, at nõ proprijs Theologo, sed ex fontibus Philosophorum petitis progrediemur, ad diuinitatis gloriam perue stigandam: superius vero distinct. 2. magis doctrinalis vtcunque fuit progressus. Iam ergo videbitur fortasis cuipiam per creaturas non esse vestigabilẽ deitatis vnitatem, & maiestatem. Sunt enim creaturæ testante sapiẽtissimo illo Hebræo Sapien. 14. creatæ in muscipulam mortalium. Etenim creaturarum lenocinia hominem auertunt à creatore Deo. Quod si auertunt, vt deducent ad Deum? Adde immensum esse chaos inter Deum & creaturas, vt ergo istæ nos perducẽt in Deum sublimem? Quid quod creaturæ finitæ sunt, & dimensæ, quomodo ergo ostendent infinitum & immensum? Contra vero est, nam ordo natura comparatus hic est, vt per sensibilia ad intelligibilia conuolemus. Quærenda est igitur diuinitatis maiestas ex creaturarum visibilium scrutinio indagineq; solerti.

In scientijs processus alter est doctrinalis, alter disputatiuus, alter tentatiuus.

Argumenta differentia quæstionẽ.

Philosophis illis priscis summa fuit animi solertia ad diuinitatis exquisitionem. Et tandem postquam acutissimis rationibus naturæ rimati sunt penetralia, in fastigio rerum vniuersarum naturæ autorem inuenerunt. Et vt Mercurius Trismegistos ille initium faciat enarrandorum, hic in Pimandro capitul.11. &.12. hanc diuinitatis exquisitionem difficilem putat. Cæterum ex rerum ordine & concentu, ab ornatu vniuersi, à necessitate, à prouidentia, à vitæ denique plenitudine diuinitatis patescere gloriam tradidit. Quæ singula exponemus, si dixerimus, Primo mirabilem sanè ordinem esse vniuersitatis. Etenim si dignitatem rerum spectas, quædam sunt, quæ infimo subsident loco, vt lapides, alia sublimius prouehuntur vt plantæ, cæteraque quibus vitæ gradus vegetandi donatus est minimus, alia meliorem vitæ adepti gradum, nobiliora sunt. Vt quæ sensu prædita sunt, qualia sunt bruta. Postremò apicem rerum tenent, quæ ipsam quoque diuinitatem intelligere valent, quales sunt homines, atque Angeli. Item quantitatem si obseruas, ordinem videbis. Quædam enim minima nutrit orbis, alia mediocria, alia deniq; maxima. In qualitate rursus, quædam calida, alia frigida, alia humida, alia sicca, quæ sic suis cohærent naturis, vt nusquam ab illis degenerent. Calida enim non frigefaciunt, vt neque frigida calefaciunt. Ita neque homo asinum generat, vt neque contra. Præter hoc leuia nunquam non amant sublimia petere loca, vt grauia subsidere. Et si tempora dispicis,

Decisio quæstionis.

Rerum vniuersitas distinguitur.

In singulis naturis mirabilis ordo rerum.

quantus est ordo, quamque mirabilis rerum vicissitudo, riget bruma, tepet ver, ardet æstas, friget autumnus: Ætatum quoque quis non mirabitur ordinem? post infantiã pueritia, hanc iuuentus sequitur, hanc virilitas, postquam senectus, & hanc cum cæteris decrepita claudit, & singulis istis proprij sunt mores, atque functiones: vt sub noua ætate nouum conspicias hominem. Quod si sapientiæ tribuitur ordo, ordinator vniuersi sapientissimus est. Ornatum autem vniuersi cœli enarrant, quos micantibus astris sparsos videmus, tantaque varietate stellarum conspicui sunt, quantam nullus mortalium dinumerare hactenus potuit, tanquam inenarrabili ordine disposita cœlestia cernimus atque distincta, quam nulla ordinatissima acies militaris vel imitari quibit. Quod si oculos demittimus, quis non videt variegatarum aera aquarum pulcherrima ornamenta? aquamque piscium multitudine, terramque arboribus, virgultis, herbis, & arbustis, floretis mire comptam, vt & metallis opulentissimam, quis tam stupidus, qui ad hæc non stupescat spectacula? Vnde iam pulcherrimum discimus tanti ornatus, tantique apparatus rerum esse autorem.

Est porrò in rebus necessitas quædam, nanque stabilia sunt alia, & noxam mortis non sentientia, vt cœli. Alia vitam ducunt internecionis tamen damnis obnoxiam, vt quæ sub lunarem incolunt globum. Vnde contraria se necessario odio habent, & sibi oppidò sunt quam infestissima, vt & similia se appetunt, & sese promouent. Hinc iam discimus stabilem esse huius necessitatis autorem. Nam qui dat alijs necessariam, & ille sibilem naturam, ipse quoque ab omni læsione semotissimus erit, vt cecinit sacer vates ille, Non accedet ad te malum, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo, Psalm. 90.

Et stollidus profecto is est, qui prouidentiam quam vniuersa profitentur, diuinam in rebus ipsis non aduertit. Quædam natura fundit, vt alimenta hominibus, pabula brutis: aperit nanque Deus manum suam, & implet omne animal benedictione, & dat escam iumentis Deus, & pullis coruorum inuocantibus eum: & producit in montibus fœnum, & herbam, seruituti hominum: & quæ natura suppetere non poterat, arte suppleri iussit Deus. Dedit nanque hominibus intelligentiam vt vestes pexerent, & texerent, domos ædificarent, ex metallis sibi ad vsum pecunias cuderent, & id genus innumera.

Psal. 103.
Psal. 146.
Psal. 146.
Psal. 103.

Iam vero vt postremum absoluamus, ipsam vitæ plenitudinem (quam Mercurius dudum proposuerat) edisseramus. Equidem in viuentibus plenitudo vitæ est, nanque quæ perfecta sunt vtriusque sexus plenitudine constant, & maris & fœminæ discretione sunt secreta: vt prolis posteritate vitæ æternitatem prorogent. Nam quam in individuo seruare perpetuo non valent, speciei similitudine seruant: quæ autem maris & fœminæ varietate noscuntur proprie, vt plantæ, vim seminificam Deo satore consequuntur: vt sibi de proroganda aut dilatanda vita per sobolem editam consulant. Itaque non solum vniuersa hæc Deus perfecta edidit, vitæque præsidijs ornauit abunde: sed etiam plenissimè illis prospiciens internecioni subuenit, prole parentibus succedente. Cætera quoque alia pro modulo ipsorum non destituit Deus: ignis nanque ignem generat, & aqua aquam, cætera itidem elementa, vt perpetua generationis serie, quod corruptio tollit, generatio reparet. Vnde si vetustas fastidio est ipsa nouitate rerum mundus sibi gratulatur: vt quiuimus, nescio si vt voluimus Mercurium dilucidauimus. Cæterum si doctrinaliter hæc habere iubet, lege Psalm. 103. cuius initium est. Benedic anima mea domino, & postquam singula Psalmi obseruaueris verba, cogeris cum Psalte illas efferre voces. Quam magnificata sunt opera tua domine, omnia in sapientia fecisti. Et si tibi per occium vacat, hæc quinque quæ ex Mercurio denarrauimus, in Psalmo eodem aduertes cõprehensa.

At verò Cicero lib. 1. de natura Deorum diuinitatem alijs inuestigauit indaginibus. Rerum inquam venturarum præsensione, imbrium, niuium, tempestatum, fulgurum, & fulminum generatione, rerum omnium copia, atque mirabili ordine. Et profecto rerum præsensio diuinitatis est symbolum certum: quod enim mortales latet omnes, numinis est præsentire vel ipsa attestante scriptura diuina. Dicite nobis ventura, & dicemus dij æstis vos. Fulmina quoque ipsa, & cæteræ metereologicæ impressiones diuinam potentiam facilè testantur. Nam intonuit de cœlo dominus altissimus, dedit vocem suam. Psalm. 17. Esa. 46.

Diuus

Diuus autem Augustin.libr.2. de libero arbitrio Philosophum agens, vsus alio est argumento, quo idem conficeret, quod hucusq; conficere sudatum est. Est autem hoc, Vna est æterna in commutabilisque veritas, ergo Deus est: colligit antecedens: nam sunt plæreque apud nos veritates claræ, & euidẽtes, vt meliora esse æterna temporalibus, totum maius esse parte sua, & aliæ sunt contingentes: at veritates omnes necessario ab vna æterna & incommutabili pendent veritate. Nanque in vnoquoque dandum est vnum, à quo cætera pendent primum. Et in rebus est reperire gradus vt esse, viuere, & intelligere, & infima regulantur per media, & hæc per suprema. Est ergo vna suprema veritas ad quam cunctæ veritates referuntur, & hęc Deus est. Subdit autem.c.15. diuinitatis hanc exilem esse notionem.

Porrò autem huiusmodi quæ connexiimus argumenta, & si aptissima sint, & proposito ostendendo idonea satis: verumtamen non sunt demonstratoria. Quamobrem in demonstrationes huic rei aptas iam incumbendum erit. Dixit autem Auerroes. 1. de cœlo text. 3. esse demonstrationum genus quoddam, quod causam simul cum effectu demonstrat esse, aliud quod causam ostendit, at non rem esse. Postremum denique quod rem ostendit esse, non tamen causam. Cuius generis erit demonstratio quæuis à philosophico concinnata ingenio, quæ demonstrabit Deum esse. Et Thom. 1. par. quæstion. 2. articul. 3. ita censuit demonstrationes has esse, quia est, aut quod est: tametsi Theologi non desunt qui prorsus Deum esse in demonstrabile ducant: vt Petrus Aliacensis, id quod errori datum est, à Thoma libr. 2. contra gent. capitul. 13. neque ab re quando Paulum docentem cernimus, Inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt intellecta cõspiciuntur, & non ait creduntur, sed conspiciuntur. Ante quem Psaltes clara voce cecinerat, cœli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum. Psalm.18. Præter hæc autem obseruare oportebit, vt intercurrentia offendicula submoueamus: demonstrationem aliam esse mathematicam, aliam physicam: harum prior etiam inuitum hominẽ vt sibi pareat cogit, posterior autem hypothesibus Physicis admissis, etiam cogit vt sibi assentiatur: & hoc genus sunt demonstrationes quas in hanc rẽ Aristotel. & suus alumnus Auerroes contulerunt, omnesque demonstrationes à motu habent originem. Nam hinc orditi sunt principes Philosophi hanc telam cognoscendorum diuinorum. Nanque Græci Platone testante in cratylo θεὸς, à θεῖν hoc est currere appellauerunt: nam cœlum, stellas, solem, & lunam θεὸς aiebant esse, quia hæc in perpetuo motu conspiciebant. Latebat nanque eos hæc non esse prima mouentia, quapropter hæc quinque sunt inuestiganda: vnum esse mouens primum, & vnum efficiens primum. Nam quanuis quod efficiens est, itidem & mouens est, non tamen contra omne quod mouens est, efficiens est. Finis nanq; mouet & non efficit secundum peripatetica documenta, vnumq; esse ens perfectum, & primum, aut rectius vnã esse primam perfectionem, vnum rursum ens necessarium, quod se ipso est, & non aliunde mutuato potitur esse: denique vnum esse vniuersitatis gubernatorem istis demonstratis vnum esse Deũ palam erit. Cui vni hæc quæ percurrimus attributa quinque facile conueniunt: at demonstrationis machinæ erigendæ præiacenda sunt nõnulla Physica fundamenta, quorum primum esto. Progressio ad infinitum non est possibilis, hanc habebis: nam si infinitam admisseris progressionem, perit funditus rerum vniuersarum ordo. Nam ordo inter iacet inter primum & posterius: atsi infinita sunt, nullum prius est, nullumque posterius, nam si primum non est postremum quoque desideratur. Est tibi Aristotel. 2. Metaphy. text. 4. &. 6. &. 7. qui perspicuam rem hanc fecit. Quòd si ordo perit, & vniuersitas rerum ruit tota: quæ ordine causarum tota connectitur. Dein si causæ motrices sunt infinitæ, aut suos peragent motus temporis spacio finito, aut infinito, finito sanè non absoluent suam actionem, quippe quæ infinitæ sunt, infinito vero quoque non consummabunt suas actiones, infinitum enim tempus consummi nequit. Est autem sermo hic habendus in causis motricibus essentiali ordine sibi connexis.

Secunda hypothesis sit. Quidquid mouetur, ab alio mouetur, cui indagandæ octauus Physicorum liber, & septimus insudant, quandoquidem quod mouet, actu est, quod mouetur potentia, actus autem & potentia sunt ex relatione oppositæ: & ideo eidem secundum idem conuenire non possunt: igitur quod mouet, quatenus mouet, moueri

Diuinitatis vnitas demõstratorie colligitur.

Demonstratio Mathematica & demõstratio Physica.

Philosophi ignorauerunt 1am. primum mouens.

1. *Mouens.*
1. *Efficiens.*
1. *Perfectũ.*
1. *Necessarium.*
1. *Gubernator.*

Fundamenta Physica.

Prima hypothesis.

Text. 40.

2a. Hypothesis.

non potest, vt quod agit, secundū quod agit, non patitur. Quare nihil se mouet, nam esset agens & patiens secundum idem. ¶ Insultas hypothesi, aqua calida paulatim tepescens sese infrigidat, & sese alterat, iam ergo est idem & secundum idem & alterans, & alteratū. ¶ Rursum viuentia sese mouent. 8. Phys. quo discerniculo à non viuentibus discriminantur. Petrus Aliacensis Aristoteli diffidit, credens idem sese mouere posse, forsitan quia Platonem didicerat dicentem, animam esse numerum se mouentem. ¶ Præter hæc circulatio est in causis, vapor nanque emergit in aquam, & aqua in vapores soluitur, igitur non est euidens vnum esse primum. ¶ Quidquod Angelus se mouet. Missus est enim Angelus Gabriel à Deo ad Virginem desponsatam Lucæ. 2. & Raphael comes astitit indiuiduus Tobiæ peregrinanti: atqui in Angelo non est pars mouens, & pars mota, vt in animalibus, sunt nanque spiritus. Rursus voluntas sese reducit in actū volendi, & semetipsam à potentia se transmutat in actum. Et hostia consecrata habet grauitatem se mouentem, si deorsum cadat, non est enim ibi forma mouens, & materia mota, sublata est nanque diuino mysterio panis substantia tota. ¶ Quapropter Scotus in. 2. sentent. distinct. 2. quæstion. 9. & Gregorius Arimineus in. 2. distinct. 6. quæst. 1. articul. 2. axioma peripateticum, Nihil à se mouetur. 8. Physicor. text. 34. & 40. intellectum volunt non simpliciter: sed tum duntaxat quando principium mouendi est eiusdem speciei specialissimæ cum termino motus: vt frigidum secundum frigiditatem quā habet, non se frigefacit, neque calidum secundum calorem quem habet, se calefacit: ¶ at superest quærendum ab eis, quid ergo aqua calida se restituens pristino frigori (vt experimur quotidie) secundum quam frigiditatem se restituit, aut se frigefacit, aut secundum quam non habet, aut secundum quam habet? Primo si assenserit, repudianda est assensio, vt enim aqua secundum quod non est actus, se reducit in actum? quod enim reducit potentiam in actum, oportet in actu esse. Dicent secundum frigiditatem virtualem se frigefacit: at excutiant est opus facto, quid velint per hanc frigiditatem virtualem? Nam vel est frigiditas hæc in potentia, aut actu, & relabuntur in incommodum primum, si astruxerint, quod id quod est in potentia frigiditas, facit actu aquam frigidam, id quod omnis repudiat philosophia: sin frigiditas est actu, iam ergo idem se mouet, quando mouens est eiusdem speciei cum termino motus: torquent igitur Aristotelis intelligentiam. Dices frigidum virtuale est medium quoddam, est enim non in potentia frigidum, at potestate frigidum: vt piper, & cinamomum sunt potestate calida abcessu tertio, vel secundo, & alia sunt potestate frigida. Rectè ais, at huiusmodi potestate calida non se reducunt in actum, nisi caloris natiui opera elaborentur: igitur hæc frigiditas virtualis eget alio illam proferente in actum. Forsan nouum commentum commentaberis, dicens aqua quamlibet ferueat habere quosdam gradus frigiditatis, alioqui non subsisteret aqua, imo soluereturin ignem, & isti gradus illam reparant, ad frigorem natiuum: at obserua hos duos gradus quos fingis frigoris pauciores esse, quam qui possint depellere sex caloris, nam à proportione minoris inæqualitatis nō præstatur actio.

Ego verò Aristotelem video vbilibet testantem, quidquid mouetur ab alio mouetur, &. 12. Mtaphy. text. 18. nihil per se docet, potest esse agens, & per se patiens secundum idem. Et deditissimus Aristoteli Auerroes profitetur idem. 3. disputatione contra Algazelum soluens decimum octauum dubium. Et lib. de substantia orbis principium arbitratur esse per se notum, quod nihil se ipsum transmutare potest, id quod iam nos supra peremptorio argumento collegimus. Itaq; non solum in motu locali, imo etiā ad cæteros motus se fundit veritas hæc. Nihil se ipsum transmutare potest, igitur primo argumento: Anima est numerus se mouens, siquidem se intelligit, seque amat, & in se demum suas reflectit actiones: dicito motum animæ esse metaphoricum motum, & non proprium, vt Themistius tradidit, interpretans Aristotelem text. 62. libr. 1. de Anima. Motus nanque in tempore est, at intellectus & voluntas nonnunquam in instāti citra aliquam agunt moram: itidem & Angeli se hac ratione mouent, nam secundum peripateticum placitum, in illis idem est intelligens & intellectum. Aut fortasis Platonica definitio (quam tamen reprehendit Arist. loco indicato) de anima mundi subaudienda venit: quæ quia ordinatissimi vniuersi motus causa est, Platoni in Epinemonide, ideo illam dixit numerum se mouentem. Porrò testātur satis

q. 3. artic. 1.

Nihil idem est mouens & motū secundū idem.

Scotus et Aimineus Greg.

Contra hos DD.

Frigiditas uirtualis aquæ quid est.

Exponitur Aristot. placitum & obserua sedulò.

Argu. solutio.

Animæ motus sunt metaphorici.

Animam mundi secundum Platonē est numerus se mouens.

satis non esse motus propriæ mentis nostræ actiones. Nam tum maxime syncerè intelligimus, quãdo ab externis feriatur motibus. Nam forensia mentem distrahunt, ne purã rerum assequatur intelligentiam: quo indicio scitè Aristot. vsus est, eoque tradidit intelligere non esse propriè, sed metaphoricè motum: quamquam si limatius rem istam accuratiusque dispexeris, Aristotelem habes tradentem intellectum posibilem, & agẽtem, quia suo fixus erat principio, nihil idem secũdum idem esse in potentia & actu: id quod substantijs à materia semotis subtraxit, quas voluit esse puros actus sub censura* superius præscripta.

Dist 2ª q. 2ª in prima cõ

Secundũ solu̇itur argumentum.

Secundò dicito aquam restitui à motore extrinseco in natiuam frigiditatem. Nam aqua etiam sub grandi feruore certè habet si non intensam, remissiorem frigiditatẽ. Aliter enim periret substãtia aquæ, si nulla prorsus afficeret frigiditas. Hæc igitur remissiuscula frigiditas augetur à frigiditate circunstantis aëris. Pedetentim enim à medio calor igneus deferuescit, & hoc deferuescẽte actualis aquæ frigor roboratur, præsidijs frigidi ambientis aëris suffultus: vnde demum tota frigescit aqua, & quò feruentior est, eò frigescit citius, ab igne sub mota. Nam subtilior reddita & rarior ab igneis feruoribus, facilius longè penetrabilem à frigido extrinseco sese præbet. Quamobrem ambiens medium, & si non validam præseferat frigiditatem, at quia hæc admodum penetrat aquæ partes ignis opera penetrabiles facilè effectas, idcirco ad grandem aqua prouehitur frigiditatẽ. Habes Aristotelem. 1. meteo. capitul. 12. hæc docentem.

Vnde aqua feruens redditur frigida.

Tertium autem nõ te terrebit argumẽtũ si aduertis circulationẽ in causis accidentali ordine nexis, ab Aristotele admissam lib. de genera. 2. tex. 66. generationes enim tradidit secũdũ circulũ infinitũ ducere filũ, non autẽ secundũ rectũ: obserua autẽ exequentissimè eodẽ tradẽte Aristot. 2. de gene. tex. 67. quod essentialis ordo causarũ hoc habet germanũ, si prius est, & posterius necesse est esse: vt sole accedente ad nostra, generatio necessario est rerũ, quo abscedẽte ad Tropicũ Capricorni necessarius quoq; est rerũ interitus, in accidẽtali vero ordine causarũ nõ si pri⁹ adest, necesse est posterius adesse: non enim si vapor excitatur à Sole protinus imbres sunt. Aliquando nanq; ab Aquilonijs diffl̃atur vapores etiã in sublime acti: vt neq; si ouum est, necesse est, procreari pullũ. Ideoq; in huiusmodi circulus à Philosophis amatur, vt ex ouo gallina, & ab hac excutitur ouum. Cæterùm vniuersitatis ordo essentialis est, pẽdens ab vno separato, & æterno, quod mouẽs est cætera. 11. Meta. capit. 2.

2. de gener. text. 56.

Discrimen causarũ essentialẽ habentiũ ordinem & accidentalem.

Viuentia & non viuentia ab extrinseco mouẽtur.

Quartò respõdebis, ita viuentia, vt nõ viuentia à motore moueri extrinseco: autor est Arist. 8. Phy. tex. 17. & tex. com. 20. nisi q nõ viuẽtia patentẽ habent extrinsecũ motorem, vt lapis proiectorẽ: at viuentia latẽtem. Nam animalia habent partẽ per se motã, & per se mouẽtẽ, etenim animalis corpus à musculis mouetur, & neruis: isti à corde, hoc ab appetitu, hic ab imaginatione, hæc demũ ab obiecto: vt peracto somno atq; discusso excitantur animalia ad quæritanda sibi pabula: vnde pabulum illa mouet. Et egregius docuit Psaltes, Ortus est sol, & exiuit mane homo ad opus suũ, quippe à faciũdo opere mouetur homo, vt procul depulsis nocturnis torporibus à quiete ad laborẽ se deducat: obiectum igitur est mouens primũ & immotũ in animalis motu, tametsi hæc motorũ cõcatenatio latet homines non Philosophos.

Angeli secũdum Arist. non sunt mobiles localiter sed motores sc.

Quintùm donabitur hac responsione, An gelos secundũ Aristotelem nõ legimus locũ mutasse vnquam: sed affixos orbibus cœlestibus illos motitare: at vero diuini verbi autoritas (quæ cunctis est preferenda mortaliũ ingenijs) contra docet, vt in argumento indicatum est: ideo annotabis, Angelos aliquando sub affecto corpore localiter moueri, & tunc Angelus motor est, & corpus affectum mobile. Et Angelus Raphael sub corpore huiuscemodi cum Tobia iter fecit: at vero non hoc est necessarium, legimus nanque Iob. 1. Satanam circuiuisse terram, & per ambulasse eã, id quod sine affecto corpore præstari põt. Quare dicẽdum supereſt, Angelos nõ moueri motu Physico, qui diuisibilis est, & tẽporis momẽtis mẽsurabilis est: nã cũ Angelus sit indiuisibilis, nequit diuisibilẽ motũ in se susc ipere, quippe corporei non sunt: at vero scriptura Dei vsa est motibus nostris manifestis, vt occultissimos Angelorum motus vtcũq; patefaceret. Attestatur istorũ veritati, nam tẽpora si tollas, perinde tum mouebitur secũdũ lationẽ Angelus, atq; modo: vt post diẽ iudicij finalem si libuerit Angelo sese ad terras à summis cœlorũ verticibus delabetur, vt modo: at vero motus physicus omnis, quippe à cœli pendet motu, & hoc quiescẽte habebit periodũ: Angelici quapro

Angeli non mouentur motu physico.

pter motus non est habenda nunc ratio: quippe qui fugit nostrum intellectum. Et forsitã Aristoteli esset hic motus impossibilis: imo credidit impossibile Angelum esse mobilẽ secundum locum: esset enim in potẽtia physica, quia motus est actus entis in potentia: at Angeli. 12. Meta. tex. 51. sunt actus puri vt supra exposuimus. Cæterum de motibus Physicis stat peripateticum axioma, Nihil se mouere potest. Liber autem secundus sententiarum hæc locupletius docebit. Postremo ar-

Dist 2. q 2. f 37.

Act vltimũ Argument

gumento postrema sit solutio, quantitatem superstitem in hostia mystica vices gerere substantiæ panis, quæ præcessit: quantitatique huic insunt accidentia cætera quæ hostia præsefert. Quapropter ad motum quantitatis cætera mouentur: quantitas vero vel à motore per se, idest proiectore, aut à remouente prohibens, mouebitur: & tum grauitas simul mouebitur. Interturbantia igitur hypothesim Aristotelis sedata iam sunt: si igitur omne quod mouetur ab alio mouetur, & in motibus progressio nõ est infinita, tandem standum est in vno mouẽte primo.

Ostenditur vnicam esse causam efficientem omnia.

Porrò autem vnam esse primam causam efficientem vniuersorum maioris est laboris ostendere, sunt enim qui hoc negant, solumque causam esse finalem Deo tribuunt: vt Gregorius in. 2. dist. 1. &. qõ. 1. & Ioannes Bacho, & quidam alij. Et inducti sunt in hoc placitum à loco illo. 12. Meta. tex. 5. &. 6. motrices (ait) cœlorum intelligentias à primo ente moueri, præstandis cœlestibus motibus, vt à desiderato & amato: itaq; ideo mouent suos sibi deputatos orbes, quia Deum amãt, & imitari cupiunt actionem primi. Adde, mundus Aristoteli est ingenitus, igitur non est effectus à Deo. Habes primo cœli tex. 2c. Ego vero non eo in sententiam hanc, quia lego multa in Aristotele quæ illi refragantur: primo enim de cœlo tex. 100. à Deo testatur cuncta habere q̃ sint, & si quædam clarius, alia obscurius diuinum allequũtur esse. Et. 2. Metaphy. text. 4. Vnum (ait) esse verisimũ vnde omnis riuatur veritas, igitur quod est verisimum, est ipsum ens, quod erit causa vniuersitatis. Et arabs ille Aristotelis interpres disputatione. 3. contra Algazellum in solutione decimi octaui dubij, & in libro de substantia orbis capitul. 2. &. 12. mundum vocitat quasi opus Dei. Et confessa habet hæc duo, quidquid habet causam finalem, habet continuo efficientem, & conuertentem huius. Quare si Angeli (quos Philosophicum idioma intelligentias vocat) habent Deum in finem, igitur Deus illorum est effectrix causa. Et rursus si mundus totus tẽdit in Deũ tãquam in finem (vt docuimus) igitur vniuersum Deo potitur autore, subinde colligas supremum rerum finem supremum itidẽ esse autorem. Et loco nuper indicato commentator ait suo æuo quosdam falsò dictitasse Deũ non esse causam efficientem, contra quos ipse inuectiuã fecisse meminit. Et. 12. Meta. asserit præter hæc Deum esse causam vnitatis rerum, ergo & entitatis. Et in lib. de mundo quem Aristo. Alexandro inscripsit, Deũ esse clara testatur voce seruatorem omnium atq; gubernatorem, Deumq; rursum inuisibilẽ, at ex his quæ videtur perspici posse: sunt enim omnia Dei opus. c. 5. Et in libr. de diuinatione per somnia, insomnia fatetur à Deo si non immittantur, nullam esse diuinationis causam: igitur immittit diuinationem Deus, præsensionesq; futurorum. Et. 12. Meta. tex. 15. Hesiodum vetustosq; commemorat Theologos concordi testimonio testãtes Deum esse autorem omnium, omniaq; ab illo exorta extitisse. Et. 1. Metaphy. text. 2. Deum tradidit esse quoddam principium, & rerum causam. Et. 6. ethi. cap. 2. indicat & probat Agathonem dicentem, vno solo priuari Deum, vt factum infectum fiat: cætera igitur potest facere omnia, &. 1. ethi. capi. 9. fœlicitatem quia optima est, donum Dei arbitratur, &. 1. de cœlo text. 32. Deus & natura nihil faciunt frustra, Deus ergo efficiens est causa, &. 12. Metaphy. text. 52. ordinem vniuersi ad Deum, ordinem esse affirmat, exercitus ad ducem: igitur Deus dux omnium est, vniuersis prospiciens, & vniuersa gubernans. Et plęraque sunt huius farraginis alia, quæ ne tibi oneri sint imprudens mitto: at ais, quale igitur illud est quod. 7. Politicorum in Aristotele legimus capitul. 3. vix Deus se bene haberet, & totus mundus, si operationem haberet extrinsecam præter proprias. Et denique vt stabit cum indicatis mundum æternum esse secundum peripateticam consensionem? Dixerim ego iuxta placitum hoc Deum sanè non esse effectorem vniuersi, idest, cœlestium globorum, stellarum, & intelligentiarum in hunc sensum quòd ille denihilo, aut ex præiacente condidisset materia: at esse horum conseruatorem: causa enim seruãs ad efficientem reducitur. 3. Phy. At vero generationum & corruptionũ verè esse effectorem

Deus ex dogmate peripatetico est causa efficiens & nõ solũ finalis.

Vltimus finis primus est autor.

Locus implexus in Arist. elucidatur.

rem

rem,& cæterorum,quæ in hoc mundo gerũ tur.Hoc autem adhuc non absoluit mentem desiderantem profundè callere peripatetica sensa. Quare aduerte Deum esse autorem vniuersi,& effectorem omnium iuxta Aristotelem:ideo non solum est effector quod conseruat omnia:sed propterea q̃ intelligentiæ,& ęthera ab eodem influxu subsistentiæ potiuntur.Finge solem æternum esse,vt Aristoteli est,lux & splendor ab illius profluentes substantia æterna quoq; erunt, quanuis ab illo profluant,& esse suum sibi conciliẽt. Deus quoq; vniuerso ab æterno suam apud Aristo.vitalẽ dat influentiam: & Theologis hoc est satis,vt verbũ affirment à patre genitum, quippe esse paternũ sine initio à patre sibi conciliat:at Aristoteli nõ suffecit, vt mũdum diceret à Deo æternò genitũ, quia negat mundum genitum:idem ratus, esse genitum ,& incipere in tempore esse. Quãquam quod nos tradidimus, verba Aristotelis indicata adumbrant. Aiebat enim mundum esse opus Dei ,quare non incommodè dixerit quispiam etiamnum Aristoteli hærens, mũdum esse æterno à Deo genitum,non generatione physica,quam ipse planè inficiatur) at generatione sublimiori,quæ est influxus, & emanatio quædam mundi ab incommutabili diuinitate. Plato vero Deum opificem & patrem mundi in Timæo non obscurè cõfitetur. Vnde Deum esse efficiẽtem causam non trepidat confiteri, Aristo.vero. 2. de genera. text.52.indicat Phædonem Platonicũ asserentem Idæas esse effectrices causas generationis & corruptionis: cæterum in Epinemonide Idæa quam testatur rerum effectricem , est secunda diuinitatis substãtia: cuius iam meminimus dist.2.hanc Idæam & creatorem vocitat.Nam mundi pater & opifex Deus hanc idæã respiciens, vniuersa operatur:ideoq; creator à Platone hoc diuinum exemplar appellatur non longè ab scopo aberrans fidei,quæ verbo domini cœlos firmatos asserit,& omnia per verbum facta esse:at de istis alicubi copiosius erit differendũ.Porrò Aristotelis locus ex.7.politicorum obscurus valde est:quia detrahit diuinæ prouidentiæ in prætextu,quẽ paulo ante demonstrauimus. Sana tamen donabitur intelligẽtia si dixeris Deũ non habere operationẽ extrinsecã præter propriã. Nam aliena non curat, præter sua:quidquid enim curat Deus suum est,& nõ alterius mũdi,vel Dei.Est nãq; inibi sermo de vita cõtẽplatiua,& actiua,& illa huic præfertur. Et colligit hanc prælationẽ, Deus enim optima fruitur vita,tamet si non est distentus alienis negotijs(quod actiuorũ est)imò proprijs semper intendit Deus: nam quidquid operatur, grãtia sui operatur, non alterius,id quod contemplationis est. Tandẽ vt membrum hoc sua claudatur periodo, vt in mouentibus,& motis, non est progressio ad infinitum,ita in causis efficientibus,igitur sistendum est in vna causa efficiente, & hæc est causarũ prima.Et Anaxagoras ante Aristotelẽ pulchrè rem hanc obseruauit dicens, Deum esse intellectum separatum & immixtum materiæ,quippe qui operator & effector mundi esset.8.Physi.tex.com.27.Vnde mũdi erat effector per intellectũ solũ suum, & voluntatem.Et commen.12.meta.text.51. Deus(ait)Anaxagoræ concinẽs, est actiuus totius entis,per scientiam suam. Et haud dubium demonstrato semel dãdum esse vnum mouens primum,ex hoc cætera consequuntur. Nam primũ mouens immobile ab alio transmutari non potest,& cætera trãsmutat, ergo est primum efficiens, prima perfectio, primum necessarium,&c. Verumtamẽ hæc quoq; exequamur morosius,nam quo magis hæc disputatione nostra præsserimus , expræsiorem veritatem stylabunt. Labor igitur totus est in ostendendo vno necessario primo,vnde cætera pendent,impendendus. Et sane rerum alias esse necessarias, alias contingentes, Aristotelis schola vbique clamat. Cœlos enim & Angelos sempiternos esse, quis ignorat, qui Aristotelem vel à limine salutauerit? Lege.9.&.12.meta.&c. At vero in necessarijs ordo est essentialis, progrediẽdũ igitur ad vnum vsque primum necessarium. Quoddã ex se,& per se est necessarum,vnde reliquis necessitas riuatur:quod vero necessariò concedendũ sit, aliquod esse necessariũ, colligito litigioso hoc argumento. Fac nullũ esse necessarium,ergo vniuersa sunt contingentia,ergo possunt non esse,fac nõ esse,quia possibili admisso nullũ sequitur impossibile, igitur nihil est:at si totũ est nihil,impossibile est aliquid esse. Nam quidquid ex nõ extãte fit extãs:ab aliquo ex tanti extrahitur de potentia in actũ,at nihil prorsus est ,à quo extrahetur , quia nihil est quod hanc extractionẽ exequatur,ergo impossibile est, aliquid esse, at possibile est aliquid esse , etenim aliquid est, igitur non sunt omnia contingentia,sed aliquod est necessarium.

At vero paulisper iubeo hoc loco figere

Cur Deus efficit universa secundum Aristotelicam sententiam.

Quomodo mundus genitus apud Aristotelem

Idæa secunda diuinitatis substãtia Platoni.

Ioan.1.

Commendatur Anaxagoras rectè de diuinitate sentiens.

De vno necessario primo

Obserua litigiosam argumentationem colligẽs necessarium quidpiam esse.

pedē, sunt nāq; cōtrouersiæ inter celebres autores, siquidpiā necessariū est excepto Deo. Nāq; Tho. 1.p.q.50.ar.5. disserte docuit secū dū proprietatem Theologicæ loquutionis à Deo esse alia necessaria, quæ dā etiā absoluta necessitate, vt sol oriatur, cœlū est, Angelus est, et suus defensator Capreol⁹ in. 1.d.8. q.3. iunctis (qđ aiūt) vmbonibus pro Tho. dimicat: cæteriq; qui in verba Thomæ iurauerūt. Scot⁹ vero diuersum autumat, excepto Deo nihil necessariū absolutè esse, imo vniuersa esse cōtingētia. Neq; de hoc dimicatum est primum inter hos autores, quia antiquior est pugna hæc quā Scoti & Thome natalia: siqui dē Auicēna, Alexander, Auerroes fuerunt olim de hac re litigatores. Placuit enim illis omnia præter Deum esse cōtingētia, quippe quæ à Deo sortiuntur esse. Et qđ ex alio pendet, necessariū nō est. Et ante hoc Platonē inuenio in Timæo huius assertionis autorē: ait enim cœlos nō sua natura, sed diuina substistere volutate: illos deniq; cōflauit ex materia similis nostræ. Auerroes autē quæ dā arbitratur esse necessaria absolutè, vt intelligentiæ, & cœli: de intelligētijs liquidū est apud Aristotelē. 12. meta. text. 51. illas enim negat esse in potētia. Quod autē non est in potētia, suapte natura labi non potest: & hoc necessarium est. Lege commen. 8. Phy. tex. com. 79. & in. 1. de cœlo ad finem. Et quamquam confessum est Aristoteli, & commentatori Deū esse primum necessarium, à quo cætera necessaria pendent, non tamen non sunt propterea necessaria absolutè, siquidem conclusiones habent suam necessitatem dependētem à principijs. Nihilominus & vtraq; sunt necessaria. In eundem prope modum, Deus est immutabilis Aristoteli, & itidem intelligentiæ, & istæ à Deo pendent in sua immutabilitate. Cæterum Deus est longe immutabilior, quam Angeli, quoniam in Deo omnis accessio perfectionis neq; cogitari potest: at in Angelis vtiq; potest, & cum illis non pugnat: neq; pugnat itidē cū Angelica natura cogitare, illā nō esse: at cū Deo pugnat huiusmodi cogitatio: idcirco maior necessitas est in diuina natura, quā in Angelica, aut quauis alia creata: tametsi quia Aristoteles Deum & Angelos, cœlestesq; globos æternos duxit: protinus illos esse necessarios conficitur. Et cōmētator lib. de substātia orbis cœlestē motū pēdere arbitratur ab intelligētia. Quippe cœlū finitū cū sit, non posset aliter prorogare infinitò suū motū, itidēq; cū intelligentiæ quippe quæ finitæ sint necessario pēdēt à primo, & per se ipsum necessario Deo. Ex quibus confectum iri puto, non parem esse necessitatem in æternis, quæ Aristo. necessaria esse iussit. En tibi vt Philosophādū puto.

Nū aliquid excepto sit necessarium differitur.

Quid de necessitate creaturarū Philosophi.

Theologicus processus.

Iam vero quod Theologici est, persequamur instituti: & certè si diuinas consulimus musas, quæ dā sunt, quæ vniuersa esse contingētia spirāt, nōnulla vero sunt, quæ aliud præ se ferūt. Legimus nāq; Sapien. 11. sicut momē tū stateræ, sic est ante te orbis terrarū, & tāq; gutaroris ante lucani. Etenim Deo subest vniuersa cōdita in nihilū vertere. Quòd si in nihil vniuersa redigi possunt, vtiq; cōtingentia esse pronunciandum videtur: contra vero est quod Iob. 37. traditur. Tu forsan cū eo fabricatus es cœlos, qui solidissimi quasi ære fusi sunt. Quo sermone cœlos incorruptibiles esse docet: vt qđ de Angelis Psaltes cōmemorat: qui facit Angelos suos spiritus. Psal. 103. Spiritus enim nō sunt obnoxij interitui: de re hac voluēs aliqn Gregoriū Nisseniū lib. 6. de fato. c. 4. reperi tradentē vniuersa cōdita contingentia esse: etiā ea quæ necessaria à Philosophis cēsentur. Etenim solis ortus, & occasus tēpore Iosue suspēsi sunt, & sub Ezechia Rege, et Elias, & Enoch hucusq; vitali fruuntur aura, quos iā pridē necesse erat mori. Præter hæc Luca tell āte, apud Deū nō est impossibile omne verbū: igitur corā Deo nullū est necessariū. Et rursum omnia sunt possibilia credētū: & id genus alia tēstimonia sunt, quæ id prę se ferūt. Ego vero vt me arbitrū huius litis cōstituā, dixerim varia quæ retulimus de hac re placita in vnū coire, si cōcordiā illorū amauerimus. Etenim corruptibile dupliciter cōsiderare valemus, aut secūdū ꝓprietatē naturæ, aut secđm actionē extrinsecā: itidē quia cōtraria sub eadē cōprehēdūtur disciplina, in corruptibile gemina cēseturratione. Erat sanè Adā immortalis, nō secđm proprietatē humanæ naturæ quæ labilis est ab intrinseco ꝓpriæ cōpositionis, at ꝑ dij originalis iustitiæ immortalitatis honore præditus erat, Angeli similiter, & cœli, si naturā obseruas, hæc ab intrinseco incorruptibilis est, earū enim natura libera est à corruptione & eius appēdicijs, Angeli sanè quippe qui substātiæ simplices sunt, & cōtrarijs nō patent, & ideò à se nio abhorrent, & morte. Cœli vero tametsi corpora sunt, at à materia hac nostra alieni, quæ vicissitudinaria est, & nouas semper amās formas, cæterū materia cœlestis sua absolutur forma, neq; habendæ alterius vnquā

Quæst. decisio. ex autoris decreto.

Corruptibile & incorruptibile bifariam.

subit

subit libido. Quapropter hæc ex proprietate suæ naturæ labi non possunt, Deo autem subest, omnia perdere si volet, ideo ab extrinseco, id est, relata ad diuinam actionem conditorum, nihil est quod non sit corruptibile, aut si mauis anihilabile: vt compendio igitur rem istam teneas has accipe cōclusiones. Prima esto, si naturam rerum obseruas, quædam sunt necessaria naturaliter, alia contingētia. 1. Cōclusio. Secundo, si legem obseruas itidem quædam sunt necessaria legitima Lucæ.24. necesse est impleri quæ scripta sunt de me, ad Hebr. 11. Sine fide impossibile est placere Deo. Et.7. translato sacerdotio necesse est, vt legis translatio fiat, & alia hoc genus reperias innumera. Tertia, si potentiam absolutam Dei respicias, nihil est necessarium præter Deum. 2. Cōclusio. Quarta non est tamen abhorrens à pietate Theologica quædam proferre absolutè necessaria: etenim scriptura etiam absolutè pronūciat, sine fide impossibile est placere Deo. Quoniam etsi posset Deus angelos & cœlos vertere in nihil, istud sanè faciens, dādum esset miraculo. Quod verò obnoxia interitui intereant, naturæ est exactio, non diuinæ virtutis miraculosa operatio, De⁹ igitur prō sua inenarrabili potestate, quędam fecit quæ senio grauari non possunt, neq; labem sentire mortis, alia vero istis damnis subiecit. Cæterum hæc, & illa suæ dimisit ditioni, quippe rerū natura quæcumq; sit illa à Dei potestate eximi nequit. Diuina quapropter scriptura & rerū naturam nō siluit, dicens angelos esse spiritus, & cœlos solidissimos, & Dei potestatē non tacuit, omnia proclamans esse, vt momentū stateręq; coràm Deo: quæ sanè facilimè quoquo versus volueris propenditur. 3. Cōclusio. Sapien.11. Sed ait quispiam essentiæ rerum sunt necessariæ, quia æternæ, igitur præter Deum nonnulla, imo multa sunt necessaria prorsus: at non hoc te lector inuoluat dubiū: non enim hoc loco de veritatibus propositionum agitur, sedde naturis subsistentibus. Nam ab æterno hoc verum est, hominem esse rationalē, & triangulum habere tres angulos æquales duobus rectis, & quod duo & duo quatuor conficiunt. Cæterū neq; triangulus fuit æternus, aut homo, aut quaternarius. Incōplexè igitur vocatis significabilibus quibusdam est ista essentiarum æternitas vt prædiximus, nō tamen in naturis nisi in vna diuina. Argumēta omnia quæ vtrinq; iecimus liquidam iam habent solutionē. Et vt Gregorius Nissenus sit habendus, vt nihil trepidans absolutè cōfi- 4. Cōclusio. Ad gregor⁹ nyssenum rē

tearis quædam (excepto etiamnum Deo) esse necessaria dicenda. Proferam tibi intestē D. Dionysium lib. de diui. nomi. c.4. in hæc verba. Per easdē sunt, & viuunt (sermo est de angelis) vitamq; indeficientem, & indimina tam habent, ab omni corruptione, & mortē, ac materia, generatione segregatę, & ab instabili fluxaq; & aliàs aliter agitata transmutatione semotæ. Vocat autem angelos hoc loco intelligibiles substātias, instar philosophorum peripateticorum illas intelligētias appellantium. Eodem tamen accedat, eundem Dionysium non dissimulasse veritatem, nam eodem lib. c.6. ait enim, Quocirca viuentes semper immortalesq; dicuntur, & rursum nō immortales, quia non ex se habent, quòd immortales sint &c. *Angeli intelligibiles substantiæ à Dionysio appellātur ut ab Aristot.*

Transcursis ductante Deo tribus quæ absoluimus, peruium iam est quartū peragere, esse scilicet primā perfectionem quandā, etenim vt in cæteris est ordo essentialis (quę iam diximus) ita in perfectionibus in quibus tum processus ad infinitum nō fit standum est in vna prima perfectione, quæ cæteris perfectū largitur. Est autē perfectio aut perfectum cui additio fieri nequit. 2. de cœlo. 23. & 8. Physi. com. 75. Primæ autē, id est, diuinæ perfectioni additio nulla etiam num cogitatione fieri potest, tradente Aristot. 1. Physi. tex. com. 81. & 2. de anima tex. 34. Vbi testatur diuinam perfectionem maximam esse, cuius similitudinem cuncta æmulari gestiunt, sunt qui colligant primam perfectionem, nam. 10. Meta. in vno quoq; genere vnum est quod est mensura cæterorū, igitur in ratione entis vnū est quod est primū est, primūq; perfectum, secūdum quod cætera vniuersa moderanda veniūt: at verò vt hæc exactius dispicias, scito perfectū quod dā esse in genere, aliud verò in ratione entis. Est enim perfectissimū calidū vt ignis, perfectissimū humidū vt aer, lucidum vt sol, & hæc cætera sui generis metiuntur: at in ratione entis hæc quæ diximus non sunt absolutissima, ideo peruenięndum est ad vnū quod hoc obtineat, quod mensura sit entitatiuæ (vt ita loquar) perfectionis. Porrò in. 12. Meta. text. commen. 3. legimus mensuram esse finitam, Deus autem est perfectio infinita. Præter hæc mensura est eiusdem generis cum mensurato. 10. Metap. text. commen. 4. Deus autē nō est eiusdē generis cū creaturis, vt supponimus modo, olim probatur⁹, nō ergo De⁹ obseruata sermonis pprietate est mēsura, vt neq; pfectū, qa perfectū est q̄ suo fine *Deus est prima perfectio.* *Perfectum geminum est*

potitus,quod enim non habet finem imperfectũ est.3.Phy.text.commẽ.64.Verum has loquendi phrates nobis ex vsu fiunt, etiamsi trãsumptiuè siue per attributionem quandã illas admittimus: & Theologica obseruãtissima diuinorum pietas non horret, Deum perfectum, aut mensuram cæterorum omnium nuncupare:etiamsi Deus infinitus sit, & finem habere nequeat. Quare Dionysius lib.de diui.nomi.c.13. Deum ait esse perfectum in se ipso,& per seipsum:& pluisquam perfectum ex eo quod omnia superat,omnẽque definit infinitatem,atque super omnem expandit finem.Cernis ne vt Deus perfectus est,quia omnibus largitur finem,& omnium rerum perfectio est,non intrinseca, etsi intima rebus,at illis non hærens vt forma:sed est perfectio& consummatio rerum extrinseca, omnia namque condita vel quam maximè student Deo assimilari.12.Meta.com.37. & quo magis hoc assequitur creatura, eo perfectior euadit,quemadmodum princeps perfectio est,exercitus quem ductat.Infinitas igitur(vt semel dicamus)Dei est eiusdem perfectio,& hanc infinitatem (si fic liceat loqui) ipse Deus finit,se comprehendens,nam ipse sibi solus perfecte,& pro sua dignitate notus est.Creaturarum porro infinitas,cuius dudũ Dionysius mentionem fecerat, earundem est imperfectio. Hanc Deus finit illis suam bonitatem imparciens, illasque ad suos perducens fines,ad quos sanè proueha nequeũt, nisi diuinis leuentur præsidijs. Et vt infinitatem materiæ agens extrinsecum finit,illam perficiens,& formans:ita vniuersum est tanquam quædam indiga materia, relatum in Deum:& Deus illius auferens indigentiam, aut illam sufficiens,& explens,illius infinitatem finit. Et hoc etiamsi obscurissimo docuit Dionysius sermone,& euangelica veritas hęc Matth.5.insinuans,ait. Estote perfecti, sicut pater vester perfectus est.Qualis verò sit hæc paterna perfectio,subditur. Qui facit solem suum oriri super bonos,& malos,& pluit super iustos,& iniustos. Istud est ergo finire creaturæ infinitatẽ,id est,illius sufficere indigentiam,illi impartiri suam largissimam bonitatem.Namq;rei indigẽtia veluti infinitas quædam est,& qui hanc tollit,illam finit.

Demum quod in calce omnium collocatum est, vnum esse supremum vniuersi gubernatorem colligat Auerroes.2.Phy.com. 75.Illa recta physica hypothesi,naturam agere propter finem,quam pessumdabant philosophi veteres,operationem naturæ necessitati materiæ tribuentes:vt calidum ascendere,quia natum est ascendere:at verò quia certa est falsitas horum, natura enim agit propter finem,continuo sequitur à primo dirigi intellectu naturam,qui omnium habet solicitudinem,vt illa deducat ad aptatos fines. In summã igitur si perstrinxeris vniuersa,vnum est mouens primum,vna est causa prima efficiens,vnum est primum necessarium,vnum primum perfectum,vnusque director vniuersi:& cui hæc congruunt vniuersa,Deum vocamus.At rogitas,si Deus est mouens primũ, & non solum mouet vt finis amatus ab intelligentijs,quo ergo alio motu mouet disceptabit aliquis?Et haud dubium.12.Metap.cõm. 37.primum mouẽs efficit primi mobilis motum.Quam ob rem nihil est cur in hæsitationem deduxerit quispiã,qui peripatetico addictus est magisterio,num Deus est causa efficiens:est enim efficiens dubio procul motum quem diximus, id est, lationem primã. Et siquidem ab hac orbis vniuersa machina pendent,cuncta etiam quæ geruntur in orbe à Deo præstantur:nam quis non videt, quanta absurditatis sit, angelos effectores dicere primotum quem torquent cœlorũ,& Deo efficientiam non tribuere, quando à prima causa efficientiam sibi concilient:at de istis satis.Est autem illis annectẽdum id quod silentio supprimere non licet, mirabilem esse vniuersi gubernationem,vel hoc vnum si expectaueris alijs neglectis: etenim mundus ex discordibus constat.Nã quis non videt quanta sit animalium pugna,quanta hominum diuersa conditio,quanta elementorum atrox pugna,& tamen hæc vniuersorum moderator Deus contraria,in admirãdam cõcordiã temperat. Imò in cœlis ipsis quis non videt motus varios,& sibi inuicem oppositos?at tãta oppositio motuum non ruina est cœlorũ, at seculorum stupenda dispositio. Ego vero balbus sum,& impeditioris linguæ, segnioriſque calami vt diuinas laudes resonare potens sim,ito igitur ad Boethum qui pulcherrimo hæc vniuersa carmine depromptit.libr. 4.de consolatione metro.6.Iam verò omnia quæ hactenus persequuti sumus si attentiusculè obseruasti,methodus iam tibi pandetur Theologica,quæ vestigare diuina te docebit.Quã nonnũquam illa inuestigamus per affirmationem, iam verò per negationem, vt scite Dionysius capit. secundo. libr. de Cœlesti Hierarchia,admonuit. Quandoquidem

Obserua cur Theologus Deum asserat esse perfectum.

Explicatur Dionysius.

Deus finit creaturæ infinitatem.

Notandus Auerroes.

Vnum est mouens primum una causa primaunũ primum necessarium,unum primũ perfectum.

Deum esse causam efficientem ex Arist. patenter ostenditur.

Diuina inuestigandi methodus est per affirmationem & per negationem.

dem si quæ cernimus pulchra & optima, quibus floret hic mundus, in Deum reducimus, in illoque existimamus excellentissimo absolui modo, istud quidem affirmationis methodus est. Quam nostri Theologi genuinam esse voluerunt, alteram per viam causæ, nempe ordo ipse causarum atque nexus in primam nostram promouet notionem. Est item & alia via eminentiæ, quidquid enim boni creatura obtinet, eminentius est in creatore. Est enim excelsior quolibet ente, entium omnium principium, & finis. Est etiam Deus infinitas omnis infinitatis, & omnis termini terminus, & quidem eminenter tanquam oppositorum, vt docuit Dionysius de diui. nomi. capit. 5. ad finem. Omnia nanque oppositæ quæ in creaturis cernimus, in Deo sunt quàm eminentissimè, & vnitissimè. Et rursum methodus altera scrutandi arcana Dei per negationem, vel remotionē est, quando creaturarum maculas à Deo subtrahimus, & creaturæ defectum à Deo propulsamus, vnde contingentiam rerum mortaliū Deo negamus. Quare philosophi Deū esse purissimum actum tradiderunt, vt supra denarrauimus. Dispexerunt sane potentialitatem defectum esse indigentiæ (quæ creaturis omnibus connexa est) at Deus est ipse sibi, & omnibus quam maximè sufficientissimus. Idcirco nullatenus in potentia est: vnde Theologus infinitum esse colligit Deum: namque si finitus esset, parem cum suo opere conditionem finitatis subiret. Adde si finitus est, est igitur in potentia ad meliora, saltem potentia logica (quæ est non repugnantia) nanque finito maius, seu melius esse, nullam præ se fert repugnantiam. Itidem & immensum esse, & id genus alia, vt immortalem immaculatum. Hæc methodus docet Deum esse. Quapropter Deum esse mouens primum, & causam primam: methodo huic tribue quæ per viam causalitatis illa rimatur. Id quod facer Paulus breui culo cusit eloquio. Actor. 17. in ipso (ait) viuimus, mouemur, & sumus, id est, Deus est causa vitæ, motus, & entis. Hinc si te altiore volatu erexeris, dicens: Deum excelsiorem esse vita qualibet, & mouente quouis, & ente vniuerso, eminentiæ via est. Necessarium verò affirmamus, Deum esse per negationem, & subtractionem contingentiæ. Quod si à me exegeris, contra istarum excelsior methodus est, quæ Deum per affirmationem exquirit, an quæ per negationem indagat? me silente respondet tibi Dionys. c. 2. de cœlest. Hier. posteriorem priori esse præferēdam in hæc verba. Si ergo in diuinis rebus negationes quidē veræ sunt, affirmationes verò nequaquam tātis arcanorum latebris congruunt. Et paulo ante docuerat diuinam scripturam Deum appellare nominibus quibus non quid sit ostenditur, sed potius quid non sit. Et subdit, hoc enim (verius vt arbitror) in ipsa est, & de illa proprie magis asseritur. Et lib. de diui. nomi. c. 7. hæc exprimens, in omnibus (ait) Deus agnoscitur, seorsumque ab omnibus, & per cognitionem, & per ignorationem Deus percipitur, atque ipsius est intelligentia, ratio, scientia, sensus, opinio. Rursum neq; intelligitur, neq; dicitur, nec nominatur, nec est aliquid eorū, quæ sunt, neq; appræhēditur in aliquo existētiū. Itaq; verius est huic authori sermo hic, Deus nō intelligitur, Deus nō apprehēditur, Deus nō est nominabilis, nō est sapiētia, non est scientia, neq, ens, neq; bonū: quam affirmatiuæ propositiones istis contradicentes, vt fusius leges apud Dionysium de mystica Theologia. capit. 3. apophaticam distinxit à cathaphatica Theologia, hoc est affirmatiuam, & negatiuam Theologiam. Est porrò Theologia affirmatiua, quæ arcana Dei per affirmationem disquirit: vt negatiua Theologia quæ negationibus vtens, diuinas res aucupatur: quod vero negationes pronunciat de Deo, esse veriores: est ideo quia negatio siue subtractio huiuscemodi emphatica est magis, quam affirmatio. Quādo enim pronunciamus, Deum non esse intelligentiam, neque intellectum, neque rationem, neque potentiam, neque lumen, &c. Esse Deum eminentius quidpiam omnibus intelligibilibus, & sensilibus insinuamus. Vnde ait Dionysius, Deum non esse hæc, neque veritatem, neque deitatem, neque sapiētiam, adiecit vt nos perpendimus. Deus nāque altius volat, id est, sublimiorem habet consistentiam, quàm cogitatio creaturæ expendere queat, & maiorem habet in semetipso maiestatem, quam in quouis creato conceptu, si hæsitas, audi Paulum. 1. ad Corint. c. 2. Neque oculus vidit, neque auris audiuit, neque in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se. Quod si beatitudo donanda beandis superat creatam intelligentiam: quid tu putas de ipso authore beatitudinis. Annotauit ad hæc Albertus Magnus lib. de causis, & post ipsum. D. Tho. lib. 1. con. gen. c. 14. per differētias vestigādas esse & tan-

Potentialitas ōni creaturæ connexa est.

Paulina Theologia exponitur.

Notanda dubitatio.

Diuina nomina quid non sit Deo ostendunt potius quā quid sit.

Obseruanda Dionysiaca Theologia.

2. Theologia affirmatiua & negatiua.

Exponitur Dionysij Theologia.

Albertus cū Tho. notandus.

& tandem assequendas rerum naturas: Deus autem differentijs non constituitur, quarum tamen locum negationes, & subtractiones eorum quæ creaturis sunt connexa, sufficiũt, quibus vti ad notionem diuinorum Theologici est instituti. Nã simulatq; subtraxeris à Deo creaturarũ cadentias, colliges Deum nõ esse definitum loco, non dimensum tempore, non mortalem natura, non defectum viribus &c. Tum demum diuinitatis vera tibi micabit scintilla. Et scitè Albertus loco prænotato aduertit, prædicata hęc sapientia, prudẽtia, aliaq; attributa ria si secundum modum significandi sp ectentur, Deo non coaptantur: at si secundum rem significatam quammaximè illi congruunt. Etenim sapientia limitatã habet significationem, non enim aliud notat quam sapientiam, & in cæteris simili modo. In Deo autem nihil limitatũ est, nanq; sapiẽtia diuina ipsa est iustitia, potentia, amor, lumen, intellectus, &c. Est igitur via præcipua methodusq; insignis, ad res diuinas vt assequẽdas, per negationes quasi per differentias progredi quasdam. Porrò autem subit hæc exactius enodare, etenim Dionysius loco indicato de diui. no. c. 7. Triplicem distinxit aliam viã rebus diuinis callendis, per cognitionem, per ignorationem, & per vnionem mentis cum Deo. Et. c. 2. eiusdem lib. quadrifidã esse tradidit viã, aut per disciplinã à magistris de diuinis exceptam, aut per indaginem propriam cuiq;, aut per diuini spiritus magisterium, aut per affectum ad diuina. Id quod lucidè tradidimus in declamationibus nostris de diuino parando, & seruando amore. Ere nostra igitur erit discernere quæ nã ista, quæ Dionysi⁹ intulit, nũ sunt aliæ methodi à prioribus? At quãtũ ego arbitror methodum per affirmationem, appellat viam per cognitionem, nam qui scandit ad diuina affirmatiua vtens Theologia, vt Deum esse sapientiam cogitans, intellectum, deitatem, & super substantialem entitatẽ, habet diuina per cognitionem. Qui vero istis peragratis omnibus, quæ creatura suppetere valet, adhuc intelligit Deum superare hæc omnia, & arbitratur perlustratis omnibus visibilibu, & inuisibilibus, se nescire adhuc Deum, quippe Deum intelligit esse præstantius quidpiam quã ipse per creaturas cõcepit esse, hic agnoscit Deũ per ignorationem, & verius quam per cognitionem, siue scientiam, vt iam diximus, quia huius scire Deum, est nescire Deum. Obseruandum est autem secundum naturæ ordinem (siquidem affirmatio est natura prior negatione) priorem quoque esse methodum, seu Theologiam affirmatiuam, negatiua: etiam si alicui facilior erit ad diuina scandere per negationem quam per affirmationem: vt habes apud Magistrum, processum hac distinctione negatiuum denarrantem, quem ex Augustino indicat. Quatuor enim modos diuina cognoscẽdi tradit, modus porrò cognoscendi diuina per mentis vnionẽ est, quando peragratis creatis omnibus mens se linquit, & Deo vnitur, & est modus discendi diuina forte per affectum, seu amorẽ. Qua potitus est methodo Hierotheus apud Dionysium capit. 2. de diui. nomi. aut est modus alius, quem infra subdem⁹. Porrò modus cognoscendi diuina per Sancti spiritus illustrationem, sub istis non comprehenditur, quando scilicet Deus mentem humanam docet sine typis, & velamnibus sacris. Et Dauidem credimus iuxta hunc modum edoctum, & Iob, & alios celeberrimos viros. Cæterum si per signa sensilia ostensio diuinorum fit prophetis, tum sanè ad methodos prædictas reducenda est hoc genus reuelatio. Primi autem modi, quos ex capit. secundo de diui. nomi. retulimus, apertè ad iam prænotatos reductionem habent. Magister enim diuina discipulis contradẽs affirmationibus, & negationibus quas demonstrauimus vtitur: & qui propria est indagine diuinas res rimari solicitus, eisdem quoque præsidijs necessario vtetur.

In attributis modus significandi alius est quã res significata.

Dionysius expenditur

Triplex uia ad ueſtiganda diuina.

Dionysius præclarè exponitur.

Prior est Theologia affirmatiua quam negatiua.

Argumenta autem in principio obiecta leue est diluere. Primo dicito creaturas habere muscipularum modum, captant enim insipientes, qui illis abutuntur. Nam locus adiecit esse creaturas factas in muscipulam insipientium, igitur sunt adiuuamenta sapientũ. Idololatris enim sunt muscipulæ, at pijs hominibus sunt præsidia, vt per illas exquirãt Deum. Secundò dices per creaturas exactè creator comprehendi non potest, at confusè & inelaboratè rectè cognoscitur.

Disputatio secunda. Num nobis mortalibus quid sit Deus patere possit.

TVse disseruit quæstio proximè acta, Deũ esse, nos vehiculis creaturarum sublatos assequi. Hæc autem nũ ad quiditatem ipsam Dei intelligendã, eodẽ vehiculo sublati pertin-

tingere valeamus, disceptandum profert. Et quidem diuinum esse & diuina quiditas prorsus cum sint idem, si diuinum esse cognoscimus, simul quoque & ipsum diuinum quid vt nobis pateat necesse videtur. Nanque essentia diuina, & esse Dei, & quid diuinum, etiam num philosophis idē reputata sunt: vt promptum est legere volē ti. 3. de anima. cō. 5. vbi traditur in prima forma, hæc dudum quæ diximus, idem prorsus esse. Vocat autem & non ineptè commentator Deum primam formam, nanque in sensibilibus est forma prima, quæ est anima rationalis, & materia prima: at in intelligibilibus est quoddā instar materiæ primæ, id q̄ anima est rationalis, quæ est passiua potentia, nā idonea est, quæ excipiat omnes species rerū intelligibiles, vt materia sensibilis omnes formas corporales: itaque anima rationalis est præcipua sensibilium, & postrema intelligibilium: at verò prima formarum intelligibilium Deus est: & quia prima forma est, itidē primum quid, aut prima quiditas est, cæteris vniuersis donans actum, & ipsum quid. Contra vero est quod secundus liber Parali. ca. 6. admonet, Deum habitare in caligine, qui locus non de esse diuino audiendus venit: siquidem iuxta hanc rationem non in caligine, at in propatulo Deus habitat, quippe omnibus nota (vt supra ostensum) est diuinitas. Quare audiendus videtur de quiditate diuina, hæc igitur secretissima est. Antequā rem istam decernamus, basis vna struenda est, cui ventura ædificij moles inclinanda sit. Est igitur aduertendum modum cognoscendi cōnexionem habere cū modo essendi: vt enim se habet forma in suo esse, in agendo ita segerit, cuius rei ostensio non est difficilis, etenim cernimus calorem intensum vehementius remisso cale facere, item & frigiditatem, & formam impeditam, impeditā quoque operationē præstare experimur, liberam vero ab opprimentibus contrarijs, libera itidem functione potiri. Quis rursum nescit animam rationalem (vt propius rem agamus) prægrauatam morbo in functionibus suis prægrauari? at morbo si exoneres eandem, sibiq; reddita iā sui iuris efficitur. Phrenesis enim si hominem rapit, delirat planè mens, cur ita? quòd cerebrū inflammatione affectum mentis actiones peruertit. Itemque letargus atque catocus mentem lædunt, & demum sine exceptione hoc ipsa res quam quotidie spectamus docet, variæ denique temperaturæ humorum quantam ingeniorum pariat varietatem, neque Physici, neque Medici tacent. Ingenioſi sunt cholerici, tardiores flegmatici, stupidi sanguinei, profundæ vero mentis melancholici. Ad hæc quid causæ obsecro est, quòd alia amamus pueri, quæ viri prouecti fastidio nobis sunt? & demum senectute conficiente alteram gerimus mentem, alijsque incubimus studijs? nisi quòd variata ætatis temperatura, variatur & ipsa forma, id est, animæ nostræ operatio. Itaq; anima subiecti temperamentum sequitur, de qua re liber extat Galeni, qui hoc argumentum oppulenter versat. Iā vero si hæc ita magistra rerum experientia testante se habent, facile dīsces, animam rationalem tantisperdum societate corporis gaudet, operationem quoque sibi propriam intelligendi, sociam necessario esse corporalibus phantasmatibus, id est, imaginibus rerū sensibilium, quippe modus operandi formæ, connexus est modo essendi formę, at ipsa est in corpore, igitur operatur cum corporis connexione. Et. 3. libr. de anima text. 30. hanc cō nexionem non obscuro demonstrat sermone. Necesse est (ait) intelligentem phantasmata speculari. At verò hęsitat quispiam, si phantasmata sunt actioni intelligendi indiuisæ cōnexa germanissimèque illi socia, quid ergo est quod Metaphysici concrepāt, Metaphysicā abstrahere à sensu, motu, & materia? quo modo abstrahit à materia, si non exuit mentis operatio phantasmatis indiuisum contubernium? Recolo autem me legisse olim Philoponum libr. 3. de Anima prope mediū denarrantem, mentem nostram, vt intellectionem initiet, opera phantasmatis egere necessario: cæterum illa absoluta, & in mentis iam arciuo reposita phantasmatis adminiculo nō est opus: cui & Simplicius, & alij Aristotelis alumni consentiunt. Et dubio procul res hęc inuoluta est, nam hic sermo non est de habitibus mentalibus, quos mens ipsa euolante actione apud se reponit in suos vsus. Nanque isti habitus à phantasmate non pendent in suo esse, defuncto nāq; vita corpore isti habitus mentales superstites sunt, sublatis è medio phantasmatum turbis: quas cum vita corpus deposuit: at de ipsa mentis actione agitatur disputatio, num huiuscemodi habitus mētis prodibunt aliquando in actionem, vel actum intelligendi, sine specierum sensibilū adiutrice opera? Quod si Philoponus persistat affirmās, habitū mētis prodire in actū intelligendi citra phantasma, etiāsi ante habitū

conce-

In prima forma idem sunt esse & quiditas.

Anima rationalis, est formarū inferiorum suprema & intelligibilium infima.

Obseruandum fundamentum philosophicum.

Applicatio fundamenti

Anima quandiu corpore grauatur phantasmate necessario eget.

Hæsitatio egregia.

Placitum Philoponi & Simplicij

Philoponus nō probatur

conceptum in mente idem fieri non posse, statuat discrimē est facto opus, inter primum actum intelligendi ante habitum, & post paratum habitum, at cū vterq; sit eiusdem speciei præcedens habitū intellectualē & sequēs si prior indigens est phantasmate, & alter eadem quoq; laborabit indigentia. Et Arist. nō dixit necesse est, intelligentem phantasmata speculatum fuisse, at speculari: omnis igitur qui intelligit sub corporis mortalis sarcina, necesse est vt speculetur phantasmata. Sed ais, rectè sane si sensibilia intelligantur: at si ad intelligibiles substantias capiendas mens humana aliquando volat, quorsum phantasmatum vtetur præsidio? si quidem illæ intelligibiles sunt. Quibus accedat, si intellectus noster nunquam potitur operatione defecata ab omni phantasmate, vnde colligemus illū esse immaterialem?

Cæterum quantum ego arbitror, intellectus noster siue sensilia, seu intelligibilia percipiat, phantasmata exuere, aut excutere à se nō potest. Et enim neq; Deum, neq; angelos, neq; seipsum (quod maximū est) perspecies ab ipsis rebus acceptas intelligit, imò per peregrinas rerum sensiliū imagines intelligibilia colligit, & vt sensus est necessarius ad parandam scientiam. 1. posteri. tex. 33. quo sublato, & scientiæ non est locus. Nanq; surdus à natalibus orbus auditu, musicam discere nō potest, & ita in cæteris: sublato enim sensu, aufertur scientia illius sensus. Similiter postquam iam scientiā rei cōciliauimus nobis, nequit se promere intellectus in actus sciendi excutiendo phantasmata. Et quiuis in seipso hoc ipsum experimento comprobabit, si in diuina se erigit intelligenda, aut angelorū se immiscet, considerando cætibus, rerum sensilium spectra seu formas obuersantes speculabitur, quas interdum ipse secum voluit, atq; fingit. Nonnunquam autem spectra hæc rerum sensilium sunt distincta, & defecata seu puriora: quas mēs fingit, vt inde prosiliat ad intelligibilium captum: & id temporis purio rem nanciscitur diuinorum intelligentiam. Aliquando verò sunt crassiora phantasmata, & crassior quoq; prodit intelligibilium notio. Hæsitationi autem vt fiat satis, obserua bis Metaphysicum abstrahentem à materia, non subinde putandum est abstrahere à phāthasmate materiali: istud enim nequit præstare: at ideo abstrahit à materia, quo ea considerat, quæ submota sunt ab omni materiali comercio: vt sunt Deus & angeli: & quāuis

Qualiter mens grauata corpore intelligibilia intelligit

Soluitur hæsitatio proposita.

hæc considerans phantasmatum vtitur ministerio, colligit tamē spiritualia quę cernit mētis acie, sensilia non esse, & phantasiæ nō subiegestas proinde phātasmatum nō est propter res spirituales quas intelligit, sed quia intellectus humanis cohærens est sensibus.

Colligimus nihilominùs intellectum nostrū esse immaterialē, quia ad immaterialia cognoscēda se porrigit, lege cōm. nostros ad lib. 3. de anima Arist. qui copiosius hæc docebūt. Iam verò vt ad institutum regrediamur hæc esto cōclusio. Diuina quiditas nobis mortalibus non patet: quā vt perspicias, memineris est necesse. Paul. 1. ad Cor. 13. dixisse, videmus per speculū in ænigmate, tū autē facie ad faciē. Id quod Arist. philosophico prodidit sermone. Necesse est intelligētē phātasmata speculari diuinas igitur res nequim⁹ intellegere, ni adiutorio phātasmatū subleuemur. Istis enim tāquā vehiculis subuehimur ad diuinorū contēplationē. Et quæ Paulo sunt specula ænigmatica, hæc Aristot. sunt phantasmata. Hæc igitur necessaria cū sint intelligētib⁹ siue intelligibilia, siue sensibilia, superest decernere nū hæc quiditatē Dei ostēdere possint? Et res in cōfesso est, omnibus phantasmatib⁹ quālibet defecatissimis hoc esse negatū: non solū diuinā docere quiditatē, imò neq; angelicā. Phātasmata nāq; rerū sensilium quiditatē patefacere queunt, in ipsis enim inuoluta iacet, vt quiditas hominis, in phātasmate hominis: mens enim nostra dēpurans est species intelligibiles à phantasmatum materialibus fæculentijs: at nihil phantasmati cum re intelligibili, & à cōsortio materiæ alienæ. Quid quod multa sunt sensilia quorum quiditates menti nostræ latent, quia differentias vltimas rerum vt plurimum ignoramus. Ideoque illas circumloquimur per accidentia propria, quando differentiæ essentiales & vltimæ non sunt nobis præsidio. Quid quod Dei quiditatē planè ignoremus? vt verè dictū putes Dionysij decretū iā supernè indicatū, verius scitur quid nō sit Deus, quā quid sit De⁹, tametsi si antecedentia aspicis, locus hic inefficax est huic proposito conuincendo: Nanq; sermo est de Symbolicis nominibus, qualia sunt ignis, sol, leo, &c. Per quæ ait Dionysius verius scitur, quid non sit Deus, quam quid sit: at ratio prompta est, quæ hoc conuincat, si prælibatæ doctrinæ pedes mentis infixeris, nam modus operandi formæ consequius est modo essendi: nam si coniuncta est forma subiecto, sapit semp in operādi modo

Prima cōclusio. Decisio quæstionis.

Phantasmata sensilia quiditates materiales patefaciunt.

Recta intelligentia Dionisij.

subiecti

subiecti conditionē: sin verò separata & libera à corpore & appēditijs subiecti habet actionē. Porrò rationalis anima, quandiu hic agit est cōiuncta, igitur ergastulo detēta corporeo in intelligēdis diuinis, necessario sapit materiā, qa sese in corpore viuēs excutere nequit à materialibus imaginib⁹, quæ tamen vt admonuimus, infinitā Dei quiditatem ostendere nequeūt. Secūdo idem colligito, nāq; tradente Dionysio in libello de mystica Theologia. c. 3. Theologia quædā est quæ per positionem diuina obtenuat. i. affirmationem: id quod suprā Theologiā affirmatiuā appellabamus: alia verò est quæ per ablationem, hoc est negationem diuinis incūbit, quæ & negatiua Theologia Dionysio est. Alia demū est Theologia symbolica, quæ per sensibiles formas, quas Dionysius sacra velamina vocat, primo. c. de diui. no. in Deū reptat. Nanq; diuina eloquia Deum, Iconem, agnum, virū, & id genus appellationibus appellitat: at hæc Theologia nescit, quid sit Deus, nāq; per extranea progreditur, & quæ Metaphoricōs. i. translatitie Deo aptatur. Ipsum autem quod quid, non per extranea rei captādum venit: at verò Theologia affirmatiua seu positiua hæc sanè per cōmunia Deo & creaturis, diuinitatem vestigat, eminentissima quæq; creaturarum, entiuq; nobilitates omnes Deo præexcelsius tribuens. Cæterum progressus hic per communia q̄ quid rei nō ostendit: aptat nanq; Deo Theologia hæc sapientiam, intellectum, bonitatem, virtutem, & id genus: verū communia sunt creaturis & Deo secundū analogicam rationem: non ergo quod quid est diuinū ostendant. Deniq; Theologia ablatiua seu negatiua hæc multo minus hoc præstitura erit: nāq; negando, & auferendo incedit: at ipsum quodquid est, affirmationem amat, & affirmatione compingitur: negatio enim remouet, quod affirmatio vnit. Nanq; qui fiet, vt noueris, quid sit Deus, si remoueris Deum non esse cœlum, nō elemētum, nō animal, &c. At fortassis te Dionysius mouebit, qui. c. 7. de diuinis nomi. sublimen quandam asseruit diuinitatis cognitionem. Est inquit augustissima Dei scientia, quæ per ignorationē scitur, in coniunctione cū Deo: quæ superat sensum, qñ mens omnia alia trāsiliēs, & seipsam demū linquēs, cōiuncta fuerit lucidissimis radijs, inde atq; illic inscrutabili sapiētiæ profundo illustrata. Hoc aūt diuinæ sapiētiæ profundū quo mēs humana in hac sublimi cū diuinitate illustratur cōiūctione, nō aliud videtur esse, q̄ scire quid sit Deus: at verò cōferas oportet locū hūc cū alio eiusdē authoris lib. de cœlesti Hierarchia. c. 2. qui ostēdit negationes de Deo veriores esse quā affirmationes, & palā erit, nō esse recipēdū locū hūc, vt credamus secūdū ordinariā Theologicāq; methodū nobis mortalib⁹ sublucere vnquā ipsum quodquid diuinū: at verò per extaticā methodū supergredientē humanę mētis cardines, quis hęsitabit ipsum diuinū quid potuisse ostēdi Moisi aut Paulo tātis pdā diuina visione fruebātur, tūc enim homo ie, & cætera linquit. Vnde & Paul. ait se raptum in tertium cœlū, sin vero in corpore an extra corpus se latere fatetur, quippe visio illa diuinitatis augustissima, hominē suspendit à vitalib⁹ functionibus: hanc igitur illustrationem sanctus Dionysius loco prænotato cōmemorat.

Quod si rursum dubitas, nū at cidētia quāuis à substātia lōgo tramite distēt, nō ducūt in notionem substatiæ: q si ducunt Arist. tradēte primo de anima in proœmio. Accidentia (ait) magnā partē cōferunt ad cognoscēdum quodquid rei: cur igitur creaturæ etiāsi immēsō à Deo interuallo distāt, nō ducēt nos ad notitiā diuinæ quiditatis? Et auget dubitationē istam. 9. lib. Metaphysi. tex. 21. Qui facile insinuat immobilia seu simplicia aut penit⁹ scīri, aut prorsus ignorari: Deus autem simplicissimus cum sit, siquidem à nobis scitur, prorsus igitur scitur, & non partim scitur per creaturas, & partim ignoratur, patet ergo, aut patere potest diuina nobis quiditas.

Dubijs istis respōdebis, Primò sanè cōmētator Aristotelis æquabiliter satisfecit. Accidētia enim quædam sunt cōmunia substātijs, & hæc non indicant rei quiditatem, sed operationes propriæ vnicuiq; formæ illæ indiciū sunt quiditatis: vtique operatio docet formā esse, at verò propria vnicuiq; formæ operatio indicat formæ quiditatem, vt illuminatio lumē, & ignitio ignem, & sensio sensum, at ex sensione visionem colligere qualis ea sit, non recta collectio est, quippe sensio operatio sensibus cōmunis est. Iā verò operationes quas cernimus à creatis causis proficiscentes, illæ sanè non possunt propriam Dei essentiā demōstrare: sunt enim cōmunes Deo, & creaturis: propriā autē Deo operationē in cuius cōsortiū creata causa nō vocetur nos nō cernimus. Nāq; si Deum creantem orbem ex nihilo potuissemus obseruare, iam tum operationē Deo propriā in promptu haberemus, p quam quiditas Dei sub lucere forsitā potuisset.

q. 1. huius distinct.

Theologia per positionem Theologia per ablationē, Theologia symbolica.

Exponitur Dionysij locus.

Ipsum quid sit diuinum patere potest mirabilo mortalibus.

Aduerten. de dubitatio

Soluu dubia.

Accidentia communia non ducunt in notionē quiditatis sed propria.

set. At tum etiam num non subluxisset, Dei quiditas infinita. Etenim creatio ex nihilo tametsi propria Deo est, & creaturis negata, at hæc non exhaurit Dei potentiam, nam ad plura se fundit diuina virtus, quam sit vel infinitorum orbium creatio. Beatis igitur quibus palam erit Deum generare Deum, constabit apertè Dei quiditas. Nanque generatio hæc diuina non solùm est Deo quam maximè propriſsima, verum diuinas quoque absoluit vires. Non enim maior excogitari potestas potest, quã quod Deus Deum generet æqualem sibi in diuinitatis natura. Itidem de Spiritus Sancti processione cogitare valebis.

Aristot. explicatur egregiè.

Sicut ergo is qui per communia omnibus animalibus arbitratur se propriam hominis essentiam indagasse errat: ita qui per communes Deo & creaturis, actiones credit Dei quiditatem inuestigandam & tenendam esse, longè abest à veritatis scopo. Imò verè censuit Aristo. legitimus naturæ interpres, sicut oculus noctuæ ad lumen solis, ita gerit se oculus noster ad lucidissima naturæ. Noctuæ enim aut vespertiliones decũbente sole sub crepusculis vespertinis, palam se proferunt, aduertentes solem iã decessisse, quia vmbræ tum iam decumbere incipiunt. Itaque exilibus solis radijs potiuntur, & splendidissimos ignorant. Ita & nos exiles diuinitatis radios participamus, quippe diuinitatis exiguã adipiscimur notionem, ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus. 1. ad Corinth. 13. & verius cognoscimus Deum nõ esse creata vniuersa, aut quæ creari valent, quã quòd Dei essentiam habeamus.

Aristot. locũ exponitur.

Notanda Aristot. expositio.

Locus autem quem nonus Metaphysicorum liber dedit legitimè est audiendus. Nanque simplicia entia vt Deus, angeli, quantum est secundum naturam suam prorsus sciũtur, aut penitus ignorantur: at quantum est ex parte nostri intellectus ex parte sciuntur, & ex parte ignorantur. Vt Paulus dixit, ex parte quidem scimus. Etiam si Deus sibi prorsus est notus, quippe se solum comprehendit ipse. Itidem & necessaria aut sciuntur penitus, aut nesciuntur quantum est ex parte sua, & secundum propriæ naturę exigentiam, quia immutabilia cum sint semper persistunt vera, & quod semel verè de eisdem dicitur, semper verè dicitur, & quod falso prædicatur, semper falsò prædicatur. Vt si dixeris angelos esse corporeos semper falsè affirmabis. At contingentia quippe quæ variabilia sunt, alternis vicibus veritatem mutant, & falsitatem. Vt pluuiam esse hyeme, verum extat, sub æstate falsum. Ideoque partim sciuntur quando vera sunt, partim nesciuntur quando falsa sunt. Etenim sunt in potentia ad esse, & non esse.

Secundam iam excipe conclusionem quę corolaria est ad hactenus disserta. Nobis mortalibus non fulget diuinitatis proprius absolutusque conceptus. Hæc rutila est conclusio priora aduertenti. Nanque quencumque formaueris conceptum creaturas inuoluit, siue directè siue ex latere, seu confusè, seu distinctè. Nam Deum citra phantasmatis vel hiculum neque per natiuum lumen, neq; per fidei superinfusum possumus cognoscere: siue agatur per methodũ affirmationis, siue negationis, siue per viam causalitatis, per viam eminentiæ, siue per viam ablationis, semper nobis sunt obuiæ creaturarum imagines, vt prædiximus. Cogita creatorem, Deum, gubernatorem, sapientem, optimum, infinitũ, immensum, non extricabis mentem tuam à creaturæ notione. Rursum discurre illa nomina decem diuina, quæ nos denarrauimus in declamationibus ad Esaiam declamatione de nomine Iesu, itidem videbis, nam illud nomen Dei augustissimum, quod Iæhoua Hebræis est, & nobis sonat qui est, quod Hebræi ineffabile censent, quia proprium ducunt esse diuinæ essentiæ nomen, re vera non sine inuolucrò creaturarum concipitur. Nam tametsi non æquè verè creaturæ existant atq; Deus (qui est entis principium) cæterum verè sunt vniuersa tantisper dum sunt, quanquã in entitate creatori non sunt conferenda. Vt etiam Plato in Timæo tradidit, à libro Mosaico fortè edoctus, vt Eusebius commemorat libr. de præparatione Euangelica, vt iam cõmonefecimus. Colligito igitur q̃ huic nomini Deo quod dubio procul absolutũ est, & Deo proprium, non correspondet æqualis cõceptus, qui Deum & absolutè & propriè sine creaturarum inuolucris representet: at correspondentes sunt illi summum bonum, aut infinitum ens, & id genus quæ etiam si in re significata æquales sunt huic nomini Deus, idẽ nanque significant, porrò autem in modo significandi lato discrimine distant. Vnde rectè Thom. 1. part. quæstio. 1. articul. 7. ad. 1. cognoscimus (ait) essentiam Dei in hac vita, vt repræsentatur in creaturis, non autem vt in se repræsentatur. Quanuis D. Thom. 2. 2. q. 27. articul. 3. ad. 2. Cognitio (inquit) Dei acquiritur per alia, sed postquam iam cognoscitur, non

Nobis mortalibus non fulget proprius & absolutus conceptus.

Lege Tho. 1. p. q. 12. articul. 12.

Exod. 3.

Huic noctuæ Deus nõ correspondet æquatus in nobis conceptus.

non per alia, sed per se: id quod etiam alibi memoratur, testatur enim in.4.dist.49. qō.2. Deum à nobis immediatè posse cognosci: id quod si meministi Philoponus tradidit loco iam indicato in.q.hac. Deum enim affirmat à nobis post acceptam semel cognitionem eiusdem sine phantasmate cognosci. Et Bonauentura dist.3.huius artic. 1. idem censuit, alio tamen progrediens itinere: cēsuit enim diuinitatis mentibus nostris congenitas esse species. Vnde collectum iri puto sine phantasmate cognoscibilem esse à nobis Deum. Nanq; illæ species à Deo inditæ, intelligibiles essent, & deductis imaginibus sensiliū repræsentarent, si doctor hic vera narrasset: at quantum ad Bonāuenturam attinet, dixerim temperandū esse sermonem hunc, si huic autori fauere amas. Cognitio nanque saltem confusa diuinitatis nobis est quasi connaturalis, nanq; simulatq; adultis potimur annis numinis diuini fulgor quidam (nemine etiā num docente) nobis subrutilat. Quanquam anima nostra tanquam tabula rasa condita est, in qua nihil depictum est. Et istud mea sentētia per impressas quas dixit species, notare Bonauentura voluit, Thomam vero nō puto credidisse nobis mortalibus vnquā sine phantasmatis vmbra diuinam micare lucem secundum legem præscriptam à Paulo, Inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt intellecta cō spiciuntur. Cæterum quādo primo paramus diuinitatis cognitionem, distinctis creaturarum phantasmatibus vtimur, vt cœli, terræ, ignis, &c. qua tamen iam elaborata & apud nos reposita illa distinctione nō egemus phā tasmatum: at diuinitatis formare valemus notionē, nō distinctè repræsentantē creaturas, etiam si à creaturæ cōfusanea significatione notio hæc nō exoluetur. At instat à tergo argumentū, Deum possumus amare immediatè, idest, solū Deū sine cōmixtione creaturę, igitur quid vetabit intelligere Deū deductis phātasmatibus creaturas repræsentantibus.

Exponitur Bonauentura.

Ad Rom. 1.

Voluntas liberior est quam sit intellectus.

Cui argumento prōptum est mihi respondere, si præscripsero primum voluntatem liberiorē esse intellectu, & abstractiorem. Etenim intellectus si antecedenti assentitur, & consequēti necessario consentit, modo collectio viciosa non sit: at vero voluntas etiam si antecedēs amet, cōsequēs etiā num bonæ cō sequentiæ odio habere poterit: vt qui peccatum amat, supplicium quod certum fide tenet, fastidit. Quapropter voluntas creaturas non amans, Deum amare potest, istud enim suæ libertati attestatur eximiæ. Neglectis nā q; creaturis vniuersis, Deo hærere vnicè potest: at vero intellectus non item, quippe qui Deum in se cernere nequit, nisi vt in creaturis ostenditur, quandiu mortalem vitā hanc degimus. Voluntas vero Deum in se, & propter se amat: pōt: & sæpè amat. At obstrepit quispiam mihi supra dicēti, modum operandi consequium esse ad modum essendi, at voluntas hominis etiam sub mole latitat corporea, vt intellectus, ambo ergo eandem legem subibunt, non ergo poterit voluntas Deum amare sine creaturis: at verò ne offendaris hac obiectione, scito propositionē præ dictam intelligendam fore in potentijs functionibus naturalibus præditis, quæ sanè eandem seruant naturam in operando, quam in essendo retinent. Cuiusmodi intellectus est, qui potentia naturalis est. Porrò voluntas sub limiorem & nihil impeditum ordinem operādi obseruat, quæ pro libito domina est suæ actionis, & sui iuris incunctis est: idcirco pro suo arbitratu recipit in suum amorem creaturas, dum Deum amat, & illas propulsat nonnunquam quando sincerius Deum amare curat. Non me latet, Themistium com.ad. 1. de anima Aristotelis affectiuam potentiam esse materialiorem quàm cognitiuā, tradidisse. Vnde aliquis cespitādi arripiet in præsentia ansam, nanq; si est materialior voluntas, (quippe hæc affectiua est) quā cognitiua quę est intellectus, non sunt vera à me hactenus de voluntate enarrata, abstractiorem esse hanc, & liberiorem intellectu. Cæterùm obseruabis ne semel benè accepta, malè euomas, voluntatem propterea tradidisse Themistium esse materialiorem quam sit intellectus, etenim hic vt rem intelligat materialem, illam exuit à conditionibus materialibus, quibus non deductis nihil est intelligibile: at vero voluntas vt amet, non has exuere necessario curat, quoniam cum illis etiam amat. Materialia enim & indiuidua amat, & immaterialia quoq; diligit: cui accedat intellectum in vniuersalibus figere aciem suam. Porrò voluntas in particularibus potius. Etenim multò vehemētius prouocatur affectus ad particularia, quàm erga vniuersalia. Est tibi ostensio plana in cogitatione huius vel illius particularis: vt mulieris pulchræ (quam vidisti forte) prouocaris magis, quàm per vniuersalem inclinationem hanc, pulchrum est amandum: ideò secundum quandam rationem voluntas est materialior intellectu: at non

Moderatio Physici fundamenti.

Themistius exponitur.

Voluntas secundum quā dā rationem est magis materialis quam intellectus.

non simpliciter, quippe quæ liberior est, & quod magis liberum magis est immateriale: vt nos prosequuti sumus susius commentarijs nostris ad libros de anima Aristotelis.

Egregia dubitatio.

Tandem petit aliquis, cur ergo Deũ esse patet nobis, & diuina quiditas latet. Respondebo tibi quia meminisse oportebit Aristotelem dixisse in. 1. Physic. vniuersalia esse notiora particularibus: at vero esse rei commune est rebus, & Deus quoque communem habet essendi rationem analogicam cũ conditis omnibus: at quiditas rei sibi propria est, quapropter notius est diuinum esse, quã sua quiditas. Cæterùm etiam si diuinum esse cũctis pateat, at quidam absolutiorem habent notionem diuinæ existentiæ, quàm alij: quia plura nouerunt de Deo prædicata Theologi, quàm idiotæ; tametsi quantum attinet ad diuinam quiditatem callendam, omnes planæ idiotæ sumus. Deducamus hora est iam hanc disputationem in suum vmbilicũ. Etenim Arist. 1. poste. 4. recensuit in catalogo scibilium, an res sit, quid sit, propter quid sit, qualis demum sit, quorum tria de Deo sciri quidem valent, & quòd Deus sit, id quod supra colligimus, & quid Deus sciri sanè possit, abeatis quidem: nobis vero reconditum mysterium est. Qualis autem Deus sit, re vera scibile non est, quia in Deo nulla est qualitatis affectio, est enim purissimus actus. Verumtamen quoad modum significandi quædam sunt, quæ instar qualium de Deo enunciantur: vt sapiens, fortis, bonus, &c. tametsi concretiuus modus significandi horum concretorum Deo non congruit, qui omnẽ concretionem à se abigit, quippe qui simpliciss ima essentia est. Propter quid vero in Deo ne quæras, qui est causa simpliciter prima, & causam non habet: & quanquam pater sit principium filij, non tamen est causa filij, itidem de paracleto dices.

Quatuor sunt scibilia ex Aristot.

Esse & quiditas idẽ re in Deo distinguuntur tamen ratione.

Argumentum porrò primum hac donandum reor solutione: existentiam Dei, & eius quiditatem secundum rem prorsus idem esse tametsi secundum considerationem nostri intellectus est quædam distinctio. Nanq; existentiam aut esse diuinũ vniuersa creata participant, at non Dei quiditatem, quę propria Deo est, & incommunicabilis creaturis. Vnde fit vt cognoscere valeamus, Deũ esse, non tamẽ quid Deus sit. Et quid ni? Etenim lactucam & alia hortẽsia verbi gratia & metalla, & ferè vniuersa demũ quæ cernimus, habẽt reconditam essentiã suam. Verũ illorũ essentiã circunscribimus descriptionibus quibusdam: vt lactuca est plantula hortensis refrigerans sanguinem, concilians somnum, eunucha, id est, temperans libidinem, &c. id quod quiditatiua definitio non est, sed huius locum tenens.

Disputatio tertia. Num creaturæ sanctissimæ Triadis vestigia aut imaginem impressam habeant, & num si imago illius est rationalis anima, partes habeat re distinctas.

DIsputatio hæc in gratiam beatissimi Augustini excitatur, qui testante Magistro Triadis vestigia similiter & imaginem creatis rebꝰ fatetur impressa, in creaturis enim alijs à rationalibus, vestigium tanti arcani esse docuit: at vero in rationalibus imaginem. Est autem imago excellentior vestigio: illa enim clarius rem alioqui occultissimam ostendit, vestigium autem obscurius. Etenim hæc tria memoria, intelligentia, volũtas, (quæ in anima rationali subsistere Philosophi fatentur) Triadis hæc tria sacramentum vtcunq; agunt: vt Magister exponit in litera, & nos supra vberius disseruimus. Cæterum vnum, species, & ordo, (quæ in rebus singulis sparsa cernimus) multo obscurius Trinitatem repræsentant, quælibet enim res vna est, & pulchra est in sua natura, videlicet perfecta, & ordinem habet ad cæteras creaturas, & hæc tria vnum sunt. Lege Magistrum. Nec te moretur quod Paulꝰ ait, Inuestigabiles esse vias Dei ad Rom. 11. quippe locus hic de diuinis iudicijs audiẽdus est. Est enim Deus terribilis in consilijs super filios hominum, vt Dauid est testatus, & nemo est qui scrutari valeat illorum profunditatem, & scrutator tantæ maiestatis à gloria opprimetur. Et quam germanus sit Paulo sensus hic: ipse Paulus te docebit. Etenim proposito Malachiæ oraculo ad Rom. 9. Iacob dilexi, Esau autem odio habui, demirans cur ità à Deo gestum fuerit, vt pueros natura, & meritis pares, tanto discrimine Deus prosequatur: vt alterum repulerit à populo suo, & alterum patrem fecerit dilectorum suorum. Hoc est enim odio habere Esau, & diligere Iacob apud Prophetam. Hoc igitur alta expendens Paulus mente erupit in verba illa, Cuius vult miseretur, & quem vult indurat, omnia referens in Dei voluntatem, vt omnem

Imago & vestigiũ ut differant.

nem veſtigationem tanti arcani ſupprimat. Et ne fallaris in verbo meo pueros meritis diximus pares, non quia merita Eſau & Iacob præſtiterant in materno conditi vtero: ſed quia tum nihil etiam num egerant boni, aut mali: ideo cum fratres eſſent, diximus illos meritis, non diſpares vt natura pares: ſimili quoque modo capitul. 11. Paulus cum ſecum volueret gentium electionem & Iudæorum repulſam, rem tantam ingenia humana fugientem procul, neque muſitare fas eſſe docuit, dicens, O altitudo diuitiarum ſcientiæ, & ſapientiæ Dei, quam incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius: itaque quòd duorum infantium Eſau & Iacob expauerat ſacramentum capitul. 9. duorum quoque populorum gentium inquam & Iudæorum ca. 11. profundum reueretur myſterium. Porrò autem in Iob. 11. legim⁹, Forſan veſtigia Dei cõprehendes, & vſque ad perfectum Deum reperies? excelſior cœlo eſt, & quid facies? Quę verba Deum etiam num in inueſtigabilem eſſe à nobis præſeferunt: at qui ipſa ſe dilucidant Iob verba, perfectè nanq; veſtigare diuinam Triadem per viſibiles creaturas fieri non poteſt. Qua propter ait, & vſq; ad perfectum Deum reperies? quaſi dicat minimè: neque ergo veſtigia exactè Triadem cõmonſtrant, neque imago. Vnde Dionyſius ca. 5. lib. de diu. nom. creata omnia exiles vocitat imagines per quas ad Deum aſcendimus. Aduerte autem ſcripturam dicentem, feciſſe Deum hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam in vno homine Triadis extare veſtigium exhibet, vt cætera creata omnia: anima vero Triadis eſt imago. Quare duo tradidit imaginem, & ſimilitudinem: vt imaginem ad mentem quæ ſpiritualis eſt, & intellectualis inſtar Dei referas, ſimilitudinem autem ad corpus. Quod ſanè vnitate, pulchritudine, & ordine conſtat, quæ tria vnum ſunt: ideo Triadem vtcunque corpus hominis refert, vt cætera vniuerſa. Etenim ſi lapis veſtigium exhibet Triadis propter tria quæ diximus, humanum corpus cur repelletur à ratione veſtigij? Nec me latet Baſilium Homil. 10. ad Geneſim in Examerõ ſuo, ſimilitudinem retuliſſe ad morum innocentiam, de qua tamen re alibi latius.

Locus Iob elucidatur.

†

Secunda diſputationis pars.

HAbetis igitur vtcũq; enucleatis, quæ primam diſputationis propoſitæ partem expectant, ad poſteriorẽ (quæ proceloſa ſatis eſt) vt referamus pedem oportet. Quam vt clarius habeas quod differendum erat; hoc eſt num partes imaginis quæ ſunt animæ rationalis, memoria, intellectus, & voluntas, re, ſecernantur an cõſideratione duntaxat? Et primo ſunt nonnulla quæ aſſertoriam partem ſuadeant: primo actus & potentia ſub eodem genere comprehenduntur. 12. Metaph. tex. 26. & 28. & actus eſt accidens, ergo & potentia, cæterum anima ſubſtantia eſt, differunt igitur ſecundum rem. Secundò ſi anima per ſe & non per mediam potentiam intelligit, & vult, igitur nunquam non intelliget, & cæteras adminiſtrabit operationes. Etenim ſem per viuit anima, quia per ſuam naturam hoc præſtat, & non intercedente aliquo medio, igitur ſi per ſe intelligit, atque cæteras præſtat functiones, ſemper illis fungetur: at diuerſum cernimus, nonnunquam illas non præſtare: ſæpè enim ocio vacat. Tertio actus diuerſi reducuntur ad potentias diuerſas at anima actibus conſtat diuerſis, habet ergo vires varias, vnde tanta actionum turba emergat. Quartò effectus proporcionãtur ſuæ cauſæ, at intellectio eſt accidens, cæteraq; actiones, ergo proxima cauſa erit accidens. Quintò Dionyſius diſtinguit de cœleſti Hierarchia eſſentiam, virtutem, & operationem: cuius verba ſunt, diuini ſpiritus altiſſima ratione ſua in tria diuiduntur, ſubſtantiam, virtutem, atque actionem, hoc eſt diuinum inſigne, intellectus nanque diuinus, atque voluntas ſunt diuina eſſentia, quippe actio intelligendi diuina atque volendi ſunt ſubſtantia, & non accidens: at vero in creaturis actiones iſtæ ſunt accidentia, ergo & proxima harum actionum principia accidentia ſimiliter ſunt.

1. Argum.

2. Argu.

3. Argum.

4. Argu.

In diuerſum autem alia imminent, non enim multiplicandæ ſunt res citra exigentiam neceſſariam, quia Deus & natura nihil ocioſè præſtant, ex documento celebri peripatetico primo Phyſic. admonemur identidem, at vero ſine hac potentiarum diſtinctione reali vniuerſa quæ Philoſophia docet, vniuerſa quoq; quæ Theologia tradit, ſeruantur incolumia, quorſum ergo hæc multiplicabis?

Argum. in diuerſum.

Quæst. decisio.

Miranda satis est in disputatione hac autorum varietas, vt vere dixeris, quot capita, tot sententiæ, nam Diuus Thom. 1. p. quæst. 77. articul. 1. & quæstion. 54. articul. 3. de omnibus animæ potentijs habet re distinctas esse ab essentia animæ: suadelas profert non paucas quæ hoc conficiant, quas nos partem affirmatiuam agentes huius quæstionis induximus. Bonauentura hac. d. articu. 2. q. 2. par. 2. rem censuit hanc distinctione dignam: ideo q; eius placitum sententijs quibusdam digeremus. Prima esto. Potentia generandi & nutriendi idem sunt quod animæ substantia, etenim hæ substantiam generant. Substantiç autem principium non est accidens, igitur generandi facultas anima est, itidemq; & nutriendi. Secunda, Animales facultates sunt accidentia, nanque ab anima egrediuntur huiusce modi vires, igitur non sunt anima. Tertia, hæ vires non sunt accidentia separabilia. Etenim anima intellectiua nequit esse sine intellectu, & sensitiua nequit esse sine vi sensoria. Quarta, sunt proprietates essentiales animæ, idest, animæ substantiam perficientes, vt propria affectio, idest, risibilitas hominē.

Bonauenturæ placitum sententijs digestum.

Durādi sententia.

Durandus sapit idem cum Bonauētura, alijs tamē ductus rationibus, sibi fidem fecit hoc placitum quæst. 2. huius dist. par. 2. argumentum primum est, motus stabili innititur ne processus abeat in infinitum. Vnde sol illuminans aerem, habet stabilem aeris diaphaneitatem, & alteratio qualitatem, & localis motus habet stabilem quantitatem. Et in motu hoc locali res confessa est. 8. Physico. quia motus orbicularis supra fixo cētro agitatur. Vnde Astrologi cœlestes polos atq; axem immobiles esse tradidere: igitur cum animæ motus intelligere & sentire sint, sunt enim infieri, est ergo aliquod fixum illam determinans, ad actionem intelligendi, & sentiendi, & hoc est intellectus facultas, sensus, & volūtas, quæ animam determinant ad volēdum, & intelligendum. Itidem visiua facultas determinat ad vidēdum, & in alijs idem est excursus. Secundo, anima non semper intelligit, aut non semper vult, & hoc quia potentia nonnunquam ligatur, aut distracta est ne exeat in actionem suam. Tertiò illæsa anima læduntur animæ facultates, vt surdus, & cæcus læsas habet sensorias vires, quapropter nō sunt anima.

Huius belli alterum tuētur cornu Scotus in. 2. q. vnica. d. 16. cui fauēt calculi Gabrielis, Gregorij inibi, & Marsilij. q. 7. articu. 3. etiam Theologi huius classis nominum sunt impē diò amatores: ideoq; distinguūt potentiam multifariam, nam sensus aut significat vim animæ solum, & hac ratione eadem est hæc vis cum anima sensitiua, aut significat organicas affectiones, vel temperaturas calidi, & frigidi, humidi & sicci, citra quorum præsidiū anima non poterit suas obire operationes, & hac ratione potentia si organica hæc temperamenta comprehendat, non est anima ipsa, siquidem anima ipsa non est illa temperatura qualitatum. Item commentantur de intellectu & voluntate, si hæc actum compræhendant non sunt anima, sin vero illum excluseris, sunt anima intellectiua. Etenim hæc duo intellectus, & intellectio, non sunt anima intelligens, vt neque voluntas & volitio: actiones nanque istæ sunt accidentariæ, & nō sunt anima quæ substātia est. Cæterum hic Theologizandi modus etiam si planus sit, non arridet mihi. ¶ Quamobrem vt nebulas quam offundit disputatio hæc discutiamus, aduertendum arbitror. In primis actum non simplicem apud peripateticos habere significationem: iam enim pro actione seu operatione, iam vero pro forma vsurpatur, quæ actus primus est Aristoteli, vt ipsa operatio actus est secundus. Similiter potentia se se fundit in potentias actiuas atque passiuas. Actiua sanè est potentia principium transmutandi alterum, in quantum alterum. Passiua vero transmutandi ab altero in quantum alterum. Et lucebit tibi Caietani Metaphysicam non esse peripateticam quæstion. 77. 1. par. articul. 1. Ait enim non esse idem potentiam actiuam, & principium actiuum, at Aristotel. per principium actiuum definit potentiam actiuam, & passiuam per passiuam. Hæ enim sunt finitiones peripateticæ. 9. Metaphysi. text. comm. 2. Vnde ridendi tibi sunt, qui non verentur cōcedere, idem posse se mouere secundum idem. Et reuera ab scopo veritatis quam recedant isti, supra docuimus agentes contra Scotum, & Gregorium. Actiuas autem potentias latino sermone facultates appellitamus: vnde Gallenus librum composuit cui titulum fecit de facultatibus simplicium medicamentorum. Habent porrò elementa has facultates, habent animalia, habent herbæ, frutices, stirpes, & lapides atque metalla.

Decisio quæstionis ex auto. sententia.

Actiua potētia & passiua.

Caietani Metap. non probatur.

Secundò obseruandum tibi erit actum & potentiam apud peripateticos etiam ad alia sese porrigere, præter ea quæ exponimus.

Secunda obseruatio.

Etenim

Etenim Aristo.12.Metaphy.tex.26.&.28.& com.1.de anima com.6.in omnibus prædicamentis testantur esse propriam potentiam, atque actum: vt in substantia, quãtitate, qualitate, &c. Et Aristò. in loco commemorato cum suo commẽtatore potentiam & actum dicit principia esse decem prædicamentorum. Quia substantiæ sunt principia potentia, & actus, similiter quantitatis, & qualitatis & aliorum. Vnde potentia & actus priora sunt quam decem prædicamenta, quippe quæ illorum sunt principia. Et vt differt genus à genere, ita principia, ideſt, potentia, & actus differunt, & contra: at vero sensus Aristotelici sermonis quis sit, ex contextu propalatus est: vocat enim potentiam suo more (quem.12.Meta.non semel obseruat) posibilitatem, actum, existentiam. Quare ait in eodem lib. in æternis non esse potentiam, cur ita? quia æterna sunt necessaria & non sunt posibilia, vt sint, & non sint. In prædicamento igitur substantiæ potentia est quãdo substantia nondum extra est in actum existendi: vt Antichristus est in potẽtia modo, quãdo autem extiterit, erit actu. Et itidẽ in quantitate cæterisque generibus rectè colliges. Et commentator potentiam, & actum hoc modo accidentia entis vocat. Etenim Petrus in potentia & existẽs Petrus idem sunt substantialiter, quanquam perfectior est Petrus actu, quam in potentia. Habes iam lucidum sensum celebrati verbi.8.Meta.com.15. agens non largitur multitudinem, sed perfectionem: quandoquidem quando rosa vere generatur, est eadem rosa in substantia cum rosa potentiali, seu posibili. Vnde palam tibi erit locus Aristoteli.3.Physi.text.com.9. &.10.obscurus satis, Actus (ait) & potentia idem sunt subiecto, & si simpliciter non sint idem sanè substantia, & re idem sunt homo posibilis & realis: at hic est perfectior, ille imperfectior. Itaque generans non extraxit in actum rosam, diuersam substantia à posibili rosa, vt sint duæ rosæ, at rosam quam genuit generans, si non aliam, certè perfectiorem genuit: idcirco rosæ accidit existendi actus, vt posibilitas. Vnde colligito quã abhorreant à peripatetica veritate, qui hoc loco abutuntur, vt probent, potentias secerni re ipsa ab ipsa anima. Non enim Arist. de potentijs ordinatis essentialiter in actiones meminit, vt patuit: sed de potentijs quæ sunt in singulis generibus posibilitates quædam, & de actibus qui sunt existentiæ rerum. Quare ego non assentio Caietano locum hunc distrahente pro suo libito: ait enim de potentijs essentialiter ordinatis in actionem audiẽdum esse, finxitque in singulis generibus esse quasdam potentialitates congenitas. 1.p. quæst.54.art.3.de quibus intellectum voluit Aristotelem vt in substantia est quædã potẽtialitas materiæ ad actũ, ideſt, formam substantialem, in quantitate potentialitas ad dimensionem, in qualitate ad actionem: at vero nescio quã ipse finget congenitã potentialitatem in relatione, aut in actione, aut in passione, in habitu ve: & qualis qualis hæc fictio sit, Aristoteli tamen non est amica. Etenim potentialitates istæ congenitæ cum sint, non possunt esse principia prædicamentorum decem. Quia quod est congenitum non est principium rei congenitæ. Principium enim prius est quam res cuius est principiũ. Quis enim tam stupidi est ingenij qui si fateatur posibilitatem esse homini congenitam, dicat nihilominus esse principium hominis? Aristote. autem potentiam ait esse & actum principia decem prædicamentorum, non ergo sunt congenitæ potentialitates cum prædicamentis. Istis igitur obseruationibus si instruxeris mentem tuam, perspicua erũt deinceps tradenda. Est igitur conclusio prima. Quædam sunt potentiæ re ipsa differentes à rebus potentibus, hæc aperta est in elementorum viribus, seu potẽtijs. Nanq; calor est vis ignea & non est ignis, & frigiditas vis aquea, & nõ est aqua. Sunt nanque accidentariæ affectiones elementorum, & non sunt substantiæ: remittuntur enim, & augentur: at vero substantia non suscipit magis & minus, vt cathegoriæ Aristotelis te docuerunt.

Secunda. Mixtorum etiam vires seu potẽtiæ non sunt substantiæ sed qualitates accidentariæ differentes re à mixtis hæc prõpta est in facultatibus herbarum, fruticum, lapillorum, & metallorum. Seplasiarijs enim notum est, & herbarijs, stirpibus, & plantis, & herbis esse vires quasdam medicas, & itẽ venenatas, quæ profecto re differunt ab habentibus easdem. Nanq; substantia herbæ persistente vires istæ flaccescunt, & senio tandem pereunt: vt Scila venenũ deponit vetustior, quæ iunior seruat, & ferè herbarum vires vegetæ sunt sub anno vno, quem si transierint, vetustate euanescunt. Et demum huiusmodi vires fiunt ex commixtione elementorũ primarumvè qualitatum mutuo tẽperamento: itidem censendũ est de lapidibus. Scimus

Caietani placitũ non probatur.

Potẽtia est posibilitas aliquando.

1.de anim. com.6.

1.Conclusio.

Commentator exponitur.

Actus & potẽtia idẽ sunt subiecto.

2. Cõclusio.

enim oculato teste referente mihi Smaragdū epilenticis, & apopleticis, adiutorio esse, si cordi admoueatur patientis, & qui mihi retulit ipse præstitit: nam apopletico lapso Smaragdum admouit, & illum à lapsu & conuulsione excitauit. Itidem mirabile est, quod de magnete ipsa experientia quotidie docet, vt inquam ad se ferrum trahat, vt succinum paleas, vnde commentator Auerroes in colliget aut libro collectaneorum suorum cap. 21. rem magnetis scrutatus dixit cò trahere ferrum quo est proportio quædam natiua inter ferrum, & magnetem ex temperamento elementorum in magnetę dissultans. Etiam si Thomas in opusculo de occultis operibus naturæ hãc vim attractoriam, cœlo tribuat. Et multi multa de vi hac differunt magnetis, quæ hûc conuchere, est supervacaneum. At dixisse satis sit, hanc vim esse diuersam à magnete, & itidem de alijs viribus hoc genus. Etenim magnes hanc vim exuere valet, nam eodem commentatore testante, allia illita magneti illius deponũt vires. Vnde mihi memini me quondam legisse in libello cuius inscriptio est, fortalitium fidei, Iudæum quendam in Mecha ciuitate Arabiæ sterilis, illiuisse magnetem sacelli Mahumam allijs, nã ex illo lapide constructum est, & protinus corruisse capsellam ferream obseruantẽ ossa Mahometi, seu Mahumã. Qua colapsa margaritas incomparabilis pretij sibi comparauit Iudæus, quibus capsella refertissima erat.

Vis Smaragdi.

Vis Magnetis.

3. Cõclusio. ¶ Tertia conclusio. Vis etiam cœlestis est differens re à cœlo. Etenim lux solis non est substantia solis, & lux stellarum, non est substantia stellarum: itidem & cœli virtus influxiua non est ipsa substantia cœlestis. Etenim lux solis, aut cœlestis virtus multiplicatur atq; diffunditur, & cœlum neq; multiplicatur, neq; diffunditur. Rursum virtus cœlestis suscipit magis & minus, nanque orientalis pars est longè vigentior, quam cœli occidua pars: vt dextera animalis vegetior est, quam sinistra: vt Aristo. docuit: at substantia, hæc incrementa non excipit neque decrementa, non ergo sunt idem re.

4. Cõclusio. ¶ Quarta conclusio. Non est modo habenda ratio de potentijs purè passiuis, qualis est materiæ potentia, huiusmodi enim non sunt vocandæ in quæstionem potentiæ, nũ addãt aliquid reale supra substantiam? Etenim materia non per adiectitiam qualitatem est susceptiua, aut capax substantialis formæ: imo per se ipsam. Hoc enim sibi vendicat in naturam suam, omnium formarum esse capacem. De se enim materia neq; est quid, neq; qualis, neq; quanta vt omnium valeret esse conceptaculũ: quanquam egeat dispositionibus, vt hanc nouã excipiat formam, veterẽq; depellat. Nõ ergo per aliud à se est exceptiua, aut potentia capax formarũ, sed per se ipsam. Est enim materia prima, ideſt, passiua potentia prima, & quidquid quomodocunque est in potẽtia susceptiua, instar est materiæ, &c. Quia ergo potentia passiua est principium transmutandi ab altero in quantum alterum: hoc habet de se materia esse passiuum principium, vt ex altero transmutetur, ideſt, à forinseco agente. De potentijs autem alijs quæ nõ exacto sermone passiuæ appellitãtur, vt sunt sensus & intellectus, post hæc dicemus. Quippe horum passio potius est perfectio, quã potẽtiæ læsio, ideo nõ proprię passiuę cẽsentur.

5. Cõclusio. ¶ Quinta conclusio. Si animæ vires ex contemperamento elementorũ dissultarent (vt placuit Alexandro Aphrodiseo) dubio procul essent re ipsa diuersæ ab anima, hæc in procinctu est intelligẽti, quæ tradidimus. Nãq; elemẽtariæ vires secernũtur à substãtia elementorũ atq; mixtorũ. At vero deceptus est Alexander vt. 3. de anima tex. com. 6. illũ & iusto nomine increpat Auerroes, quanquam etiã si vera narrasset Alexander, si de organicis dispositionibus intellexisset: quæ profecto ex tẽperamẽto primarum qualitatẽ coalescunt: vt in oculo, auribus, cæteriſq; cernimus. Oculus enim nimia siccitate, aut humiditate, aut horũ laborãs defectu hebescit, & perit sæpè eius organica temperatura, &c.

Alexandri Aphrodisæi fallentia.

6. Conclusio ¶ Sexta. Vires animæ inuicẽ collatæ diuersæ sunt. Hæc confessa est, etenim visus nõ est auditus, intellectus non est voluntas, & potẽtia augendi non est nutriendi, aut generandi, & potentia expultrix non est attractrix, & istæ non sunt digestiua, & hæc non est concoctrix, & hæc nõ est alterans vis, & id genus alia tu persequitor, hæc prompta est ex definitionibus singulorum: intellectus enim est animæ vis capiens intelligibilia, volũtas est rationalis appetitus, visus est sensus decernens colores auditus sensus discernẽs sonos, autrix est vis animæ cõuertẽs nutrimentũ in maiores partes quã fuerit deperditũ, nutrix vis est animæ vitã alẽdo seruãs, attractrix vis animæ attrahẽs cibũ, iam elaboratũ à natiuo calore, expultrix vis animæ superflua per sudores, aut vrinas, aut egestiones, aut per halitũ expellẽs, digestiua est vis animæ cibũ iam

Definitiũtnr uires animæ.

præpa-

præparatum in membra pro sua cuiusq; ratione dispensans concoctrix est, quæ alimẽtum idoneũ facit animali nutrimento, nõ enim sapiũt qui digestionẽ cum cõcoctione confundũt, vt etiã aliqñ testatus est Galenus. Vides ne vt hæc lato discrimine inuicẽ discrepent?

Concoctio non est digestio.

7. Conclusio

Septima. Fortalsis apud Aristotelẽ sensoriæ vires sunt diuersæ ab anima sensitiua. Etenim si primum librum de anima cõsulueris tex.65. videbis Aristotelẽ dicẽtem operationes animæ flaccescere, vt visio, amor, odiũ, memoratio, auditio, &c. non q̃ anima flaccescat, aut senio conficiatur, sed quia cõiunctũ cuius sunt hæc munia senio contabescit, quæ dilucidans vberius ait, si senex acciperet oculum iuuenis, videret æquè clarè atque iuuenis. Quod si ita est, vt ipse scripsit operationes istæ sunt non animæ solũ, quin etiã totius cõiuncti, idest, organi seu sensorij, & potẽtia sensoria ambo hæc comprehendit anima coniunctam organo, & ita licebit in cæteris colligere animæ munijs. Vegetatio itaque senescit, nutritio senescit: non quod anima deliquium patiatur, sed quia eius vis quæ organũ corporale includit: igitur si vires animæ sunt coniunctæ & includunt in sua ratione sensoria instrumenta: liquidũ est animæ facultates non esse animã. Nanq; anima in suã rationem corpus non vocat, ideſt, non est de essentia animæ corpus. Et ita ratio hæc egregiè constabit. Vires animæ debilitantur, anima non debilitatur, imo vegeta sibi persistit, igitur non sunt idem realiter. Quapropter ait senectã non animæ esse affectione, sed totius coniuncti. At locus hic indicatus tenebrosus abundè est, vt Themistius eundem denarrãs in paraphrasi ad primũ de anima. c.26. lucidè vt cætera demonstrat. Etenim nõ solũ defunctionibus sensitiuis Arist. meminit, imo cum illis intelligendi actionẽ cõmiscet, quã etiam si primum excepisse visus est, tradens intelligendi actionem non lædi à corporis senecta, siquidem senes lucidius intelligũt iuuenibus. Postea subiecit intelligere oblęsi parte corporis interna lacessita atq; corrupta, non propter naturam suam, igitur contẽplatio, & intelligentia euanescunt & obsolescũt, sed propter coniunctum internum instrumentũ. Ad hunc enim modum fere interpretatur Themistius Aristotelis verba, vbi cernis ex æquo loquutum Aristo. de actione intelligendi & de cæteris sensorijs operationibus. Quapropter Themistius loci huius pendens obscuritatẽ, nihil decernere hoc loco credit Aristotelem, sed ex disputãdi diligẽtia ratiocinari. Vnde ait hoc loco causa discernendi magis, disputãdiq; diligẽtia, quã cũ sententia aut ducia decernendi discernit. Auerroes vero hoc idẽ agẽs probabiliter ex ignis Aristotelis nõ demõstratorie Aristotelẽ hoc loco differere cẽsuit. Et verè cẽsuit, nanq; q̃ homines senio affecti limpidius intelligãt, vnde colligit intellectũ nõ senescere, no necessariũ est argumẽtũ. Quippe Arist. sexto lib. de natura animaliũ. c.24. idem de Mulis prodidit, illos annosos fieri, & ad.80. annum prouehi ætatis, id quod testatur proferẽs mulũ Atheniẽsem qui nimia præstus ætate demissus munere, cõmeans tamẽ ac obiens, iumẽta exhortabatur ad opus, cũ tẽplu Athenis ædificaretur. Qua re decretũ est, eum à nemine arceri à ceruis. En tibi vt brutis subsenio etiã nõ senescit ingenium. Quidquod si nimium graueſcit, ætas etiã ipsa intellectio flaccescit & deteritur: nam bis pueri senes. Et decrepita senecta decrepitum fert sæpè in iudiciu: at vero qualequale hoc sit in cõmodiorẽ differamus locum. Hoc certũ sit intellectum & si illũ organicum nõ esse confiteamur, est tamen dum corpori est immersus à phantasmate pendens. At phantasma subsenio non deteritur, imo potius nitescit purior: ideo & tunc intelligẽdi actio à mẽte purior elaboratur, vt monemur ex Aristote. 2. rethoricorũ docẽte vsq; ad quinquagesimũ annũ mẽtis nostræ esse profectũ: at vero sub nimia senecta etiã phãtasia vires deponit: vnde intellectus quoq; hebescit. Lege cõmẽtarios nostros ad.3. de anima Aristotelis: vnde forsitan & brutis perfectis phantasia itidẽ vegetior & purior sub senecta est: quare sapiẽtiora sunt tu, nõ tamẽ cõtinuo fit animã sensitiuã immortalẽ esse, quia sapiẽtiora euadũt bruta in hoc genere aut illo q̃d versant, quod nimio vsu traxerũt in consuetudinẽ: in reliquis autẽ nihil sapiẽtiæ habẽt: at rationalis anima ad omnia rerũ genera se extendit.

Notandus Aristote. de Mulis faciẽs sermonem.

Bruta etiã ex profectu ætatis sunt prudẽtiora.

Obserua hæc ut profunda capias Arist. sensa.

Ad hæc arbitror etiã obseruãdũ esse locum hũc Aristotelis docẽtẽ, intellectũ esse subsistãtiã, quæ aduenit nobis, & non corrũpitur, & tex. 82. ait intellectũ esse antiquissimũ & dominũ omniũ: id q̃d nõ de accidẽtaria vi intelligas (quã vocãt intellectũ, qui distinguũt & secernut intellectũ ab anima intellectiua) sed si de anima intellectiua intellexeris, scite facies. Nãq; intellectus vox nõ vniuoca est etiã apud Aristotelẽ. Iam enim pro anima intellectiua, vt præmonuit cõmemoratus locus, iam pro vi intellectiua. 3. enim de anima. sercernit

Intellectus uox non est uniuoca.

cernit possibilem ab agẽte intellectu, itidem & pro actu intelligendi vsurpatur in vulgato dicẽdi vsu. Prauũ intellectum hic aut ille habet, qñ sinistrẽ intelligit. Et diuinæ literæ nõ horrẽt vulgatũ & triuialẽ loquẽdi modũ hũc Deut. 4. hæc est vestra ait sapientia, & intellect⁹ corã populis, ideſt, vestra intellectio: lex enim Dei est fidelium intellectio. Et hoc idẽ sapere poteris, si dixeris, sensum multiuocũ esse & pro anima sensitiua & pro sensoria vi, & pro sensione. Porrò autẽ hora est, vt vel la plicemus, & illò recurrat quo digressa est narratio. Aiebat cõclusio septima, si potentia animæ cõiunctũ ex sensoria vi & anima signi ficat, diuersas esse animæ vires ab ipsa animæ substãtia, at nõ tanquã firma statuta est cõclu sio hæc: quoniam non longè abest à vero si quis contenderit, vires animæ non esse cõiun ctum ex sensorio & anima: vt vis visoria nõ est oculus videns, neq; auditoria facultas non est meninga interna auribus, audiens: & id ge nus alia: sed vires animæ sunt animæ qualitates, quasi intraneæ, quippe essentiam animæ ornant, & afficiunt: quibus anima prædita est, vt functiones varias obire queat. Harum autem virium quædam sunt instrumentariæ, vt animæ sensitiuæ facultates vniuersæ. Quæ sanè quia instrumentorũ opera opus habent, vt muneribus proprijs fungãtur, vt visus oculo, & auditus meningis, ideſt, peliculis intraneis, olfactus osse ethmoide quod porosum est, &c. Aliæ vires autem sunt non instrumentariæ, vt intellectus atq; voluntas. Sed ais, si vires animæ qualitates sunt animæ, seu proprietates intrinsecæ instar risibilitatis: defuncto igitur vita corpore, anima secum conuehet has sensitiuas vires. Annuis forsitan, porrò ab annuente sciscitor, quid ergo præstabunt huiusmodi vires, si in anima separata persistunt? erunt sanè ociosæ, nam anima tum non videbit sensiliter, neq; audiet, neq; olfaciet, neque aletur, aut augebitur, aut generabit. Quod si li buerit, etiam num contendere has vires simul cum corpore absumi: cur tãdem ego exigam absumentur, siquidem intrinsecæ sunt animæ proprietates, & protinus consequitur illas esse inseparabiles? Quod si in homine multas non puderet asserere animas, res hæc in vado esset. Nanq; corporis mors animarum vegetalis & sensitiuæ mors esset. At si vnam consi temur (vt oportet) animam rationalem, hæc superstes si has vires sensorias & vegetales ha bet, ociosè illas habere, nõ ineptè quispiã iudicabit. Imò etiã non defuncto vita corpore vis auctrix cessat euolãte iuuẽta. Atq; si diffu giũ raptes, asseruari has resurrectioni finali, nõ tibi multũ suffragaberis: nã tũ neq; altrix erit, neq; generatrix, neque auctrix facultas, quæ etiã sunt animæ vires. Quod si dixeris, has separabiles esse, etiã tibidicã, visum, auditũ, gustũ, olfactũ, excepto tactu esse separabiles vt liquido cæci, surdi, & homines pleriq; gustatione orbi mõstrant. Super est igitur distinguere vires animæ, sunt enim quædã naturales vel vitales, vt altrix, & auctrix, & generatrix, & quæ istis deseruiũt, cõcoctrix, altera trix, digestiua expulsiuaq; facultas. Alię vero sunt animales quales sunt sensoriæ tã internæ quã externæ: alię deniq; sunt rationales vires, quas. 9. Metaph. dixit Arist. esse ad oppositа. Nã intellectus scientiã habet cõtrariorũ, & volũtas in cõtraria se profert pro suo arbitratu. Iam ergo rationales istas vires siquis dixerit qualitates esse animę rationali infixas abeaq; nusquã nũquãq; dissociãdas, & ab illa demũ re ipsa discretas (vt Thomæ placitũ erat) non est improbabile dictu. Cęterũ vires animales siquis volet illas quoq; animæ sensitiuæ esse qualitates illã afficiẽtes, vitet aut caueat incõ moda, quæ ꝓtulimus dudũ & illi habebimus fidẽ. Quare cõmodius puto me dicturũ, si sta tuero has sensorias vires ab ipsa anima sensiti ua dimanãtes esse virtutes ad sensoria ipsa: vt in oculũ dimanat ab ipsa anima vis visiua, & in alijs similiter: vt enim ab anima effluit in corpus vita generalis, ita in particulas corporis, ideſt, sensoria dimanat vis quędã vnicuiq; particulæ apta. Vnde etiã si vis visoria nõ sit cõiũctũ ex anima & sensorio, est th vis ipsius sensorij huicq; infixa atq; impressa. Quod si sensoriũ à ꝓprio sibiq; necessario suo muneri fungẽdo labitur tẽperamento, & vis ipsa labitur. Propter quã causam si oculus iuuenis seni donaretur, tẽperamẽto dico potitus senex iuuenili, rursum ab ipsa anima restauraretur visus & noua vis infigeretur vidẽdi. Quamobrẽ huiusmodi vires dilabũtur dilapsis instrumentis: ociosa enim vis esset superstes, orbata functione sibi germana, vt vel hinc intelligas scitè dixisse S. Thom. in. 1. p. q. 77. arti. 8. vires animæ esse in cõiũcto, ideſt, in sensorijs, ꝙbus euersis vires absumuntur. Demũ & vires naturales pereunt, quia calor genuinus atq; humor sensim dilabũtur, ideo generatrix vacãs à munere generationis perit, & auctrix quoq; cessat, quia humidũ aereũ humani corporis, quod in iuuenta dilatabat natiuus calor secessit, procedente aut excedente annum

vigesi-

Sensus est multiuocus

Distinctio opportuna decidendæ quæstioni.

vigesimum quintum ætate. Et in brutis itidē pro sua cuiusq; ratione: at altrix vis cū tactu, vitę animalis comites sunt semper indiuidui.

8. Conclusio

Octaua conclusio quæ cum sequentibus nona & decima propositam disputationem finit, est hæc, vires animæ omnes sunt qualitates ab anima distinctæ. Hæc prompta est considerāti has vires animæ in prędicamento qualitatis collocari sub naturali potentia vel impotentia. Quare habent modum significandi qualitatiuum, quia intellectus denominat animam intellectualem, vt voluntas volitiuam. &c. Et quanuis vires istæ non sint superaddita accidentia, sed anima ipsa sint, cōfitendum, tamen est, esse qualitates secundū propriam illarum rationem iuxta quam reponuntur in prædicamento. Nam tametsi album sit ipsum quod est Petrus: at nihilominus est in prædicamento qualitatis.

9. Cōclusio.

Nona conclusio, num substantia animæ sunt vires istæ, num superadditæ affectiones apud Aristotelem discussa res non est, neutrumque ostendi ratione vrgente potest, hęc patens est euoluenti Aristotelem. Quanuis in Auerroe reperire licebit. 1. libr. de anima. text. commen. 92. nonnihil quod distinctionem realem spiret, ait enim animam partiri in potentias suas, vt pomum in odorem, colorem, & saporem, cæterum verba hæc non tā tam distinctionem præ se ferunt, quantam authores huius distinctionis somniant. Sensus nanque est vt pomum odoratum, coloratū, & sapidum subiectiuè idem sunt, vt album & musicum, cæterum non simpliciter sunt idem realiter, quippe diuersas qualitates connotant: saporem nempe, odorem, colorem, ita vires animæ idem sunt subiectiuè cum anima, etiam si non simpliciter idē realiter. Nā operationes realiter ab anima differētes prę-ferunt, vt intellectus intellectionem, voluntas volitionem, &c. Themistius verò in paraphrasi ad. 2. de anima ad textum quinquagesimum, duobus tradidit instrumentis animam vti dum agit & potentia, & calore natiuo, illa vt coniuncto, hoc verò vt separato: instar nautæ vtentis manu & clauo, vt nauem agat. At neque hoc lucidè rem demonstrat: fatemur enim animam præditam esse potentijs quas Aristoteles sæpe animæ partes vocat: at si sunt res duæ ipsę & anima istud non expressit. Neque etiā argumenta Bonauenturæ quę Durandus in suum traxit vsum, (quibus volunt vires animæ vitales esse idem cum anima) valentes sunt, quæ hoc conficiant: colligunt enim accidens non potest generare substantiam, altrix igitur & generatrix facultates non sunt accidentia animæ sed ipsa anima. Est autem fallentia insignis, quam argumentum hoc celat, legimus nanq; in Aristotele. 2. de generatio. animalium. capit. 3. in semine esse vim generatiuam decisam à viuēte, quæ sanè etiam seminante vita functo generat, & prolificat, quam vim collocat in spiritu genitiuo. Quod si dixeris vim hanc esse substantiam, quid ergo non viuens substantia generat viuentem substantiam, & miraris si accidens excutiat substantiam, & de motu cœlesti octauus physicorum liber in principio docet esse sempiternum motum, vitamque largiri mundo huic inferiori: at motus accidens est instabile, quid miraris igitur stabilia idem præstare? Quod ergo accidens sit causa præcipua generans substantiam reclamat schola peripatetica: at verò esse substantiæ instrumentum, vt substantia generetur, qui diffitetur Aristotelem nescit: imò ipsam veritatem ignorat: ait enim Aristotel. loco prænotato semen habet intra se spiritum, qui calor ipsius vocatur, at calor accidens est. Et capit. 4. semen maris est instrumentum agens in menstrua mulieris, cæterum parcens fastidio in plura euagari animus non est: præsertim quia in commentarijs nostris ad. 2. libr. de anima. capit. 3. hæc locupletius differuimus. Et quidem pauculis verbis res comprehenditur hæc vniuersa, si ignis per calorem generat ignem, quid mirū si anima per altricem facultatem carnem generet, & sanguinem? Si quis dicere amat altricem esse accidentariam instrumentariamque animæ vim & generatricem? Præterhæc autem si argumenta Durandi penderis illa quoque ferulacea, id est, leuia esse digno sces: quibus agere conatur esse res diuersas vires & animam. Primò enim dicito retorquendum esse in authorem, si motus eget stabili cui innitatur (vt ipse ait) iam ergo generatio, nutritio, auctio, habebunt stabiles potentias ab anima diuersas, super quarum stabilitate motus isti animæ fulciantur, id qnod ipse negat, vt diximus. Id circo dicito animæ operationes vt sensiones & intellectiones non esse motus: sed mutationes, ideo non egent stabilitate potentiarum, quæ illis sint vt subsella, quibus insideant. Quid quod stabilior est anima, quæ substantia est, quam facultates animæ, si accidentia illas esse proteruias

Accidens instrumentarię generat substātiam.

Durandus soluitur.

Soluuntur argumenta Bon. uentu.

cui animæ operationes fulciantur. Item generatio nutritio que mutationes ſunt, etiamſi immiſcent ſecum motum alterationis, ob cuius gratiam debuiſſet ipſe fateri, altricem & generatricem eſſe potentias accidentarias, quod tamen negat. Argumento ſecundo dicendum eſt, animam eſſe certè indifferentē ad varias operationes: at verò hæc indifferē tia non per potentias finitur. Etenim intellectus ipſe eſt indifferens ad vniuerſa intelligibilia, & voluntas libera eſt ad omnia volibilia: ſunt enim potentiæ rationales, quæ ſunt ad oppoſita. Quæramus igitur quid eſt quod determinat intellectum, phantaſma eſt vtique quod determinat, quod eſt veluti extrinſecus motor, at verò voluntatem ratio terminat, & mouet vt eligat, hoc præ illo, vt imaginatio mouet ad opus appetitum irrationalē hæc ergo ſunt quæ animam terminant, etiāſi nullam credamus qualitatem differentē realiter ab ipſa (quæ hoc muneris exhibeat) in anima eſſe ſubſiſtentem.

Ad tertium Durandi ad manum eſt reſpō ſio, læſo oculo nō ſubinde lædi vim ſenſoriā: quippe oculus inſtrumentum eſt, non vis videndi, quanuis mea ſententia colapſo oculo, etiam collabitur vis ſentiēdi viſiua. Nam vis ſenſoria organica hęc, & cæteræ organicę eò dicuntur organicæ quò organis ſunt infixæ, & illorū ſunt veluti forma: oculus enim mortui æquiuocè oculus eſt, cum oculo vidente: quia forma hæc, viſive ſenſoria abeſt. Itaque ſenſitiua anima ſalua, læduntur eius vires ſæpè, excepta vi tractoria quæ vtique vitæ comes eſt, & illa oblæſa incolumis ſenſitiua anima non ſubſiſtet, vnde etiam ſi vis hæc inſeparabilis ſit ab anima, non ſubinde re vnum ſunt anima & ipſa. Multis enim in confeſſo eſt materiam non eſſe à forma ſeparabilem, etiam ſi res diuerſæ ſunt materia, atq; forma, aut non propterea ſol & lux ſunt idem, quia inuicem neceſſario ſunt connexæ, & philoſophi qui ſolem & lucem duo eſſe teſtantur, per nullam vim illa eſſe diſiungenda etiam cōfitentur, itaq; ſi duo diſſociari poſſunt, nō eſſe vnum certum eſt indicium, non tamen ſi non diſſociari valent continuo idem ſunt realiter. Nam alijs rationibus valet oſtendi non eſſe vnum, vt quia lux augetur, & remittitur, & ſol minimè, colligit philoſophia nō eſſe vnum, itaq; organicas animæ vires eſſe re ipſa diuerſas ab animab⁹ vegetatiua & ſenſitiua, mihi magis peruium eſt, quam de viribus animæ intellectiuæ. Illæ enim ſunt formæ organorum, quibus euerſis, illæ protinus ſpirant, ſoſpite manente anima: vt etiam patet in augmentatrice & generatrice facultatibus. Quod autem Ariſtotel. prædicebat ſi ſeni eſſet iuuenis oculus videret perinde atque iuuenis, non propterea dixit quòd in ſene vis viſoria ſit illæſa, oblæſo oculo: eſſet enim ociosa vis illa: at quia quanuis non ſit vis ſenſoria ſublato ſenſorio formaliter, eſt tamen radicaliter, quippe reſtaurato ſenſorio diuina ope, anima ſenſitiua tum nouam reparato ſenſorio donabit ſentiendi vim. Iuxta quem modum cenſeo animas ſeparatas nunc radicaliter ſenſus habere, & reſurgentibus corporibus reſtauratiſque diuina opera ſenſorijs, ipſas illis donaturas vires priſtinas ſenſorias, quæ corporibus mortuis colapſæ erant, lege Thomam. 1. part. quæſtion. 77. articul. octauo.

Hoc aduerte diligenter.

Authoris decretum temperatū inter extremas ſententias.

Obſeruade reſurgentibus.

Decima concluſio, iudico etiam vires omnes animæ organicas diuerſas eſſe ab anima, vt vis altrix, viſoria, auditoria &c. Omnes nanque vires ita vitales vt animales organicæ ſunt. Hæc ſuadetur, quia ſi iſtæ vires eſſent eędem animæ cuius ſunt vires, eſſent ſecum idem, quia quæ ſunt eadem vni tertio, ſunt inuicem eadem, quo quid abſurdius viſum eſſe auditum? & ineptiunt qui hoc non verentur concedere, at verò de viribus non organicis non tam prompta eſt aſſertio, nanque in organicis ſat nobis eſt diuerſitati colligendæ tanta organorum diuerſitas, & etiā vires ſæpè oblæſas & laceſsitas cernere, ſalua tamen anima. Maximè ſi anima ſenſitiua indiuiſibilis eſt, (vt à multis exiſtimatur) vtique ſi vis viſoria (quæ eſt in oculo) eſt ipſa anima ſenſitiua, & eadem eſt in auribus in olfactuſque ſenſorio &c. Igitur omnes, ſenſus ſunt vnus ſenſus, non ergò quinque ſunt ſenſus externi, neque plures interni, quippe omnes ſunt vna anima ſenſitiua. Neque diffugias dicens, ſenſus viſus eſt anima & oculus, ideo non eſt auditus, etenim oculus non eſt viſus, ſed vbi locatur viſus, & eius inſtrumentum. Sat vocantur animæ partes potentiæ iſtæ, non quia ſunt in anima vt in ſubiecto, ſed quia animam perficiunt & complent, quas ideo integrantes vocitabis. In rationalibus verò potentijs quas non eſſe inſtrumentarias, ſæpè aſtruximus, res hæc operioſior eſt, quia organa non ſunt diuerſa: at ex operationibus ſi veſtigamus diuerſitatem, ſæpè cernimus multas operaciones ab vna cauſa proficiſci, vt calor ſiccat lutum,

10. Concluſ.

Per organa diuerſa à poſteriori ueſtigatur potentiarum differentia per obiecta uero à priori, ut per actum.

Cur uires animæ dicū tur eius partes.

lutum, cerasque liquescit. Quid quod agens intellectus atque possibilis habent officia duo, & non re differunt. Et practicus intellectus, atque possibilis, munere distinguūtur, at non substantia, etiam iuxta Sanct. Thomā 1. part. quæstio. 14. articul. 16. id quod de agente & possibili negatur. Si autem ad obiecta nos remittimus bonum & verum quæ sunt obiecta intellectus & voluntatis, re idem sunt, ratione tamen diuersa, quam distinctionem satis est si potentijs impartiantur obiecta hæc, & non maiorem, quæ est realis. Etiamsi non est à ratione admodum abhorrens si hanc distinctionem quispiam asserat intellectui & voluntati congruere, vt iam præmonuimus.

Agens intellectus et possibilis realiter non differunt.

Primo argumento satis responsum est in obseruationibus nostris. Secundo dices hypothesi donata, animam esse vim intelligendi, & volendi, at nō continuo conficitur, igitur semper incumbet in intellectionem aut volitionem. Etenim anima aliquando necessario ligatur, vt quando irrepit somnus, tumque necesse est vt à proprijs obeundis muneribus supersedeat: at anima nunquam non donat vitam, quia huic muneri præstando ipsa sibi sola satis est, verum aduolendum & intelligendum aliunde est excitanda, à motore inquam extrinseco, id est, obiecto intelligibili, quod in phantasmate splendet, quo naturaliter per quietem somni obdito, aut alias distracto, suspendit necessario intellectus suam actionem, vt Themistius ait, in paraphrasi ad. 1. libr. de anima. capit. 2. dixit nanque Aristoteles omnem animæ motum esse vel ab ipsa, vel ad ipsam, nam quando mouetur ab obiecto est ad ipsam, mōta vero apud se conditas habet rerum species, iam motus est ab ipsa, tum verò etiam num virtualiter ab extrario motore mouetur, nam species vicem habet obiecti. Argumento autem isto vtique bene colligitur animam, & intellectum, & voluntatem non esse simpliciter eadem. Siquidem nonnunquam salua anima, intellectus impeditur atque voluntas. Non tamen efficax est ratio D. Thomæ vt diuersa hæc esse substantialiter probet, vt diximus octaua conclusione, sat est si simpliciter non idem, etsi substantia idem sint. Certio fatenda est nonnulla distinctio animæ & potentiarum rationaliū, vt inter odoratum, sapidum, & coloratum, quę pomum afficiūt: at substantialem seu realem differentiam nō persuadet. Quia quamuis elementa per accidentia, id est, qualitates primas atq; secūdas, suas factitent operationes, vt ignis per calorem calefacit, & per leuitatem ascēdit, at anima rationalis est multo simplicior cūctis formis, ideo non indiget ista diuersitate qualitatum reali. At Dionysius non faceret negotiū, diuinos spiritus enim fatemur diuidi in ea quæ Dionysius tradit essentiam, virtutē, operationem, at ipse non tradidit virtutem & essentiam esse re diuersa: sat est simpliciter non esse eadem. Porrò argutulus quispiā obijciet, si nō distinguūtur realiter memoria intellectus, & voluntas, non extat igitur in rationali anima triadis imago. Porrò ex præscripto fidei non habemus animam imaginem esse trinitatis, quia tres potentias realiter distinctas in vna essentia continet, quanuis fidei est decretum hominem creatum esse ad imaginem Dei, quia testante Basilio (vt superius notabatur) homo interior noster (id est anima) spiritualis & intellectualis est. Id quod satis est exili imagini, qualis est quęuis creatura. Cæterum quia D. Augustinus ex locupleti pēnu ingenij sui acerrimi rem hāc excogitauit, vt responderent potentiæ animæ nostræ rationales beatissimæ triadi, idcirco illarum probabilis est distinctio, etsi longissimè abest imago hæc à suo æterno exemplari. Magister porrò in litera eādem distinctionem potentiarum præ se fert, verum vt Dionysio respondimus, ita illi responsum esse puta. Argumentum demum quod in contrarium obiecimus, non tanti facito, quanti à suis authoribus penditur. Dicimus enim per distinctionem organorum à posteriori, & à priori per actuum distinctionem, & formalium obiectorum distinctionē, quæ realis est necessariam ducimus esse organicarum potē tiarū differētiā realē. Rationaliū verò potentiarū quia fatemur illas substātialiter esse eadē, simpliciter tamē nō esse idē, quia volūtas & intellectus aliquid vocāt reale in suā ratione finitiuā, ꝙ anima nō vocat, vt intellectus est secūdū quē denominamur intelligētes, & volūtas per quā volētes, idcirco distincta illa diximus. Probabilē quoq; duximus sentētiā decernētē, illas esse re distinctas. Expediens est enim, vt in vno Deo hæc omnia sint vnū: in creaturis autē quia actus puri nō sunt non itē. Obseruādū verò est Thomam hac distinctione, minorē testatū fuisse distinctionē potētiarū angelicarū, quā nostrarū: quia simpliciore angelus fruitur natura, ergo anima rationalis quæ multo simplicior est, quam

Argumenta diluuntur.

Notanda ex positio Aristotel.

Dionysius exponitur.

obiectio optima.

10. de Trini. cap. 4.

animæ

animæ aliæ minorem ſortietur diſtinctionē in potentijs ſibi proprijs, quàm cæteræ animæ.

Quarta Diſputatio. Num memoria ſit imaginis huius particula.

HAnc diſputationem faceſsit nobis veneranda philoſophorū authoritas. Videtur nanque memoriam non eſſe referendam inter imaginis partes. Siquidem memoria eſt præteriti ſub ratione præteriti, at verò intellect⁹ à tempore abſtractam gerit conſiderationē, ſiquidem vniuerſales fabricat notiones, vniuerſalia verò ſubducta ſunt à temporis conditione ſiue præſentis, ſeu præteriti, ſeu futuri. Secundo Ariſtoteles lib. de ſenſu & ſenſili. c. 1. memoriam tradidit eſſe communem paſsionem corporis & animæ, at verò intellectus non eſt paſsio communis corporis & animæ. In contrarium eſt Auguſtinus. 14. de trinitate. c. 8. quia tria ſtatuit in hominis mente, memoriam, intelligentiam, & amorem quem Magiſter ſectatur in litera.

Claram vt proferamus huius diſputationis veritatem, in primis opus eſt facto, quid de re hac philoſophi ſenſerint, referare. Nanque ſi Ariſtotelem conſulimus lib. de memoria & reminiſcentia. c. 1. memoria (ait) ſi intelligibilium eſt, non eſt ſine phantaſmatibus. Et rurſum in eodem. c. memoriam tradidit eſſe per ſe ſenſilium, eſt enim præteritorum: at verò ad intellectum pertinere teſtatur per accidens. Quæ vt palam quid velint aperiā: obſeruare oportebit, Themiſtium inſignem Ariſtotelis interpretem libro. 1. de memoria & reminiſcentia. c. 5. & 6. intellectum docentem ſenſibilia intelligere per accidens. Sicut enim ſenſus ſingularia per ſe ſentit, at vniuerſalia per accidens, nam viſus Socratem per ſe videt, at videndo Socratem hominem videt, & totum quod eſt Socrates, intellectus contra ſe gerit, nam intelligibilia primo cernit, & per ſe, at verò ſingularia & ſenſilia per accidens. Intelligendo enim hominem in vniuerſali, neceſſe eſt intelligat hominem in particulari: in quo ſubſiſtit homo ille vniuerſalis. Et hoc eſt quod aiebat Ariſtotel. ſi memoria eſt intelligibilium, non eſt ſine phantaſmatibus. In brutis igitur memoria eſt experimēto docente, declinant enim ſerobem equi & muli, &c. in quam olim impegerunt, & hæc memoria eſt recordatio & recognitio præteriti lapſus, & hæc eſt memoria illius lapſus ſingularis ſub ratione præteriti tēporis, quod elapſum eſt. In intellectu autē eſt memoria etiam, ſed rei intelligibilis, & hæc præteritū tempus apprehendit, at per accidens & non per ſe vt diximus. Et enim illa intellectio intelligibilium, ſpeculatiove quæ iam elapſa eſt, aliquando præſens extitit: & hoc intelligit intellectus, intelligens ſe aliquando intelexiſſe: vt qui aliquando didicit triangulum habere tres angulos æquales duobus rectis, per ſe quidem memoratur illius actus ſenſibilis, ſe inquam à magiſtro dediciſſe, aut per ſuam inuentionem, & ſubinde memoratur rei intelligibilis edoctæ aut inuentæ: triangulum habere tres, &c. Et vt rem euidentiorem faciam, habet memoria obiectum geminum, alterum eſt res ipſa, quam vidimus, aut audiuimus, aut denique ſenſimus, aut ſenſu exteriori aut interiori, & hoc eſt veluti remotum obiectum. Cæterum actus ipſe ſiue videndi Romam, aut audiendi armonicos concentus, aut tangendi tactilia, aut imaginandi machinamenta aliqua, & hoc genus alia eſt proximum obiectum. Etenim recolimus nos vidiſſe Romam, aut audiuiſſe concentū, & quanquam res ipſa non fuerit elapſa, illius tamen memoramur, quia elapſus eſt noſter actus quem erga illam habuimus: vt quando Romam (quam aliquando vidimus) memoramur, tametſi Roma non eſt præterita, ſatis eſt, videndi actum euanuiſſe, & antequam euanuiſſet infixas reliquiſſe ſpecies in ſenſu communi: quæ ſpecies illum actum videndi repræſentant ſub ratione præteriti. Ideoque Ariſtotel. libr. de memoria & remini. docuit memoriam in principe exiſtere ſenſum exteriorum, inſinuans ſenſuum communem. Non quòd ſenſus hic communis ſit ipſa vis memoratiua (quam dicimus memoriam) at quod ſenſus iſte communis parturit (vt ita dixerim) memoriam, in quem modum interpretatus eſt locum hunc Albertus Magnus in commentario ad eūdem librum Ariſtotelis capit. 3. Ait enim audiendum eſſe Ariſtotelem ſecundum efficientiam. Parturit autem aut efficit communis ſenſus memoriam, quippe ſenſus externi quanuis excipiant ab obiectis ſpecies, at verò illas aſſeruare nequeunt abſentibus obiectis. Porrò illas amandant ſenſui communi, qui illas obſeruat non ſibi, ſed in memoriam reponēdas

De ui memoratiua quid philoſophi cenſuerint.

Intellectus & ſenſus ſecernūtur in functionibus.

Memoratiua uis duplex habet obiectum.

Memoria in ſenſu cōmuni quomodo ſit

das, cui deputatus est ventriculus proprius in occipitio, cuius temperatura siccior est, quã sincipitis, siue bregmatis: vt species illo demandatæ humiditate ventriculi liquescentes non defluant: imò ipsa ventriculi effectæ solidiores siccitate, illæsæ custodiantur. Igitur Aristotel. & sui alumni confessum habent, memoriam per se locandam in parte sensitiua. Nanque memoria tendit in rem sub conditione præteriti temporis, quæ est materialis, & sensilis conditio. Nanque Aristotel. tempus & motum inter sensilia communia numeranda esse tradidit. 2. de anima: quanquam ipsam temporis cuiusque rationem non capit sensus. Est enim tempus mensura motus secundum prius & posterius. At sensus verè nescit mensurare secundum prius & posterius: at verò sensus est ipsum actum præteritum sentire, & hæc sensus facultas memorãdi est, & ipsa sensio est memoratio. Quam si voles, definies esse præteriti nostri actus, imaginationem, aut rectius apprehensionem. Memorandi nanque facultas, nõ est idem quod imaginandi vis (quam phantasiã græco vocabulo nuncupamus) nanque phantastica vis imaginatur etiam impossibilia: at memoria non est impossibilium, sed sensatorum. Quod si Aristotel. libro indicato imaginatiuæ aut phantasiæ memorandi actum tribuere præ se fert: illud est quod memoria præteritum actum imaginatur, vt diximus. Cæterum si rem pendimus æquabilius, palã erit intellectiuam quoque esse memoriam. Nam si sensus potest actum suum iam elapsum sentire memorãdo, quid ni intellectus & suum intelliget intelligendo? Quid enim prohibet quominus intellectus intelligat, se intellexisse, triangulum habere tres angulos æquales duobus rectis? & non dico didicisse olim, sed intellexisse, vt actus memoratus, sit purè actio intellectus. Quid quod reminiscẽtia est intellectiuæ virtutis, etiam testante Aristotele, at reminiscentia non est aliud quam quædam intercissa memoria. Quando enim partim memoror, & partim non memoror, & ex memoratis me deduco ad assequendum oblita, reminiscentia est. Vt verbi causa noui, & memoria teneo librum quendam reposuisse in bibliotheca mea, at obliuio subit, quo in loco bibliothecæ meæ reposuerim. Cæterum ex memoria prioris ducente discurro hoc modo, non reposui librum hunc hoc loco, vel isto, igitur illo, quo certe reposui. Hæc memoria discursiua est reminiscentia, quæ brutis quidem negatur, hominibus autem est propria, igitur si intellectus reminiscitur, igitur & memoratur. Est ergo memoria in intellectu, quanuis hæc memoria non est sine sensus præsidio, quia necesse est intelligentem phantasmata speculari. Et aduertendum est intelligibilia quędam esse quæ à materialibus conditionibus exco quuntur ab intellectu, vt homo in vniuersali contemplatus, cui accidit tempus hoc, & locus hic, cæteraque accidentia, nam homo vt homo neque circunscribitur hoc vel illo loco, neque hoc vel illo metitur tempore, vt neque afficitur qualitate aut quantitate. Callidus enim non est, neque frigidus &c. Porrò quando intellectus hæc intelligibilia materialia memoratur, vtique per accidens illa memoratur. Siquidem huiusmodi intelligibilibus accidit præteriti temporis cõditio, aut cuiusuis alterius materialis conditio à qua abstrahitur: intellectus opera meditantis hanc abstractionem, Ideoque si in memoriã reduxerim, olim me intellexisse vniuersalia quædam per accidens est hęc memoria horum vniuersalium, quia accidit illis tẽporis lapsus: at sunt alia intelligibilia immaterialia, qualia sunt intelligendi actio, & volendi, aut nolendi, vt sunt liberi arbitrij functiones. Has igitur intellectus itidem memoratur sese aliquando intellexisse, voluisseq; aut noluisse, in quibus non accidit temporis lapsus quandoquidem sunt singularia hæc, quæ sub hic & nunc constituuntur, vt si intellexi heri propositionem quandam Theologicam, memoror actum intelligendi illum, cui non accidit præteritio vt ita dixerim, nã est singularis actus, quem intellectus exercuit sub temporis mensura, quæ illum actum indiuiduat. Nam indiuiduum est cuius collectio proprietatum fieri nequit, vt in altero reperiatur. Huiusmodi ergo actus intellectus memoratur per se, etiamsi intelligibiles sint. Etenim conditio præteritionis non accidit istis intelligibilibus singularibus, vt accidere demonstrauimus vniuersalibus, quæ ex materiæ appendicijs subducuntur, neq; de istis est audiendus peripateticus sermo intellectũ ememorari per accidens. Tu hæc obserua, & planum tibi erit, quod Thom. scripsit de re hac in 1.p.q.79.art.6.

Subit autem præter hęc Aristotelis locus in 3.de anima text.6. intellectiuam animam commemorãs esse locum specierũ: qui locus plane indicat memorandi vim esse conserua-

tricem

Organũ memoriæ ventriculus est in occipitio.

Habet mens memoriam ac sensus.

Quid reminiscentia.

Reminiscentia est memoria discursiua.

Duplicia sunt intelligibilia.

Aristoteles exponitur.

tricem specierum. Nã locus hac vi præditus est, vt conseruet locatum. Cæterùm verba hæc Aristotelis de intellectiua solum anima esse habenda Albertus Magnus in secunda parte summæ de homine, & post ipsum Thomas in. 1. part. q. 79. artic. 6. tradiderunt. Et sci te mea sententia. Etenim anima sensitiua nõ est specierum sensilium locus, etenim potentiæ sensoriæ species excipiunt sensitiuas: & quoniam potentiæ istæ sunt organicæ, species locantur in coniuncto ex vi sensoria, & organo corporeo instrumento ve quod sensorium philosophi appellitant, & imbi conseruantur species, quo quidem collapso species itidem collabuntur: at verò intellectus non est organica instrumentariave vis, ideo species intelligibiles ab ipsa intellectiua anima asseruantur. Quapropter dixit Aristotel. animam esse locum specierum, neque solum locus est, sed & subiectum, etiam si locus est metaphoricè & trãslatitiè. Etenim est locus spiritualis anima specierum intelligibilium, eoque locus appellata, quo conseruatrix proprie est suarum specierum: est autem subiectum quia illi hærent species intelligibiles vt affectiones illi propriæ. Sed iam tu mihi considera, si anima locus est specierum intelligibilium, & istud est quod memorandi facultas in proprium vendicat sibi munus, iam ergo ipsa memoriæ vis, & anima idem sunt: at vero Sanct. Thomas in. 1. part. quæstio. 79. articul. 7. censuit memorandi vim idem prorsus esse cum possibili intellectu, cuius est recipere fluxum specierum intelligibilium ab agente intellectu, & intellectus possibilis Thomæ distinctus re est ab anima ipsa, sicut agẽs alia res est quam anima intellectiua. Porrò hæc assertio ni fallor hæret minime peripatetico placito, quod apertam habet confessionem, animam esse locum specierum, & locus specierum est memorandi vis, & hæc est possibilis intellectus, de primo ad vltimum rem deducentes palam est animam esse intellectum possibilem, quod si hoc fatearis, quid prohibebit idem de agente confiteri? Et reuera nisi impropriè Aristotelem intellectum velis, non poteris nostrum declinare argumentum: at verò Arist. etiãsi trãslatitio sermone vsus dixerit animam esse locum specierum vt de materia. 4. Physi. text. cõm. 38. prodidit esse locum formarum, non aliud insinuare voluit quã animam esse seruatricem specierum intelligibiliũ, & rursum vt loco inuariato variantur locata, ita anima non variata est inea specierũ multa vicissitudo. Cæterũ non propterea credẽdũ erit dicẽti animã nõ propriè esse seruatricẽ formarũ intelligibiliũ. Quare cõsequẽs erit esse animã memoriã & intellectum possibilem: at continuo esse consequitur agentem intellectum voluntatemq;, id qp contendebamus disputatione iam exacta.

Anima intellectiua est locꝰ specierum & subiectũ ut habendũ sit.

An possibilis intellectus sit memorãdi uis.

Anima est intellectus agens & possibilis.

Sub hæc autẽ lubet aliquãtò presius rem istã pẽsitare, etenim cur memoriã intellectiuã per se sensiliũ negemus humanæ mẽti, non prorsus cõstat esse verũ, etiãsi multa ad peripateticã iã excussimus mentẽ: at excutiendũ supereſt nũ intellectus per se & directè vnquã cognoscat singularia materialia, vt Petrũ & Palũ? Id quod colliges, nã apud se format mẽs propositionẽ hanc, Petrus est homo, & sillogizat per singular a, omnis homo est rationalis, Petrus est homo, ergo est rationalis, ergo per se huius silogismi memoriã retinebit intellectus. Rursum intellectus deducit cõditiones materiales, quãdo abstrahit vniuersale à particularibus, & iudicat hominẽ vniuersalẽ non metiri tẽpore loco &c. Igitur cognoscit hoc tempus directè, & hunc locum, & hanc quantitatem &c. à quibus suum subducit vniuersalem conceptum. Habet igitur directam notitiã singulariũ. Præter hæc materia est intelligibilis ab intellectu sine forma: nanq; 7. Meta. tex. cõm. 8. illam considerat metaphysicus dicens, materiam non esse secundum se quid, neque qualem, neque quantam, neque aliquod aliorum determinatorum generum, si ergo materiam intelligimus, habere diuersam à forma rationem, intelligimus vtiq; per se materiam, & cum hæc sit indiuiduationis principiũ, cur nõ intelligemꝰ ipsa indiuidua materialia? Neq; diffugiũ petas dicens, forsitan intellectum materiam hanc intelligere abstrahens à cõditionibus indiuiduantibus. Etenim repugnat intellectui hanc materiam abstrahere à materia. Si ergo materiam capimꝰ citra abstractionis operã id est, nõ abstrahendo à materia, quãtũ arbitraris incommodum si Petrum intellectus noster capiat, non vtens abstractione? quæ sola necessaria est vniuersalibus formãdis notionibꝰ, quæ quia sciẽtificę sunt à singularibꝰ (quorũ nõ est sciẽtia) necessario subducũt, meditãte intellectu hoc abstractiõis subtilissimo machinamẽto. Secũdũ hãc rationẽ si lubet peripateticũ tẽperare sermonẽ, nõ valde errabitur. Nam tametsi sensui donet, singularia cognoscere & intellectui vniuersalia, nõ subinde puiũ est ab intellectu directã singulariũ notionẽ Aristo-

Num intellectus per se cognoscit singularia.

telem

ſtotelem ſubmouiſſe: at intellectum proprio decorauit munere intelligendi vniuerſalia, in quo nullum ſenſus cum intellectu conſortium habet. Et quod diximus ſuperius intellectum cognoſcere ſingularia ſenſibilia per accidens, vt ſenſus intelligibilia per accidens, (eſt enim ſubſtantia per accidens ſenſibilis. 2. de anima) eſt ſanè verum aliquando, vt cum vniuerſalia intuetur ſingularia in vniuerſalibus comprehenſa per accidens aſſequitur: at verò poterit & per ſe illa intelligere, vt proximus docebat ſermo. Et mea ſententia Scotus in. 4. ſentent. diſt. 45. q. 3. nobiſcum ſapiens, recte ſapit, ſi tamen non obliquè ſapio. Quanquam ſcio reclamaturos moroſulos quoſdã peripateticos: ſed per illos liceat mihi ad hũc modũ opinari, & illis per me licebit pro ſuo arbitratu ferre ſententiam. Et profectò ſi ſacras Ariſtoteles aſſequutus fuiſſet muſas forſitam liberius profiteretur intellectum per ſe aut intuitiue, vt Scoticam ſequar phraſim cognoſcere poſſe ſingularia. Extat enim apud Lucam. 16. diuitem epulonem in tormentis æternis agentem propinquorum memoriam tenuiſſe, & Abraham atque Lazarum mendi cum cognouiſſe. Et non eſt locus ſubterfugiẽ di, ſi dixeris, parabolicè dominũ fuiſſe loquutum. Siquidem veram narraſſe Lucam hiſtoriam, verumque geſtum alibi docuimus, Eſaiam dilucidantes. Neque turberis cogitans vt anima epulonis tanto chao interceptо potuit Abraham & Lazarum ſinu eius deliteſcentẽ agnoſcere? Narrat enim Lucas immenſum chaos interceptum fuiſſe inter Abraham & diuitem. Etenim anima rationalis comercio corporis ſeparata, onereque corporis depoſito, in diſtantiſſima poterit ſuam porrigere actionem. Etenim ſi nunc corporea preſsis mole imaginatio noſtra in procul ſita ſeſe profundit, ecquid ſi tum intellectiua anima verè præſtet, quod imaginatio nunc ſæpè nõ verè præſtat? Etiam ſi non me lateat. D. Thomam in. 1. p. q. 89. ar. 7. animam ſeparatã teſtari indiſtantiſsima interualla poſſe intelligentiam ſuam profundere. Putat enim animam ſpeciebus infuſis in ſeparatione à corpore imbuiſquæ quia diuinitus infuſæ ſunt, diſtantia loci coerceri nequeunt: & harũ præſidio ſpecierũ ſingularia cognoſci ab animabus ſeparatis fatetur. Itaque quæ anima conſortio corporis fruens cognoſcebat ſingularia reflexè: tum per ſpecies illas cognoſcet nouo directoque modo, ſine phantaſmatum, opera quæ tamen obſoleta iam ſub corporis morte fuerũt.

Intellectus directè cognoſcit ſingularia.

Dubitatio non ſpernenda.

Anima ſeparata põt intelligere diſtantiſsima.

Lege Thomam. 1. p. q. 89. artic. 4. at verò lego apud Eſaiã animarum damnatarum ignẽ inextinguibilem, & vermem immortalem. Eſt autẽ vermis hic ſindereſis cõſcientiæ quę ſem per rodebit miſeros illos de malè geſtis, ergo ſemper memorabũtur mala acta, & vtiq; non per ſpecies infuſas, quia iſtæ intuitiuã nõ memoratiuã præſtabũt notitiam, ergo memoria hæc erit per ſpecies ſingularum rerum, quas animæ ex hoc ſeculo illo cõmigrantes, ſecũ conuexerunt. Vnde dixit Gregorius oculos quos clauſerat culpa, apperiet pœna, quia experti ſupplicia miſeri in memoriam reuocabũt, quæ peſsima geſſerunt. Et re vera quãuis Caietanus. 1. p. q. 89. art. 4. dicat ſe modum neſcire quo memorẽtur dãnati illi ſcelera cõmiſſa, tamẽ apert⁹ eſt ſatis modus prædictus. Ad hæc cenſeo Ariſtotelẽ libro indicato de memoria & reminiſcẽtia idẽ inſinuaſſe. Docet ſiquidẽ reminiſcentiã eſſe intellectiuam memoriã. Hãc enim fatetur eſſe diſcurſiuam: eſt autem diſcurſus germanus intellectui, & ſenſui alienus. Iam verò reminiſcentia non ſolum vtimur in vniuerſalibus cõceptibus imò & in ſingularibus reminiſcendis. Etenim per ſingularia memorata diſcurrimus ad ſingularia oblita rememoranda. Et hæc reminiſcentia ſingularium eſt per ſe intellectorum, & nõ per accidens. Intellectus igitur aliquando cõcipit directè. 1. ſine abſtractione vniuerſaliũ ſingularia, quanquam memoria quæ eſt ſine diſcurſu, quæ communis eſt etiam brutis hæc eſt intellectiua per accidens. Quia communis non intellectiuus eſt animalibus, at verò quæ eſt propria homini memoria, id eſt, reminiſcẽtia, cur ſit per accidẽs appellãda intellectiua, nõ mihi perſpicuũ eſt. Et obſeruabis ſub hæc reminiſcentiam eſſe memoriam aut vim memorandi actiuam: etiam ſi quam dicimus memoriã paſsiua ſit facultas: huius enim eſt conſeruare & retinere: at verò conſeruare & retinere, & recipere ſpecies intelligibiles non præſeferunt verba hæc actionem apud philoſophos docentes, materiam eſſe ſeruatricem formarum, cum tamen actiua non ſit. Et locus locatum ſeruat ſæpè ſine actione, vt vas contentum liquorem. Cæterùm vis reminiſcendi quippe quæ diſcurſiua eſt, actiuam eſſe non hæſites, diſcurrere enim actio eſt intellectus. Quod ſi hæc alta mente repoſueris lucidam habebis notitiam de agitato à plurimis dubio & non exactè deciſſo, num memoria eſt vis actiua, an paſsiua? tametſi & ipſa memoria ſuam etiam habet actionem

Cap. 66.

Animæ ſeparatæ ſecum deferunt ſpecies quas agẽtes in corpore ſibi parárunt.

An memoria ſit actiua

Reminiſcentia eſt memoria actiua.

ctionem, cognoscit enim præteritū quatenus tale. Iam vero vt ad pristinū redeam⁹ choax, aperiamus oportet, quonammodo memoria sit imaginis pars: nam memoria quædam (vt dudum præmonebamus) nobis est & brutis impartita, alia autē est nobis familiaris. Augustinus igitur memoriam in prima locauit imaginis parte, vt ostensum est, cui tamen multa oppedire videntur: primum quia rectius collocasset in prima parte reminiscentiā. Etenim nihil habet imago trinitatis creata commune cum brutis, quippe quæ hac insigni imaginis orbantur dote: at verò memoria vt frequenter tradidimus, & nobis & illis communis est. Præterea memoria patrem refert, vt intelligentia filium, & voluntas paraeletum. Porrò memoriam esse passiuam facultatem paulò ante commemorabatur. Est enim promptuarium specierum: at verò pater nihil cum potentia passiua habet, quippe qui diuinitatis fons est, & principium perēne.

Memoria quomodo est imaginis pars.

Augustinus disseritur.

Tertiò memoria hęc est intellectus possibilis, at verò in diuinitate nihil possibilitatis est admittendum, æterna enim sunt necessaria, & Deus est purissimus actus, & ideo diuinus intellectus fieri nequit vt sit possibilis intellectus. Cæterum vt pauculis rem expediamus istam verbis, Augustinus per memoriā intelligit mentem fœcundatam, seu prægnātem (vt sic metaphoricè dixerim) speciebus intelligibilibus, & hæc intellectiua est, quia brutalis memoria nō has species nouit, mens igitur hoc referta specierum thesauro memoria est Augustino, & hæc tribuitur patri propter diuinitatis fœcunditatem, quę in ipso patre consistit. Nam pater per suam diuinitatē filium generat: id quod cæteris negamus personis. Sed adhuc mecum hæsita, si iuuat rem hanc altius intelligere, cur ergo memoria patri tribuitur, quandoquidem memoria est posterior actu intelligendi, & potentia passiua posterior est actu. 9. Metaph. at pater prima est in beatissima Triade persona. Verum contemplare mecum memoriam, si de vi memorandi sit sermo, esse simul cum cæteris intellectiuis potentijs, si verò de actu memorandi posterior est actus hic, quam intelligendi actus, quippe hic est eius obiectum, vt prædiximus. Si verò memoriam nuncupemus ipsam animæ vim ornatam speciebus intelligibilibus, quæ habet sese tanquam si esset in habitu intelligendi constituta, secundum hanc sanè rationem ipsa prior est quam actus intelligendi, qui ab ipsa procedit, quem actum

Cur memoria tribuitur patri.

Augustinus intelligentiam nūcupat, vt amorem voluntatem. Obiectis igitur faciamus satis. Reminiscentiam non collocauit Augustinus in partibus imaginis, nam hæc discursiua cum sit, non refert illam æternam emanationem verbi à patre quæ sine discursu est. Verum memoria quæ imaginis est pars, non est communis brutis, quippe thesaurus est intelligibilium specierum, niū nominis appellatione duntaxat, quia & brutis adest memoria: & hoc nihil incommodi imagini affert. Secundò dicito memoriam esse sanè passiuā, tamet si impropriè est quoque actiua. Siquidem vt iam explicauimus cognoscere præteritum quatenus tale, muneris est memoratiuę facultatis, id quod agere est. Porrò non refert Deū patrem memorandi facultas nostra, quo passiua est, at quo fœcunda intelligibilibus formis actionem intelligendi, seu prolem legitimam sibi parit: quam mens amore complexa signaculum gerit æternæ Triadis. Tertio quoque argumento iuxta prædicta respondebis, nam possibilis intellectus non quod possibilis est, sed quod fœcundus est speciebus intelligibilibus imaginis prima pars est. Ad argumenta vero principalia si attentiusculè pēsitasti, quæ in quæstionis contextu disserui, non egebis me soluente. Dices tamen argumento memoriam sanè esse intelligibilium per accidens, vt Aristoteles docuit, & esse per se intelligibilium, id est, propriorum actorū quæ mens ipsa in propriam conducit memoriam, & est denique per se singularium intellectorum, quæ reminiscentia propria excolit opera vt prædiximus. Secundo fateor memoriam esse nobis atque brutis communē, cæterum quæ pars imaginis est, non est brutis communis nisi nomine tenus.

Recta Augustini intelligentia.

Cur reminiscentia non locatur inter partes imaginis.

Quinta Disputatio. Num agens intellectus & possibilis realiter diuersæ sint partes animæ.

COmmodè facturum me arbitror si de agente intellectu atque possibili hoc loco propriam decisionem statuero. Supra nanque non semel de vtroque hoc intellectu mentio facta est. Neque imaginis poterit Theologus partes ad vnguem excutere, neque philosophus exactè animę rationalis naturam dignoscere, si hos

si hos duos intellectus sub silētio esse permisserit. Videtur igitur hos duos intellectus re diuersos esse. Etenim vt abundè supra docebatur, nihil idem secundum idem potest esse in potentia & actu, aut mobile & mouens, nā quidquid mouetur ab alio mouetur, & omnis passiua potentia eget agente distincto illam mouente & actuante: at verò intellectus possibilis est potentia passiua, vnde & nomē sibi possibilis conciliauit, quippe qui nō sem per est in actu, at potest actum sibi parare, ergo actuans hunc intellectum illumque mouens, & subducens à possibilitate habendi actum intelligendi, ad actum ipsum, est diuersus ab ipso tanquam mouens à mobili. *Argum.1.*

In diuersum est, intellectus agens vel intelligit, aut non intelligit, si primum dederis, cum intelligere sit quodam pati, 3. de anima ipse agens est possibilis, cuius est intellectionem excipere, sinuerò non intelligit non est intellectus, ergo neque agens intellectus, id quòd implicat ergo idē sunt re & natura vterque iste intellectus.

Quæstio hæc peruia nō est, neque cuiuis continget huius abstrusa referare sensa. Etenim vexilarius peripatetici dogmatis Aristoteles tanta est inuolutus sermonis perplexitate, quando de intellectu sermonem habet, vt videatur ex industria obscuritatem affectasse: vnde & philosophi magni nominis ansam acceperunt errandi, & hallucinati adeò sunt, vt miserum sit referre, in quantam errorū voraginē demersi sint, vt Alexāder ille Aphrodiseus, qui Deum censuit esse agentem intellectum, & Auerroes & Auicenna qui intelligentiam infimam cœlestis lunarisque globi motricem, crediderunt agentem intellectū, & alij denique alia absurda commenti sunt, quos denarrare animus non adest. Quippe quos vberius in cōmentarijs nostris ad. 3. de anima librum ad.c.5. indicauimus. At qui mirari non est, lapsus tantorum philosophorū, quia tenebrolitas ducis eorum illos ad præcipiciū impulit. Dixit enim Arist. 1. de anima tex. 65. intellectum aduenire nobis, & esse substantiam quæ non corrumpitur. Et. 2. de genera. animalium. ca. 3. intellectum testatur deforis aduenire. Et rursum. 1. de anima text. 82. intellectum (ait) esse antiquissimum & dominum omnium: sequutus Anaxagoram, atque Platonem, intellectum esse regem vniuersorum tradentes. Et. 3. de anima text. 18. intellectum docet agentem esse immixtū sem per actu, atq; separatum: & alia sunt hoc genus testimonia quæ offuderūt incūbentibus in libros Aristotelis tenebras dēsissimas, vt crederēt de intellectu viri grauissimi in philosophia nenias, nugaces q; doctrinas de intellectu spargerēt in libris suis vt dixim⁹. Plato igitur vt illi ascripsit Auerroes lib. 3. de anima cōm. 19. agentem intellectum despuit. Nā agens intellectus est introductus propter abstractionē vniuersalis à phātasmatibus: at verò iuxta Platonem vniuersalia realiter subsistebant, & nō indigebant abstractione intellectuali, ipsa nanq; suaptè erant abstracta natura. Rursumq; anima Platoni corpus præcedebat, & cœlo delapsa in corpusculum infantile rerum species secum conuehebat. Vnde nostra scientia Platoni reminiscētia erat: cui quoq; placito patrocinatus est quidam Isaac Narbonensis philosophus, narrāte Pico Mirandulano in conclusionibus quibusdam Romæ habitis. Et Durādus ex nostris. q. 5. huius distin. in eandem iuit sententiam: intellectus nanque agens introductus est ab Aristotele, vt deductis materialibus conditionibus vel abstractis à phantasmatibus, vniuersale in phantasmate latens sese pandat intellectui: at verò hæc actio agentis intellectus quærenda est qualis sit, num imprimit formam seu lumen aliquod in phantasmate, vt actio sit impressio, aut si non hoc, erit igitur remotio alicuius materialitatis à phantasmate: at neutrū horum: nanque si imprimit lumen, quale putas hoc lumen, nū est corporale? at plana res est lumen corporale nō reddere intelligibile actu phantasma, neque intellectus hoc lumē donare valet, sin est lumen spirituale & intelligibile, huius non est capax phantasma. *Platonis dogma de intellectu agente* *Durandi argumenta cō tra intellectum agentem.*

Eodem accedat, idem quatenus idem, semper est natum facere idem: at phantasma post illustrationem illi exhibitam ab agente intellectu idem est sibi, vt antequam illustraretur erat. Siquidem nihil nouæ habet impressionis sibi incussum opera agentis intellectus nihilque ablatum sed persistit idem, vt primo erat: ergo si primo erat ineptum, ergo & modo illustratum, aut si non illustratum erat, nō aptum, & illustratum itidem erit ineptum, vt ex illo sibi conducat agēs intellectus species intelligibiles, vniuersaleve formas. *Secundo.*

Tertiò aut agens intellectus intelligit phātasma oblatum à phantasia, aut non aduertit, si hoc postremum annuis, vt ergo non intellecto phantasmate vniuersale colligere valebit agens intellectus? si verò intelligit phantasma singulare Petri, aut Pauli vtique sine *Tertio.*

Errata philosophorum de agente intellectu.

Collatio Aristotelicorum locorū de intellectu.

abstractione intelligit huiusmodi singulariū phantasmata, & sine illustratione noua, sed sua præditus vi oblata intelligit, igitur & cætera alia quæ intelligit citra irradiationes intellectus agentis poterit intelligere.

Quarto. Quartò perinde voluntas immaterialis est atque intellectus, at verò voluntas se mouet, & mouetur, & est actu quandoque, vt quandoque in potentia, & nullus est testatus philosophorum partitionem esse agentis, & possibilis voluntatis, vt neque in sensibus similiter, igitur intellectus hac partitione non indigebit.

Quinto. Quintò, intellectus à phantasia mouetur, vt hæc à sensu communi, & hic à sensibus exterioribus, & isti ab obiectis externis, est ergo intellectus mobilis, & non mouens. Nō ergo agens est intellectus qui moueat possibilem: nam satis est possibilis, qui mobilis est à phantasmate suapte natura, vt enim visus excipit species colorum à materia expurgatas, nam est instar ceræ suscipientis signaculi formam sine materia, & sensus communis adhuc purgatiores, phantasia quoque defecatiores, imò defecatissimas habet species, ideoq; istæ nullo alio adminiculo præditę, poterunt mouere intellectum possibilem.

Sexto. Sextò, aut agens hic (quem asseris intellectus) est semper in actu, aut non semper, sed quandoque in potentia, si actus semper est, igitur est actus purus, potentialitatem à se decutiens, id quod vnius diuinitatis singulare si mum est insigne, at verò agens intellectus humanus est, no diuinus est: si autem est vnquā in potentia, est igitur idem qui & possibilis. Istis vel alijs impetere quispiam quibit peripateticum de agente intellectu placitū. Quibus non obstantibus subiungam aliquot de quæstione conclusiones illam dilucidantes.

1. Conclusio. Prima esto. Agens intellectus fatēdus est, hanc Aristotel. 3. de anima tradit, illam colligens physyco argumēto, In quocunque genere in quo est potentia ad excipiendum actū, exhibere itidem est necesse agens quod illū actum præstet: vt quia lignum est in potentia ad suscipiendam scani figuram, est quoque artifex, qui illam inducat, & in natura quia materia est in potentia ad omnes corporales formas, sunt quoque agentia naturalia, quæ illas materiæ donent, alioquin ociosa esset potentia. Iam ergo intellectus humanus est in potentia ad formas intelligibiles omnes excipiendas in gremium suum. Est enim fieri omnia illi tributū, quia omnibus sese aptare potest, intellectuales similitudines vniuersorū suscipiens; igitur erit quoq; agens intellectus qui has intellectuales rerum similitudines cō dat, & conditas possibili præstet. Est autem cauillus huius rationis primus. Nam agēs hic intellectus erit (dicet aliquis) intelligentia infima, vt Auerroi placuit, aut Deus vt Alexādro, hic autem cauillus exuflatur facile, etenim præter agentem causam vniuersalem, est quoque particularis. Nam 2. Physi. sol et homo generant hominem: vt ergo est potentia intellectualis homini germana & intrinseca, ita & agens intellectus admittendus est germanus homini, & intrinsecus. Nam cur magis repugnabit agens intellectus homini, quā possibilis? Cauillus secundus est. Phantasma (ait quispiam) mouet possibilem ad intellectionem, & phantasma est obiectum possibilis intellectus, vt ab hoc & illo simul coeuntibus, & proles speciei intelligibilis & actus intelligendi educantur, vt Scotus insinuare videtur. q. 7. huius distin. superfluit igitur agēs intellectus. Diluitur cauillus, nā tametsi demus phantasma mouere possibilem intellectum ad notionem singularem, cæterum vniuersalem notionem nō poterit excutere possibilis intellectus ex phantasmate: quippe illam elaborare est magni negotij, siquidem exigitur defecatio phatasmatis vt ita loquar, à materialibus conditionibus. Hæc autem vt perspicua fiant, quia non exiguam dilucidationem sibi poscunt obseruare oportebit cōmentatorem in. 3. de anima commen. 5. intellectum possibilem cōtulisse materię primæ, vt enim hæc est infimum tenens in entibus gradum, & est potentia pura excipiendis naturalibus formis, ita & possibilis intellectus infimus est in genere intelligentiarum, & est in mera potestate exceptiua, formarum intelligibilium. Itaque si hęc expendis possibili intellectui actionem subtrahes intelligēdi. Quippe quam ipse non elaborat: at vero elaboratam ab agente intellectu suscipit, & fouet, retinet atq; seruat: artequā Themistius in paraphrasi ad. 3. de anima. c. 24. & 25. tradidit agentē intellectū esse tanquā artificem innatu materiæ, finge enim tabulæ innatā artem opificē, ita est velut innatus agēs intellectus possibili: vnde in paraphrasi ad. 2. de anima. c. 12. dixit intellectū quo cogitamꝰ, & sapimus nō esse potentiā, aut partē aīæ, vt cęteras, sed substātia quædā intelligitur lōgè præclarior, melior, & pulchrior. Quę tū in naturā inferiorē, ignobiliorēq; inserta receptaq; sit. Putat igi-

Cauilli contra Aristo.

Intellectus possibilis cō fertur materiæ primæ.

Obseruanda collatio.

Aduertenda Aristotelicæ rationis deductio

Decisio quæstio.

igitur hic philoſophus intellectum agentem eſſe ſubſtantiam ſeparatam, nempè de intelligentiarum ſupremarum numero infimam, quæ noſtro intellectui poſsibili inſeritur & coaptatur, & illi donat actum intelligendi, & ſpecies intelligibiles. Nanque noſter intelle ctus tribus potitur ſtatibus primus quandiu eſt in potentia pura, ſecundus quando fœcũ datur ſpecieb⁹ intelligibilibus elaboratis ab agente intellectu: & id temporis eſt in actu primo, tertius quando proſilit in actum ſecũ dum quo quoq; beneficio agentis fruitur. Et Auerroes hoc placitum amans diſputatione prima contra Algazellum Auicennæ rapſo dum dixit intellectum agentem eſſe formã abſtractam à corpore ſicut nauta à naui. Nau ta autem non copulatur naui tanquam forma dans naui eſſe ſubſtantiale, niſi ſolum illi copulatur ſecundum operationem. Ita quoque intelligentia lunaris globi eſt agens intellectus, qui nobis inſeritur, & operatione ſua co pulatur phantaſmate intercedente: & hic eſt qui abſtrahit intelligibiles formas à phantaſ matibus. Et depingit eas, aut inſculpit in poſ ſibilem intellectum, & illis inſculptis etiam donat intelligendi actum: vides ne vt ſecundum horum philoſophicas cõmentationes poſsibilis intellectus eſt inſtar materiæ primæ, quæ in potentia pura eſt: at verò hãc phi loſophiam tynceram eſſe non arbitror. Etenim quid eſt illud quod intelligentia illa agens negotiatur circa noſtra phantaſmata? num imprimit formam aliquam, aut ſubſtrahit, nihil horum eſt poſsibile vt inter arguendum diſſerebamus in quæſtionis huius principio. Adde intelligentiam illam ſecundum naturam ſuam non agere circa phantaſmata, quia eius intellectio eſt citra phantaſmata: vn de ergo illi tribuitur hęc negotiatio circa humana phantaſmata? ſiquidem natura ſua non hoc illi præſtat, nanque aliæ intelligentiæ illud præſtare valuiſſent, id quod philoſophis non eſt confeſſum. Tertio hæc intelligentia num adeſt cunctis hominibus, qui ſub cœlo ſunt? tu fateris adeſſe, vt nauta naui: nauta porrò aſsiſtit realiter naui, aſsiſtet igitur realiter vniuerſis hominibus hæc intelligentia. Vt ergo cœlo motitando iugiter aſsiſtit, & cũctis hominibus? deſeret ergo cœleſtem globum vt mortalia curet, aut hæc non curabit vt motitet illum. Quartò intellectus poſsibilis verè habet ſpiritualem & intellectualem naturã, nanque ſpecies intelligibiles excipit, in ſinũ ſuum illas concinnans, cur ergo non habebit anima rationalis intellectum ſibi quoque intrinſecum, qui intellectiones paret poſsibili? vtique ſi prior homini eſt intrinſecus, cur non poſtremus? Præter hæc Ariſtotel. libr. de memoria & reminiſcentia. capit. 1. faſſus eſt intellectum memorari intelligibiliũ, etſi per accidens, hic autem intellectus memorans non eſt agens, eſt igitur poſsibilis tradente Ariſtotel. libr. 3. de anima text. 20. & ſuperior noſter quoque admonebat ſermo, poſsibilis igitur eſt qui memoratur actũ intelligendi. Iam ſciſcitor quem memorabitur actum, num ſuum? aut alienum? vtique ſuum; nam actus alienus non eſt obiectum proximum memoriæ (vt diximus) habet ergo actum proprium poſsibilis intellectus. Nam ſi actus intelligendi quem recolit, eſt actus intelligentiæ infimæ (vt tu ais) certè hunc actum poſsibilis non memorabitur, quia non eſt proprius eius actus. Dicet memoratur ſe ſuſcepiſſe actum intelligendi ab agente intellectu, at hoc eſſe ridendum patet, quia noſter intellectus nuſquam vidit intelligentiam iſtam orbis lunæ, vt ergo recolet ſe ſuſcepiſſe intelligendi actum ab ea intelligentia quam aſſeris eſſe agentem intellectum. Et iſtis accedat, nam Ariſtot. agens in Platonem ſenſionem negat fieri extra mittendo, idem igitur de intellectione ſubaudire oportebit: at verò ſi intelligentia illa eſt agens intellectus, vtique intelligere noſtrum erit extra mittendo: nanque intelligentia illa actum intelligendi poſsibili largiens, intellectui, extra ſe operatur, nam ipſa intelligit ſibi alio modo quam nobis intelligere donat. Sibi enim ſine phantaſmate intelligit, quo tamen vtitur vt nobis intelligat: at re vera difficillima eſt hæc de intellectione Themiſtij & Auerrois commentatio, vt inquam ſe illa intelligentia nobis copulatur, vt aſsiſtat? quomodo cum vna ſit intelligentia omnibus hominibus tam varia ſit intellectio? Nam variatio phantaſmatis non tanta eſt quanta eſt variatio intellectionum. Quippe ex vno eodemque phantaſmate variæ decerpuntur intellectiones, nam vnum & idem variè capitur à varijs hominibus. Imò ab vno & eodem homine diuerſis temporibus. Et rurſum. 3. de anima text. 39. Ariſtoteles ait neceſſe eſt intelligentem phantaſmata ſpeculari, poſsibilis igitur intellectus intelligens vniuerſalia phantaſmata ſpeculabitur. At ſpeculatio iſta actio eſt erga phantaſmata. Quæra-

Intellectus agens intelligentia ſeparata eſt Themiſtio.

Auerroiſti cum dogma de eodem.

Conuelluntur Themiſtij & Auerrois commẽta.

Primo.

Secundo.

tertio.

Quarto.

mus igitur quæ actio hæc est, vtique vniuersalia intelligere in phantasmate, & intelligendo vniuersalia, phantasmata considerare, habet actiones has possibilis intellectus. Nam etiam si contendas intellectionem possibilem intellectum accepisse ab intelligentia, & ideo passionem esse suo modo affirmes, iuxta Aristotelis decretum intelligere est quodam pati. 3. de anima text. 2. at considerare aut speculari phantasmata, num accipiet possibilis ab agente non arbitror, imò proprij muneris possibilis intellectus esse cẽ seo huiusmodi speculationem.

Et augentur hæc omnia, nam intellectus possibilis est intelligibilis, & est de numero intelligibilium, Aristotele nesitante docebit. 3. de anima text. 5. Clara enim voce testatur nostrum intellectum esse in catalogo intelligibilium, quia in ijs quæ sine materia sunt idem sunt intellectus & quod intelligitur, ergo intelliget se ipsum, nam si intelligit à se alia quæ sunt in potentia intelligibilia, se quoque intelliget, quippe qui est actu intelligibilis, iam ergo quæramus num hanc intellectionem habet ab extraria intelligentia: si fateris, difiteri cogam te, etenim intelligẽtia est ad illustrandum phantasma, & abstrahendis intelligibilibus est deputata speciebus, vt tu ipse asseris: cæterum intellectus noster est sine materia, non solum agẽs, quin etiam possibilis, qui non est ob eam causam organica (vt sensus est) potentia, non ergo eget illustratione agẽtis intellectus, vt se intelligat. Quanquam vt hoc obiter dixerim Alberto Magno in secunda parte summæ de homine quæstio. de agente intellectu fidem non habeo, dicenti: intellectum quippe sibi intimus atque præsens est, semetipsum per se metipsum intelligere, non per species mendicato acceptas à sensibilibus rebus. Vnde certum habet intellectum se intelligere sine præsidio phantasmatis: quanuis vt intelligat cætera à se hoc vtatur præsidio. Ego vero certũ quoque habeo, & apud me est indubitatum, si intellectus semetipsum per se ipsum intelligeret, ergo semper irrequieta operatione se intelligeret. Nãque se ipsum per seipsum intelligit. Quare forinseco motore eget nullo, id quod falsum cernimus. Sæpe enim nostra intellectio suspenditur. Hoc autem vt separatis intellectibus commune esse duco, ita coniunctis cum corpore negandum opinor esse. Lege D. Thom. 1. part. quæstion. 89. articul. 2. nanque intellectus noster. 3. de anima text. 14. est tanquam tabula rasa, quam nulla exarauit pictura: species igitur intelligibiles à rebus sensibilibus mendicat, vt alia, & se intelligat. Quanquam se longè aliter intelligit, quam alia à se. Nam se per negationem materiæ intelligit, aut eiusdem remotionẽ, quippe qui immaterialis est: cętera per abstractionem, abstractio vero non est remotio nisi tantum per considerationem rei sine materialibus conditionibus, ex quibus benè pensis argumentum nostrum vires vegetiores sibi assumit. Si se intellectus noster longè aliter intelligit, quam cætera sensilia, quia non per abstractionem vt cætera, non ergo eget vt se intelligat illustratione agentis intellectus, quam dicis esse intelligentiam. Lubet autem etiam num paulisper insistere, vt rem euidentiorem hanc faciamus. Intelligibilia enim quædam sunt in potentia vt homo, lapis, alia actu iuxta Aristotelis placitum. 3. de anima. text. 18. illa quidem appellantur in potentia quia sensilia & materialia sunt, quæ vt actu intelligantur, nudantur opera agentis intellectus à materialibus conditionibus, id est, hic & nunc, &c. Abstrahitur enim vniuersalis homo à singularibus hominibus & tunc abstractus repræsentatur in sua vniuersalitate intellectui possibili: hæc autem abstractio non est remotio rei cuiuspiam, aut alicuius qualitatis à phantasmate, quia non est hæc actio intellectus remouens aliquid ab obiecto phantasmate, vt neque quidquã imprimens. Non enim agit intellectus, vt neque sensus extra se, in quantum huiusmodi: id quod dixerim, nam oculus menstruatæ venena fundit virgultis quibusdam, & specula sordidat, & fascinantes oculos esse confessio est expertorum, huiusmodi autem actiones reales sunt competentes visui, non vt visus est: sed sub alia ratione, & multo congruunt minus intellectui, ideoque has reales actiones imprimendi, seu remouendi reale quicquam à phantasmate ab intellectu sunt semouendæ. Quod vero Aristotel. dixit. 3. de anima text. 18. agentem intellectum esse tanquã habitum & lumen, & nos sæpe huic sermoni hærentes illustrationem phantasmatum ab intellectu agente fatebamur. Non est audiẽdum lumen aliquod imprimi in phantasmate, elaborante scilicet illud agente intellectu: at ipsa consideratio vniuersalis hominis sine singularium inhærentia illustratio est, & potentia animæ quæ hanc præstat illustrationem, lumen Aristoteli est spirituale in-

Abstractio quid sit.

Alberti placitum non probatur.

A phantasmate abstractio nihil de mit nihil ue addit phantasmatibus.

le intelligas. Sunt porrò intelligibilia actualia ipsa immaterialia,in quorum numero humanus refertur intellectus.Hic ergo se intelligit, non per has quas diximus illustrationes,aut abstractiones: nihil enim habet materiæ:cæterum phantasmate, vt se intelligat, opus habet. Nam cernens phantasmata aduertit suam naturam no esse instar sensilium quæ phantasmata obijciunt intellectui, sed esse illis præstantiorem & nobiliorem. Porrò horum alibi copiosior est habenda ratio.

Deciditur quæst.

Secunda conclusio.Agens intellectus est animæ vis eadem cum posibili intellectu secundum rem atque naturam, quanquam simpliciter non sunt idem,hæc prompta est obseruanti priorem conclusionem: etenim agens intellectus non est intelligentia separata, vt demonstrauimus dudum:& argumento rursum Theologicò non est difficile eandem agere conclusionem. Etenim in clementina de summa Trinitate & fide Catholica cap. fidei, exploditur tanquam hæreticum placitum asserens, animam rationalem, seu intellectiuam non esse formam substantialem hominis, & obserua exequenter clemẽtinæ verba,non enim dixit solum rationalẽ animam, sed adiecit vel intellectiuam.Nam qui Themistij partes agere voluisset, aut Auerroisticas, diceret animam rationalem esse formam substantialem hominis, vt reuera authores prænominati fatentur :at intellectum separatum esse tradiderunt,veruntamen si intellectus separatus asseritur anima ab extrinseco & per accidens est intellectiua, cum tamen essentialiter est intellectiua: & ideo vtroque appellatur nomine à Clemẽtina indicata,& rationalis & intellectiua. Et reuera longè planius seruantur physica documenta si dixerimus esse agẽtem intellectum animæ vim ,quam si intelligentiam extrariã esse concedamus nullisque vrgemur incommodis si sic asseramus:quibus tamen premimur,si esse separatã substantiã astruxerimus, vt iam patuit.Cæterum agentem intellectũ & posibilem esse reidem Themistius docuit.3.de anima capit.26.Cui quoque sententiæ haud dubium hæsit Commentator in ibi commen.20.Differunt tamen munere, nam agens est cuius abstrahere est,& posibilis est abstracta suscipere: ideò secernuntur opere duntaxat.Propterea.3. de anima Aristotel. text.19.nobiliorem esse pronunciat agẽtem, quã posibilẽ: agẽs enim præstãtius est passo.

Obseruanda Clementinæ uerba.

3.Conclusio

Tertia conclusio.Intellectus agens nõ exprimitur,aut recẽsetur inter partes imaginis, neque posibilis sub nomine posibilis.Posterior pars huius conclusionis superius habita est & edocta, prior verò haud dubia est. Nullus enim sanctorum huius meminit intellectus, vt referendus veniat inter imaginis partes.Nam quam personam obsecro imitabitur agens hic intellectus?patrem aut filiũ, patrem iam diximus imitari à posibili intellectu,non quatenus posibilis est ,quia potẽtialitas passiua à diuinis propulsanda & ablegãda est:sed quatenus fœcunda est memoria eatenus imitabitur . Si filium dixeris imitari,deciperis,nam agẽs intellectus quia principium est intellectionis , potius debuisset patrem referre,quam filium ,quia pater principium est diuinitatis ad sensum suo loco exponendum. Quapropter verbum Augusti ni docens imaginem creatam beatæ triadis, constare tribus memoria,intellectu,& volũtate,per intellectum non agentem aut posibilem accipias,at actum intelligendi,vt præhabitus noster docuit sermo.

Argumẽtis fit satis.

Iam verò argumenta quæ impetebant peripatetica documenta,quæque videntur illa arietare,& palmaria fortasis contra Aristotelem iudicabuntur à veritatis æmulis oportet proprijs donare solutionibus. Primo igitur quod Durandus obiecit.dicito agentem intellectum illuminare phantasmata non imprimendo,aut detrahendo quidquam reale, sed solum considerando illud deductis conditionibus materialibus seu indiuidualibus.

Secundo dicito idem quatenus idem semper præstat idem,at phantasma ante illustrationem ab agente intellectu illi præstitam,& post illam idem re est,at aliud est secundum considerationem,vt patebit tibi, si obseruasti quæ à me hactenus edocta sunt.

Tertiò dicendum puto, singulare in phantasmate oblatum,non indigere illustratione, vt ab intellectu intelligatur,id est,abstractione, quippe citra illam capitur ab intellectu (vt supra disseruimus,& ni fallor abundè) at vniuersale quia in re nullum est nisi fabricante intellectu ideò necessaria est abstractio, cui vni fingendæ citra mendacium deputatur agens intellectus.

Quartò respondere licebit in voluntate non esse necessariam hanc bifidam intellectus partitionem,quia voluntas amat bonum vniuersale,quod iam nudatum à singularibus intellectus illi subministrat. Qinto respõdebis intellectum posibilẽ ad cõprehensionẽ

vniuersalium non moueri à phantasmate nisi denudetur à materialibus cõditionibus. Phãtasma nanq; non potest obiectum sub singularitate qđ gerit vniuersale intellectui possibili ostendere, nisi agentis intellectus functio intercedat. Et hoc est quod Themistius aiebat agentẽ intellectum actũ præstare phantasmati. Et Auerroes docuit agentẽ intellectũ transferre res de ordine sensibilium in ordinẽ intelligibiliũ, edocti ab Aristotele qui phantasmata vt sunt in phanstastica vi intelligibilia vocat in potentia: at post abstractionem actu intelligibilia. Postremo tandẽ argumento responsionem hãc exhibeto intellectum agentem sepiusculè vacare à præstando munere suo, non enim semper incumbit in abstractionem, & rursum non est actus purus, propterea quę nonnunquam est in potẽtia vt operetur, id est, in actu primo & vacat ab actu secundo. Vnde colliges nihil mirabile esse, si dixerimus eiusdem naturæ esse cũ possibili. Verũ quod Arist. tradidit agẽtẽ esse semper in actu id quod fefellit viros alioqui sapientissimos, vt crederent esse agentẽ intellectũ vel, Deũ vel substantiam esse quãpiã angelicam, subintellrgere oportet, secundum significantiã suã intellectus agens nihil habet potentialitatis, sed actum prorsus præ se fert, vt hoc nomen actus, nam agens solũmodo actũ præ se fert, non passiuam potentiam. Cęterũ secundũ naturã eius quia est vis animę intellectualis (quę non est purus actus) nonnunquã est in potentia, id est, actu primo sine exercitio actus secũdi, vt prædiximus. Quod itẽ Arist. dixit esse intellectum agentem separatum, non ad substantiam referas, nanq; diximus animæ intellectiuę agẽtẽ esse vim, & anima forma est corpori coniuncta: quia actus corporis est physici organici in potẽtia vitam habẽtis: at separatus eo dicitur quo separat phantasmata à conditionibus materialibus, vt sæpè admonuimus. Et quia tandem sine corporis comercio existet. Quamuis alijs alia placent glosemata, mihi tamen mea grata est commentatio.

Agens intellectus transfert res de ordine in ordinem.

Aristotelis locus obscurus enodatur.

Demũ in principio obiecto argumẽto respõdẽdũ cẽseo in motibus aut mutationibus realibus mouẽs & motũ non esse idẽ vt generãs & genitũ, alterãs & alteratũ, &c. At verò intellectio non est huiusmodi mutatio, aut motus nisi intẽtionalis. Quare nõ necesse est agẽtẽ & posibilẽ res duas esse, duasve qualitates: abũdat sanè si fateamur natura idẽ esse: etiã si nõ sint simpliciter idẽ. Vt plixius differebatur quæstione huic rei supra decreta.

DISTINCTIO QVARTA, quæ incipit. Hic oritur quæstio satis necessaria, constat enim, & irrefragabiliter verum est, quod Deus pater genuit filium.

Disputatio prima. Num generatio fatenda sit in diuinis.

IN distinctione hac multa magister inculcat generationem cõcernentia diuinã. Quę lucere nequeunt nisi primo de generatione in generali quædã differantur. Quapropter hęc disputatio contexenda cæteris venit. Et primum forsitam cuipiam videbitur generationem diuinis non congruere, etenim testante Aristotele generatio 12. de anima tex. 34. mortalibus est concessa, vt mortalitatem restaurent, at diuina mortalitatis damna experiri nequeunt igitur generatio diuinis non congruit. Secundo Arist. de generatione. 1. tex. 25. est transmutatio (ait) substantiæ quæ est in potentia, in substantiam quæ est in actu: at diuina sunt in transmutabilia. Deus enim immutabilis est docente Malachia, ego dominus & non mutor.

Porrò diuersum agit locus ille Esaiæ. 66. Ego qui generationem cæteris tribuo sterilis ero? Huius disputationis veritas catholica est, & proinde inconcussa atque firmissima, in diuinis esse generationem fatendam. Etenim ex euangelicis docemur oraculis patrẽ esse, & filium in diuinis, ergo generatio est quædam diuina. Neque enim alio sermone aptius aut clarius generationem diuinam indicare valebant diuinæ literæ, quam vtentes vocibus istis pater filius: quæ voces generationem veram & naturalem planè indicãt. Cæterum non vniuocam credas esse rationẽ vtriusque generationis, & diuinæ & creatæ. Siquidem generatio apud nos est ea, quam iam descripsit Aristotel. est enim mutatio huius totius vt puta aeris, in hoc totum, id est, in aquam, nullo sensibili manẽte eodem, nisi tãtum materia prima quę insensibilis est, 1. de generatio. text. 24. Deus autem est in transmutabilis. Quapropter planè conficitur generationem diuinam longe aliam atque

Decisio quæstionis.

que sublimiorem subire rationem, quam generationes quæ sunt penes creaturas. Est autem paradigma quodam siue ostensio diuinæ generationis secundum dogma philosophicum cuius nos supra rationem habuimus. Peripateticis enim inconfesso est, vniuersum hoc quod cernimus, æterno emanasse à diuinitate, quæ fons est perenniter largiens cunctis esse quibusdam obscurius, alijs clarius. Hæc autem emanatio æterna creaturarum à Deo, vt lucis à sole est, nisi quòd visibilis hæc est emanatio, illa verò quæ est vniuersitatis à Deo est intelligibilis, instar cuius nos quoque intelligere quibimus emanationem filij à patre esse generationem sempiternam, quòd si sempiterna est, mutatio non est. Aeterna enim non mutantur. Theologorum autem est recipiendum decretum hanc emanationem æternam verbi ab intellectu diuino appellitans generationem: est enim substantialis emanatio vnius ab altero, id quod pertinet ad generationem in vniuersali, vt inquam se extendit ad viuentia & non viuentia. Nanque etiam non viuentia generantia sunt: vt ignis ignem: at verò vt discamus non solum hac generationis potiri ratione diuinam generationem, diuinæ literæ filium vocauerunt genitum per diuinam generationem, patrem generantem ipsum. Quippe non solum est emanatio substantialis vnius ab altero, quin etiam est viuentis à viuente, secundum perfectam similitudinem, id quod filius est, qui generatur à patre ad suam similitudinem. Neque enim ouum est pulli pater, etiam si ab illo originationem substantialem habeat, quia non generatur ad similitudinem oui pullus. At gallus pater pulli est, nempe quia ab illo deciditur secundum similitudinem specificè, etiam si non sit necesse secundum similitudinem accidentariam uel materialem, nam fœmina secundum materiam differt à mare, alioqui illius filia est. Specifica enim similitudine patrem refert: ignis autem & alia non viuentia etiam si generent iuxta placitum Aristotelis, cæterum quia nihil decidunt seminis ex propria coliquati substantia, imò in materiam extra se agunt, vt generent, vt ignis in ligna: ignisque propter hoc genitus, non filius est ignis philosophis. At verbum diuinum ex substantia paterna procedit, ideo legitimè filius appellatur. Quanquam nulla sit subaudienda decisio substantiæ alicuius vt viuentibus seu animalibus, nam diuinæ repugnat substantiæ decisio, quæ indiuisibilis est. Sunt ad hæc qui putant hanc generationem quæ filium producit esse duntaxat proprie generationem: cæteras autem improprie, id est, non ita proprie, vt D. Thom. 1. part. quæstio. 27. artic. 2. Cui non refragandum esse censeo. Nam est in non viuentibus generatio, vt ignis ex igne, est item in viuentibus vt pomum ex arbore, est item in non viuentibus actu, at in potentia viuentibus, vt pullus ex ouo, arbor ex semine, est item in animalibus generatio vnius ex altero non secundum specificam similitudinem, vt vermes qui ex intestinis animalium generantur, aut pediculi qui ex sordibus animalium procreantur. Est denique animalis ex animali per seminariam decisionem, & hæc est perfectissima generatio, quippe quæ habet omnia quæ cæteræ omnes recensitæ, & amplius illas excedit propter seminariam decisionem, propter quam genitum est simile generanti secundum specificam naturam. Et etiam num superat has vniuersas generatio diuina: quippe quæ mutatio non est, neque transmutatio. Et non solum genitum per illam est simile generanti, & illius exactissima imago, quin etiam est vnum substantialiter cum generante. Id quod huius generationis præter cætera insigne singularissimum est. Ad hæc in vtroque instrumento generationis huius testimonia sunt, quæ illam indicant. In veteri enim legimus apud Esaiã 66. Si ego qui cæteris generationem tribuo, sterilis ero? tametsi locus hic, vt ipsemet contextus non obscurè admonet, non de generatione æterna intelligendus ad literam venit: at verò non in fœcundum Deum vocat, seu generatiuum propter reparationem populi Israelitici à captiuitate Babylonica, quam Deus mirabiliter per Cyrum effecturus erat. Consule dilucidationes nostras ad Esaiam, & certè si de æterna generatione sermo verteretur, non dixisset ero in futuro, sed sum. Nam æterna generatio præsens semper est. Est item locus alter quem Psalmus docet secundus, Filius meus es tu, ego hodie genui te. Quo etiam Thomas huic rei probandæ vsus est loco indicato. Cæterum apostolica nos admonent gesta. capit. 13. locum hunc in resurrectionem domini esse referendum. Resuscitans (ait Paulus) Iesum sicut in Psalmo secun-

Processio filij à Patre est substantialis generatio.

Generatio uaria.

Generatio animalis ex animali perfectissima est generatio.

Testimonia diuinæ generationis.

Aduertenda psalmi expositio secundi.

secundo scriptum est, filius meus es tu, ego hodie genui te. Et Hilarius eundem tractans locum, de resurrectione domini intellectum voluit, nam resurrectio regeneratio quædam est in scripturis. In regeneratione, ait, cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, &c. Matthæ. 19. Est porrò locus alter apud Esa. capit. 53. generationem eius quis enarrabit? & caput hoc de Christo intelligendum esse acta apostolica denarrant. capit. 8. at verò quod de generatione æterna sermo inibi habeatur non prorsus constat: etiam si quibusdam confessum sit. Etenim si vt diximus locus mox indicatus resurrectionem domini indicabat, quid quod iste quem versamus idem loquatur, fit enim inibi mentio de morte & angustijs domini, & subdit de angustia & iudicio sublatus est, generationem addit eius quis enarrabit? id est, quis poterit Christi mirandum & nusquam visum de hostibus victoriale triumphum quod reportauit in celeberrimo resurrectionis die denarrare? quasi dicat nemo enarrare poterit, vt ipse semetipsum excitauit à mortuis. Præter hæc est locus alter apud Oseam capit. 11. ex Aegypto vocaui filium meū, quem de Christo esse accipiendum Matthæus docet. capit. 2. at si filius appellatur Dei, Christus diuino oraculo, quid superest, nisi confiteri in veteribus sacrosanctisque musis expressam fuisse hanc diuinam generationem. Quanquam literæ contextus apud Oseam vocationem, siue eductionem Israeliticæ gentis ex Aegyptiaca seruitute subindicat. Et dominus Iesus volens per omnia similari fratribus, sicut quondam exularunt Iudæi, exulat ipse infantulus apud Aegyptios, & itidem se restituit terræ promissionis. Hoc autem vt insinuaret Matthæus, itidem locum Oseæ ad Christum retulit, vt quod de mēbris prædixerat Oseas, de capite etiam esse audiēdum nos doceret. Porrò in nouo testamēto apertissima res hęc est, nam vbilibet generatio diuina Iesu Christi proclamatur apud Euangelistas: præsertim apud Ioannem: & satis ille locus est, euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti. Qui locus planè ostendit esse tres æquales personas beatissimæ triadis vniusque eiusdemque substantiæ esse. Nam in nomine, ait, nō in nominibus. Secundoque loco relatam personā, esse filium: quòd si filius est, genitus est: est ergo generatio in diuinis necessario secundum fidem admittenda. Et quod Paulus Hebræis scribens, capit. 1. docet, Christum esse figurā substantiæ paternæ: cæteraque non pauca à Paulo indicantur ex psalmis excepta generationem diuinam etiam colligūt. Neque post habendus est locus ille psalmi quem cecinit Dauid psalm. 109. Ex vtero ante luciferum genui te. Nam ex vtero paterno genitas non legimus creaturas, quamlibet præclarissimas: quales angeli sunt. Hæc igitur ex vtero generatio plane est diuina filij ex paterna substantia generatio. Nam appositè satis & affabrè Dauid vterum dixit diuinum ipsam fæcunditatem diuinæ naturæ: quæ in patre est, vt sobolem sibi æqualem ab æterno pater ipse generet: vt omnis igitur creata generatio à cogitatibus legentium depelleretur, ait, Ante luciferum genui te, id est, antequam Lucifer esset, genitum est Dei verbū, in lucifero splēdidissimo cæteras quoque stellas subintelligens. Et dominus hanc intelligentiam certissimam fecit apud Matthæum. 22. quippe verba huius psalmi de semetipso interpretatur. Et demum Paulus ad Roman. capit. 8. & ad Colossenses. 1. Christum testatur imaginem esse patris, id quod generationis diuinæ testimonium est, non pœnitendū aut potius summè reuerendum.

Expenditur egregie Esaias.

Aduertendus Matth.

Testimonia diuinæ generationis ex nouo testamento.

Locus psalmi luculenter traditur

Iam verò sunt argumenta quædam, quæ veritatem hanc stabilitā apud imperitos deturbare possunt, quæ ob eandem rationē sunt in medium producenda, vt offendicula insipientum submoueantur. Age igitur si Deus generat, aut se Deum, aut alium Deum, si primum idem se generabit, id quod implicat cō tradictionem, si alium Deum, sunt ergo plures dij: quod neque philosophia neque Theologia admittit. Rursum si generat Deus Deū, aut Deum, qui est Deus pater, aut Deum qui non est Deus pater, si primum dederis igitur filius est pater, si secundum fatearis, ergo Deus genitus non est Deus qui est pater, sunt ergo duo dij Deus generans & Deus genitus. Præterea istæ duæ sunt veræ, Deus generat, & Deus non generat, etenim hic Deus demōstrato patre generat, nanque pater generat, & pater est hic Deus, ergo hic Deus generat, & hic Deus est Deus, ergo Deus generat. Rursum demōstrato filio filius hic non generat, & hic filius est hic Deus, ergo hic Deus non generat, & hic Deus est Deus, ergo Deus non generat: at verò generans & genitum nō sunt idem, ergo Deus generās & Deus genitus nō sunt idem Deus, erunt igitur dij plures, si generatio diuinis cōgruit, id q̄ impossibile est.

Argum. 3.

Cæte-

Absoluũtur argumenta. Cæterum vt quietam erga diuinam generationem fidem geras, primo dicito negando consequentiam, nam etiam si verũ sit, Deum generare, at neq; se generat, neq; alium Deũ, ãtsi colligas cum Ioanne Maiore ad eandem formam sol generat, ergo vel se generat, vel aliũ solem generat, ridebis argumentũ, nõ est enim similis formæ nisi dixeris sol generat solem, ergo vel se vel alium solem, & in creaturis firma est collectio, secus in diuinis. Nisi velis hanc concedendam alium Deum generat, ideſt, alium qui Deus est generat. Cæterũ cautissimos nos esse oportere in sermonibus fidei sancti Doctores admonuerũt, quare etiã si sensus nostræ conceptionis sit verus, at non quid ego, vel alter conceperit in huiusmodi obseruandum est: sed quid est quod ipsa sermonis pronunciat contextura. Atqui compositio hæc Deus generat alium Deum pluralitatem præsefert Deorum. Quare hæc significantia sermonis est in primis ob oculos habẽda, vel ad asserendum, vel ad negandas propositiones fidem concernentes. Nam ex verbis in ordinatè prolatis hæresis procreatur, testante Hieronymo, & non dixit ex conceptis, sed prolatis. Et quanquam apud Ioãnem legamus, & ego rogabo patrem & alium paracletum dabit vobis non dixit alium Deũ, sed paracletum, ideſt, consolatorem & aduocatum. Etenim Christus præsens solabatur discipulorum imbecillitatẽ: at in cœlum Christo profecto datus est alius consolator, nempe Spiritus sanctus.

Ioannis Maior non probatur.

Regula ad moderãdos de diuinis sermones.

Secundò argumento dicẽdum iudico, primo hanc esse falsam Deus genuit Deum qui est Deus pater, nanq; ęquipollet huic genuit filium qui est ipse pater, nanq; Deus genitus est filius, ergo si genuit Deũ qui est Deus pater, ergo genitus Deus est pater, igitur est pater & nõ est pater. Negatiua vero à Thoma. 1. par. q. 39. art. 4. facile cõceditur genuit Deum qui nõ est Deus pater, & reijcit Præpositiuũ qui vtramq; negat, quia quod affirmatio affirmat, negatio negat, hæc autẽ affirmatio Deus generat Deum qui est pater, affirmat Deũ generare filium qui est pater: ergo negatio hoc idẽ negabit. Quapropter si affirmatio est falsa, negatio est vera. At vero fortasis in diuinis non est certa hæc Philosophorũ obseruatio: vt quod asserit affirmatio, tollat negatio, & non amplius. Nanque vt subiungenda docebunt, hæc vera est affirmatio, Deus generat, hæc porrò falsa Deus nõ generat. Etenim negatio remouet prorsus à diuinitate generationẽ. Significat enim nullam esse generationẽ in diuinis, vel eodem testante Thoma. At vero affirmatio solum concedit generationem vni personę, ideſt patri, non toti diuinitati. In quem propè modum hęc etiam si negaretur, Deus generat Deum qui non est Deus pater, crimini non est dandum: nam sensus est quòd Deus genitus non est ipsa diuinitas, quæ est pater. Itaq; non esset improbabilis sententia. Præpositiui ad hunc modum intellecta atq; explicata. Et magister in litera has duas propositiones vt multinocas & ambiguas bifido distinxit sensu iuxta quod resoluit rem istã. Tandem secundum eundem si relationẽ aut relatiuum ad personas referas, Deus genuit Deum qui non est pater, ideſt, qui nõ est persona diuina patris, hoc verum est vt affirmatio falsa affirmat Deum generantem esse personam diuinam genitam, sin vero ad diuinitatem referas relationem, affirmatio vera est, Deus genuit Deum qui est Deus pater, ideſt, qui est diuinitas patris. Tandem in Concilio Toletano. 11. de re hac ita traditur. Neq; quia tres has personas diximus vnum Deum eundem esse patrem quẽ filiũ, vel eum esse filiũ qui est pater, aut eum qui est Spiritus sanctus, vel patrẽ & filiũ dicere poterimus, non enim ipse est pater, qui filius, vel ipse filius qui Spiritus sanctus, &c. cum tamen ipsum sit pater quod filius, ipsum filius quod pater tu lege. Iam vero veritatẽ istarum absoluamus, Deus generat Deum, & Deus non generat Deum, quas differens Durandus hac distin. q. 2. ambas secundum rigorem dialecticũ credit esse veras: quanquam negatiuæ cohibenda est assertio, quia hæreticum sensum generat, nullũ Deum generare cuius placiti sunt nominales autores S. Thomas planè illam negatiuã diffitetur loco iam indicato, contra quẽ est argumentum, hic filius non generat, & hic filius est Deus, ergo Deus non generat. Sunt qui asserant placitum Thomæ quia in definita est hæc, Deus non generat, & indefinita æquipollet vniuersali, vt si dixeris homo non est animal, perinde acsi dixeris nullus homo est animal, item Deus non generat, æquialebit huic nullus Deus generat. Quæ propositio est hæresis Iudæorum: & Saracenorum negantium diuinam generationem. Cæterum lege apud Aristotelem indefinitam propositionem esse in qua de vniuersali aliquid affirmatur, aut negatur, nõ tamẽ vniuersaliter primo perihermenias, vt homo est animal, homo nõ est animal. Porrò Deus nõ est

Philosophica obseruatio in diuinis fallit.

Obserua cõcilium Toletanum unde cimum.

Quid sit indefinita propositio apud Aristot.

vniuersale nomen, nanq; Deus & hic Deus idem prorsus sunt, & se mutuo consequuntur, vt sol & hic sol, & vniuersum & hoc vniuersum. Quanquam sol ex sua significantia generalem habet significationem, non enim repugnant huic soli alij soles, quos Deus si volet condere, potuisset, neque huic vniuerso aliud esse repugnat, potens enim Deus est infinitos condere mundos. Porrò autem Deo repugnat socium alium, aut socios habere Deos: idcirco non est vniuersale nomen hoc, Deus. Ideoque non est indefinita hæc Deus non generat Deum, neque hæc Deus generat Deum. Quippe non de vniuersali subiecto enunciatur prædicatum, nam æquivalent alijs duabus hic Deus generat, & hic Deus non generat. Quæ duæ propositiones magis referunt formam singularium propositionum, quàm indefinitarum, etiam si non sunt singulares prorsus. Nam hic Deus significat subsistentem diuinitatem subsistentia absoluta, quæ subsistentia diuinitatis, quia communis tribus personis relatiuis est, ideo à singularibus nostris secretam habet rationem: at quia vnica diuinitas numero est, ideo singularis est. Obserua autem nomen hoc Deus, etiam si vnum ens infinitum subsistens per se significet, non tamen propterea ex propria significatione personalitatem propriam habet. Etenim propriam sibi correspondentem personam non constituit. Nam eius subsistentia absoluta est, ideo si propriam personalitatem constitueret, illa quoque esset absoluta. Atqui cum persona non prædicetur de altera excepta semetipsa, nam pater non prædicatur de filio, neque contra necessum est affirmare subsistentiam absolutam huius Dei non esse personam absolutam, etenim hic Deus prædicatur de patre & filio, & Spiritu sancto. Est ergo hic Deus tres personæ relatiuæ non tamen est vna persona absoluta, tametsi per se subsistat hic Deus, & subsistentia eius absoluta sit, & non relatiua. Porrò quia communis est tribus personis ideo non habet propriam personalitatem, vt hic homo habet Petri personalitatem, aut Pauli, si hunc vel illum demonstraueris. Secundo obseruandum est, quasdam actiones esse quæ simpliciter huius Dei, seu Dei sunt, vt creatio, gubernatio, quas Augustinus & cohors Theologorum ad extra vocitat. Aliæ vero sunt actiones quæ non sunt simpliciter huius Dei, vt generatio diuina, atque spiratio. Etenim etiam si Catholica sit hæc assertio, hic Deus generat, at non simpliciter generat quia hic Deus, etenim si ita fatearis, cogeris filium etiam genitorem esse, atque paracletum. Id quod fides vt sibi aduersarium repellit. At vero hic Deus generat, quia hic Deus pater est, qui generat, vt hic Deus genitus est, quia hic Deus est filius, qui genitus est. Itaque actiones huiusmodi quæ à Theologis ad intra appellitantur, non sunt huius Dei simpliciter sed personarum relatiuarum, vt patris & filij. Itidem & generari, & spirari, non sunt huius Dei simpliciter, sed relatiuarum personarum: quibus ex ratione propriæ singulis emanationis & generari competit, & spirari. Demum finge non esse personas diuinas, hic Deus non generaret, neque spiraret. Tu quoque lege Diuu. Thom. p. par. quæstione. 39. articulo. 5. qui has concedit propositiones, essentia est res generans, & essentia est res non generans. Cur ergo negauit istam Deus non generatur? at vero essentia & Deus etiã si re idem sint, differunt secundum modum significandi. Nanque essentia non significat rationem suppositi, sed habet modum significandi naturam in abstracto. De qua re sequens disputatio differet. Quibus libratè expensis propositiones istæ, hic Deus generat, hic Deus non generat facilè differentur. Nanque hæc vera est, hic Deus generat, hæc nanque actio generandi Deum, est ad intra & congruit huic Deo ratione relatiuæ personæ, ideſt, patris qui genitor Dei est, nempe filij. At vero hic Deus non generat, quæ æquipollens est in materia hac diuina huic, Deus non generat falsa est. Nanque subtrahitur generandi actio diuina ab hoc Deo, qui cum sit communis patri, & filio, & paracleto, conficitur ex illa quòd diuinitati non competit generandi diuina actio: id quod hæreticum est. Neque affabrè colliges, hic Deus qui est filius non generat, ergo hic Deus non generat. Est enim fallatia consequentis: etenim in antecedenti subtrahitur actio diuina generandi Deum à filio, at in consequenti, ab ipsa diuinitate, quæ est hic Deus. Nanque Deus, & hic Deus, diuinitas, & hæc diuinitas idem prorsus sunt. Nisi tantum differre hæc contendas secundũ modũ variũ significandi concreti aut abstracti, singularis aut cõmunis. Quos significandi modos dialectica obseruat, qui etiam variant veritatem propositionũ. Quod si rogitas num Deus est nomen suppositi an naturæ?

Obserua Autoris placitum.

Actio diuina ad extra & ad intra.

Expenditur Thomas & conferũtur ab eo dicta.

an naturæ? Bonauentura promiscuum credidit esse nomen naturæ & suppositi: cæterum (vt diximus) Deus simpliciter supponit pro hoc Deo subsistente in tribus personis: at personaliter supponit pro tribus relatiuis personis. Vnde in hac Deus non generat suppositio simplex est pro diuinitate. In illa vero Deus generat suppositio personalis est pro patris persona. Nanque prædicatum trahit subiectum vt pro patre supponat. Cæterum Deus non habet suppositum aliquod absolutum pro quo simpliciter supponat. Nanque maxime esset hic Deus, at hic Deus & si est subsistens aliquod per se existens, non tamen est absolutum suppositum, seu persona quæ idem sunt in intellectualibus. Quippe vt diximus est communis tribus personis, id quod derogat rationi incommunicabilitatis seu suppositi, seu personæ. Quapropter secundum suppositionem simplicem Deus non est nomen suppositi: sed naturæ per se subsistentis. At vero secundum personalem suppositionem nomen est trium personarum.

Simplex suppositio & personalis.

Num Deus est nomen suppositi an naturæ.

Supereſt argumentis in principio obiectis huius disputationis facere satis. Primò sanè responsio hæc est. Verum esse apud nos generationem esse rerum, in præsidium mortalitatis. Cæterum Deus non generat Deum ex hoc præsidio egens, vt sit immortalis. Est enim æternus, & necessario simpliciter ens. At vero generat Deum sibi æqualem ex infinitate suæ potestatis. Quam equidem creaturis (tanquam incapacibus) communicare prorsus nequit: ideo communicat illam filio suo cui largitur plenissimè citra defectum patris diuinitas, vnicoque filio contenta est hæc diuina generatio. Propter eam quam diximus dudum causam. Quia hæc generatio filij non est ad immortalitatem tuendam in specie, quæ in indiuiduo prorogari non poterat, imo est ad ostensionem diuinæ paternæque potestatis, quæ non solum creaturas finitas edere quit, imo & Deum infinitum sibi coæqualem atque coæternum generare potest. Secundò argumento respondebis Aristotelem latuisse hanc generationem, at naturales denarrabat ipse generationes: quæ sunt mutationes, quia æternæ non sunt, sed temporales. Quod si creatio rerum non est mutatio, quia ex nihilo fit: & nulla substernitur materia quæ sit motus aut mutationis subiectum, nihil mireris, si æterna generatio non sit mutatio.

Nota benè.

Creatio non est mutatio Physicè & diuina generatio nullo modo.

DISTINCTIO Quinta cuius initium est. Posthæc quæritur: vtrum concedendum sit, quòd pater genuit diuinam essentiam vel q diuina essentia genuit filium, vel essentia genuit essentiam.

Disputatio prima. Num hæc concedenda sit essentia diuina generat, aut spirat.

PARTEM AFFIRmatiuam huius disputationis non sunt pauca quæ colligant. Etenim Dionysius lib. de diuinis nominib. capitulo. 2. parte. 2. Rursus (ait) primordialis, & fontana Deitas est pater, filius vero & Spiritus sanctus fœcundæ deitatis (si fas est dicere) germina plantata diuinitas. Et in Concilio Toletano. ii. traditur pater est origo & fons diuinitatis; igitur diuinitus germinat & plantat filium, & Spiritum sanctum. Germinare autem & plantare has duas personas, quid aliud est quam illas generare, & spirare? quod diuinitati Dionysius tribuit. Est autem diuinitas ipsa diuina essentia. Secundò essentia diuina est ipsa diuina natura, at natura in quauis re est principium actionis. Etenim naturam finiens Aristotel. 2. Physicor. dixit esse motus principium, atque quietis: similiter igitur diuina natura est principium, cuius vis diuinæ actionis: at generatio diuina & spiratio sunt præstantissimæ omnium actiones, harum ergo principium erit diuina essentia: generat igitur atque spirat. Tertiò si essentia non generat, neque spirat, & pater generat & spirat, ergo pater & essentia re ipsa secernuntur, colligo consequentiam, etenim quia pater generat, & filius non generat, videtur colligetum iri patrem non esse filium, nanque. 10. Metaphys. commen. 15. edocemur, contradictoriam oppositionem esse maximam. Siquidem magis opponuntur album & non album, quam album & nigrum, si ergo relationis quæ minor est oppositio, patrem & filium distinguit realiter, & demum ipsas personas tres: contradictionis oppositio quæ est ma-

Argumentum primũ.

2. Argum.

3. Argum.

est maxima, cur non distinguet realiter essen
4. Argumē. tiam à persona? Quartò vel essentia filij est ge
nita, vel ingenita, si ingenita filius ergo nō est
genitus, quippe qui habet essentiam ingeni-
tā. Sin vero est genita cur essentia patris diffi
tebitur q; sit generans, si essentia filij genita
est? tu cōficies idē de essentia Spiritus sancti?

Argumen- Contrariam suadent partem multo plura,
tū in diuer- quorum modo satis sit dixisse vnum. Nam si
sum. essentia generat, quid generat: num filium ne
cessario fateberis, ergo filius non est essentia
diuina: quippe inter genitum & generantem
necessaria est realis distinctio, nam nihil se
ipsum generare potest.

Quæstionem hanc quondam fuisse con-
trouersam, indicant satis autorum priscorum
scripta. Siquidem Magistro Sententiarum de
cretum fuit, essentiam non generare, neque
spirare, subindeque neque generari, neq; spi-
rari. Et hoc quibusdā suadet probationibus,
quas litera eiusdem te docebit. Porrò abbas
quidam Ioachimus nomine (quam ferunt va
tidicum fuisse) obganit in placitum hoc ma-
gistri, itemque & Ricardus lib. 6. de Trinita.
capitul. 22. multa conuexit, vt diffuaderet Ma
gistri Sententiam. Demum deducta est con-
trouersia hæc, quæ fulta tantis autoribus pro
Concilium La blematicatum reddita est ad Concilium La-
teranense teranense sub Innocentio Tertio, & statur in
sub Innocen Concilio sententiæ Magistri, & aliorum di-
tio Tertio. uersa damnantur placita. Cuius Concilij ver-
bā habes in Epistolis decretalibus extra, de
Summa Trinitate & fide Catholica. c. firmi-
ter. Porrò autem quanuis decreta sit iam veri
tas hæc Ecclesiastica autoritate essentiam nō
generare neque spirare, quibus tamen ration
bus vt id decerneret Ecclesia mota fuit, non
est peruium disserere. Sunt ergo qui colligāt
veritatem præfatā primo enim de anima tex.
34. actiones tribuuntur suppositis, quippe ani
ma non texit, neq; appendit stamina fuso, sed
homo: igitur generare & spirare personarum
diuinarum erit, & nō essentiæ. At vero si hæc
probatio æquabiliter libranda est, non est
tanti facienda quanti ab autoribus illius fit.
Locus Ari Siquidem promptum est diuinam essentiam
stotelis dif- creare, & gubernare vniuersitatem rerū quā
ferit ille cernimus, & quam non cernimus, idest, An-
actiões sunt gelicos choros, quanuis suppositum non sit.
suppositō- Neque Theologia damnat, neq; potest dam
rum. nare has, essentia est creatrix, est guberna-
trix, & id genus alia. Adde Aristotelem non
pro constanti habuisse quod euulgauit ver-
bum, actiones sunt suppositorum, at cum hęsi
tationis nota fortasis enim ait, anima non te
xit, neque net. Quid quòd actiones has quas
deprompsit Aristo. sunt pendentes ab instru
mentis, propterea animæ subtraxit illas, &
supposito concesit: cuius sunt instrumenta,
manus scilicet & brachia, quibus & liciatoria
vertuntur, & fusus tenetur. At diuina genera-
tio nullis eget instrumentis. At vero vt quod Doctoris
animus meus fert, ingenuè profitear ego cer- sententia.
tum esse habeo Aristotelis verbum (quod in
dicabamus Paulo ante) in formis substantiali
bus, & accidentalibus quæ sunt apud nos. Et-
enim hæc perse non subsistunt, sed in suppo-
tis proprijs. Quamobrem subsistenti suppo- Censura de
sito quod illas fert, aut deuehit formas, actio uerbo Ari-
iure tribuitur optimo: vt actio calefaciendi stotelis.
igni, quam per calorem suum administrat, &
frigefaciendi aquæ, generandi substantiæ.
Nam sol & homo generant hominem, & sin
gula tu ipse denarrabis, si voles. Porrò non Formæ spēa
itidem in spiritualibus substantijs quæ sunt les non egent
formæ per se subsistentes: vt intelligentiæ for supp° vt.
mæ sunt, quæ alijs non hærent suppositis, sed operentur.
per se subsistunt. Et testante Aristotele. 12.
Metaphy. (vt supra vberius tradidimus) sunt
actus puri, quòd si actus puri sunt, per se agūt,
& sunt in actu secundo. Vnde & anima ratio
nalis separata à corporis contubernio per se
quoque agit, & actio illius non est referenda
in suppositum, imo est ipsa agens suas actio-
nes intelligendi atque volendi. Quidquod Hæc uniuer
ipsa diuina essentia per se agat? quæ sanè si sa obserua.
non suppositum denotat, est tamen forma in
finitæ potestatis per se subsistens. Non enim
est sicut naturæ rerum corporaliū quæ agent
fulcro suppositorū, vt sint, vt humanitas quæ
per se subsisteret neutiquam, nisi suppositis
subnixa subsisteret. At vero diuina natura
etiam si subsistat in personis tribus, cæterum
habet vt essentia est propriam & absolutam
subsistentiam. Quæ (vt diximus) communis Diuina es-
cum sit personis tribus, diuinis, non consti- sentia habet
tuit ipsam essentiam personam. Quod si hoc propriā hoc
certissimè recipiēdum est, refert nihil ipsam est absolutā
essentiam suppositum non esse, vnde actio subsistētiā.
generandi ab ea subtrahatur. Neque iuuat si
dixeris, essentiam habere modum significan
di diuinitatē in abstracto, idcircoq; nō gene-
rare. Etenim quālibet abstrahas essentiā diui
na subsistētia propria sibi atq; absoluta, ab ea
deduci nequit. Etenim si diuina cōsideratur,
subsistens necessario considerabitur essentia:
alioqui diuina essentia non verè cōsideratur,
& mendosa est cōsideratio, atq; fallax est ab-
stractio:

ſtractio huiuſmodi: cæterum abſtrahentium legitime non eſſe mendacium Ariſt. docuit. Verum ſane eſt, theologicaq; pietate tenẽdũ eſſentiã creatam abſtrahi poſſe, abſtrahiue à ſubſiſtẽtia ſua atq; exiſtẽtia, quippe creaturis accidit eſſe: cæterum quia Deo non accidit, ideo eſſentia ſua ſubſiſtentia abſtrahi nequit: tam eſſentialis igitur eſt diuinæ eſſentiæ ſubſiſtentia, quam ipſa ſibi. Non ergo firma eſt collectio, non eſt ſuppoſitum, ideirco non generat. Nam quid mea, ſi ſuppoſitum non eſt, ſubſiſtens eſt per ſe, vt iam commone fecimus? Quæramus igitur aliam rationem, quę rem iſtam patentiorem faciat: & quantum arbitror hæc eſt. Quia tradente Dionyſio lib. de diuinis nomin. capitul. 2. parte. 1. Theologia gemina eſt, alia coniuncta, alia denique ſeparata, illa coniuncta eſt, quæ nomina communia, ſiue eſſentialia, ſiue attributalia (vt ita dixerim) communeſque actiones beatiſsimæ Triadi, tradidit, atq; diſcutit, vt ens, bonum, lucem, ſapientiam, vitam, potentiam: quæ ſunt communia perſonis tribus diuinis. Item creare, conſeruare, gubernare, & id genus alia, in quibus perſonæ tres diſcerni nequeũt: at vero Theologia diſcreta eſt, quæ actiones perſonis ſingulis proprias atque diſcreta nomina tradit: vt ſunt generare, ſpirare, paternitas, filiatio, & ſpiratio. Et demum pater, filius, & Spiritus ſanctus, ſunt huius Theologiæ diſcretæ familiaris, propriaque ſupellex, quippe in iſtis diſcretio eſt perſonarum, in quibus oppoſitio eſt relationum: in his igitur quæ ad Theologiam coniunctam expectãt, nulla diſcretio eſt, aut diſtinctio eſſentiæ, atque perſonarum. Etenim in iſtis infinita eſſentiæ & perſonarum eſt communio. Quare eſſentia creat, gubernat, mouetque omnia, beatificat, iuſtificat, magnificat, prædeſtinat, reprobat, &c. Porrò in his quæ ad Theologiam diſcretam pertinent, non item actiones perſonarum ſunt eſſentiæ. Nam cum ſint propriæ perſonis, quibus ipſæ diſcernuntur, ceu particularibus ſingularum proprietatibus, fieri non poteſt, vt illas communicent eſſentiæ diuinæ, quæ cum communis ſit citra vllam diſcretionem tribus perſonis, illa quæ pertinent ad perſonarum diſcretionem non poteſt ſibi tribuere, ſed ſolum illa ſibi poſcit, quæ ſua cum beatiſsimis perſonis communio exigit. Et vt liceat rem arcanam meo modulo barbariſsimo reſonare, quidquid ad Theologiam expectat coniunctam perſonæ habent a diuina eſſentia. Nanque pater eſt omnipotens, item filius, item ſpiritus paracletus, quia Deus, itidemque de cæteris dicito diuinis prædicatis eſſentialibus, aut attributarijs. Quod vero Theologiæ eſt diſcretæ, perſonæ ſibi tribuunt, & illud eſſentiæ non tribuunt. Quippe eſſentia diuina illa habet quæ communionis ſunt perſonarum inuicem & cum eſſentia: quæ autem ſunt oppoſitionis relatiuæ, aut diſcretionis perſonalis, veluti quæ ſuo muneri non congruunt, non habet, neque habere poteſt: itaque eſſentia diuina quod ſuum eſt totum perſonis donat, perſonæ vero diuinæ non item, quod enim ſibi proprium habent, eſſentiæ non communicant propter cauſas iam exhibitas.

Porro autem inſulcat quiſpiam, nonne paternitas, generatio, filiatio, ſpiratio, ſunt ipſa eſſentia diuina: vt ergo perſonæ non communicant eſſentiæ quod ſuum eſt? nam ſi eſt infinita vnitas, mutua quoque communicatio, atque identitas eſt. Adhæc pater generat, & pater eſt diuina eſſentia, ergo eſſentia generat. Rurſum aut eſſentia eſt res generans, aut non eſt res generans, ſi eſt res generans, ergo generat, ſi non eſt res generans, pater ergo & eſſentia re diſcrepant, quia pater eſt res generans, & eſſentia non eſt res generans, ergo pater & eſſentia nõ ſunt vnum? In horum gratiam annotabis tria, vel quatuor, quæ ob oculos tuos figes, ſi hac diſputatione errorem declinare cupis. Primum eſt eſſe propoſitiones quaſdam identicas, alias vero quas ſcholaſtica phraſis formales appellitat. Sunt identicę, quando prędicatum & ſubiectũ ſunt vna res, & hoc quando enunciantur identica eſt enũciatio: vt ſi dixeris anima intellectiua voluntas eſt, & intellectus: hoc eſt ſunt vna res quæ eſt ipſa anima intellectiua. Supponim⁹ enim in præſentia hoc dogma eſſe verum, quod ſuo digeſsimus loco. At ſi dixeris intellectus eſt voluntas, enunciatio formalis eſt. Eſt porrò enunciatio formalis, quando prædicatum cum ſubiecto in ratione formali conueniunt, aut enunciantur conuenire: & tunc vera eſt ſi conueniant. Sin vero enunciantur conuenire, & alioqui diſident, falſa eſt prædicatio vt præhabita, intellectus eſt voluntas falſa eſt: quia rationes prædicati & ſubiecti diſcrepantes ſunt. Quando vero illatio fit ex identica ad formalem, illatio ſophiſtica eſt, & culpabilis ſecundum fallaciam accidentis. Quale vicium afficit hanc argumentationem eſſentia hæc, eſt hic pater, & pater hic generat, ergo eſſentia generat

nanq;

Diuinitas nõ potest abstrahi a sua subsistentia.

Alia ratio melior.

Gemina Theologia coniũcta & separata.

Deciditur quæstio.

Quatuor obseruanda ualde.

Enuntiatio duplex idẽri ca & formalis.

Obserua diligenter.

nanque essentia diuina & pater vna res sunt: at ratio essentiæ non eadem quæ personæ. Vnde essentiæ non est generare, id quod est personæ. Eodem quoq; laborant morbo istæ collectiones, generans est essentia, ergo essentia est generans, quanquam conuersionis similis faciem præsegerit. Et ista quoque nulla essentia diuina generat, ergo nihil quod est essentia diuina generat. Prior enim harū significat, aliquod generans esse essentiam diuinā: & est verum, consequens autem propter formalem significationem falsum est. Et demū in prima generans capitur substātiuè pro persona aliqua diuina generante, & inconsequēte adiectiuè: ideo accommodat suam significationem non personæ, sed essentiæ vt diuina essentia est, idem considerabis in secunda consequentia, nam in antecedenti formalis est significatio, nulla essentia diuina generat: at falsum est consequens, nihil quod est diuina essentia generat. Nam ad identicam expectat, si affirmes, aliquid quod est diuina essentia generat, & ideo contradictoria huius subtrahit à persona generationem: at vero si mutaueris dicendi formam, & dixeris, vicium esse harum consequentiarum q̄ simplex suppositio vertitur in personalem, aut cōtra personalis in simplicem perinde valebit. Etenim quando dicimus essentia non generat, essentia supponit simpliciter, præfert enim enunciatio hæc, essentiæ rationem non esse rationem personæ, cui congruit generandi actio: at in illa generans est essentia, personalis est suppositio, sensus enim est, q̄ aliquid quod est diuina essentia est generans: ideoq; & hęc falsa est, nihil quod est essentia est generans. Itaq; dilapsus à formali ad identicam, aut cōtra: itemq; dilapsus à simplici suppositione ad personalem aut contra, vicium est argumētationum quæ in hac colligūtur materia.

Notanda uicia quædam argumentorum.

S. Tho. in 1. p. q. 39. ar. 4

Secundò obseruabis ad dijudicādam propositionum veritatem non solum rem significatam, sed etiam modum significandi attendere oportebit, vt Thomas dixit. 1. par. quæstione. 39. articulo. 4. nanque interest plurimi. Id quod si obseruasset abbas Ioachim non delirasset, asserens propositionem quam disserimus essentia generat, hic enim rem significatam est intuitus, & inspexit patrem esse essentiam verè, & quia pater generat protulit, essentiam generare similiter. Vt rectè annotauit Thom. 1. par. quæstione. 39. articul. 5. Porrò assertionem hanc consequebatur hæc altera essentia est genita.

Erratū Ioachin unde cœpit origi nem.

Nam essentia filij erat Ioachino genita: & has duas consectabatur altera, essentiam patris non esse essentiam filij, quippe genitum & generans duo sunt. Id quod ipse fassus est patris & filij esse duas essentias, & de Spiritu sancto idem saperet. Quia essentia patris & filij, erat apud illum spirans, & Spiritus sancti essentia spirata, & spirans & spiratum fieri non potest vt sint vnum, quia duo sunt necessario. Fatebatur autem esse has tres essentias trium personarum vnam collectiuè vt Ecclesia Catholica vna est, vt aduertit Concilium Lateranense prænominatum. Cæterū Richardus loco supra annotato etiam si substantiam patris generantem asserat, & filij genitam: at vero diffitetur esse duas essentias patris & filij, confitens tamē vnam esse. In creaturis enim ait verum esse essentiam generantem & genitam duo esse: at in Deo minime. Sed re vera in primo errorē admisit cōtra veritatem Theologicam, generantem affirmās substantiam patris, &c. & in secundo erratum est ab eo contra Metaphysicam & Physicē, imo contra communem animi conceptionē: cui sane compertum est generās, & genitum necessario esse duas res. Et temerè venia Ioannis Maioris dixerim, defenditur Richardus ab eodem hac distinctione siquidem turpius lapsus est quam abbas prænominatus, tradēs esse diuinam essentiam generantem, & genitam, & has non duas, sed vnam substantiam esse: id quod siue in diuinis, siue in creaturis contradictionem inuoluit.

Richardi errata duo.

Porrò occines mihi ecquid fatemur essentiam communicari filio, & Spiritui sancto, si communicatur ergo generatur & spiratur, ne gabis collectionem, quia vicios est: labitur enim in fallaciā non causæ vt causam. Etenim communicatio non est causa præcisa generationis: quippe Spiritui sancto communicatur diuinitas citra generationē, vt filio citra spirationē. Est itē fallacia consequētis (at vrgētius insistā, quidquid cōmunicatur per generationem, generatur, diuina essentia cōmunicatur filio per generationem ergo generatur, similiter conficies de Spiritu sancto, si mutes generatur, & substituas spiratur. ¶ Atqui quanuis hoc argumentum tumeat, & non promptam habeat dilutionem, aduertere tamen oportebit iuxta peripateticam disciplinam, quod forma non generatur aut accidentia, aut partes suppositi, hæc enim congenerantur. At suppositum quod est generationis terminus, illud est quod generatur: vt ignis

Acuta obiectio & apte riens materiam.

Solutio.

1. de genera. tex. com. 11. & 7. Meta. tex. 13.

ab

ab igne generatur, non forma ignis, hæc enim pars est totius ignis, & calor eius affectio, &c. Dixerim igitur forma ignis communicatur per generationem ligno, non tamen generatur, quia non est terminus generationis, nam terminus generationis est, quod verè est per generationem vt hic ignis, hæc aqua: cætera autem vt forma, & accidentia coexistunt potius, quam existunt. At quod verè subsistit per se est ipsum suppositum. Ad eundem quoque modum quod generatur per diuinam generationem persona est, hæc enim (vt ita loquar) terminus est diuinæ generationis, non essentia. Non enim intendit pater essentiam generare, quam videt ingenerabilem esse, est enim sua essentia, vt intenderet igitur seipsum generare? Id quod intenderet vtique, si essentiam voluisset generare. Quapropter vult tantam personam filij generare. Nam filius est alia persona, quam sit patris persona. At scisciteris, si non generatur essentia, certè congenerabitur, verum hoc admittendum neutiquam est. Non enim congeneratur, nisi quod est pars suppositi geniti: at diuina essentia non est pars filij, aut Spiritus sancti. Et quanquam Paulus diuinitatem vocet formam ad Philippen. capitulo. 2. non tamen subaudias quòd pars sit alicuius, aut possit esse: sed quod plenissimè diuinitas vniuersa in se continet. Est autē formæ continere materiam & suppositum. 4. Physic. text. com. 35.

Essentia neque generatur neq; cōgeneratur.

Exponitur Paulus.

Obserua nō ociosanter.

Porro autem imminet ex aduerso nobis locus sacer in Prouerbijs Salomonicis capitulo. 8. vbi diuinam sapientiam conceptam legimus. Nedum erant (ait) abissi, & ego iam concepta eram. Et hunc locum Hilarius. 12. de Trinitate de filio esse intelligendum aperte docet. Ergo si diuinus sermo conceptam vocat Dei sapientiam, at quantum obsecro interest inter genitam, & conceptam? vtique nihil, cur ergo formidamus genitam, aut conceptam fateri essentiam? Et Augustinus de Trinita. libro. 7. capitulo. 1. patrem fatetur genuisse sapientiam, imo & essentiam ait, de essentia, subaudi genitam.

Canon Dionysij ad intelligētiam S. scripturæ

At vero sacer Dionysius libr. de diuin. nominibus capitulo. 4. parte. 1. pulchre nos admonet canonem obseruandum ad intelligentiam sanctorum. Est (ait) vt reor perquam irrationabile, atque peruersum non vim suscipere, ac sensum, sed affigi dictionibus. Non ergo dictionibus hærendum est, sed sensus in quo effertur enunciatio, quærendus est. Et Hilarius. 4. de Trinit. faciens cum Dionysio dixit, non sermoni res, sed sermo rei subiectus est. Et scite Sanctus Thomas. 1. par. quæstione. 39. articulo. 5. respondens primo argumento dixit Sanctos Doctores vt expressius vel significantius loquerentur, proprietatem sermonis non obseruasse. Adeo vt abstracta aliquando vsurpent pro concretis, & essentialia pro personalibus, talia verba sunt Augustini. 7. de Trinit. capitul. 1. sapientia de sapientia, idest, sapiens de sapiente, & essentia de essentia, idest, persona filij quæ de patris persona producitur, & sic vt dixi intelligenda veniunt. Et propè hunc modum ad literas diuinas eodem canone vtendum nobis est, quæ sæpissimè proprietatem sermonis non custodiunt, vt significantius nobis rudibus Dei referent sacramenta. Quapropter dictionis frequenter non tanta est habenda ratio, quanta sensus. Vnde videbis Lutherum cum alumnis suis. Nanque si sensus maxima est habenda ratio, cui potius denique hæredum est quam literæ, à quo obsecro hunc hauriemus sensum? num ab hæreticis? an à Catholicis? num à Synagoga Sathanæ quæ est hæreticorum congregatio? an ab Ecclesia Iesu Christi? cui Romanus præsidet Pontifex. Et quis ambigat catholicos sensus, à catholicis esse exquirendos, non ab hæreticis? nam quod catholicorum est promittunt catholici, tractentque catholica catholici. Qua propter quod legimus apud Salomonem, interpreteris oportet de diuino verbo, quod conceptum est ab æterno Ioannis. 1. & illa figurata loquutio abstracto vicem concreti subeunte, significanter generationem diuini verbi exprimit. Tertio annotandum erit in diuinis prædicatis nonnunquam sensum variari, quia varie capiuntur, iam adiectiuè, iam substantiuè: est enim non modica differentia inter adiectiua, & substantiua nomina: vt rectè aduertit Thom. 1. par. quæstione. 39. articulo. 5. quando ergo prædicamus essentia est generans, vbi notionale prædicatur de essentia: distinguenda venit prædicatio hæc: nam participium, si substantiuè sumatur falsa est, etenim significat generandi actionem competere essentiæ tanquam personæ, & hæc est formalis significantia huius: at vero si adiectiuè dixeris, sensus est, essentia est res generās: id quod verum est, nanque est pater generans. Subsantiua enim nomina secum conuehunt suum suppositum, vt Petrus Paulus, adiectiua autem

Dictionis non tāta habenda ratio quanta sensus.

Lutherus carpitur.

Tertia obseruatio.

autem non vehunt secum suum suppositum, sed formam, & significant illam hærentem alicui supposito, vt album, musicũ: ideo hæc concedenda venit, essentia est res generans, primam concessit D. Tho. de persona, secundam vero de essentia, quanquam vtramq; de persona fateri nihil vetat, essentia est res generans, quia est pater, & est res non generas, quia est filius. At vero insultas fortasis cur igitur hanc negabamus, proxima distinctione Deus non generat? & recte negabatur. Nanq; hoc nomen Deus & est nomẽ naturæ & personæ, idcirco generandi actio per illam enunciationem subtrahitur & à natura & à persona diuina. At vero cum dicimus, essentia non generat, solum ab essentia denotatur generationis remotio. Non diffiteor tamen hãc forte esse veram, Deus est res non generãs, quia est filius, & paracletus, vt hæc essentia est res non generans. Dixi forte quia non tam apertam intelligentiam habet hæc, Deus est res non generans, quàm hæc, essentia est res non generãs. Illa enim significat, aut præfert, Deo non competere generandi Deum actionem, tametsi de filio verum est q; sit res non generans, itidem de paracleto. Verumtamen admonuimus iam in prædicationibus non solum rem significatam, quin etiam & modum significandi obseruanda esse. Secundum quẽ hæc falla videtur, Deus est res non generans, cæterum sic conceduntur, essentia est pater, & paternitas, & filius, & filiatio, & Spiritus sanctus, & spiratio. Itemq; est innascibilitas, est generatio, est processio: istæ enim edunt identicum sensum, non formalem: formalem autem ederent, si dixeris, essentia est generas, aut generat, est spirans essentia, aut spirat, aut spiratur, imo est ingenerabilis, in processibilis, non spirans, non spirabilis, item hæc ad formalem sensum pertinet, essentia est pater filij. Significat enim essentia generare filiũ, item essentia est filius, non tamen est patris filius. Vtique valet illa oppositio, est pater, ergo filij pater, est filius, ergo patris filius, si solitarie proferas, at accedente essentia non valet, quia sensus variatur enunciationis, identicus videlicet in formalem. Neq; colligas essentia est pater, ergo pater filij, aut filij pater ab identica enim transilis ad formalem, est nanque essentia pater, & paternitas, &c. quæ retulimus. Nam pater in sua essentia generat filium, non extra essentiam suam. Esset nanq; creatura Dei filius, si generaretur extra paternam essentiam. Quapropter dominus ait, ego in patre, & pater in me est. Itemq; paternitas, filiatio, spiratio, sunt essentia diuina, quia cũ sint in ipsa, sunt ipsa, quia quod in essentia est Dei, est ipse Deus. Porro si perconteris num essentia etiam innascibilis est prædicanda, siquidem innascibilitas est patris propria notio, si ergo est pater & paternitas, est ergo innascibilis & innascibilitas. Attamen nihil aller essentia diuina identice est pater, paternitas, &c. at innascibilitas non solum est identice, sed etiam formaliter. Quanuis clarius ages si rem hanc distinxeris, innascibilitas enim si sit solam negationem dicat natiuitatis idem est quod ingenerabilitas, (vt sic dixerim) aut in processibilitas, & hac ratione essentiæ diuinę formaliter congruit. At vero si illam ceperis, vt notio est, paternæ personæ, non congruit diuinæ essentiæ. Nanq; notio originem denotat. Porro diuina essentia tametsi est ipsa origo diuina, formaliter tamen non est origo, vel originatio: quia non generat neque spirat. Hæc dissertiora euadent quando palam fecerimus notionum diuinarum materiam. De hac vero propositione natura diuina generat, arbitror idem esse dicendũ, quod de illa essentia generat. Quanuis Concilium Lateranense indicatum priorem subticeat, & posteriorem damnet. At video mihi essentiam in propriam rationem non vocare actionem, vt neque passionem: at vero natura illã vocat. Est enim principium motus & quietis. 2. Physic. text. com. 3. Neque naturam abstrahere valemus à motu, & quiete, quippe quæ considerationis est Physicæ: at essentia ab illis abstrahit, ideo sublimioris est instituti. 1. Metaphysici. Quanquam re accuratius librata secus in diuinis atque creaturis esse putõ. Nanq; in creaturis verum iudico, quod de natura & essentia dicebam: at in diuinis nihil discriminis cerno inter diuinam naturam, & diuinam essentiam, deitatem, diuinitatemq;. Nanque diuina natura comprehendit potestatem agendi infinitam, & diuina essentia similiter. Neq; etiam si commentari velimus, essentiam diuinam ex cogitare possumus sine potestate hac actiua infinita: nam hæc esset abstractio fallax commentatioq; mendosa. Vtramq; igitur propositionem arbitror negandam, essentia generat, natura diuina generat, vt istę concedendæ, natura diuina creat: essentia diuina creat, &c.

obiectio optima.

Primaria ponsio.

2ª Resp.

Nota admodum propositionũ Theologicarũ obstrusos sensus.

Dubitº.

An essentia sit innascibilis.

Dubium.

Natura & essentia ut se habent.

Natura est Physici instituti, essentia Metaphysici.

Doctor determinat has. cõ negandas natura generat essentia generat.

Sed iam tempus est, vt receptui canamus, & argumẽta in frontispicio disputationis obiecta soluamus, Dionysio ergo respondebis

Dionysiaco

Exponitur Dionysius. Dionysiaco vtens documento supra indicato. Sensus enim exquirendus sermonis est, potius quam dictionis apparatus. Quare vocat Dionysius fœcundam diuinitatem, nō quod hæc generet, aut spiret, capta in abstracto: at quia Deus fœcundissimus est, qui tantæ est potentiæ vt possit Deum generare, Deumq; spirare. Ideo deitatem, id est, Deum fœcundū dixit. Quod vero filium, & Spiritum sanctū plantata ait germina fœcundæ deitatis, ne intelligas Spiritum sanctum generari à patre, sed processionem à Deo patre, & filio, Spiritus sancti vocat plantationem, vt filij emanationem à patre germinationem, seu plantationem Dionysio libuit nuncupare. Argumento secundo dicito diuinam essentiam esse naturam diuinam, & esse principium quo pater generat, sed non est quod generat, quæ res spectabit nostram futuram disputationem.

Argumēto. 2. respondetur.

Arist. exponitur. Tertio arg. respōdetur. Tertiò dicendum erit, fatemur contradictionem esse primam oppositionum, quia nullū habet medium: at vero hæc oppositiō seu cōtradictio nonnunquam est secundum rem, & tunc maxima est, vt inter ens & non ens, hominem & non hominem: aliquando est secūdum rationem formalem vt essentia generat, essentia non generat, & tum non est maxima oppositio. Nam est inter ea quæ sunt vnum: ideoq; secundum rem non est contradictio. Nam diuina essentia est res generans, & diuina essentia est res non generans, adiectiuè si vtaris participijs, & hæc vnum sunt. Cæterū decipitur, diuersum colligens argumentum, nam quamuis essentia nō generet, & pater generet, non est oppositio contradictionis inter essentiam & patrem: namque contradictio est affirmatio & negatio vnius & eiusdem de eodem, vt inter has pater generat, & pater non generat. Vnde inter has essentia no generat, & pater generat non est contradictio. Ad. 4. dicendum erit, essentia filij est ingenita, vt essentia est, ergo filius est ingenitus, collectio est cassa, quia tametsi ingenita essentia est vt essentia, ipsa tamen persona filij habens essentiam diuinam est genita. Diximus enim inter differendum essentiam non esse terminum generationis diuinæ, sed personam.

Quarto arg. respōsio.

Disputatio secunda. Num filius est de substantia patris, & paracletus de substantia patris & filij.

PARTEM negatiuam huius disputationis ille locus agit, quem in Ecclesiastico legimus capit. 24. vbi postquam Dei sapientiam miro extulerat encomio in hæc verba. Ego ab ore altissimi ꝓdiui primogenita omnis creaturæ, postea subiecit eiusdem agens sapientię personam, ab initio & ante secula creata sum. At vero creatio, ex nihilo est, ergo filius non est de substantia patris. Et augetur hoc idem si forte dixeris de Christo homine intelligēdum fore locum hunc. Nam in Prouerbijs capi. 8. legimus de eadem sapientia diuina similia encomia. Dominus (ait) possedit me in initio viarum suarum antequam quidquam faceret à principio, & cætera quæ sequuntur quę Christi humanitati aptari minimè valēt. Qualia sunt illa cum eo eram cuncta compo nens, &c. Nam etiam si prædestinata ab æterno erat, non tamen simul cōoperabatur cum Deo Christi humanitas quæ nondum extabat. At vero Hilarius. 12. de Trinita. nō legit, possedit, sed creauit, dominus creauit me in initio viarum suarū, ipse ergo filius Dei æternus creatus est: non ergo de substantia patris est. *1. Argum.*

Secundo idem agit ratio hæc, si filius est de patris substantia, at in patre duo considera mus & eiusdem diuinitatem, & eiusdem proprietatem personalē, quæ est paternitas. Iam ergo aut filius est de paternitate patris, aut est de diuinitate patris, non de paternitate, quia paternitas vt relatio est, non vnde aliquid, sed ad aliquid est: neque de diuinitate, nam si diuinitas patris est vnde filius, ergo diuinitas est principium generās filium, id quod supra damnatum esse ostendimus. *2. Argumē.*

Partem affirmatiuam suadet Ecclesiæ Catholicæ autoritas, quæ ex symbolo canit, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. Et de Spiritu sancto. De patris ergo lumine decorus ignis almus est, qui fida Christi pectora calore verbi compleat. *Argumentum contrariam agens partem.*

Quanquam huius disputationis assertio sit catholica vt traditur in Concilio Toletano vndecimo, filium esse de substantia patris, & Spiritum sanctum de substantia amborum: at vero differere illam, & promptam facere, & expeditam non est peruium. Cuius rei gratia ex Aristotele quædam sunt petenda, quę momenti sunt non exigui: vt peruium fit, quod differendum in præsentiarum instituimus. Aduertes igitur ex. 5. Metaphysi. tex. comm. 29. præpositionem, ex, multa denotare. Et sex *Deciditur quæstio.*

Propositio ex multa denotat ex Aristot.

dixit Aristotel. esse illius significantias, iam enim materiam denotat, vt statua est ex cupro, vel ære. Iam principium & mouens, vt iurgia & bella fiunt ex ira, dein totum vt lapides ex domo, quando enim soluitur domus, lapides resultantes ex excidio domus, ex domo factos dicimus, aut species ex parte, vt homo ex bipede. Nam definitio hominis ex bipede constat si per bipes definias, aut vt filius ex patre & matre, ex illo vt agente, ex hac vt materia. Sexto improprie vt dies ex nocte, ex tenebris lux, ex isthmis ludi olimpiaci. At est impropria hæc acceptio quia tantum ordinem præfert vnius post aliud videlicet post tenebras sequitur lux, post diem nox, post hiemem æstas. Harum porrò significationum vna est famosior, & vulgatior cõmentatore denarrante locum hunc. At in diuinis literis obseruare licebit præpositionem

Ex præpositio ut obseruatur in diuinis literis.

ex, materiam nonnunquam denotare ad Roman. 9. nunquid figulus non habet potestatem ex eadem massa aliud vas facere in honorem, aliud in contumeliam? & aliquando ordinem ad Hebræ. 11. vt ex inuisibilibus visibilia fierent, non enim nihil, est materia ex qua quidquam fiat, sed quia post nihil susceßit Deo creante aliquid, ideo ex nihilo factum est à Deo aliquid. Vocauit aũt Paulus ipsum nihil inuisibile, quia quæ nihil sunt non sunt visibilia negatiue enim cepit inuisibile. Iam vero significat mouens & actiuum principium ad Roman. 11. ex ipso (ait) & per ipsum, & in ipso, omnia sunt: Deus enim est primum principium mouens, & agens omnia. Ideo

De præpositione de.

ait ex ipso sunt omnia. Præpositio autem de, fere in idem sese habet cum præpositione ex. Nam separata, & extra compositionem idem significat quod Græcis ideſt, à, vel ab, vel, ex. Quare significat materiam vt præpositio, ex, vt statua est de ære. Vnde Paulus. Primus (ait) homo de terra terrenus: secundus homo de cœlo cœlestis. 1. ad Corinth. 15. de terra ait, ideſt, de substantia terrena. Quanquam præpositio de, in secundo loco non denotat substantiæ cœlestis esse Christum, vt Valentinus hæreticus delirus asseruit, sed locum denotat. Quia Christus (ait) exiui à patre & veni in mundum, & hoc Paulo est, secundus homo de cœlo cœlestis. Esaiæ autem

Præpositio de, denotat consubstantialitatem.

11. legimus capitul. Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, quo loco consubstantialitas virgæ cum radice, & floris cum eadem, & origo virgæ & floris à radice plane indicantur. Nam virga seu virgultum eiusdem substantiæ compos est, cum radice à qua germinatur: & flos itidem, hæc autem origo non materiæ est, sed efficientis causæ, radix enim efficit virgam, & flores.

¶ Istis igitur annotatis ceu legitima institutione instituti, legitimè ad disputationẽ conferemus pedem. Durandus igitur nescio quo actus spiritu distinctione hac, hanc recepit propositionem, filius est de substantia patris, quasi de materia. Putat enim diuinam essentiam generando filio sese præbere quasi materiam. Materia enim in artificiatis substistentiam donat, vt lignum scanno: at filius per essentiam subsistit, qui tamen per intellectum generatur, instar artificiatorum. Rursum materia non distinguit res, sed forma, nam in fundamento materiæ nihil est distinctum: iuxta celebre Auerrois verbum. Itidẽ per essentiam non distinguuntur personæ præter hæc, materia est primum constituens, & diuina essentia est primum constituẽs personam. Cæterum quia non est diuina essentia potentia ens, idcirco non est materia, sed quasi materia. Porrò autem si censuram meam amas, hæc Durandi commenta tibi displicebunt, sunt enim dissona à vera Theologia atque Philosophia, quæ vnanimiter clamant Deum esse actum purissimum, prorsus omnem passiuam potentialitatem à se depellentem. Quid ergo si purissimus est actus, vt ergo tibi est quasi materia? si quasi materia est, ergo est quasi in potentia passiua. Verumtamen nullum huiusmodi potentię genus Deo tribuendum censeo. Non enim est in potentia Physica, aut Metaphysica, aut Logica,

Durãdi placitum non probatur.

Prima Rõ

2ª ratio.

3ª ratio.

Doctorem pugnat huic opinionem Durandi.

Potẽtia physica & Metaphysica & Logica.

quæ est non repugnantia ad susceipiendam formam aliquam. Quam etiam si Philosophi peripatetici intelligentijs tribuerunt Deo tamen non concesserunt: vt nos supra abundè diximus, at ex abundanti modo repetimus, Angelis enim non repugnat perfectio maior quam sit illis præstita, ideo etiam si actus esse puros. 12. Metaphysi. tradantur, nihilominus hanc sortiti sunt logicam potentialitatem, quæ solum est excogitata per meditationem intellectus nostri: at Deus absolutissimus est, perfectioque est prima, cui detractio aut accessio prorsus repugnat. Et vt obiter hoc dixerim, ne arbitreris hanc potentiam logicam esse potentiam quam quidam potentialitatem appellitant. Quippe obedientialis potentia est positiuum aliquid quod rebus creatis adest, siue re distinguatur, seu ratione, moror nihil, quippe de re hac nihil de cerno

Potentia obedientialis Theologis non est, quæ Logica Philosophis.

modo.

modo. At vero quæris creatura vt influxum diuinæ causæ in se suscipiat, paratam habet necessitatem: tametsi natura sua ad id suscipiē dum prompta non sit, vt mortua caro obediē tiam necessario præstat suscitanti Deo: quæ alioqui suapte natura inepta erat quæ reuiuiscceret. Potentia vero logica negatiuum indicat quodam modo, id est, non repugnantiam, quia perfectio maior, quæ intelligentijs nihil repugnat, non deducetur in esse, neque potest iuxta peripatetica placita deduci. At vero obediential is potentia apud Theologos ad esse extrahitur sæpè Deo miraculose agente. ¶ Verum vt ad institutum recurrat oratio, essentia Dei non est materia neque quasi materia. Et vt cum Durando manus conseramus, materia artificialis sanè dat totam subsistentiam: at vero essentia personæ diuinæ non dat subsistentiam personalem, quandoquidem subsistentia elargita ab essenti a absoluta est, personalis porro relatiua est, quam persona a proprietate personali sortitur, vt a paternitate pater est. ¶ Et rursum quanquam in fundamento materiæ nihil sit distinctum, quia materia neque quid est, neque qualis: at vero ipsa indiuiduationis principium est. Essentia autem diuina non indiuiduat personas diuinas, quæ à suis proprietatibus relatiuis indiuiduatur suo modo, vt alibi est differendum. Deniq; quod de constitutione inculcat, non est admittendum, diuina nanque essentia non constituit personas quasi potentia, vel quasi materia. Nanque paternitas, aut filiatio, &c. non sunt actus, qui cum essentia constituant personam, vt formis naturalibus vsu venit, Deo nanque hæc constitutio repugnat, quippe qui est actus simplicissimus. At vero citra vllam coniunctionem actus & potentiæ dicimus constitui personas, quippe hæc duo essentia, & relatio sunt persona, quæ tamen nō se habent vt potentia & actus, neq; sicut partes vnius totius: nisi solum quia in definitionibus personarum hæc duo ingrediuntur. Est enim pater persona habens essentiam diuinam cum paternitate. Aut si sermo non offenderet, habens essentiam diuinam affectam paternitate. Diuina enim balbutientes resonamus, vt Gregorius Nazianzenus tradidit. Scimus enim in Deo nullam esse affectionem, nullumque accidens, &c. At vero secundum modum intelligendi nostrum (qui hebes est erga diuina) multa minus proprie de Deo loquimur. Ita quoque de alijs censeto personis. ¶ Quod demum adiecit materiam esse quæ recipit operationem agentis, quare colligit igitur diuina essentia est quasi materia, quia in ea est generatio, seu paternitas, & spiratio sunt equidem hæc in ea non tanquam actus eius, neque tanquam accidentia, sed tanquam operationes immanentes in proprio principio quo, illæ præstantur, quod est essentia, & sunt verius ipsa res quæ est diuina essentia, quam in ipsa: etiam si formaliter sint distincta. ¶ Dixit porrò Durandus q̄ præexistere per considerationem saltem intellectus constituendæ alicui rei etiam si sit materiæ conditio, non est imperfectio. Et venia illius dictum sit præexistere tanquam potentia receptiua nunquam perfectionem præfert. Diuina igitur (vt semel dixerim) essentia neque est materia, neq; quasi materia, neq; secūdum rem, neq; secūdum considerationē nostram: semper enim est purissimus actus. Quod si quominus excogitetur, nō vera, sed fallax est cogitatio. Vnde propositio prædicta filius est de substantia patris, non hunc ædit sensum, quasi de materia patris. Et falsum demū est, quod Durando ratum fuit, præpositionē, de, significare semper materiam, vel quasi materiam, vt subiungenda te docebunt.

At vero D. Tho. 1. p. q. 41. ar. 3. eandem propositionem fatetur filiū esse de substantia patris, aut de patre. Expositi autem præpositionem, de, denotare consubstantialitatem: quam quam differenter. ¶ Nam enim ex principio actiuo illam significat, vt filius est de patre, vt Isaac de Abraham. ¶ aut ex principio materiali, vt gladius est de ferro. ¶ aut ex formali principio, vt substantia Angelica est de natura spirituali. Sensus enim est formam substantialem Angelicam esse spiritualem. ¶ Sensus igitur huius filius est de substantia Dei patris, est hic: filium per generationē accepisse substantiam diuinam patris. Vt eodem retento tenore Spiritus sanctus est de substantia amborum, et Spiritum sanctum concedimus accepisse per spirationem diuinam substātiam à patre, & filio. ¶ Quod si obieceris, itidem dicemus tres personas esse de substantia diuinæ essentiæ, refellemus tuum obiectum, etenim præpositio de, in huiusmodi loquutionibus significat originem: at vero tres personæ non originem habent à diuina essentia: quippe quæ neque generat, neque spirat. Vnde neque hæc concedenda pater est de substantia diuina, etenim pater non habet originem ab aliquo, quippe qui innascibilis est, & fons & origo diuinitatis vt præscripsit Concilium

Conclus. Diuina essentia neq; est materia neque quasi materia.

Resp. ad primam rationem Duz.

Ad 2am.

Essentia diuina non indiuiduat personas.

Nota quo modo personæ diuinæ constituantur.

Cur personæ dicantur à Theologis constitui.

Ad 3am.

De significato consubstantialitatem.

Ex formali et materiali De signif.

Obiectio

Aduertas hæc quia ad modum obseruāda sunt serio Theologizanti.

cilium Toletanum vndecimum. Id quod ad sensum supra expositū recipies. Et scite Thomas argumento primo respondens, propositionem hanc expendens, in oratione hac filium esse de patre, aut de substantia patris: docuit præpositionem, de, non significare principium materiale. Etenim generatio quæ fit in materia, aut ex materia fit per transmutationem, Deus autem intransmutabilis est. Et ego addo, & quia non solum non est transmutabilis, imo neque quasi transmutabilis, ideo præpositio, de, neque quasi materiam denotat vt rectè etiam aduertit Scotus quæstione. 2. huius distinctionis.

De, præpositio ut obseruetur in scripturis ex Autoris decreto.

Iam vero si meam quoque requiritis sentētiam, paucis illam accipite, præpositionem hanc, de, in scripturis sanctis variam sortiri significationem, nonnunquam enim consubstantialitatem & originem denotat, Esaia demonstrante. c. 11. egredietur virga, &c. Vt paulo ante retulimus, vtiq; virgultum est consubstantiale radici, & ab illa procreatur, & flos simili modo. Itidem apud Ioannem legimus, ille me clarificabit, quia de meo accipiet ca. 16. Quo loco præpositio, de, significat Spiritum sanctum esse filio Dei consubstantialem & ab illo procedere, quæ duo etiam significabantur per locum ex Esaia dudum indicatū. Christum videlicet secundum carnem originem trahere ex Isai patre Dauid, qui & Iesse nominatur: nam per virgam & florem Christus ab Esaia metaphoricos denotatur. Vide dilucidationes nostras ad eundem locū. Item significatur consubstantialitas simul cum origine, nam Christus genus ex Dauid deducēs de substantia Dauid est. Paulo testante, qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem ad Roman. 1. Aliquando vero præpositio, de, originem tantum, non consubstantialitatem præfert Matthæi. 1. quod natum est in ea, de Spiritu sancto est. At caro Christi non est consubstantialis Spiritui sancto, neq; Spiritus sanctus est pater Iesu Christi, ideoq; originem duntaxat denotat, quia Spiritu sancto operante caro Christi sine virilis seminis commixtione concepta fuit. Quale illud est apud Iacobum, omne donum, & omne datum optimum desursum est capit. 1. non enim sensus est dona diuina quæ nobis elargiuntur esse consubstantialia patri, sed q ab illo profisciscūtur vt à causa efficiente. Et in Paulo etiā legimus. 1. ad Corinth. capi. 10. Vnus panis, & vnum corpus multi sumus, omnes qui de vno pane, & de vno calice participamus. Nū Paulus voluit nos esse de substantia panis illius cœlestis? aut de substantia Christi? non arbitror: Christus enim non genuit nos secūdum carnem vt simus de substantia eius. At vero, de, hoc loco originem alimenti spiritualis esse panem illum cœlestem aperte mōstrat: vt enim ex pane materiali, aut de pane vescimur, & panis hic corporalis est alimenti corporalis origo & fundamentum, ita panis Eucharisticus est origo spiritualis alimoniæ. Ideo ait de vno pane participamus. Itidem de calice intelligito. Sunt pleraque alia quæ hoc ipsum admonent in scripturis, quæ prudens parcēs fastidio mitto. At vero tam apertis testimonijs quis refragari poterit, vt etiam num proteruiat credens, præpositionem, de, semper significare materiam, vt Durandus credit, & alij ante, & post ipsum? siquidem sæpè non materiam sed causam efficientem præferat: vt patefecimus. Id ergo quod ex Symbolo Apostolico canimus, conceptus est de Spiritu sancto, natus est ex Maria virgine, apertum est iam quid velit, dominum Iesum Spiritus sancti mirabili opera, citra virilem operam conceptum esse ex visceribus Mariæ virginis: itaq; præpositio, de, originem duntaxat denotat, at præpositio, ex, originem & cō substantialitatem Christi cum beatissima virgine significat. Negant porrò Theologi propositionem hanc, creaturæ factæ sunt de substantia Dei, vt Damascenus libr. 1. de fide orthodoxa. ca. 8. quia cum sint creata cuncta ex nihilo, non sunt de substantia Dei, & quemadmodum hæc negatur, ita ad eundē modū & hæc, creaturæ sunt ex substantia Dei. Nāq; diximus tantūdem valere: cæterum siquis cōtendat, has donandas esse sensu vero, si prępositiones istæ non consubstantialitatem denotent, sed originem efficientem. Et Paulus ad Roman. 11. ex Deo omnia esse fatetur, & vt dixit interpres ex Deo, poterat interpretari de Deo, nanque vtrobique origo efficientiæ duntaxat insinuatur: vt Iacobus dixit, omne datum optimum & omne donum perfectum esse de sursum, & non intellexit de sursum, idest, de hoc visibili cœlo, quia hoc dona Dei non impartitur, sed de ipso intellexit Deo, vt ipse est statim sui interpres, descendens (ait) à patre luminum. Porrò autem vt non semel admonuimus modus significandi est obseruandus, in primis volenti discernere rectè verum à falso. Illæ autem duæ propositiones creaturæ sunt de substantia Dei, aut ex substantia Dei

Iacobus exponitur.

Paulus exponitur.

Exponitur Symbolum.

Damascenus exponitur.

Modus significandi uocū ualde attendendus.

tia Dei ex contextu sermonis videntur consubstantialitatem creaturarū Dei præseferre. Qua ob causam negantur, tametsi qui cōsubstantialitatē non intelligeret, nisi originē efficientē, verum sensum haberet: at quē ipse concipit, non quem propositio edit: in illis autē ex Deo sunt omnia, aut de Deo: quia efficientia potius exprimitur quam consubstantialitas, ideo admittens illas, non errat, etiā si vsus magis receperit efferre ex Deo omnia esse, quam de Deo. Nanq; de carne domini legimus esse conceptam de Spiritu sancto. Creaturas ergo esse de Deo quid ni dicemus? quanquam Hispanus sermo hoc discrimine nō gaudet Nanq; Hispanè dicimus, *las criaturas son hechuras de Dios*. Vbi origo & efficientia, nō consubstantialitas importatur. In summam igitur rem hanc redigamus, prępositionē, de, iam originem efficientiamve solū, iam originē & cōsubstantialitatē, iam cōsubstantialitatem & nō originē denotare. Vt si dixeris, angeli sunt de substantia intellectuali, aut Michael & Gabriel sunt de substantia spirituali. Adhæc difficilior est, Michael est de substātia Gabrielis, quæ vera itidem est. Sensus nāq; eius est verus, Michaelem & Gabrielē esse vnius substantiæ spiritualis in genere, aut in specie, nihil cunctemur modo. At Scio dices mihi, cur ergo hæc neganda est? tres personæ diuinæ sunt de vna substantia, nam si ais hanc significare tres personas esse procedentes ab vna substātia: simili quoq; modo dixerim sensum huius Angelos esse de vna substātia esse hūc Angelos genitos ab vno altero Angelo. Nanq; nemo ita ineptiet vt credat sensum esse huius Angelos esse profectos à Deo, qui est substantia spiritualis. Nam obstruetur os hoc loquens. Si obieceris ad eundem sensum hanc esse admittēdam, visibilia & inuisibilia omnia esse de substantia diuina, quippe quæ ab illa profecta sunt. At vero si memineris Hilarium. 4. de Trinitate circa mediū nobis hoc præscripsisse documentū, intelligentiā dicto rum ex causis esse sumendam dicendi, videbis non abhorrere ab hoc quod Aristo. tradidit, sermones captandos esse secūdū subiectā materiam. Ideoque cum de beatissima Triade sermo sit, aduertendum maximè ne is admittatur sensus qui ad exitium erroris præcipitet. Quapropter hāc negabat Thomas tres personæ sunt de substantia diuina: ne arripiatur erroris ansa, vt credamus tres personas ab alia progredi diuina substantia, quod erroris incentiuum hæc non præstat Angeli sunt de vna substantia, ideo dispar hæc ratio alteram reijcit, alteram recepit. Demum vt nihil ex meo labore desideres, scito Græcis esse has prępositiones ϰ, & ξ, quæ & si prolatione distent, valore tamen non distant. Nam idem significant, & ambæ cum genitiuo cōstruuntur, & interpretes iam has per, de, iam vero per, ex, interpretati sunt. Denique per, à. Vnde Erasmus locum illum quod in ea natum est, de Spiritu sancto est, vbi Matthæus scripsit ϰ, ipse vertit à, & rectè quo significaret Spiritu sancto autore carnem domini conceptam. Neq; aliud voluit vulgata editio interpretans ϰ, per, de, vt diximus & Ioan. 16. loco, de, de meo (inquit) accipiet Græcè habetur ξ. Et Erasmus interpretatur vt noster interpres, de, itaq; promiscuus est vsus harum prępositionum, de, &, ex, Latinis: vt Græcis harum.

Porrò autem tempus iam nos hortatur, vt arcanum huius propositionis filius est de substantia patris pandamus: in cuius gratiam multa & meo arbitratu digniſsima scitu, protulimus. Aduertendum igitur est generationem (vt supra nos admonebamus) communē esse & viuentibus, & non viuentibus: tametsi interiaceat distantia non modica. Quandoquidem non viuentia extra se generant, quod generant, vt ignis in forinseca materia ignem generat, non in se ipso, aut de se ipso: sed de ligno, aut de quauis alia extranea materia: vt artifex non de se domum fabricat, at de extrinseca sibi subiecta materia. Et quanuis vulgatus est sermo, mare de se gignere pisces, & terra plantas quasdam, aut herbas: cæterum ideo abijt in vsum hic sermo, ꝙ occulta sint semina quædam intimis terræ visceribus abdita, vnde multa pro germinantur: quorum effectus terræ tribuimus, aut mari, quia causas cōditas ignoramus: cum tamen hæc terra aut mare pariat aut ex vi cœlitus sibi indita, aut ex seminibus reconditis. Cæterum terra, aut aqua, aut cætera elementa nunquam agunt in semetipsis, aut de semetipsis, vel aqua, scilicet aliam aquam, vel terra aliam terram, aut ignis alium ignem. Agūt enim semper in alienam materiam. Quanquam secundum quorūdam placitum aqua feruens se infrigidat per frigiditatem natiuam, quam nominat virtualem, & in semetipsa. Et generans quodammodo est genitum, nam aqua est aqua frigida, nam ipsa aqua se fecit frigidam, etiam si non verè ita est: quia frigiditas quæ est forma genita non est aqua generans, & demum non sunt

Matth. 1.

De prępositionibus de, & ex, hæc nota.

Documentū Theologicū Hilarij.

Promiscuus vsus de, & ex, Latinis & Græcis.

Viuens & non viuēs ut differunt generando.

iacem aqua,& aqua frigida,ſimpliciter ſi vertatur ſermo. Verum in præſentia non de alteratione agitur, quæ eſt generatio ſecundum quid,ſed de generatione ſimpliciter. Quidquod ſupra commone fecimus aquam non ſe frigidare. Viuentia porrò de ſeipſis generãt, non ſolum actu viuentia,quinetiam in potentia viuentia. Quum nanq; de ſe pullum excutit,cernimus autem in plantis,& arboribus vt de ſe ipſis ſemina edunt, vnde alia enaſcũtur. Et virgulta etiam producunt ſibi ſimilia, producunt quoq; de ſeipſis vermes,teredines, & erugines,vt in animalibus quoque cernimus. Animalia rurſum perfecta & non orbata ex ſemetipſis,ſiue de propria ſubſtantia generãt alia,ſibi ſimilia ſpecifica ſimilitudine. Cæterum propoſitio hæc filius eſt de ſubſtantia patris,denotat filium à patre generari,non in ſtar ignis ab igne,qui ex ſuppeditata aliunde materia ignem ſibi ſimilem generat. Pater vero non item,ex nulla ſanè materia,at ex propria ſubſtantia filium generat. Neque aptiore ſermone explicari hoc potuit, quam diuinus expreſsit vates Dauid Pſalm.109. ex vtero ante Luciferum genui te. Id quod tractans Athanaſius libr.de duabus perſonis ait, non eſſe cogitandum vterum eſſe Deo: at propterea ex vtero dictum eſt genitum filium quia de ſubſtantia patris eſt. Magis ergo perfectorum animalium ex perfectis animalibus generatio diuinam refert generationem, quam non viuentium generatio. Illa enim ex ſubſtantia propria generantis fit,quanquam latũ eſt diſcrimen: etenim animalia ex defluxo, aut deciduo ſemine prolem ſibi parant, at Deus pater ſine defluxione alicuius ſubſtantiæ,aut deciſione, prolem habet æternam vt Damaſcenus ait lib.de fide.1.capit.8. Rurſum animalia prolem ſibi conquirunt ex fœmina, inquam deponunt ſeminariam quam decidunt ex ſe ipſis ſubſtantiam, at pater in ſubſtantia propria filium ſuum generat. Quapropter apud Ioan.capit.1. legimus filium eſſe in ſinu patris, nempe quia eſt in ſubſtantia patris genitus, propter quam cauſam viuentia quæ animalia non ſunt, ſimilitudinem gerunt etiam æternæ generationis. Etenim arbores fructum referunt in ſe ipſis & in propria ſubſtantia fructificant, at vero quia fructus non ſunt arbori ſimiles vt filius patri: ob eam rem generationem perfectarum animalium ſimiliorem æternæ aſſerebamus. Quanuis etiam in fœminis cernimus prolem conceptam: vt dixeris eſſe de ſubſtantia fœminæ prolem,& in ſubſtantia itidem fœminæ. Gerunt nanque prolem in vtero, & ex vtero in lucem ſub partu emittunt. Idcirco Mercurius ille aiebat Deum eſſe vtriuſque ſexus fœcunditate pleniſsimum, vt ſupra vberius indicabamus.

Locus Dauid explicans Dei generationem diuinam.

Diuina generatio fit non ex defluxione.

Ioannis exponitur.

Eſt igitur propoſitio hæc vera atque Catholicæ fidei conſentanea,filius eſt de ſubſtantia patris,vt hæc filius eſt à patre, aut de patre, aut genitus eſt de mente patris, aut genuit filium de ſemetipſo pater, &c. Siquidem varijs modis hæc veritas exprimitur,nam apud Ioannem legimus exiui à patre, & veni in mundum capitulo.16. & in Symbolo Niceno, Deum de Deo, & ex patre natum ante omnia ſecula, & in Symbolo Athanaſij filius à patre ſolo eſt. Quæ vniuerſa eandem fidem ſapiunt. Porrò iſtæ non ſunt Catholicæ,pater eſt de ſubſtantia filij,aut de ſubſtantia Spiritus ſancti: nanque hæ præferunt patrem originem habere à filio, vel ab Spiritu ſancto. Id quod exibilat vt prorſus hæreticum Eccleſia Dei. Itidem tu ipſe tuo fretus marte, de alijs quæ eandem legem ſubeunt propoſitionibus,vt filius eſt de ſubſtantia Spiritus ſancti, & alijs eiuſdem farinæ dicere valebis, illas negando: non quia non ſunt conſubſtantiales perſonæ diuinæ: at quia origo diuinarum perſonarum peruertitur,ſi has donamus propoſitiones. Eſt autem origo gemina, & materiæ, vt gladius eſt de ferro, aut efficaciæ, vt bella ſunt ex ira,aut de ira, & nullam iſtarum originum beatiſsimæ aptabis Triadi: ſed originem aliam generatiui, aut ſpiratiui principij. Quam ſane originem creaturarum exempla non ſuppeditant: Deus enim aſcendit ſuper Cherubim, & volat ſuper pennas ventorum. ¶ Argumenta diluenda iam veniunt,quæ cuiuis promptum erit diluere, ſi attentiuſculè obſeruauit, quæ digeſsimus. Primum igitur vt diluas, aduertas, textum illum ex Eccleſiaſtico, qui Salomoni inſcribitur, & textum quoque prouerbialem ex Salomone vtrumque in eodem verti cardine. Denarrant nanque Chriſti vtramque naturam, & diuinam & humanam,tametſi Salomonicus enucleatius diuini verbi perſonam ſub nomine ſapientiæ diſtinguit,illuſque à patre æternam generationem deſcribit. Quare ait, ante omnes colles ego parturiebar,nedum erant abiſi, & ego iam concepta eram, &c.quæ inibi enarrantur. Etiam ſi non obliuiſcitur locus hic humanitatis domini,

Quæ Catholicæ propoſitiones.

Quæ nõ Catholicæ.

Duplex origo.

Argumenta diluuntur.

Optimo notabis ſacrorum expoſitiones locorum.

mini, ait enim, & delitiæ meæ esse cum filijs hominum. At vero Ecclesiasticus locus quæ humanitatis domini nostri Iesu Christi sunt, presius prosequitur, quam quæ sunt diuinæ generationis. Etiam si huius memoriam fecit, dicēs, Ab initio & ante secula creata sum. Neque te moretur, quòd audis creatam esse diuinam sapientiam, non est enim creatio eius, qualis est creaturæ, quæ ex nihilo est productio. At generatio æterna creatio appellatur, nam quod scias diuinæ literæ non semper strictam colunt obseruationem huius verbi creo, vt denotet productionem ex nihilo: legimus enim Ecclesiast. 24. Deum creasse hominem de terra. Vides vt non ait ex nihilo? Et sexcenta sunt hoc genus testimonia, sed ipsa formatio rerum & productio quæ à summo opifice Deo proficiscitur, creatio appellatur, etiam si non ex nihilo fiat. Quapropter ait, ab æterno, vel ab initio creata sum. Atque ex ipso orationis contextu abundè indicatur non esse creatam Dei sapiētiam ex nihilo, vt cæterę creaturę. Non enim si ex nihilo esset, ab æterno esset, & ante secula. Quidquod prædixerat esse primo genitam omnis creaturæ, ideſt, ante omnem creaturam, non ergo ex nihilo vt omnes creaturę, si ergo non ex nihilo, ex aliquo genita est, ideſt, ex substantia patris. Quod si colligas, ante secula creata est, ergo creata est Dei sapientia, infirmabis collectionem per fallaciam æquiuocationis, in antecedenti enim capitur creatio pro productione generatim, in consequente productionem indicat ex non extantibus. Theologi vero ab hac abstinent loquutione, vt diuinam filij sapientiam creatam dicant fuisse quomodolibet, ne hæreticis vorago errorum pateſcat. Et ne cum illis saltem sermone conniueamus. Cætera vero quæ Ecclesiasticus indicat, & radicaui in populo honorificato, &c. humanitatis domini sunt præexcelsa præconia. Equidem dominus Iesus secundum carnem à Patriarchis, Regibus, Prophetis, genus ducit. Ideo ait radicaui pro radicabo, tempus pro tempore, qui mos Hebræis est, itemque Latinis non est alienus, & in habitatione sancta ministrauit dominus, quippe qui Iudæorum se præstitit salutis ministrum æternæ. Paulo attestante qui Hebræis scriptitans capitulo. 8. dominum vocat ministrum sanctorum, & ad Roman. 15. ministrum circuncisionis appellat. At Iudæi erant tunc habitatio sancta, quia id temporis soli veram colebant religionem. Fuit quoque Christi Euangelium firmatum in Sion, quia ex Sion exiuit lex, prænunciante Esa. capitul. 2. cæteraque ad hunc tu explicabis modum, Sanct. Thom. loco annotato aliam soluendi arripuit viam, sectans Hilarium: si mea non allubescit, illam amplectitor.

Creare in scripturis quid.

Aduerte diligenter locum scripturæ.

Locus scripturæ lucide exponitur alioqui obscurus.

Secundò dices neque essentiam generare, aut spirare, neque etiam relationi hoc tribuas, sed personæ diuinæ cuius est istud munus, non per relationem, sed per essentiam generare, & spirare.

DISTINCTIONIS Sextę, quæ incipit, Præterea quæri solet, vtrum pater genuerit filium voluntate an necessitate.

Disputatio prima. Num pater generat filium necessitate, num voluntate.

PARTEM affirmatiuam huius disputatiōis multa colligunt è quorū numero pauca subnectemus. Et primo qꝑ voluntate genuerit filium illud præsefert qđ Matthæus scripsit capit. 3. hic est filius meus dilectus in quo mihi complacui: quando autem est dilectio atque complacentia est voluntariū quod operatur, & complacens, ergo si filius est dilectus, eius generatio est dilecta, & complacita patri, ergo voluntaria. Et Paulus subscripsit ad Colossenses capit. 1. vocans filium Dei, filium dilectionis paternæ. Secundò quod bonum est, diligibile est: at vero generatio filij bona est, ergo diligibilis à patre: imo est infinitè bona ergo infinitè amatur à patre. Quare volūtaria est, si volūtaria est ergo ex voluntate genitus est filius. Tertiò aut genuit filiū volēs, aut nolēs, non secundū quia coactus gigneret id quod Deo non cōpetit à quoquam cogi: quippe qui est primū mouēs, & à nullo moueri potest: igitur neque cogi potest. Atsi volens, ergo ex volūtate generat filiū. Quod si torques argumentū, vt quidam retorsit, autore Augustino. 15. de Trinita. ca. 20. vel Deus est Deus volens, vel nolens, hæc retorsio non est argumenti solutio, nam itidem hoc pendulum erit, vt Deus est Deus, nū volēs? an nolens? item qꝑ ex necessitate generet, est argu-

1. Argu.

2. Argu.

3. Argu.

mentum. Pater necessario generat filium, generat ergo ex necessitate, antecedēs colligas, generatio filij est æterna, ergo necessaria, quippe æterna, sunt necessaria. 12. Meta. text. com. 53. alioqui si cōtingenter generasset, mutaretur Deus, at oraculis propheticis instruimur Deum esse immutabilem, tu (inquit Dauid) idem ipse es, & anni tui non deficient Psal. 101. Rursum apud Malachiam capitul. 3. Deum esse immutabilem legimus, ego (ait) dominus & non mutor. Partem negatiuam agit Hilarius libr. de Synodis, eos (ait) qui dicunt patrem genuisse filium neque consilio neque voluntate, anathematizat sancta Dei Ecclesia. Item si quis dicat nolente patre genitum filium anathema sit. Non enim nolente patre coactus pater vel naturali necessitate ductus, cum noluit genuit filium: sed mox vt voluit sine tempore & impassibiliter ex se filium monstrauit.

Pars negatiua quæstionis.

Quæst. decisio.

Quæstionem hanc quondam ventilatam fuisse in Ecclesia monstrant satis sanctorum scripta, atque concilia damnantia propositionem hanc, pater genuit filium ex necessitate aut ex voluntate: vt in Concilio Toletano vndecimo legimus, neque necessitate (ait) neque voluntate, pater genuit filium, & autore suppresso Augustini motum est concilium ratione quæ ad Orosium scribitur Dialogocis disputationibus vt post hæc indicabitur. Et Diuus Athanasius Alexandrinus Episcopus libr. 9. ad Theophilum qui inscribitur de sua fide iterum reprobat eandem propositionem, post multa tandem absoluens rem hanc sermone hoc, non ex necessitate, neque ex voluntate, pater genuit filium, sed ex natura, & proponit exemplum quod rem apertiorem efficiat, Deus (inquit) est bonus, at non ex necessitate, neque ex voluntate. Nam si dixeris ex necessitate, ergo bonitatem Dei præcedit necessitas, & Dei bonitas est posterior necessitate. Sin ex voluntate idem cōficies, quod prius, voluntatem esse priorem diuina bonitate. Itaque si hæc libras æqua lance propterea Athanasio pater non generat ex necessitate, ne dicamus necessitatem esse priorem generatione filij. Item de voluntate colligito. Arbitrabatur enim præpositionem, ex, causam indicare hoc loco, quare genuit ex necessitate, perinde est, ac si dixeris necessitas est causa diuinæ generationis, aut voluntas: & cum causa sit prior re causata, aliquid esset prius æterna Dei generatione. Et quantum mea fert sententia Athanasius hanc sequutus, quam exposui rationem illas propositiones prænominatas negauit. Porro autem vt verba Hilarij dudum indicata demonstrant, pater negatur ex necessitate genuisse filium, quippe insinuatur nolendo genuisse, aut coactum genuisse, fatetur autem ex voluntate genuisse filium, quia mox vt voluit ab æterno genuit filium. At vero Augustinus libr. quæstio. 65. quæstione. 7. rem cum Orosio agens, non ex necessitate (ait) pater genuit filium, quia necessitas in Deo non est, neque ex voluntate quia voluntas sapientiam non præcedit. Nanque si ex voluntate generatur filius qui est sapientia patris, esset prior voluntas quam sapientia. At vero quia testante Augustino. 7. de Trinitate capitulo. 1. filius est sapientia patris non quod pater per filium sapiat, nam Deo sapere est esse, si ergo sapit pater per filiū, igitur pater habet esse per filiū. Id qđ Trinitatis turbaret veritatem, & gloriam. At eo est sapientia patris quo est a patre genitus filius, qui sapientia est exprimens exactissimè omnem patris intellectum, atque sapientiam. Nam qui videt filium, patrem videt. Philippe (ait) qui videt me, & patrem meum videt Ioannis. 14. Quare non sufficiens est huius rei ostensio, quæ Orosio visa est, non generat ex voluntate pater filium, ne voluntas sit prior sapientia. Et ne hæreas in Hilarij verbis priusquam ad vlteriora deducamus stylum, quod inquit consilio & voluntate genitum filium à Deo patre, non tam dure accipias, quam durè sonat: patrem consilio generasse, quasi vero pater æternus consultationem & deliberationem generando præmisisset filio: id quod blasphemum est. Nam clamante ad Roman. 11. Paulo quis consiliarius Dei fuit? quasi dixisset nemo. Et non solum ad æternam filij generationem consilio non est vsus pater, æterna enim consilio non egent, sunt enim immutabilia: consultatio autem de agibilibus quæ aliter sese habere possunt tractari solet: verum etiam de agendis contingentibus, vt de creandis rebus in tempore, aut prædestinandis hominibus, & Angelis in æternitate, Deo nulla necessaria consultatio. Apud nos enim electio pedisequa est consultationis, at Deus elegit sanctos ante mundi constitutionem pro sui arbitratus certissima ratione: secundum propositum in quam voluntatis suæ vt Paulus ait ad Ephe. 1.

Collatio uerborum sanctorum doctorum.

Deus non eget cōsilio neq; ex cōsilio genuit filium suum.

Notabis Athanasij ut librantur uerba.

Doctor dicit causam qua motus est D. Ath.

Ephe. nâd quod superat vniuersa cõsilia. Consilium enim est ignorantiæ subsidium, illam enim depellere qui cupit in agendis consultationem quærit sibi, vt certius agendorum collimet scopum: Deus autem qui est ipsa sapientia, qui consultabit de agendis? Quod ergo Hilarius tradidit consilio patrem genuisse filium intellige non stulte, & improuide, sed sapientissime genuisse filium. Neq; enim generatio filij à patre est vt ignis ab igne ut credidit Henricus Gandensis hoc vtens exemplo in summa Theologica articulo. 58. quæstio. 2. at verò vt te abrumperet ab hoc exemplo Hilarius præmonuit, non sine consilio pater genuit filium, id est, non tanquam agentia naturalia quæ citra consilium, voluntatem, & sensum sua obeunt munera. Itaque quanuis generatio illa æterna naturalis vere dicatur, nam pater ex natura sua generat prolem sibi æqualem, hac tamen ratione superat omnem naturalem generationem, quia pater intelligendo generat filium suum, & naturalitatem (vt sic loquar) diuinæ generationis scriptura vt admoneret, ex vtero, ait, ante Lucifer um genui te. Vterus enim naturaliter generat fœtum: vt verò illius intellectualitatẽ adũbraret, ait, ego ex ore altissimi prodiui Eccle siastici. 24. nam verba quæ promuntur intellectu dictante efferuntur.

Verba Hilarij exponuntur.

Naturalis est generatio diuina et intellectualis.

Iam verò sanctorum dilucidatis sententijs, ad concertationes gimnasticas calamum deducamus. De re igitur ista varia sunt scholastici corum doctorum placita. Etenim Henricus Gandensis loco prænotato patrem arbitratur generare filium naturaliter, vt ignis ignem, voluntas autem complacentiæ fuit consequia ad generationem. Nam simul atque genitus est filius, complacuit sibi pater in tam beata generatione. Scotus verò distinctio. hac quæstio. vnica quædam signa originis cõmentus est in æternitate Dei. Vt enim in tempore sunt temporanea instantia, & in instanti tẽporis, instantia sunt naturæ: ita in æternitate finxit signa originis, in primo signo originis pater se intelligit, & omne intelligibile, atque volibile, in secundo signo originis filium producit, itaque Scoto pater generat filium ex voluntate antecedente, quippe in primo signo originis non generat pater, at tum & intelligit filium generandum, & amat seu vult illius generationem. Thom. 1. part. quæstio. 41. articul. 2. distinxit cum magistro propositionem hanc, ex voluntate genuit pater filium, aut ex voluntate antecedente aut consequente, aut concommitante. Primum horum & secundum negat, postremum fatetur. Nam pater volens generat filium, & generando vult, & volendo generat, etiam si voluntas non sit generationis principium: at vero hæc originis signa Scoto sunt realia & non intentionalia, igitur personæ realiter separantur per signa originis, reclamat autem fides catholica, quæ confitetur personas diuinas prorsus inseparabiles, nec posse esse patrem, quando non sit filius, vt habes late in Concilio Toletano. 11. in confessione fidei, & ego non solum in tempore istam inseparabilitatem intelligo: sed omnino in æternitate, & in omni signo veram esse puto. Quam ob rem me male semper habuerunt signa hæc originis quæ Scotico iudicio sunt probata. Non enim video vt æternitas quæ est tota simul, signis prioris, & posterioris distinguatur. Et nisi fallor, si pater in primo signo originis non generat, & in secundo generat filium, est ergo in Deo mutatio saltem per signum originis. Etenim si quempiam non iustificabat Deus, quem iustificat modo: fieri non potest sine mutatione nouitas hæc. At quia in creatura est mutatio hæc, ideo Deus de non iustificante est iustificans, citra labem vicissitudinis, & citra mutationem in ipso contingentem: quia operatio hæc demum ad extra est. Cæterum si in operationibus ad intra tu fateris patrem ex non generante in primo signo originis, esse generantem in secundo, me latet quomodo mutationem esse in Deo effugies, secundum originem: eritque in Deo nouitas secundum originis signa. Et denique si nouitas est, & mutatio est, id quod philosophis non arridebit: nedum Theologis. Quippe docentur à. 12. Metaphysicæ libro, eterna prorsus vacare ab omni mutatione, multoq; vehementius diuina quæ sunt ipsa æternitas. Et demum si Henricus etiam iuxta hæc signa docuit patrem primo generare, dein sibi in genito complacere, eodem est confo diendus gladio, quo Scotus. Et profectò si hæc signa traduntur vt obscurissimo Trinitatis mysterio maior lux (vt planius intelligatur) accedat: apud me difficilius captu redditur Triadis arcanum, inuectis istis originis signis. Quia capere non possum, vt Dei æterni tas habeat prius & posterius, nisi tantum secundum considerationem nostram quæ in Deo nihil ponit reale: secundum quam

Gandensis placitum q. 2. Ar. 58.

Scotus d. 6 q. vnica.

Signa originis ab Scoto excogitata.

S. Th. 1 p. q. 41. ar. 2.

Taxatur Scotus de signis originis.

Animaduertenda ratio.

Carpitur Henricus.

Per signa originis nõ claret trinitatis misterium - at vero si sin consideracionem nam accipiamus sic possunt accipi or intelligi si minus recte in deo ponant.

considerare licebit paternitatem dupliciter, aut vt constituit personam patris, aut quatenus refertur ad filium. Nam prior est considerationis personæ in se, quam vt relatæ ad filium. Et paternitas prior est secundum considerationem vt constituens ipsam personam generantem, quam relata ad personam genitam. Quanuis paternitas vt relatio sine filiatione capi non potest: itaque si hæc signa considerationis nostræ sint, in primo equidem signo, est pater vt habens paternitatem constituentem, in secundo signo vt relatam, & in primo se cognoscit, & vult, & filium quoque suum, & in secundo signo est pater vt relatus in filium, quem intelligendo generat, atq; volendo, id circo patrem fatemur priorem origine filio, & patrem atq; filium origine esse priores sancto spiritu: at originis hæc prioritas nō est in aliquo priori signo æternitatis, vt demōstrauimus, sed quia pater habet primordialē, fontalemq; (Dionysio testāte) deitatem ab ipso enim dimanat deitas ceu à fonte primo & perenni, atque purissimo in cæteras personas. Quare in Concilio Toletano vndecimo, pater origo & fons traditur esse deitatis, filius verò Deus de Deo, lux ex luce. Qua autem ratione hæc sunt capienda supra aduertimus: at hæc secundum nostram considerationem est prioritas originis obseruanda, eatenus quatenus patrem primo consideramus vt personā & vt principium fontale deitatis, deinuero consideramus vt sine inuidia communicantē filio totum quod ipse habet excepta paternitate: atqui siquis volet iudicium Scoti probatum habere, fruatur suo ingenio, mea tamen non suffragante censura, interim tamen sequentes habeto conclusiones. Prima esto, iuxta apostolicam doctrinam hæc duo sunt diuersa & inuicem opposita necessitas, & voluntas. Philemoni nanque scribens, vt non, ait, veluti ex necessitate bonum tuum esset, sed voluntarium: appellatq; necessitatem coactionē. Quando videlicet quidpiā vel inuitus homo operatur: voluntariū verò quando ex propria sententia arbitratu ve agit, hæc autē duo sunt contraria coactam habere actionem, & spōtaneam. Secunda, hæc est negāda, generatio diuina est ex necessitate, quia vbi nulla est coactio, nulla prorsus est necessitas, at pater spontaneus, non coactus generat filium, etenim cum sit primum principium à nullo agitur vt generet filium ergo sponte generat, & à semetipso generat, alioqui vt beatus esset pater, si coactus generat. Tertia si ex voluntate idem sit quod sponte & libenter, atque promptè pater ex voluntate sua generat filium, vt præcedens conclusio admonebat: at verò si ex voluntate significet, id est, liberè generare, ita q̄ arbitrij sit generare filiū, aut non generare, hac ratione non ex voluntate generat, quia non iacet in paterno arbitrio diuinæ generationis actio, quæ illi naturalissima sane est, nam si opus est viuentibus non orbatis sed perfectis generare sobolem. 2. de anima text. 34. Deo qui est vita perfectissima naturalissimum erit filium generare.

Cap. 2. de diui. nomi.

Decisio quæstionis.

1. Conclusio.

2. Conclusio.

3. Conclusio.

Quarta si quis dixerit, patrem ex naturali necessitate generare filium, id est, naturaliter necessario, non errabit: hæc patet, quia vbi est naturalis necessitas, est naturalis inclinatio, & nulla prorsus coactio: nam quod à natura præstatur, à principio intrinseco præstatur: ideo coactioni non est locus, quæ à principio extrinseco est, passo non conferente vim fit. Neque hæc cōclusio est cōtra ea quæ diximus, nā Athanasius loco indicato, nō ex necessitate, ait, sed ex natura pater genuit filiū, natura verò necessariam sortitur functionem, ergo si ex natura pater generat, igitur necessario generat: iuxta quod Arist. 12. Meta. æterna etiā necessaria vocat, tametsi non naturalia, sed supra naturam vocasset diuina. Ergo generatio filij quippe quæ æterna est, necessaria est.

4. Conclusio

Quinta conclusio: hæc propositio pater necessitate generat, neganda venit, si effectiuus principium generādi præ se ferat, etenim sensum hūc in audiente generat falsum, necessitas videlicet est principium generandi filiū. Non enim necessitas est principiū generādi, sed diuina paternaque persona: itidē & hæc iuxta hanc formam, voluntate pater generat filium, si principium denotet falsa est. Nāque non per voluntatem generatur filius, sed per operationem intellectus, vt infra docebimus.

5. Conclusio.

Sexta non est antecedens voluntas patris ad filij generationem, neque consequitur eandem generationem: sed simul hæc sunt & generatio filij, & voluntas. Nanque hæc generatio est volita à patre: ideo volendo generat, tametsi non per voluntatem, & generando vult tametsi non per generationem: at quia ipsa generatio filij est bona & pulcherrima infinitè, ideo amatur à patre infinitè. Bene ergo Augustinus loco præsignato risit Eumonium hæreticum asserentem filium Dei esse voluntatis filium: filij enim voluntatis, adoptiui sunt,

6. Conclusio

15. de Trinit. c. 20. & in quæst. ad Orosium.

sunt, non naturales, quos commemorans Iacobus. c. 1. Voluntarie, ait, genuit nos, verbo veritatis, at Dei filius naturalis est, non ergo est voluntatis, sed naturæ filius. Et hic Eunomi⁹ ex Arriana farragine hoc dogma excepit, Arrio enim Christus adoptiuus erat filius, quare voluntatis diuinæ filius, quod dogma merito sancta eliminat Dei ecclesia.

Ad. 1. argu. Argumētis facere satis opportunum iam, vt puto erit. Et testimonijs sacris dicito, in Christo domino geminam esse naturam, & diuinam, & humanam, & secundum vtramq; patri suo Deo complacens: Nam si patres iucundantur in filijs, pater æternus in vnico filio quid ni iucundabitur? Et si vnus quisque amat opus suum, maximè si absolutum sit suis numeris omnibus, in absolutissima filij Dei generatione, cur non lætabitur Deus? Et demum si quilibet amat quod suum est, cum filius sit ipsum quod est pater, quanquam enim non sit pater ipse qui filius, at est ipsum quod est filius, testante Concilio Toletano vndecimo in confessione fidei, & nos supra memini mus, etenim refertur, ipsum, in neutro genere ad substantiam, vt ipse ad personam, & vt in relatiuis identitatis hoc cernimus, ita in relatiuis alietatis, alius ad personam, aliud ad essentiam sic ergo filius est ipsum quod pater, ergo necessario placebit filius patri, quia idem est quod pater, tametsi non sit is qui pater: at secundum humanam naturam dilectissimus est patri, quia hypostaticam habet vnionem, cum diuino verbo consubstantiali patri: verum tamen hæc non probat quod ex voluntate antecedēte complaceat filius patri, vt Scoto collibuit, quandoquidem in Trinitate diuina nulla est antecessio, aut consequutio docēte Athanasio, & in hac Trinitate nihil pri⁹ aut posterius, & nos supra neruoso ostendebamus argumento.

Pater Deus maximè delectatur in generatione filij sui.

Ipsum & ipse quid ualeant.

Scoticū placitum nō probatur.

Ad secundū Secundo dicendum, claudicantem habere formam propter vocis huius, voluntarium, æquiuocationem: est enim volūtarium quod arbitrij est proprij præstare, aut non præstare: aut est voluntarium quod spontaneum est, id est, non coactum, vt voluntas se amat volūtario amore, non quod arbitrij proprij est, se nō odire, sed q̄ sponte suū in semetipsum reflectit amorē: & vniuersa animalia se amāt volūtarie, nō quia iuris proprij est nō se amare: necessario enim sese amāt: at voluntarie se amant, quia spōte se amant, id est, non coactē, sed natura hunc admonente vehemētissime, & præstante quem monet amorem. Quapropter generatio filij est voluntaria, quia spontanea & non coacta, quippe quæ naturale est patri generare filium: at non est voluntaria quod in arbitratu patris sit nō generare filiū, hoc enim ad filios adoptiuos licebit referre: quia cuius vult miseretur Deus, & quem vult indurat ad Roman. 9.

Ad tertium. Tertium iam patētem habet dilutionem, pater enim genuit volēs, id est, spontaneus, & non vi actus filium, non tamen ita volens genuit, vt nolle generare potuisset. Et neq; hoc modo Deus est volēs se esse Deū, quia nō potest nolle, se esse Deum, tametsi sibi complacet in sua beata æternaq; diuinitate. Deū enim beatum vocat Paulus, at. 2. magnorum moralium. c. 7. Aristotelica attestatione didicimus, beatitudinem non esse sine voluptate: Deus ergo in semetipso quia infinite beatus est, infinitè quoq; in semetipso delectatur, maximè que omnium se amat, & vult se esse Deum: cæterum vt reseratissimam tibi rem hanc reddamus, obseruabis Aristotelē. 9. Meta. tex. cōm. 3. voluntatem dixisse esse potentiam ad oppositā, quia cum discursu & deliberatione volumus iā hoc, iā verò diuersum: at verò Auerroes disputatione. 3. cōtra Algazelū soluens primū dubium dixit in Deo nō esse voluntatē vniuocè cū nostra. Etenim nos deliberādo volumus, & eligēdo, at Deus sine huiusmodi deliberatiōe sine discursu quod semel voluit, æterno voluit, citra mutationem aliquā, ideo que ait sublimiori modo est Deo voluntas, quā nobis. Et demum diuina voluntas nō est sicut nostra, quæ imperfecta est. Quapropter pater generat filiū volūtate, at non est illa voluntas, qualis nostra quæ deliberatiua est. Pater verò nō deliberādo genuit filiū. Propterea sancti hanc negabant, pater generat filiū ex voluntate, quippe voluntas apud nos ad oppositā est: cæterum Deus pater non est ad oppositā variabilis quādo generat filium, sed ex naturali sua fæcunditate filium generat. Neq; aliū potest generare filiū, neq; hūc quē generat generare nō potest, q̄ necessario generat. Quinetiā in operib⁹ ad extra diuina volūtas nō est vāriabilis instar nostrę, quia nihil Deus agit deliberādo, aut ex cōsilio discursiuo vt nos, sed ex æterna sua sciētia clarissimè & certissimè nouit, quid faciēdū est, & quanquā q̄ extra se vult, potuit non velle, at postq̄ voluit, æterno voluit, quia in eo nulla est mutatio, neq; nouę volūtatis accessio, aut antiquę depositio. Ad quartū distingues cōsequens: pater ex necessitate generat, u velis id esse q̄ ex coa-

Ad tertium. 1. Ad Tim. 6.

Hoc obseruanda de diuina uolūtate ex Auerroe.

In Deo non est nouæ uoluntatis accessio aut antiquæ depositio.

ex coactione generat, falsum est: vel si velis necessitatem esse rationem generandi filium, itidem falsum est vt prædiximus, si autem velis ex necessitate, id est, necessario siue natura liter, patrem generare, quia non potest non generare filium, verum ais: at verò à concilijs & sanctis doctoribus negatur illa, ex necessitate generat, quia sensus qui primo sese offert est, id est, ex coactione: at verò vt non semel tradebamus, obseruandus est quamplurimũ significãdi modus, vt veritas propositionum Theologicarum dijudicetur. Et vt in absoluto res hæc vniuersa tibi constet, paucis quæ longo produxi sermone succingam. Pater nõ generat filium ex necessitate coactiua neque generat filium ex necessitate, quæ sit illi ratio generandi. Nam ratio generandi essentia est. *Summa præ dictorum.* Neque generat ex necessitate fatali, quã quidam ineptientes introduxerunt, sed ex diuina propriæ naturæ necessitate pater generat filium sibi æqualem: idem dicito de processione Spiritus sancti, mutando generandi verbum in spirandi. Rursum pater nõ ex voluntate deliberatiua generat filium, neque ex voluntate antecedenti, neque ex voluntate quæ sit ratio generandi, neque ex voluntate consequenti sed ex voluntate complacentiæ quæ generationis beatissimæ & ineffabilis socia indiuisa est: at Spiritus sanctus ex voluntate procedit non deliberatiua quæ est ad oppositã, sed ex voluntate necessaria diuinaque patris & filij. *Conciliatur sibi Hilarius.* Vnde Hilarium sibi cõciliabis, nam in libro de synodis damnat eos, qui affirmant, filium Dei sine consilio & voluntate à patre genitum: at in eodem libro creaturis, ait, diuinam voluntatem attulisse substantiã. Porrò filio non voluntas sed perfecta natiuitas substantiam dedit: nam multiuocat in voluntatis voce vt præmonuimus.

Eiusdem Distinctionis Disputatio secunda. Si non ex necessitate, neque ex voluntate filium pater generat, quid ergo num ex natura?

Argumen. 1 PArtem negatiuam quæstionis huius quædam innuere videntur. Primò sanè quia si pater ex natura produceret filium, non ergo per intellectum, etenim diuersa est lato discrimine operatio naturę ab operatione intellectus. Hic enim est varius & variam habet actionẽ: natura verò defixa vni actioni decumbit, cui vnicæ incumbit: at filius ex cõsessione Theologica per intellectum generatur. Est namque verbum ineffabile paternæ mentis Ecclesiastici. 24. ego ex ore altissimi prodiui, verbũ autem est quod ex ore procedit, Deus autem pater non diducitur, membris corporalibus, vt in ipso os adesse, vt nobis credamus. At mẽtem paternam os altissimi scriptura vocat, igitur pater non ex natura generat, si per intellectum generat. Secundo natura est ad vnum *Argumen. 2* defixa (vt diximus) at verò essentia Dei quæ est natura diuina non est ad vnum opus defixa: igitur non est natura, colligas minorem, namque non solum per essentiam pater generat, quin etiam pater & filius per essentiã spirant, vt ergo essentiam Dei dices naturam? Quod verò natura ad vnum sit decreta experimento discere vel rudis quiuis potest. Nam calidum calefacit, & nõ frigefacit, quid quod Arist. locuplex est rei testis huius. 9. Metap. text. 3. & 18. & eius interpres inibi & in disputatione. 3. contra Algazelum soluẽs primum dubium. Partem verò affirmatiuam colligit *In contrarium argu.* fides catholica quæ filium & patrem esse cõfitetur in beata triade: at filius naturaliter generatur ex patre, ergo filius Dei ex natura patris generatur.

In disputatione ista aliquid est quod ex fi *Decisio quæstionis.* de præscriptum iam diu est, scilicet filium esse ex natura Dei patris, id quod ex Athanasio indicauimus supra. libr. 9. ad Theophilũ: filius, ait, non ex necessitate aut voluntate patris genitus: sed ex natura. Et Hilarius libro de synodis voluntatem Dei testatur attulisse substantiam creaturis, at filio non voluntas Dei dedit substantiã, sed perfecta natiuitas. Et in Concilio Toletano. 11. eadem est confessio: & demum sanctorũ consensus est, id quod vt scriptura nos admoneret filiũ esse de vtero patris expressit, de vtero, ait, ante Luciferum genui te: id quod Athanasius lib. de duabus personis ad generationem retulit æternã. Et in Concilio Toletano dudum commemorato idem locus ad idem refertur propositũ, imò quod certissimum est omnium, dñs Iesus hunc locum de semetipso intelligendum apertè insinuat Matthæi. 22. quia initiũ psalmi ex quo illa verba decerpuntur (quæ dudũ citabamus) sibi tribuit: vnde & totũ psalmũ *Dauidicus exponitur locus.* in Christum esse referẽdum haud dubium cõmonstrauit: at verò genita ex vtero, ex natura

gene

generantur. Et cum istis etiã facit quod Dionysius libro de diui. nomi. c. 2. filiũ & spiritũ dixit deitatis fæcundæ plãtata esse germina. Porrò germinatio naturæ opus est: vnde non solum generatio filij est naturalis, quin etiam & Spiritus sancti processio, nam vtraq; emanatio per naturam est diuinæ essentiæ, etiam si magis cohæreat natiuitatis aut generationis nomen cum natura, quam spirationis. Porrò autem Theologorum quidam hanc veritatẽ sunt amplexi, vt veritatis obliti in falsitatis deuiauerint doctrinam, è quorum est numero Durandus. q. 1. huius distinctionis, qui rigidè obseruans filium esse genitum à patre nõ voluntate, sed natura patrem voluit filium generare, non per intellectum, at solum per naturam: idemque Theologizat de Spiritu sancto. Etenim vbi non est passiua potentia, neque actiua erit: at verò in Deo non est potentia passiua recipiens actum volendi, aut intelligendi: quippe qui actus isti, sunt Deus, ergo intellectus diuinus atq; voluntas non sunt ad intra potentia actiua, igitur per intellectũ pater non generat, neq; per volũtatem Spiritus sanctus spiratur. Et vt illum amplius inuemus, illi fauent hæc quæ addidimus argumẽta ex eodem: aliás enim si per intelligere, & velle, personæ producerentur diuinæ, essent intelligere & velle actus notionales, qa originẽ præstarẽt diuinis personis: at cõtra est, sunt enim essentiales: & quia essentialia sunt communia triadi, notionales non erunt. Ad hæc intelligere & velle sunt actus immanentes ergo nõ sunt producti vi personarum. Quarto in rebus fæcunditas est ex natura, & non per intellectum, aut per voluntatem ergo neq; in Deo, quia per sensilia manu ducimur ad diuina. Et demũ aut velle, & intelligere sunt productiones, aut principia productiua filij & Spiritus sancti, si productiones cum sint cõmunes personis, omnes personæ essent productiuæ ad intra: item idem conficies si sunt productiua principia. Pater ergo non per intellectum generat filium, nam filius est ipse prorsus diuinus intellectus: vt ergo erit intellectus quasi potentia actiua per quam generatur filius, si generationis & actionis terminus est id quod potentia? fieri enim nequit actionẽ potentiæ terminari ad id quod est idem quod potẽtia, aut forma, aut agendi ratio, quippe producẽs & productum semper sunt realiter distincta. Idem dicito de voluntate: vnde arbitratur iti dem Spiritum sanctum non per voluntatem procedere à patre & filio, sed per naturã. Itaque neq; intellectus diuinus, neq; diuina voluntas, quidquã introrsus operantur, aut sunt rationes operandi, sed extrorsum rectissimè illis cõgruit operatio: quia Deus secundum rationes idæales vniuersa mirabili fabrefecit opificio, & ex voluntate sua, & bonitate cœlum & terrã creauit. At verò contra hoc Durãdi placitum Marsilius In guem in. 1. q. 14. ar. 2. & Tho. Argentinensis. d. 10. q. 5. acuerunt linguas suas, tametsi non inuidiæ veneno, at forsam ex veritatis zelo. Ego verò nõ mirari nõ possum, quid venit in mentẽ Thomæ Argetinensi vt obijceret Durãdo crimen ab ipso nõ admissum: cui subscripsit etiam Marsilus, qui ambo Durandũ fugillãt, q subtraxerit à diuina natura intellectum, & voluntatem: at vbi obsecro subtraxit? Nũquid subtrahere est fingere (vt Durandus finxit) per impossibile diuinã naturam non esse intelligentem, neq; volentem? tum enim tam fæcunda Dei essentia esset, quã modo: vt colligat fæcũditatẽ Deo non esse, vt producat filium, aut Spiritum sanctum per intellectum: at ex vi naturæ diuinę. Vt si fingas ignem esse intelligentem, & volentem: non secus ignem produceret, atq; modo. Quippe à natura habet, ignem alterũ producere, non quia intelligit aut vult. Non ergo subtrahit quidquam à Deo Durandus, nisi machinatus est, per impossibile quodã figmẽtum vt suum ostenderet placitum. Id quod Aristoteli vsu venit, multa fingere, vt rẽ quã intendit deducat apertius, vt machinatur lapidem si per spacia vacua descendisset, in instãti descensurum, id quod neq; subtrahit quidpiam à natura, neq; illi quicquam concedit.

Porrò autem vt iam proprius rem istã discernamus, puto Durãdi sententiã esse Diui Thomæ opinionẽ: nã in dist. hac. q. 1. art. 1. & in. q. de potẽtia Dei. q. 10. art. 2. diuinam essentiam vt natura est fatetur esse principium generationis, natiuitatis ve diuinæ. Etenim generatio opus est naturæ: item Spiritus sancti processionem diuinæ essentiæ tribuit, vt principio quo pater & filius spirant. At inquit non quatenus voluntas hoc habet diuina essentia, nã voluntas libera est, & Spiritus sanctus non habet liberam processionem sed necessariã. Quapropter etiam essentia diuina vt natura, est ratio principiandi Spiritum sanctum. Et demum si intellectus diuinus est ratio principiãdi filiũ, non vt intellectus, at vt natura. Itẽ si voluntas est ratio principiandi Spiritum sanctum non vt voluntas, at vt natura. Et eximius Thomæ alumnus, nobilisq; in familia suorum

Durãdi placitum non probatur.

Prima probatio.

Durãdi probationes. 2ª proba.

3ª Proba.

4ª proba.

5. Proba.

Marsilius et th. de Argentina contra Dur. qui non probãt.

Asseritur Durandus à Marsilio.

Thomæ placitum & Caprcoli.

ſuorum Capreolus ita fatetur diſt. iſta ar. 1. q. 1. & in. 1. p. q. 41. ar. 3. & 2. Idem quod olim ſapuerat de hac re Thomas, ſapit vbilibet filij productionē ex natura diuina eſſe confitēs, vt peruiū ſit amplectenti dogmata diui Thomæ, intellectū Dei vt naturā, eſſentiā Dei vt naturā, voluntatem diuinā vt naturam, rationes eſſe originatiuas, in ſumma Trinitate quę Deus eſt. Scotus autem in. 1. d. 2. & d. 10. & in quod. q. 16. aſſertionibus Thomiſticis reclamauit. Putat enim Spiritum ſanctum ex volū tate procedere, non tamē vt voluntas natura eſt, vt Thomæ, Durādo, Caietano, Capreolo placuit: at volūtas, libera eſt, fatetur enim libere procedere ſanctū ſpiritū à patre atq; filio. Porrò autē vt tenebricoſam Scoti imaginationē aſſequaris, lubet apertius agere, quod ipſe multis meandris, atq; verborū obduxit tenebris, iuxta enim nomen ſuū nunquā non tenebricoſus eſt Scotꝰ, inſtar Chryſipi qui ob eādem obſcuritatē Scotinos nomen obtinuit, quæ vox græcis tenebricoſus eſt. Primo igitur aduerte ex quodlibeto. 16. prænotato naturam iam ſecundū fuſiorē ſignificātiam ad omnia ſe ſe porrigere ad entia & nō entia. Dicimus enim vniuerſa ſuam ſortiri naturam: itēque negationē dicimus eſſe malignātis naturæ: & entia rationis vt genus, & ſpecies (quæ alioqui nō extāt) ſua fruuntur natura. Ita verò ſtrictiorē habet ſignificationem vt diſtinguitur à voluntate iuxta Ariſtotelis placitum. 2. Phyſi. tex. cōm. 49. ſecernētis hæc duo principia naturale agēdi principium, & liberum, quod inibi agens à propoſito & ex intentione nuncupat: itemq; 9. Metap. textibus ſæpè indicatis diſtinguit potentias rationales quæ ſunt ad oppoſita à potentijs nō rationalibus, quæ ſunt determinatæ ad vnū ex ſua natura. Iuxta quā diſtinctionem tradidit Spiritū ſanctū naturaliter procedere à patre & filio, ſecūdum fuſiorem ſignificationē, ſecundum quā etiam voluntas eſt natura quædam. Quapropter ſi ex voluntate procedit ſpiritus ſanctus, & voluntas eſt quædam natura, ergo naturaliter procedit: at verò ſi ſtrictior capiatur ſignificantia vocis, tradidit Spiritū ſanctum nō naturaliter procedere ſed liberè. Etenim voluntas ex intrinſeca ſua ratione libera eſt, ergo nō poteſt naturaliter agere. Secundo tam repugnat voluntati naturalitas in operando, q̄ naturæ libertas: at impoſsibile eſt naturam libere agere, itidem ergo & voluntatem naturaliter agere erit impoſsibile. Tertio naturale & liberū ſunt differentiæ oppoſitę principij actiui vt docuerat dudum Ariſt. ergo voluntas non eſt cauſa naturalis alicuius actionis. Cauſam igitur naturalē illā vocitat quæ à generante, vel à forma propria determinata eſt ad vnū, vt ignis ad ignē proferendum ex materia: at cauſa libera eſt, quę ex ſua ratione indeterminata eſt ad vnū, ſed ipſa ſe determinat ad quod vult. Vnde etiam ſi volūtas velit aliquid neceſſariò, adhuc illud vult liberè, quia ipſa ſe mouet ad illud vel amandū vt ſeipſam, vel odiēdū: id quod ſibi ſummè nocet: vt eſt extrema miſeria. Quapropter natura eſt, quæ exproprietate ſuæ rationis & formæ eſt defixa ad vnū, vt cœlū ad rotunditatē, & ignis ad calorē, & has formas habēt à generante: at verò leuia & grauia etiam ſi motū deorſum aut ſurſum nō tam ſibi habeāt congenitū, vt cœlum rotundam formam, & ignis genuinum ſibi calorem. Quia ſæpè grauia oppediuntur ab extrinſeco obſtaculo quominus motū ſibi naturum abſoluant, vt & leuia: cæterū quādo abſoluerint à forma generantis, habent, quia neque grauia neque leuia ſe determināt ad opus quod exercent. Quare horum motus generanti tribuuntur: voluntas autem ſeſe determinat etiam ad neceſſarium, ſuum quem diximus motum: ideo huius operatio ſibi tribuendo, non in generantem referēda. Quam ob rem aſſerit ſpiritum ſanctū ex liberalitate diuinæ voluntatis procedere, quia ſeſe determinat diuina voluntas ad huiuſmodi proceſsionem: tametſi neceſſario & naturaliter ſuo modo procedere confitetur, naturalitate concomitante, non antecedente, id eſt, quia diuina voluntas eſt in natura diuina illique eſt annexa, inde naturalitatem ſibi conciliat. Vnde etſi libera ſit proceſsio, quantum eſt ex voluntatis diuinæ ratione, eſt quoque naturalis ex connexione diuinæ voluntatis cum diuina natura, itaque non ex ſe habet naturalitatem volūtas diuina ſed ex connexione cum natura illam ſibi vendicat: at verò vt res cum Scoto mihi ſit iuxta ab eo decreta non video, quin filius etiam liberè procedat à patre. Etenim Deus pater ſe determinat ad filij vnigeniti ſui emanationem: à nemine enim determinatur neque determinari poteſt, quippe qui eſt origo & principium diuinitatis: quin etiā & Deus ſeſe amat liberè. Nam dicat ipſe à quo determinatur Dei voluntas vt ſe amet? ais ab obiecto diuino, id eſt infinita Dei bonitate, at hæc nequit determinare diuinitatē, aut Dei volūtatē, eſt enim vt neque ſemel neq; raro diximus actus puriſsi-

Scotꝰ à Thomā diuerſus.

Scotus tenebricoſus enodatur.

Natura ad viuentia et non viuentia extenditur.

Naturaquid & agens à propoſito.

Scotica ſententia non probatur.

mus

mus diuina volũtas ergo à nullo extrinſeco neq; intrinſeco terminari valet, nam terminãs eſt actuans, & terminandum eſt veluti in potentia, at diuina voluntas neutiquã eſt in potentia etiam imaginabili: vt ergo determinari poteſt? pater, ergo ex ſe nullo alio mouẽte filium generat ergo ita libere generat vt pater & filius ſpirant ſpiritum ſanctum. Et rurſum libere producere, aut eſt ita producere, vt poſsit non producere, aut eſt ſic neceſſario producere, vt tamẽ ſponte, & non coacte producat, primum procul abeſt à diuinis productionibus, igitur admittes ſecundum. Quapropter cum filius etiam ita producatur à patre vt neceſſario illum producat, cæterum non coacta eſt iſthæc productio, at ſpontanea, quid vetabit obſecro, etiam filij emanationẽ à patre liberam fateri? iuxta præſcriptam rationem. Vt etiam Hilarius libro de ſymbolo hoc idem ſecum fortè voluẽs tradidit. Anathematizat enim eos qui dicunt filium ſine paterno conſilio atque voluntate genitum eſſe. Alia igitur machinatio exquirẽda eſt, quia hæc Scotica rem non abſoluit. Quidquod nõ exactè colligit voluntatem non eſſe naturam id eſt, inſtar naturæ nullatenus operari. Etenim primum argumentum infringes, ſi dixeris intrinſecam eſſe libertatem voluntati. Eſt autem libertas gemina, & complacentiæ, & contradictionis. Non eſt autem voluntati intrinſecum vt libertatem contradictionis in omne porrigat obiectum: nam beatos nos neceſſario eſſe cupimus, & extremè miſeros neceſſario odimus, & neceſſario ſe amat voluntas, quia ſeſe odio proſequi nequit. Quanquam ſui amorem vt aliorum ſi volet, ſuſpendere quibit. Eſt enim libera quantum ad ſuſpenſionem ſuorum actuum, etiam libertate contradictionis, quippe quæ poteſt agere, & poteſt non agere, tametſi agit amandoſe aliquando, neceſſario ſe amat, beatitudinem ſibi cupiens, extremaq; mala à ſe deprecatur, etiam ſi ſanctorum beatæ animæ Deum clarè conſpectum ita infixè & perpetim amant, vt neceſſario quantum ad vtrumque in Deũ ferantur: & quantum ad ſpeciem actus: quippe quæ amant Deum ſummo amore: & quantum ad exercitationem amoris. Quia beati ſunt qui habitant in domo tua domine, in ſecula ſeculorum laudabunt te. Ad hæc ſi Scoti confeſsio erat, diuinam voluntatem ex ratione naturæ diuinæ, eſt annexum habere, ſeu ſibi vendicare naturalitatem quandam, voluntas quoque noſtra quia eſt in natura animæ rationalis, cur non etiam ſibi naturæ rationem vt cumque comparabit, vt naturaliter aliquando agat? vnde & nonnunquam voluntas vt natura operetur, vt viſum eſt recte Thomæ loco indicato. Et furit magis hoc argumentum in Scotum qui voluntatem rationalem non diſtinxit ſecundum rem ab ipſa anima rationali. Præter hæc quis Theologorum neſciat motus primos noſtræ voluntati vicio non dari? quippe qui naturales ſunt, quã quam ſint à voluntate noſtra progreſsi. Dixit enim Auguſtinus impoſsibile eſt quin viſis tangamur, ergo huiuſcemodi motus à voluntate progreſsi, quia non deliberati ſunt, neque profecti à voluntate vt libera, ſed vt natura eſt, ideo vicio non tribuuntur, crimini non ſubiacent: fatenda ergo eſt diſtinctio voluntatis, iam enim ſumitur vt natura, iam verò vt voluntas, id eſt, vt libera. Quam ob rem non temerè Auguſtinus cẽſuit in Enchiridio cap. 105. non eſt culpanda voluntas aut voluntas non eſt, aut libera dicenda non eſt qua beati eſſe volumus, & miſeri eſſe nolumus, &c. Quam voluntatem liberam vocat quia quoad exercitium libera eſt: at quoad ſpeciem actus neceſſaria eſt, & natiua eſt. Rurſum intellectus iam in ſuis functionibus operatur vt natura, etenim ad principia cõmunia quæ ſunt tanquam omnium ſcientiarum lumina: vt quodlibet aut eſt, aut non eſt, vt natura ſe habet intellectus noſter nullo nãque doctore illis auditis aſſentit. Iam verò non ſe gerit vt natura quãdo diſcurrit ex ignotis ad ignota, ſuis vtens ratiocinijs, & tunc appellatur ratio: at intellectus vt ratio originem ducit ab intellectu tanquam natura. Nanque perit omnis ratiocinatio, nihilque præſtat diſcurſus omnis niſi principia generalia apud te retineas: vt in p̃curſorijs diximꝰ, cur ergo Scotus detrectat ita diſtinguere in volũtate vt diſtinximus de intellectu, quãdoquidem vt intellectus ſuis finitur principijs, ad ſpeculationes ſuas elaborãdas, ita volũtas ad ſuas operationes moliẽdas, ſua habet principia, Nã finis eſt illi tãquã principiũ, ideoq; ad bonũ generaliter comprehẽſum, oſtẽſumq; ab intellectu citra deliberationẽ ſe ſe rapit, & agit. Ad cætera verò bona particularia deliberatiõe vtitur: vt an monachatus, an celibatus, an cõiugiũ, vitæ ducẽdę cõducẽtius ſit magisve congruat? Qđ ſi bonũ oſtenſum ſit ſine vlla mali nota amatur ſine deliberatiõe, ergo amatur naturaliter, ergo à volũtate vt natura prodit amor ille. Sedo argumẽto Scotico dicito infirmãdo colle-

Secũdum argum. contra Scotum.

Soluitur Scoticæ ſuæ dele.

Voluntas iã ut natura iã ut libera operatur lege etiam Augu. lib. de ciuitate Dei. 22. c. 30.

Secundū Scoti arg. Diluitur.

collectionem. Natura enim ignobilior est quam voluntas, id circo tametsi naturæ ceu inferiori altior operandi voluntatis modus neutiquam conuenire valeat: at volūtas quippe quæ nobilior est quam natura, poterit sibi arrogare iniodum naturalem operandi, & mecum hoc diligentius obserua, num sequitur anima bruti non poterit ratiocinari, ergo anima rationalis non poterit sentire, ridendum plane est argumentum.

Ad. 3. Scoti argumen.

Ad tertium, est quid respondeas naturale & liberum differentias vtique esse oppositas: ideo nulli secundum idem competere possunt. Quapropter voluntas vt libera est, deliberado agit, hoc enim illius muneris est, quatenus libera est: at verò vt natura est non libere agit. neque deliberatè agit, id est, vt libera est sui iuris est. id quod græcis autonoma est. Et habet in sua ditione & velle, & nolle, pro suo arbitratu: at verò vt natura est sui iuris non est, neque in sua ditione sitam habet operationem suam: quam non ex libertate sed naturali inclinatione exercet. Quare neque laudi illi datur huiusmodi operatio, neque probro: quia naturalis illi est. sit mirum est quod velit Scotus à volūtate natiuam sub ducere propensionem, qua nulla rerum creatarum orbatur. imò hæc natiua propensio ad bonum, malique indita fuga fundamentum sunt libertatis. Et vt motus immititur in mobili iuxta Aristotelem (vt superius vberius commonefecimus) & discursus rationis reducitur ad intellectum, ita & electio & deliberatio voluntatis reducitur ad eiusdem natiuam inclinationem.

Electio & deliberatio uoluntatis ad naturalē eiusdem reducuntur in clinationem ut ad principium.

Nam omnis electio hoc quærit quod aptius est voluntati bonum, & cessaret prorsus nisi voluntas suapte natura propensa esset ad bonum sibi sectandum, malum que sibi noxium auertendum, & nisi fallor maior pugnantia est in Scotica assertione hac, spiritus sanctus procedit libere & naturaliter a patre, & filio: quàm si sectemur viam Sancti Thomæ. spiritus sanctus procedit ex voluntate patris & filij vt natura: quandoquidem in iudicandis propositionibus nō exquisitus Scoti vel Thomæ aut cuiusuis alterius sensus est obseruandus: sed quid velit propositio secundum communem intelligentiam vt ex capit. ex literis extra de sponsalibus & matrimonijs compertum habes. Et Aristoteles apte docebat quando aiebat. 2. Topicor. cap. 2. nominis propriā itidem & verbi significationem esse communem, quam plures concipiunt. Porrò communis significatio huius nominis liber est, qui

Obseruanda regula.

sui iuris est: qui in sua potestate habet actionē suam. Vnde libere, aduerbium hoc idem significabit: at verò non est in potestate patris & filij non spirare spiritum sanctum, ambo igitur vt libere spirant? & sancti refragati sunt huic propositioni pater ex voluntate generat filium, quia communis erat significatio, id est, libere generat, cur ergo non refragaretur huic spiritus sanctus libere procedit?

Quod si sciscitetur quispiam voluntas vt natura, num præexigit obiecti amandi autore spiendi ostensionem? quod si exigit, at natura non præexigit ostensionem obiecti, siquidem fertur natura in incognitū vt lapis se ad terræ deuoluit centrum, quod ignorat: at verò voluntas nusquam fertur ad ignota, nihil enim volitum, quin præcognitum: & quod non est cognoscibile, neque amabile est. 9. de Trinita. capit. 12. Vnde videtur collectum in Scotum non temere affirmasse voluntatem non esse naturam: cæterum quod diximus nunquam voluntatem agere vt naturam, intelligendum, id est, necessario & natiuo appetitu: at vero semper huic voluntariæ appetentiæ præexigitur præcognitio. Atqui inter Scotum & nos non est hic litis status, si operatur voluntas vt mera non præhabita obiecti cognitione, nam que de re hac omnium est summa consensio: at hic est status litis huius, ille negat voluntatem naturaliter agere, imò semper liberè, etiam si necessario agat: nos verò non liberè aliquando agere asserimus, quia sine deliberatione nonnunquam agit, tumque naturaliter agit, etiam si non pure naturaliter vt prædiximus. Rursum dissentimus ab eodem: putat enim cum summa libertate adesse summam necessitatem, vt spiritus sancti processio est libera infinite, & necessaria infinite. nos tamen contra credimus illa duo se excludere mutuo. Necessitas simpliciter & libertas simpliciter: vocamus porro simpliciter necessarium quod aliter esse quam est cō tradictionem inuoluit, simpliciter verò liberum, quod aliter esse quam est poterat aut esse potest, non ex impedimento extrinseco, at ex ipso agentis dominio super operatione sua. Nam igni obstare possumus quominus calefaciat, vt sol deliquium patiens non illuminat. At hæc non protinus sunt libera agentia, quippe quæ aliunde impediuntur, ipsa tamen alioqui non dominantur actis suis: agēs autem liberum est quod dominum habet suę operationis, iam ergo hæc duo inuicem pugnant & esse actionem necessariam simpliciter,

Status litis inter Scotū & Authorem.

Agens liberum est quod dominatur suæ actioni.

citer, & esse liberam simpliciter, quia si necessaria est simpliciter pugnat cum intellectu illam posse non esse: sin verò libera est in dominio est agentis constituta, igitur potest nō esse, id est, non implicat illam non esse: quare Spiritus sanctus non habet liberam processionem, quippe processio hæc est necessaria simpliciter. Quod si contendis beatos liberè Deum amare super omnia, & tamen necessariò: itemque anima Iesu Christi necessario amabat Deum & liberè amabat tantisperdū in via erat. Et rursum agēs necessarium vt ignis contingenter operatur, quippe quod non calefacere aliquando potest, nempe si impediatur, ergo & agens liberum necessario aliquando agere poterit.

Hos tamen argumentorum explicabis nodos si dixeris beatos Deum amare liberè, id est, complacenter summa ve cōplacētia, siue spōtanee & nō coactè: at non amāt liberè, id est, cū dominio sui amoris, vt ita ament quod possint nō amare. Scio Caieta. 1. p. q. 11. artic. 2. nō duxisse incommodū hæc duo se admittere simul necessariū & liberum modo de necessitate immutabilitatis vertatur sermo. Beati ergo necessario amant Deum, & necessario non peccant, & libere, quippe est tantum necessitas hæc non est simpliciter, cuius iam mētionem fecimus: non est nanq; implicans beatos non esse beatos, tametsi immutabilis est sanctorum beatitudo. Ego verò vt præmonebam duco vtendum esse nominibus vt plures vtuntur secundum peripateticam præceptionē. 2. Topi. c. 2. at verò communis significantia huius nominis liberū est quod dominium habet suæ actionis: & libere agere (vt ita dixerim) est dominanter agere. Beati ergo non liberè amāt, neq; liberi sunt in amādo Deo, neque tamen vt serui amant, quippe gaudenter amāt: nisi velis liberè amare antecedenter & in radice. Etenim Augusti. originale peccatū voluntariū vocat, quippe radix eius fuit Adę voluntas, cuius facinus voluntariū prolem infecit macula perpetua nisi abstergatur diuina gratia. Instar cuius beati quando viatores erāt libere amabāt Deū. Vnde sibi promeruerunt beatitudinis coronas quas possidēt modo: vn de beatitudinē quispiā dicet voluntariā, quippe quæ ex volūtarijs & liberis operib⁹ est adiscenda. Porrò planius ages, & rē hanc perspicatius absolues si iuxta cōmunē intelligentiā nominū Theologicā tēperaueris veritatē. De anima autē dñi Iesu iam liquet ex dissertis quid dicere expediat. Deniq; obiectio postrema non te angat, nā si dederis Scoto agens necessarium agere vnquam contingenter, da quoque & agens liberum agere necessario, at verò quando necessario agit, non agit liberè.

Carpitur Caietan.

Necessariū duplex & simpliciter & immutabilem.

Quomodo beati liberè amant Deū.

Iam verò peragratis aut superatis tātis huius rei anfractibus supereſt in pristinū nos excipere choax, & illa repetere, vnde oratio est dilapsa, sit igitur hæc prima conclusio. Pater Deus generat filium Deū supra omnem modum naturæ, vt verè dixeris emanationē hāc filij á patre, oculū nō vidisse illam, neq; aurē audiuisse neq; in cor hominis ascendisse. 1. ad Corint. 2. Est nanque ineffabilis, superat ergo omnem naturā, omnemq; intellectum. Quā conclusionē vt assequaris, meminisse te oportebit, nos superiori sermone retulisse Auerroem tradentē lib. 3. contra Algazelum Arabem philosophum Auicennæ rapsodum, voluntatem æquiuocam esse Deo & nobis: est enim alterius rationis diuina voluntas quam nostra. Et quod tradidit de voluntate, tradendum de cæteris alijs prædicatis puta quæ cōmunia sunt Deo & nobis. Est hæc enim cōmunitas in voce, non tamē in ratione. Quamobrem vox hæc natura quam in diuinam naturā transferimus, itidem æquiuoca est, vt intellectus, generatio, processio, emanatio, & id genus reliqua, quæ Theologis ex vsu sunt vt diuina loquantur. Et hoc est quātū assequor, qđ Dionysius lib. de mystica Theologia nos docere satagebat ex. c. 5. verbis illis, Deū neq; esse intellectum, neq; intelligentiam, neq; dici, neq; intelligi, neq, esse numerum, neq; ordinem, neque potestatem, neque potentiā, & alia quæ ex ipso si tu voles, discres. Hæc enim loquendi phrasis illò non tendit quò nos habeamus Deum rudem esse orbumque mēte, aut in potentem: at eò dicta puta quò certum apud te reponas, Deū æquiuocè communicare in nominibus istis cū creaturis suis: & ideo lōgè sublimioris rationis diuinum intellectū esse, & naturam & voluntatē, quam creaturæ. Est enim Deus ens supra totā naturā. Quare diuinitas est natura, non eo modo quo natura apud nos, quæ est principium motus physici & quietis eius in quo est: at diuinitas immutabilis est, ideoque rationem mundanæ superuolitat naturæ. Rursum generationes naturales apud nos sunt eius rei quæ aliud est à generante. Vt ignis genitus à generante, & filius à patre est aliud, quippe diuersam habet substātiam à patre. At in Deo filiꝰ nō aliud est à patre. Præter hæc intellectus creatus nihil propriè & naturaliter generat, nāque generatio

Decisio quæstio. peremptoria.

Natura æquiuocè dicta de creata & increata Dionysij locus egregiè expendi tur.

est trāsmutatio huius totius in hoc totū nullo sensibili manēte eodē: at intellectus, intelligit sine trāsmutatione, imò intelligere plus contingit in quietis otio. 1. de anima quā per motus laborē. Et quāquā vulgatū sit apud Theologos sectātes August. lib. 9. de Trini. c. 12. verbū esse prolē mētis, at hic sermo metaphoricus est, neq; ad perpēdiculū physicū ex act⁹. Vbi nāq; nō est vera generatio, neq; vera proles. Porro diuinus patris intellectus prolē habet, quæ veracissima est proles, quia veraciter est filius Dei patris: vides ne quā fugiant diuina à rationibus nostris? & vtinā valeremus hic figere pedē, & silentio reuerētissimo Triadis altissimū laudaremus arcanū, neq; aliud sapere mus quā generationē filij ex patre fateri esse supra omnē generationē, supraq; omnē naturā: at verò vt inspecta quōdā dñi archa vehemēs excitatus est clamor in castris Philistinorū: ita resonante Christi ecclesia diuina Trinitatis mysteria in castris hæreticorū excitatæ sunt vociferationes, & posuerūt in cœlum os suū. Ideoq; hæreticorum procax garrulitas ecclesiam traxit, vt excogitaret vocabula, quæ tametsi cernebat diuinorū obseruationi nō tā apta esse, quā decebat, & pro diuinorū dignitate exacta nō esse: at sat esse duxit, si nostræ intelligētiæ docendæ, ruditatiq; instruēdæ amica essent. Quapropter spirationē quæ est in Spiritu sancto, quasi passionē vocitant Theologi annuēte ecclesia alioqui, Dei⁹ liber est ab omni etiā quasi passione. Ideoq; ex ecclesiastica phrasi hæc esto secunda conclusio.

Auguſt. exponitur.

1. Reg. 4.

Aduerte Theologe.

2ª Conclus. Ecclesiæ catholicæ industria ut suos fideles eruditat. in hac d. 2. 1. in conclusionibus.

Filius generatur naturaliter à patre, & est de natura patris, & generatio eiusdē est naturalis. Hæc supra satis edocta est conclusio, in præsentia verò dixisse sufficiat, viā esse atque methodū Theologicā, quā facer docuit Paul. ad Rom. 1. ex visibilib⁹ manu duci ad diuina. At in sensibilibus hoc extat quādo viuēs ex viuēte progeneratur ad similitudinē generantis, esse perfectā generationem naturalem: at filius ex patre procedit, Deus viuens ex viuēte, imò vita ex vita, & ad similitudinē patris exactissimam, quia est eiusdem naturæ cū patre: igitur est illa æterna generatio naturalis. Secundò. 2. de anima tex. 34. naturalissimum traditur esse generandi prolem opus: igitur Deus pater naturaliter generat filium suum. Tertio si nō naturaliter ergo vel violētè vel liberè horū neutrū duorum admittes, vt superiora te dōcuerūt. Et scriptura diuina vt hoc nos doceret diuinā prolē diuinumq; verbū filiū Dei vocitat, vt vel hinc doceari esse natu-

Generatio filij à patre cur naturalis sit appellanda.

raliter genitū id quod ad filiorū pertinet naturā. At scio, dices, generatur supernaturaliter filius à patre, & rectè, supra naturā est hæc generatio: at verò non supra naturam increatā.

Tertia cōclusio: nō tamē ita naturaliter est concedenda ist hæc generatio vt est naturalis apud nos generatio. Hæc prōpta est, qa apud nos pater nō generat filiū vtēs intellectu, imò absorbetur potius in coitu cū fœmina intellectus. Ideo filius apud nos nō fit ex intellectu patris, at potius ex paterna natura. Porrò filiⁱ⁹ Dei ex natura patris prodiēs etiā ex patris intellectu originē ducit: vt rectè dixeris, nō solū patrem per naturā generare filium, sed etiam per intellectū. Et secundum hāc rationē, quæ ab arte profecta sunt, vt cumq; illā ineffabilē referūt filij á patre emanationē. Nāq; domus per intellectū domificatoris fabrefit, similis ideæ repositæ apud artificē: cęterū differt hac causa fabrefactio à generatione, domus enim nō est ḋ subsistātia artificis, vt filiⁱ⁹ est de subsistātia patris. Quarta conclusio: intellectus diuinus, vt habet siue induit quādā naturæ rationē est ratio generādi filiū: itaq; pater hoc modo per suū intellectū filiū sibi ęternò generat, in gratiā huius cōsiderabis intellectū, si generalē illius rationē obserues, non esse de se productiuum, vt natura est productiua, neq; generatiuum esse, vt natura est generatiua. Vnde cōtēdebat cū Algazello Auerroes volūtātē nō esse propriè actiuā, sed solum naturam esse proprie actiuā, quia hæc sola est, quæ potēs est extrahere formas de potentia in actū. Habes disputationem de re hac in libro destructorio Auuerois dispu. 3. & quod dixit de voluntate, de intellectu æqua ratione dicendum veni. Quāquā in Auerroē obiectio prompta est: intellectus enim artificis extrahit de potētia in actū domū, aut scabellum: at verò ex 7. Metap. cōm. 30. discere oportebit generatū à natura. i. totū, genitū, id est, compositum ex materia & forma, quod genitū est, esse à toto generāte. Vt ignis totus genitus est à toto generante igne: genita verò ab arte non item. Nā sola forma artificialis est ab artifice, nō tamē totum compositum, ideoq; nō totū quod est domus ab arte generatur aut fit, quia non totum hoc extrahitur à potentia, in actum, siquidē ligna & cætera materies actu sunt, exquibus constat dom⁹. Nāq; neq, ligna neque lapides ex quibus coalleſcit domus, sunt ab artifice, nisi domus forma dūtaxat, quā materię ipsa ars indidit. Vt vel hinc cernas, rectè dictū esse voluntatem, & intellectum non esse pro-

Artificialia referunt ut cumque filij æternam generationem.

4. Conclusio

Intellectus & voluntas an sint actiua.

obiectio.

Genita ab arte & à natura quantum diſerepent.

prio

Exponitur Auerroes.

prie actiuæ vt natura: at verò quod generatim de intellectu atque voluntate tradidimus in intellectu diuino, atque diuina voluntate fallit, hæc enim diuina cum sint, habēt in semetipsis supereminenter vniuersam naturæ fæcūditatem. Iniustum enim est diuinum intellectum atq; voluntatem in re hac pares creaturis facere, cum sint longe potentiora nostris mentibus, atq; voluntatibus: at verò noster intellectus potens extra se est quiequam generare, vt ars exemplo nobis est: at verò ad intra formam nullam præstare potest, nisi tantum cognitionem quam intra gremium suum recipit, speciem verò quā apud se reponit ex obiecto sibi vsurpat. ¶ Quod si verbum mihi mentale obieceris quæ proles mentis. 9. de Trinitate ad finem Augustino est, dixerim tibi verbum mentale non esse formam à mente elaboratam. Nam vel est distinctum specie ab specie intelligibili aut est sortitum eandē speciem: si hoc dederis superuacanea erit species intelligibilis, aut ipsum verbum mentis, ex abundanti seu superuacuè erit penes intellectum: sin est alterius speciei non repręsentabit idem ipsum quod species, neque proles erit.

Obiectio.

Verbum mētale.

Quid quod proles si exactus libretur sermo (vt in cōcertationibus Theologorū & Philosophorum exercitatorijs librādus est) de substantia generantis est: atqui verbum neque est de substantia mentis, neq; obiecti, imo nec ipsa intellectio proles mentis æquo appellitanda est nomine. Nā intellectio non est de substantia mentis, quæ anima rationalis est, (vt suo loco demonstrauimus) aut si qualitas est mens, intellectio non eiusdem substantiæ cū illa est. Nam illa animæ rationalis est indiuisa proprietas, id quod intellectio desiderat.

Augustini celebre uerbum exponitur.

Quod verò Augustinus celebri docuit sermone. 9. de Trinitate ab obiecto & potentia paritur notitia, non ad rigidam sermonis accuratamq; libellam summendum puta, quia Metaphorica est loquutio, neq; in sanctis doctoribus semper quærenda est philosophici sermonis eximia cultura. Ideoque verbum mentis, non forma aliqua est ab ipsa mente elaborata propriè loquendo, at est ipsa res apud mentē repræsentata, id quod phrasis scholastica esse obiectiuum vocat. Est enim mens ceu speculum quodam in quo repręsentantur quæ extra mentem sunt. Nāq; iure optimo si oculus corporis perspectiuis est ceu speculū, mens ipsa cur non erit speculum quæ est animæ oculus? At quādo mēti repręsentātur externa, seque metipsa ostendunt, verbum sunt quodā mēti pronūciās quod extra habet obiectū: at de re hac nos lucidius & vberi? egimus in declamatiōe de beatissima Triade ad. c. 6. Esaiæ, & post hæc inculcabitur dissertius. Porrò aūt tametsi hæc de creato intellectu vera iudicamus, proprie scilicet fæcūdum nō esse, nihil enim de sua substātia generare potest: at diuinus intellectus steri litate ista nō coercetur, vt nos cōtra Durādi dogmata modo asserimus. Nō enim puto synceræ esse Theologiæ affirmare, id quod ipse intrepidè affirmat, exclusis per cōsiderationē intellectu & volūtate diuinis, diuinā potiri sua fæcūditate naturā qua modo fruitur intelligēs & volens. Quid ergo impertinēs est, & ocioſum est intelligere & velle diuinū, vt fæcunda sit intra se diuinitas? fatetur ipse: fatenti tamē obijciā. ¶ Quid ergo ad creādas creaturas necessarius est Dei intellectus, & ad producēdū Dei verbū nō est conducēs? ad formāda quæ sunt ex nihilo intellectus diuinus est necessarius, & ad producendū Dei filium de substātia patris (id quod est ineffabile) diuinus intellectus est impertinēs? ¶ Ad hæc si filius Dei tātū in scripturis sanctis appellaretur filius fortasis conniuendum esset Durando, & fateremur naturæ operationem esse, nō intellectus. At verò appellatur verbū Ioānis. 1. & in Ecclesia. c. 24. Ego ex ore altissimi prodiui: at verbū hoc nō vocale est, quippe quod antequā sæcula cōpingerētur à Deo, verbū hoc erat apud Deū. Est igitur mētis paternæ verbū: at verò quis dixit vnquā verbū mentale, aut quoduis aliud naturæ esse opus? id quod intellectus est opus, exprimentis externa apud se per actum intelligendi suum. ¶ Et quale est obsecro quod Paulus Dei filiū Hebræis scribens. c. 1. vocat splendorem paternæ gloriæ? Quid est splēdor gloriæ? nisi refulgentia diuinæ claritatis? & quale hoc est, nū Deus est lux hæc visibilis? nō sanè, vt ergo splēdor est filius Dei? & qui extat ante omnē splēdorē? nisi quod intelligētia paterna quæ infinita est & incōprehensibilis, gloria est Paulo, at filius Dei est huius intelligentiæ paternæ splēdor, nempe vt splendor ex claritate diſsultat, ita filius Dei ex illa perenni & altissima patris intelligentia procedit. ¶ Quid quod filius Dei sapientia vocitatūr in scripturis, ab initio, ait, & ante sæcula creata sum Ecclesiastici. 24. & in Prouerbijs Salomonicis. 8. cur sapientia? nisi quia ex sapientia paterna prodit: tantumque hæc paterna sapientia resplendet in filio quantum gloriæ obtinet in semetipsa. Et demum in consultis diuinis ora

Durandi placitum non probatur.

Primum arg. contra Dur.

2m Arg. contra Durandum.

Obseruadū diligentissime.

Pauli locus de generatione filij explicatur.

Mens est tanquam speculum.

culis Theologum agere, aut à limine tantum salutati, Theologos plerosq; illo traxit, vt nō nunquam non syncere Theologizent, vt de Durando in præsentia ostensum est. Quibus omnibus & hoc accedat philosophus nō intimæ notæ, sed sublimibus, intellectꝰ creatus fœcundus est reputatus, imo fœcundissimus: lege 7. Metap. tex. com. 31. quo loco indicatur Auicēnam tradidisse intelligentiam scilicet orbis lunaris esse datricē formarū sensibilium omnium. Et Themistius. 3. de anima. c. 52. animā intellectiuam hanc credidit esse quam diximus intelligentiā, à qua cūcta quæ sub globo lunæ cōtinentur vigent & viuificantur. Quid igitur mirabile est, si quod falso philosophi isti de intellectu creato senserunt, Theologi veraciter de diuino sentiant ad intra esse fœcundissimum? Neq; pigebit & illud in mediū producere apud Durandū generationē & potentiam gerandi æquiuoca esse & Deo & creaturis. Et rectè (meā ientētia) quid ergo cur de intellectu idē nō respexit, æquiuocum esse, & creaturis & Deo? Vnde etsi noster intellectus sit sterilis, & infœcundus, non item diuinus, nā vt generatio filij Dei est longe distans à naturæ generationibus, ita intellectus diuinus nihil paritatis habet cum nostro. Obseruabis præter hæc me dixisse, denarratē hanc quam differo conclusionem, intellectum diuinum vt induit naturæ rationē, esse rationem Deo patri generandi filium: at vero D. Tho. in hac dist. quem sectatur suus diligentissimus sectator Capreolus naturam, ait, vt induit rationē intellectus, esse rationem generandi filium. Ego autem rationabilius duxi efferre conclusionem meam vt extuli, quam hoc quo retulimus ex Thoma modo. Naque intellectus vt iam ostendimus generaliter non præ se fert in sua significantia fœcunditatem, sed tantum actum intelligendi, qui vt diximus proprie proles non est: at verò natura præ se fert fœcūditatem. Quam ob rem aptius dicitur, intellectum vt induit rationem naturæ, esse generatiuam rationem patri vt filium generet.

At verò quia rē hanc abunde differuimus, & vt arbitor iam in vado est, Durandi argumentis facere satis, ratio poscit. Et aduertas vt primum soluas, in diuinis neque esse potentiā ad intra actiuam, neque passiuam. Quandoquidem vbi non est transmutatio, neque actiua est, neque passiua potentia. Nanque actiua potentia est transmutandi alterum in quantum alterum: vt passiua transmutandi ab altero, quatenus alterum. Itaque actio ad intra adest beatissimis personis patri, & filio: at æquiuocè si ad nostras conferas. Non est enim actio generatio æterna, vt sunt actiones apud nos. Secundo aduertas, intelligere & velle diuinū, iam esse essentialia, iam verò notionalia, essentialia sunt, vt sunt diuinæ essentiæ. Nam diuina essentia & est intelligens, & volens, & hac ratione est communio trium personarum in intelligendo, atque volendo. Est nanque ipsis vnum intelligere, atque velle, & nolle: cæterum sunt notionalia quatenus in ipsis est discretio. Nanque pater intelligit filium, vt producat eum de sua substantia. Et hoc intelligere ita patri adest, quod non filio, vt pater & filius volunt Spiritum sanctum vt illum spirent. Et hoc velle ita est in duabus personis vt non sit in Spiritu sancto, qui ad intra non est productiuus: intelligere autem vt in patre est, Theologis est dicere ad intra. Est enim Deo dicere ad extra. Nam ipse dixit & facta sunt, & est dicere ad intra, nam Dixit dominus domino meo, ego hodie genui te Psalm. 109. & Matthæi. 22. de Christo esse intelligenda satis habetur: intelligere igitur essentialiter eodem modo est in sacro sancta Triade: at notionaliter & relatiuo modo aliter est in patre quam in filio, itidem & velle aliter in patre, & filio quam in Spiritu sancto: vt ergo essentia essentialiter eodem modo est in tribus personis: at verò relatiuo modo est aliter in patre atque in filio. Nam in patre est vt ratio generatiua, quomodo non est in filio: ita dicito de intelligere, & de Verum ais intelligere non est notio, neque velle diuinum est notio, vt ergo nunc notionaliter à me hæc vsurpantur? Dicito verè non sunt notiones, si essentialiter capiantur, at notionaliter idem iudicabis de illis, atque de notionibus. Nam intelligere notionaliter est dicere paternum: at hoc dicere est generare filium, generare verò nomen notionale est, nanque actionem signat per quam personæ distinguūtur inuicem. Et nomina huiusce modi hasce actiones præ se ferentes, aut correspōdentes sibi (vt vocant quasi passiones) notionalia sunt, inter generare autem & dicere nihil discriminis esse puta, nisi hoc solum, generare enim refertur ad personam filij, vt est filius: est enim generatio opus naturæ: at dicere refertur ad eundem vt verbum est, ante Luciferum à patre in propria essentia expressum, & vt per intellectum genitum est. Id quod si in mentem venisset Durando non dixisset exclusis à Deo per consideratione

Alia Rō contra Durandum.

Intellectus fœcundus philosophis.

Alia Rō contra Durandum.

Obserua cō tra Durandum.

Intellectus diuinus ut habet rationem naturæ est ratio generandi.

Absoluuntur argumēta Durandi.

Intelligere & uelle iam essentialia iam notionalia.

Dicere ad intra & ad extra.

Obiectio.

Durandus carpitur.

derationem intellectu, & voluntate pater per naturam generat filium. Non enim aduertebat in scripturis generare filium Deum, est dicere verbum Deum, quod erat à principio apud Deum. Subtrahe igitur & finge quam volueris patrem sine intellectu, vtique non generabit, cur ita? quia non poterit dicere verbum, nam generando dicit, dicendo generat. Natura autem non dicit etiam si generat, itidem neque Spiritus sanctus exclusa voluntate per considerationem spirare tur. Nanque spiratio huiusmodi per voluntatem peragitur: vnde dominus insuflando dedit Spiritum sanctum Ioann. 20. at verò vt diximus Theologorum hoc precipuum esto studium, vt ad sacras literas vt ad firmissimas anchoras suas teneant disputationes, & iuxta harum regulas veritates librent Theologicas. Nam qui has neglexerint, intorqueat quantum lubet acerrimas disputationes, hebescunt vniuersa, nisi ad limam diuini verbi exacuantur. Et re vera Durandus pessimè & satis difficulter poterit emanationem filij discernere ab emanatiõe Spiritus sancti, si vtraque sine discerniculo naturales esse testatur. Nam quod Durandus emanationem filij distinguit ab emanatiõe Paracleti, quippe emanatio filij est ab vno, & ideo veluti à natura est, quia natura est ad vnum & ab vno, at emanatio Spiritus sancti quia à duabus profecta est personis, ideo est per modum voluntatis, quia vnum & idem à multis voluntatibus pẽdet: aut quod est voluntatis à pluribus pendere potest, vt in suffragijs multorũ cernimus. Certè friuolum est hoc commentum, etenim iuxta Durandi excogitationem emanatio filij non re vera est per intellectum, at solum secundum similitudinem ad nostra. Porrò ego lego esse verbum Dei patris & propriè & nõ metaphoricè esse verbum Dei patris, censeo vt ergo verbum est per similitudinem ad nostra exilem? Et Spiritum sanctum propriè spirare fateor, quomodo ergo similitudinarie procedit per voluntatem? quandoquidem re vera tu excludis intellectum & voluntatem, id est, putas impertinentes esse emanationibus diuinis, re vera igitur nõ est verbum Dei filius Dei, neque Spiritus sanctus est amor, & charitas. Nanque hæc non sunt apud nos naturæ, sed intellectus & volũtatis opera. Quod si hæc admisseris vt Durandum ames exibilandum te arbitror, & probris cedendum, quia veritatem Dei reijcis, & Augustini & aliorum sanctorum doctrinis te opponis.

Diligenter obserua de generatione filij.

Hebescunt vniuersa nisi ad limã sanctarum scripturarum exacuantur.

Rursum inculcatur Durandi reprehensio.

Ad secundum argumentum Durandi liquida iam est responsio.

Tertiò dicito nostrum intelligere, nostrũque velle sunt actus immanentes: at verò diuina hæc, quid ad nostra sunt conferenda? igitur intelligere & velle diuinum vt essentialia sunt, immanentia sunt, vt autem notionalia non item, nam intelligere est dicere, & velle est spirare quæ sunt ad alias personas.

Quartò dicito apud nos fæcunditatem esse ex natura & non ex intellectu. Nihil enim generat per intellectum, aut per voluntatem, ita demum vt voluntas sit creaturæ ratio generandi, nisi de artificialibus sit sermo: at verò artis quæ sunt non propriè generantur, vt iam nos supra demonstrauimus: at verò diuinus intellectus, diuinaque voluntas superexcedit nostra: ideoque diuinus intellectus hãbet fæcunditatem. Quippe per intellectum pater generat, & diuina voluntas, tametsi non sit fæcũda vt generet, id est, vt sit ratio generãdi quia Spiritus sanctus non generatur: at verò est voluntas diuina ratio productiua patri, & filio, vt producant Spiritum sanctum. Et quod inculcat argumentum ex sensibilibus ascensum esse ad intelligibilia, & demum ad diuina scala vna hæc est, per creaturas illa cognoscere, dicendum est ita esse: at verò seruatis seruandis, id est, subtrahendo à Deo creaturarum deffectus, & attribuendo perfectiones, sic ergo Deo tribuimus & intellectum & voluntatem, at in Deo non sunt tam in potentia quã in nobis, sed longè potentiora, nam ad intra sunt rationes productiuæ vt diximus. At ais, quid ergo si essentia est ratio productiua, necesse est dicere intellectum aut voluntatem esse rationes productiuas? & iuxta hanc rationem essent multæ rationes prodectiuæ in diuinis, id quod falsum est. Respondebis vnicã esse rationem productiuam filij in patre, vnicamq; in filio & patre productiuam Spiritus sancti. Neque intellectus cum essentia sunt duæ rationes productiuæ, nisi secundum considerationem intellectus: itemq; essentia & voluntas. Nanq; vt diximus paterna mens vt induit rationem naturæ diuinæ (quæ est in patre) hac ratione est ratio patri vt generet. Vnde diuinus intellectus vt est filij, vt neque natura diuina vt filij est, aut Spiritus sancti, est ratio generandi: item diuina voluntas vt in patre est & in filio est ratio spiratiua. Aduerte autem paulisper & mecum gradum hoc fige loco, voluntatem non vt induit rationem naturæ diuinæ esse

Intellectus diuinus fæcundus & voluntas fæcunda differenter.

Obiectio.

In 4ª conclussione.

Natura diuina ut habet rationem uoluntatis est ratio spirati ua.

rationem ſpiratiuam. Nanque ſpirare vt loquimur non eſt naturæ munus, ideo rectius dicemus naturam diuinam vt induit rationem voluntatis eſſe rationem ſpiratiuam, ſecus eſt de intellectu, nam hic vt frequenter diximus vt ſibi vendicat naturæ rationem eſt patri ratio generatiua, non contra vt natura vendicat rationem intellectus. Et mihi eſt hoc magis plauſibile, quam quod Caietano libuit, intellectum diuinum eſſe quaſi proximum, quo principium in generando filio & naturam quaſi remotum, vel quaſi primum quo. lege. 1. part. quæſtio. 14. articul. 5. & alibi. At hoc de voluntate probo non de intellectu, vt patet ex præmiſsis.

Caietanus nõ probatur

Poſtremò argumento dicito intelligere & velle eſſentialiter ſi ceperis illa, neque ſunt productiones diuinæ, neque productiuæ potentiæ: vt neque eſſentia ipſa eſſentialiter capta eſt generatio, neque ratio generandi, aut ſpirandi: at vt eſſentia eſt patris ita eſt ratio generandi: ita & intelligere vt eſt patris, vt ſit idem quod dicere ad intra patris, hac ratione eſt productio filij. Et intellectus paternus vt eſt dicens ad intra, eſt vis productiua filij: itidem dicito de velle & voluntate: & obſerua hæc ceu clauem materiæ huius.

Vt in d. 5 q. prima Vt eſſentia eſt ratio productiua.

Diluuntur argumenta principalia.

Supereſt pro quæſtionis huius periodo principalia quæ in principio diſputationis huius elaborauimus argumenta ſoluere. Ad primum dicendum filium Dei & per naturam & per intellectum paternum productum eſſe ab æterno, tametſi in creatis rebus longe diſtent, quæ per naturam fiunt, ab his quæ per intellectum. Hæc enim non ſunt operâ naturalia ſed artis: neque intellectus patris vt dicit filium eſt varius, aut diſcurſiuus, vt noſter eſt, in ſuo opere, imò tantum dicit filium, & alium filium dicere nequit, quando verò creaturas dicit Dei intellectus, variam habet operationem: tametſi ipſe apud ſe inuariatus ſemper exiſtat.

Ad ſecundum, dicas naturam determinatam eſſe ad vnum per ſe loquendo: at verò diuina natura vt patris eſt, determinata eſt ad vnum, id eſt, ad filij productionem. Porrò vt eſt patris & filij determinatur ad productionem Spiritus ſancti. Itaque ſub alia & alia ratione aliam & aliam perſonam producit, ceu principium quo, id eſt, tanquam vis productiua non vt ſuppoſitum producens. Quid quod natura diuina ad vnum ad intra determinata eſt, non ratione perſonæ, at ratione eſſentiæ: quia tametſi ſit ratio generatiua filij, & ſpiratiua Spiritus ſancti, & filius, & Spiritus ſanctus ſint duæ perſonæ, at ſunt vnus Deus. Neque turberis quod tradimus diuinam eſſentiam determinari, ſiquidem actus puriſsimus determinari nequit, vt ſupra oſtendimus. At huiuſmodi phraſes ſcholaſticæ & aliæ etiam ſi non ſint pro tanti arcani dignitate & maieſtate aptæ, noſtræ tamen formandę imperitiæ ſunt congruentiſsimæ, vt paulo ante meminimus. *in ĩ concluſsione in fine.*

DISTINCTIONIS ſeptimæ, quæ incipit.

Hic ſolet quæri, &c.

Diſputatio prima. Num relatio diuina ſit ratio productoria diuina.

EST ſunt vltro citroque in re hac ſuadentia, & diſſuadentia. Suadẽt hæc quę ſubnectemus, aut ratio productoria ad intra eſt eſſentia Dei, aut relatio: nõ quidem eſſentia, nam eſſentia eſt communis tribus perſonis, non ergo diſtinguit diuinas perſonas: at ratio productoria illas diſtinguit. *Argumen. 1.*

Secundò, diuinitas ſi per impoſsibile eſſet ſine perſonis, eiuſdem vis & potentiæ atq, modo in tribus perſonis glorioſe & mirabiliter ſubſiſteret, at verò ſine conſortio perſonarum conſiderata ipſa non haberet vim ad intra, etenim nihil generat ſeipſum, aut ſpirat ſeipſum, ergo neque modo adeſt ei vis hæc generatiua, aut ſpiratiua. *Argumen. 2.*

Tertiò, proprius actus propriam requirit formam, vt communis communem, at generatio eſt propria patri, igitur proficiſcitur à patre ſecundum propriam illi formam, quæ eſt illi paternitas. *Argumen. 3.*

Quartò, quod largitur actum primum, & ſecundum, at paternitas dat actum primum, quia conſtituit patris perſonam, ergo & actus ſecundus ab eadem dimanat: itidem de ſpiratione colligunt. *Argumen. 4*

Præter hæc ſi eſſentia eſt vis generandi, aut ſpirandi, pater generans filium dat illi eſſentiam ſuam, & quidquid eſſentiæ eſt, ergo pater communicabit filio vim generandi vt pater & filius Spiritui ſancto vim ſpirandi, id quod falſum eſt. Nõ ergo eſſentia eſt vis hæc. *Argumen. 5.*

Porrò diſſuadet hoc ipſum Damaſceni teſtimonium lib. 1. de fide. c. 8. apertè confitẽs genera- *Argu. in diuerſum.*

generationem diuinam esse opus naturæ. Itē Hilarius lib. 2. de Trinitate, natiuitas, ait, non potest eam ex qua profecta est non tenere naturam. Et Athanasius lib. 9. ad Theophilum, filium Dei non ex voluntate ait genitum, sed ex natura. Et alia multa coniecimus huic instituto seruientia disputationibus superioribus.

Placita uaria authorū

De re hac dictu mirum, quanta sit capitum sententiarum ve varietas, id quod attestatur huiusce rei difficultati. Bonauentura igitur in distinctio. hac quæstio. 1. & Durandus & plerique alij contendunt, relationem esse vim productiuam. Nempe paternitas vis est productiua filij, & spiratio quæ est in patre, & filio, Spiritus sancti. Quibus illa tauent quæ in fronte quæstionis huius obiecimus. Verum subit interim de Durando egregiè mirari, Distinctione enim proxima intellectū diuinum in fœcundum docuit, vt nos late diseruimus, totam enim fœcunditatem naturæ diuinæ tribuit. Vnde ergo ille vt oblitus sui, relationem docet diuinam esse fœcundam: si subtraxit generādi vim diuino intellectui quia cernebat apud nos intellectum generare nihil. Vbi obsecro ipse vidit apud nos relationem esse generatiuam: siquidem Aristotel. docet peripatetica concrepante schola relationem non actiuam esse, at dicet relatio creata efficax non est actionis, at increata efficax est, cur ergo idem non sapuisti o bone de intellectu increato esse fœcundum, cum alioqui creatus infœcundus sit.

Cōtradictio in uerbis Durandi.

At missa ista hæc faciamus, & quod est præsentis instituti exequamur. Dissentit Tho. 1. p. q. 41. artic. 5. ex diametro pugnat cum placito dudum indicato, etiam si iam id temporis eadem ferebatur opinio, illius namque Tho. meminit, illique repugnat credens essentiam esse vim generatiuam, aut productiuam in diuinis: siquidem pater Deus generat filium Deū in similitudinem suæ naturæ, & non in similitudinem suæ relationis, Alioqui pater generaret patrem, ergo vis generatiua non est paternitas. Consequentiam ostendes, namque principium generandi est principium quoque assimilandi. Nam Petrus generat hominem similem sibi, siquidem ratione humanitatis illum generat. At verò non alium Petrum, quia Petruitas non est vis generatiua, retur igitur Thomas proprietates personales diuinas esse veluti proprietates indiuiduantes: proprietas autem indiuiduans appropriat sibi essentiam ad certam operationē, vt liquido constat in humana natura, quæ in vno homine est eloquentissima, in alio est infantissima, in quodam acerrimi est ingenij, in alio hebetissima est &c. Non quidem quòd hæc varietas ex natura ipsa habeat exortum: at ex proprietatibus indiuiduantibus illam tantam nanciscitur varietatem, quantam mirari nemo potest, quippe latens est nostra varietas. Et quid non ne lux solis vna est, quæ tamen in astra diffusa variam sortitur operationem? in quibusdam enim siccat vt in marte, in alijs humectat, vt in luna. Etsi licet summa componere inuis, diuina similiter essentia vna est, porrò pro ratione varia proprietatum personalium variam sibi pariat operationem. Vt in patre generat, in filio generatur, &c. At vero quia essentia cōmunis est tribus personis ipsa sola Thomæ non est ratio generandi, ne hæc ratio alijs personis sit communis. Ideo essentiam & personam in obliquo esse principium quo generationis, aut spirationis tradidit, vt essentia patris, est ratio generādi filium itidem essentia patris & filij est principium quo spiratur Spiritus sanctus. Et forte hoc idem volebat sub alio tamen sermonis contextu in hac distinc. dicens essentiam & paternitatem esse principium generationis. Et hanc sententiam etiam amat Scotus colligens argumento meo indicio debili. Si Deus inquit per impossibile generaret alium Deum, vtique per diuinitatem generaret, ergo & modo quādo vna numero communicatur personis: cæterū prompta est huius argumenti subneruatio, siquidē si Deus alium Deum generaret, tunc absolutum erat quod generabat, & absolutum ipsum genitū. Quare ratio generandi absoluta, naturæ ratio erat concedenda. Vt quando Petrus generat filium non generat filiationem, sed absolutū ens, nempe hunc vel illum hominem: at in diuinis persona generans est relatiua, & genita relatiua, non enim generatur essentia, neque essentia generat. Videtur igitur si relatiua persona generat, & relatiua generatur, vt generatur enim persona per relationem, ita etiam generabit per relationem. Quod verò colligebatur paulo ante ex Thoma contra quia per relationem non est similitudo in diuinis, sed oppositio. Assertores Bonauenturæ dicerent, imo per relationem est similitudo ad hunc sensum, quòd per relationem communicatur diuinitas in qua est personæ cum persona similitudo. Etenim per paternitatem filius à patre accipit vnitatem & generatur

D. Th. in 1° Dist. 7. q. 1. in corpore art. 2°.

Scotus. Dis 7. q. 1. sub litera M.

Obiectio

tur similis patri, id est, homousios patri, & ita est oppositio realis per relationem. Et nihilominus est origo similitudinis ad sensum prætactum. Porrò qui fiet vt relatio sit origo distinctionis, & origo similitudinis? neutiquam videtur: at vero ad exercitationes Theologicas fortasis hæc esset apta responsio: at ad veritatem assequendam ineptam illam iudico, quidquid sit de rationibus huius vel illius authoris, si conuincunt necne de hac re nihil moror: quia quidam conuincuntur alij cachinantur, at verò vt rem discernamus pro nostro à Deo concesso captu hæc sit sententia prima. Essentia diuina est ratio productiua ad intra, seu principium quo productiuum, hæc est magistri in hac distinctio. &. Sanct. Thomæ, Scoti, Marsilij quæstio. 11. primi sententiarum Gabrielis, &c. Quam ego etiam meis conabor astruere rationibus si defecero, veniam dabitis, quia in magnis voluisse satis est. Et sit prima hæc ratio. Num essentia est pertinens ad productionem diuinam, aut impertinens est? Si hoc secundum concesseris quod impertinens est, dicito mihi, vt communicatur per productionem? nam quæ communicãtur per se, per productionem non sunt impertinentia productioni, vt humanitas non est impertinens humanæ generationi, sin pertinens est, vt pertinens? dices fortasis quia cõcomitatur relationem. At verò si hoc contendis, non est pertinentior natura diuina generationi filij, exempli gratia quam voluntas diuina quæ etiam est concomitans filij æternam generationem: at Augustinum audi in dialogo cũ Orosio clamantem filium non esse voluntatis filium, sed naturæ. Maiorem ergo pertinẽtiam habet natura diuina cum generatione quam voluntas: at rogito, cur ita? nisi quia voluntas non est ratio generatiua filij, natura verò generatiua est ratio. Præter hæc, hęc est catholica propositio, filius generatur naturaliter, ergo ex vi diuinæ naturæ generatur. Consequẽtiam deductione perspicua ostẽdes. Nã quod ingeniose fit, fit ex ingenio, quod artificiose ex arte, quod studiose ex virtute, tu si vacas otio deducito filium, & experieris in cunctis, id quod in paucis demõstraui: igitur quod naturaliter generatur ex natura generatur. Neque Theologica auris recipit filium generari relatiuè, quia esset inusitata phrasis generari quicquam relatiuè. Id quod esset necessarium admissu, si ex relatione filius generatur. Rursum quanti iuris est fœcũdam asserere diuinam relationem, & ipsam naturam diuinã quæ alioqui ex nomine prę se fert fœcunditatem ad intra in productiuã affirmare? Nam qui dicit naturam, necessario actiuitatem, aut rationem principiandi subdemonstrat. Quibus accedat si relatio est fœcunda, aut productiua ad intra, ad extra quid ni? potentior nanque est operatio ad intra, quam ad extra. Et ita demum dicendum esset quòd relatio paternitatis producit creaturas: & itidem de filiatione, &c. Id quod falsum est, quippe istis relationibus diuinæ distingũtur personæ, ergo non conueniunt per has relationes. Id quod consequitur si illas autumes esse creaturarum principia. Imò quod vehementius vrget essent oppositа principia creaturarum id quod quis horrendum ferat æquo animo verbum. Denique filius Dei est naturalis igitur ex natura, nam nemo nisi patronus placiti diceret filium Dei, esse relatiuum filium, significat enim sermo hic, esse filium ex relatione. Quanquam vera est confessio filius est persona relatiua, ego tamen non dicerem, est filius relatiuus: esset enim nugatorius sermo. Et quid plura Deus pater generat filiũ Deum, ergo diuinitas pertinet ad generationem, vt & paternitas. Nam vt coneretum se gerit cum creto, ita suo modo & abstractum se gerit cum abstracto: hoc argumentum pendet ex primo. Ideo illud tu facile persequeris.

Porrò si arriserit vt cũque discordes quas indicauimus vnire sententias sit tibi secunda hæc sententia. Si Bonauentura & Durandus intellexissent suum placitum quòd retulimus ad hunc sensum, potentiam scilicet generatiuam relationem prę se ferre verum sensissent: nam fieri non potest potentiam generandi intelligere sine relatione, nam quod generat, aliud à se generat. Nam siue Magister siue Thomas, seu quiuis alter, qui essentiam fassus est esse rationem generandi, non diffitebitur tamen relationem pertinere ad generationẽ diuinam. Nanque essentia est ratio generandi non vt est in filio, aut paracleto, sed vt est in patre.

Tertia sententia. Si rursum Bonauentura atque Durandus, & demum quicunque illis suffragatur, velint sine relationibus nullam prorsus esse posibilem in diuinis productionem: nos quoque illis assentimus. Etenim celebri poclamatur prouerbio vere Theologico omnia in diuinis esse vnum, nisi vbi obuiat relationis oppositio. Quapro-

Decisio quæstionis ex authoris placito.

Prima sententia.

Prima Ratio.

Cap. 7.

2ª ratio.

3ª ratio.

4ª Ratio

5ª Ratio

Conciliatur diuersa placita.

Secunda sententia.

Tertia sententia.

propter deme per considerationem relationes diuinas, & adimes necessario diuinas productiones.

4. Sentētia. Quarta sententia sin vero doctoribus prænominatis hoc erat in votis relationem esse proximum generandi, aut spirandi principium (id quod verba illorum præseferunt) ab illorum opinione discedendum arbitror. Relatio enim Aristoteli nō est de genere actiuorum, habet nanque tenue esse. 9. Metaphy. textu commen. 19. Vnde & omnia consectatur prædicamenta, vt substantiam identitas, qualitatem similitudo, quantitatem æqualitas aut inæqualitas, quæ itidem Aristotel. 5. Metaphy. & 3. Metaphy. prosequitur. Hæc igitur essendi tenuitas, qua prædita est relatio in causa est ꝙ ipsa non sit actiua, imo potius actionem & passionem consequatur. Quapropter Aristote. docuit in cathegorijs relationi non esse contrarium. Vnde facilè insinuauit non esse actiuam. Nanq; non habet contrariū in quod agat: tametsi hoc verum est sub legitima si habeatur cēsura. De relatiuis enim subaudiendum esse puta, secundum esse, non de relatiuis secundum dici. Hæc enim ab albo actiuorum non esse despuenda indicant sensus qui sunt actiui, & alioqui relatiui. Nam sensus refertur ad sensibile. At hoc relationis genus secundum dici est. At vero sciscitaris si relatio vt pote paternitas non est actiua, cur ergo essentia vt est in patre est ratio generandi, & non vt est in filio? Et rursum si relatio non agit sed potius consequitur actionem, igitur prior est generatio diuina quàm sit paternitas si non re, certè per cōsiderationem. Cur ergo diximus essentiam esse rationem generandi vt est in patre? hoc enim non videtur possibile siquidem generandi actio est prior quam ipsa paternitas, quippe quæ actionem generandi consequitur. Quod si prior est paternitate, ergo prior est patre per considerationem nostram. Quod si generatio est patre prior siquidem pater per generationem est pater, cui ergo tribuenda est generādi actio? quippe essentia etiam si ratio est personæ generatiua, non est quod est generans, tanquam persona? Et in diuersum etiam argumentum verto, actio est quæ à generante progreditur, igitur generatio à generāte proficiscitur, qua propter prior est generans quam generatio, persona igitur patris prior erit per considerationem quam generatio. Quippe generatio à patre est? Obseruabis autem exequentissimè generationem (quam actiuam appellitant Theologi) & paternitatem diuinam re non esse dispecta: at consideratione discrimen subeunt duntaxat. Nanque paternitas est, vt refertur ad filium, & non vt actiua est, at generatio est, vt actio est, per quam filius producitur? Itidem considerabis de generatione quam vocant passiuam, quanquam me malè habet huiusmodi vocitatio. Deus enim est actus purissimus: vt ergo admittemus generationem filij esse quasi passionem? vt supra docuimus, at expressionis gratia trahimur sæpè ad improprias excogitandas voces, quando propriæ non suppetunt, vt diuina pro dignitate eferamus sacramenta. Quanquam non inepte dicas, generatio quæ est à patre, & generatio quæ est in filio, vt etiam spiratio quæ à patre & filio est: & spiratio quę in Spiritu sancto est. At Theologi nostrates periphrasim hanc nolentes, & compendia amantes, vsi sunt sermone hoc cō pendiario, generatio actio, generatio passio, aut quasi passio, idemque de aspiratione affirmare nihil formidant? Rursum notabis paternitatem bifariam considerandam, siue diuinā siue quā volueris aliam relationem, aut quatenus est in patre, aut quatenus refertur ad filium? Itidem de filiatione considerabis, etenim relatio vt est in re relata absoluta accidentia imitatur, quorum est esse in suis subiectis. Vnde relatio etiam est in suo subiecto: quanquam vt relatio præter hoc refertur ad aliud: vt ergo paternitas est in patris persona hac ratione personam patris constituit, non vt refertur ad filium, & vt est in patre imitatur absolutas formas: tametsi non est forma absoluta: at proprietas relatiua, & nihil incommodi puta si relationem puram dixeris imitari absolutam formam quadam tenus ratione, vt diximus: vt ergo paternitas est in patre, prior est quam referatur ad filium, intellige secundum nostri intellectus commentationem. Et hac ratione paternitas est prior ipsa generandi actione. Nanque paternitas vt est in patre constituit personam patris à qua est filij generatio: & sic considerata patris persona consideratur vt persona à qua est generatio diuina. Dein consideramus hanc personam esse patrem per filij generationem. At nō decipiaris ex verbis nostris putans, patrem esse absolutam personam: hoc enim verba nostra non docent. Credimus enim cum Concilio Toletano vndecimo esse tres personas relatiuas. At vero quod asserimus est secundum

Vide vera 4. 1. de prædic ad aliquid et titelmanum 2° lib. c 34

Obiectio

2ª Obiectiō

Pª obseruº.

Relatio cur non est actiua.

Indigentia propriarum uocum tra hit Theologos ut abutantur impropriis.

2ª Obseruatio.

3ª Obseruā.

Diuina relatio bifariam cōsideratur.

4ª Obseruaº.

Hæc absolutius leges in dist. 26.

consideratione nostram, generationem diuinam esse quidem à persona relatiua, cæterum non relatiuè considerata, ideſt, à persona patris non vt paternitas ad filium refertur, at vt paternitas in patre est, quæ est prima paternitatis consideratio. Neque valebit collectio si insultas, si paternitas consideratur absolutè vt est in patre, & si pater consideratur absolute vt est persona habens paternitatē in semet ipso, igitur vel pater est persona absoluta, vel paternitas est forma absoluta. Porrò neutrū cogit, & argumentum fallacia figuræ dictionis laborat. Etenim mutat modum in rem. Neque enim quia imitatur formā absolutam paternitas verbi gratia, vt est in patre, ideo valet, ergo est forma absoluta. Non enim quod imitatur aliud illud est quod imitatur. Nam imago non est res cuius est imago. Neq; quia persona patris consideratur secundum modū absolutum, ideo est persona absoluta. Siquidem persona absoluta est, quam constituit absoluta forma. At verò æquè in patre, atque in cæteris personis nulla est forma absoluta præter diuinam essentiam. Et vel hinc cernes certiorem esse Theologiā. Magistri & D. Thomæ, quā Durandi, & Bonauenturæ. Isti enim velint nolint consiteri constringuntur esse generationem posteriorem paternitate. Nanq; autumant paternitatem esse proximum generationis diuinæ principium. Cæterum mihi est difficile hoc creditu. Asserebam⁹ enim ex Aristotele relationem cōsequi omnia prædicamenta sit idemq; actionem & passionem. Quare si relatio sequitur actionem, diuina paternitas consequetur diuinam generationem. Qui ergo fiet vt paternitas sit principium generationis? non video. Nisi dixeris aliud est censendum de diuinis relationibus, atque nostris. Bene annuo tibi dicenti, quia relationes illæ constituunt personas: & apud nos nulla relatio hoc impartit munus. Porrò in alijs omnibus quibus fides non obstat Theologizandum erit secundum visibilia, est enim methodus hæc Apostolica. Ad Rom. 1. Idcirco relatio diuina consequetur actionem diuinā: & non erit principium eius, vt apud nos accidere Aristo. scriptitauit. Insultas adhuc, paternitas nō est à patre, vt ergo generatio actio & paternitas sunt re idem. Item generatio actio non est in patre, & paternitas est in patre, vt ergo illa clamas esse idem? Quem nexum argumentorum poteris si iuuat nectere in reliquis diuinis relationibus. At verò certò tenēdum est, generationem quæ est à patre, & paternitatem quæ in patre est esse idem atq; pater, qui neq; est ab alio, neq; in alio, quia persona est per se subsistens. Cæterū non propterea putabis realem esse distinctionem inter commemorata. Nanq; etiā si actio sit ab agente, & passio non sit ab agente, imo est in patiente: non protinus vere pronunciabis, ergo actio & passio sunt re diuersa, quę alioqui idē vere sunt: itaq; paternitas quando sub hoc effertur nomine, vt relatio significatur, ideo negamus esse tum actiuam. At hæc paternitas ipsa est quæ generatio actio, at sub hoc nomine generationis significatur tanquam actio, ideo dicimus esse ab agēte patre & notio est. Sub hoc nomine rursum hæc, cadē est quę innascibilitas. At verò sub hoc innascibilitatis nomine patrē à nullo originē ducere significamus, &c. Solū ergo distinctionem rationis colligas inter hæc. At vero non est silētio prętereundum Gregorium Arimineum aliā ingressum esse viā, excogitat enim, patrē seipso nō per essentiā suam, aut per paternitatē principium esse generationis diuinæ: timuit enim ne si essentia sit principium, aut relatiua proprietas patrē à cōpositione defendere nequiret, qui alioqui persona simplicissima est. Et rursum generandi ratio si esset essentia, cū generans atq; genitū sunt duæ res necessario. 1. Phy. tex. 8. conficitur essentiā non esse idem atq; filius genitus, & alia colligit non pauca, quæ tu leges apud ipsum, & soluta tibi Caprcolus dabit dist. 6. huius. Ego enim non arbitror in illis citandis, atque soluendis moras ducere. At hoc Gregorianum placitum longe à veritate disidet, & à Damasceno ab Hilario, Athanasio, &c. quos supra retulimus, multum abhorret, neq; argumēta eius sunt tāta, quāta oportebat esse, vt à decreto istorum sanctorū deuiaret. Etenim nihil detrahit simplicitati diuinę essentiam esse rationem generatiuā, & nō paternitatē, nāq; velit, nolit, etiānum inuitus cogetur consiteri proprietates relatiuas esse in diuinis personis docente Ecclesiā in Concilio Toletano. 11. Vnde & præfatio de beatissima Trinitate ait. In personis esse proprietates & ex Tole. Concil. esse subaudi relatiuas nū propterea quia in patre confitemur esse essentiam, & paternitatem, &c. ex quibus constituitur paterna ratio, num est proclamanda compositio? Non sane: quippe nec est compositio ex materia & forma, neq; ex genere & differentia, nec ue ex essentia & esse, aut subiecto & accidente: est enim Deus actus purissimus. 12. Metaphys. Et ipsum rogitare

Gregorij Arimineſis Placitum.

Soluuntur argumenta Gregoriana.

gitare Gregorium non pigebit, anima rationalis apud eũdem per intellectum intelligit, & non per volũtatem, quid ergo, ob eam causam sunt duæ res mens & voluntas, aut hoc discerniculum in causa erit, q̃ anima rationalis compositioni subdatur? non ipse fatebitur nisi hallucinor. Simili quoq; modo tametsi pater per essentiam generet, & non per paternitatem, non subinde concinna est argumentatio, ergo essentia, & paternitas patrem componunt, quo minus simplicitate fruatur, suæ diuinitati competenti? Porrò quia hæc duo essentia, atque paternitas rationes subeunt diuersas, alioqui re ipsissima sibi sunt, ideo visus obtinuit Theologicus citra impietatem fateri constitutionem diuinarum personarum ex essentia, & relatione. Et impium est ducere compositas esse personas ex essentia etiam num & relatione. Compositio enim necessario est ex actu & potentia, at vbi est veracissima actualitas, profligatur omnis potentialitas. Qui ergo dixisset cõpositas personas ex essentia & relatione, etiam ex modo loquendi essentiam substituebat impotentiam, & relationem exhibebat in actum. Id quod impietatis esse duxeris, vt diximus. Actus enim est perficiens potentiam, at relatio diuina nõ perficit essentiam, quippe quæ infinitè perfecta est, vt ergo perfectibilis est? Cæterũ cum docemus personas constitui ex essentia & relatione, hoc vnum insinuamus, personas hæc duo comprehendere, aut vocare in proprias rationes, & essentiam & diuinitatem. Quippe quæuis persona diuina Deus est, & relationem, quippe quæuis persona ab alia distingui tur relatiua proprietate? Argumentum secundum fefellit autorem: non enim secreuit hæc duo, generans tanquam ratio generandi, aut generans tanquam suppositũ generans. Quod ergo Aristotel. tradidit, generans, & genitum non esse re idem, veritate constat de supposito generante, & supposito genito, non tamen de ratione generandi. Nam lux quæ est ratio illuminandi, re eadem est cum illuminatione, quæ à luce (vt intuemur) proficiscitur. Quamobrem nihil miratu dignum sit, si essentia sit ratio generandi patri, & sit idem cum genito filio: quando huius rei para digma creaturæ (vt diximus de luce) satis demonstrant? Iam vero vt peremptoriam rationem huius veritatis assequaris, tibi iacito hoc in fundamentum, rationem generãdi non esse vniuersalitatem, aut singularitatẽ, de vniuersalitate apertius est, quã quod pluribus, deceatur. Etenim vniuersalitas non est residens in rebus, at excogitata solum ex mentis fabrica arcana extat. Quare ratio agẽdi nulli prorsus erit, nam intellectus extra se non agit. Itaque non solum vniuersalitas non est actiua, quin etiam actioni peragendæ impertinens, Finge enim nulla esse vniuersalia, nõ propterea (mihi crede) natura ab agendo vacabit. Porro singularitas, & si in hac agendi ratione cum vniuersalitate socio fœdere iungatur, eo q̃ orbetur actiuitate, singularitas enim huius ignis non est, quæ vires igni præstat actiuas. Quod si non cernis, promptum erit tibi cernere, si tecum voluis quod Physicis est confessum, rationem agendi, esse rationem assimilandi, agens nanque in hoc incumbit totum, vt assimilet sibi passum, vt ignis deurens lignum, etiam num lippis ostendit oculis, nedum perspicacibus. Quare cum singularitas non est ratio assimilandi, imo potius distinguendi, est quippe singularitas rerum duarum discerniculum, planè habetur, non esse rationem aut causam assimilandi, vnde neque agendi. Quã quam pertinens est admodum singularitas ad actionem. Nulla nanque forma exerceret actionem suam, quam sibi impartit natura, nisi singularis esset. Etenim medicus non curat hominem, sed Calliam testante Aristotele, & ita vt curatur Callias, ita curat Aesculapius, & non homo vniuersalis. Hoc sanè si minutulum tibi videtur, sit per te minutulum, at me autore maximi momenti est huius rei consideratio. Etenim patris Dei persona habet singularitatem à paternitate, non sanè ab essentia, quæ quanquam sit hæc, porrò est communione ipsissima sua, tres diuinas nectens personas, aut vt apertius habeas, est vna communis tribus beatissimis personis. Singularitatem igitur non sibi conciliant diuinæ personæ à diuinitate. Super est inuestigandum, vnde nam sibi singularitatem parabunt? vt pater sit pater, & non filius, &c. Et re vera post multam indaginem non extabit aliud præter proprietates relatiuas. Nam si occinerit Gregorius, pater se ipso est singularis, & ita de alijs personis non concinne occinit, siquidem vt diximus, etiam num inuitus proprietates relatiuas personarum fateatur est necesse, vt supra commonui. Quare si proprietates relatiuæ sunt, vnde singularitatem sibi conciliant beatæ personæ, & singularitas non est ratio actiua, id quod paulo ante commonefeci, est ergo ipsa diuinitas

patri

Essentia & paternitas rationes subeunt diuersas.

Personas constitui ex essª et Relatione quomodo intuear.

Ratio generandi potest idem esse cũ genito secus generans ipsum.

Vniuersalitas non est ratio agẽdi.

Singularitas nõ est ratio agẽdi.

Obserua hæc omnia diligentissimè.

patri ratio generandi, & spirandi patri & filio. At vero nonnunquam vsurpant Theologi verbum agendi, & in diuina transferunt, id quod sub anthidoto recipe impropriȝ sermonis vt sæpè admonui. Quanquam lego in antiquissimo Mario Victorino consulari viro. 2. lib. de Trinitate contra Arrianos filium Dei appellari actionem, vt nemini scholasticorũ sermonis abusus nauseam faciat, fuit autem hic Victorinus sub constantio filio Constantini Magni, si hominis secula scire cupis, Nicenæq; Synodo vicinus extitit.

Lege Anthidotum hære secon.

Ad argumẽta primo obiecta.

Argumentum primum deponit vires, si obseruas commemorata, nam nos diximus rationem productoriam esse Deitatem nõ simpliciter, at ad generandum vt est in patre, ad spirandum porro vt est in patre, & filio. Qua sanè ratione diuinitas non est communis tribus, sed propria singulis. Nanque Deitas vt est in patre, non est in filio, vt est quoque in patre & filio, non est in Spiritu sancto. Nam vt est in patre induit (vt ita loquar) proprietatem relatiuam, quam non habet filius, tametsi eadem quæ est in patre deitas, est in filio atq; paracleto, finge diuino miraculo vnã numero albedinem esse in tribus subiectis. a. b. c. tu vides. a. album, & non. b. album, & alter videt. b. & non. c. album, &c. vtique eadem est albedo quæ videtur à tribus, cæterum vt est in vno subiecto hoc est. a. videtur ab vno & non ab alijs. Aut commodius dabis exẽplũ, esto calor vnus diuino miraculo in. A. b. &. c. agentibus, & agat in. d. lignum &. b. in. e. &c. vtique calor idem est. Porrò vt est in. A. agit in. d. & non agit in. e. &c. non enim dices. d. calefieri. a. b. agente, vt neque. e. ab. a. Ità propemodum Theologizabis in præsentia, tametsi in multis distantia non modica est. Verum analogiæ creaturarum ad creatorem mutilæ sunt: sat sit si in re de qua agitur similitudinem in illis reperias.

Analogiæ creaturarũ ad creatorem mutilæ sunt.

Secundò argumento dicito illam fictionẽ si commenteris omnis disputatio beatissimæ Triadis cessat. Etenim diuinitatem si solam sine Trinitate commenteris non fruetur relationibus. Quippe quibus priuatam fingis esse, ideoque nullam vim ad intra habuisset, & demum ficta hæc diuinitas vi ad intra productoria non esset prædita: at vera diuinitas illa gaudet. Neque mireris si vera diuinitas maiori vi polleat, quam ficta., quam tuus inquam casus fingit. Quidquod argumentum se iugulat? quoniam si illo modo fingas diuinitatem solitariam, vtique non adest illi virtus intra se producendi, neque relationibus adest hæc vis, quia relationes tum non extassent. Quapropter colligere sufficienter ne quibis ergo relationibus adest vis hæc productoria modo.

Tertij argumenti flacidas fecit vires quæ iam annotauimus, primum extricantes argumentum. Etenim generatio quæ est à patre, est proprius actus patris, vt personæ generantis est, rursum proprius actus essentiæ vt principij quo generatio filij est. At vero essentia vt essentia est & secundum suam communẽ rationem, secundum quam vnitissimè est in personis tribus non est hoc principium quo producendi, at iuxta quod est in ipsa persona producente est productoriũ principiũ quo.

Essentia quomodo est principium productiũ.

Quartum quoque nihil molestiæ decretæ in quæstionis decisione veritati infert. Etenim si rem expendisti inter differendum diximus relationem esse non actiuam, debilitate enim existendi premitur: adeò vt quidam nihil formidarunt asserere relationes locandas in albo secundarum intentionum, vt palam erit, Aristotelem lectitanti. 12. Metaphysi. text. comm. 19. ideo relatio vt relatio non est actus primus, nam actus primus absolutam præsefert formam. Vnde anima dicta est Aristoteli endelechia, seu actus primus, quæ tamen non est de genere relatiuorum secundum esse, nisi solum secundum nomen, seu secundum dici. At relatio vt relatio refertur ad aliud, id quod neque actus primi est, neque secundi, imo neque actus propriè, si sermonem libremus. Quippe non est relatio de actiuorum genere: at vero relatio vt est patrem constituens priorem habet considerationem quam vt refertur ad filium, vt supra exposuimus: at hæc proprietas relatiua non sola patrem constituit, vt credas illam sub hac consideratione esse actum primum. id quod argumẽtum putat. Etenim essentia diuina vt est cum illa proprietate personam patris constituit in actu primo personali, & ab hac essentia vt est cum hac proprietate dimanat generatio filij, velut à quo ad sensum expressum. Et ita vera colligeret, si ita colligeret ratio argumenti: at sibi nihil suffragatur, vt liquet, quia alio tendit eius intuitus: credit enim argumentum relationem vt relatio est, esse actum primum constituentem personam. Verum nos tradidimus relationem quatenus relatio est, non esse actum primum. Vnde neque ab illa sperandus est actus secundus, diuinæ productionis.

Relationes apud quosdã sunt entia rationis.

Relatio nõ est actus primus neq; secundus.

in hac q. conclus 4 in 4ª oppositione.

nis. Intelliges hæc si decisionem quæstionis huius memoria repetis. Argumẽto postremo dicito pater communicat filio essentiã suam fatearis est necesse: at nõ protinus fateare, ergo & rationem generandi, nanq; essentia cũ paternitate, vt est inquam, in patre hac ratione est vis generatiua, vt quatenus est in patre & filio, est spiratiua vis, per quam spirant ambæ personæ paracletum Spiritum sanctum.

Exponitur Augustinꝰ.

Restat autem istis expeditis vnum Augustini edisserere verbum, id quod durum satis cum sit, non aduertentem lectorem offende re valebit, cuius mentionem facit Magister in litera. Est autem verbum hoc, filius non generat alium filium, quia non potuit: at quia non expedit. Et Magister nexcutiendo Augustino laborat non modicè. Verum vt nos & Augustinum & Magistrum exponamus obseruabis, veritatem esse orthodoxam, essentiam diuinam æquè potentem esse in beatissima Triade, neque potentiorem in patre quia generat, quam in filio, qui alium filium generare nequit. Neq; valentiorem rursus in patre & filio, vt pote qui spirant Spiritum sanctum quam in Spiritu sancto, qui spirare nõ potest. Quoniam ꝙ filius non possit alium generare filium, non est ꝙ diuinitas in ipso orbata, aut imperfecta sit. Itidem de Spiritu sancto dicito. At eo est quia iam expleta est generandi diuina potestas genito filio, & spirato Spiritu sancto, expleta quoque est spirandi potestas. Neque diuinitas alias desiderat diuinas actiones ad intra. Dixerunt peripatetici mundum alium edi non posse, cur ita si rogitas eos? respondebũt Aristotelis testimonio producto. 1. de cœlo tex. comm. 92. & 93. quia materiæ mundanæ appetentia tota facta est, & aliam non desiderat formam. Ideo alius mundus generari non potest. Itaque non subinde docebãt Deum imbecillum esse, quippe qui alterius mundi autor esse non valebat. Ita in præsentia dicito, etiã si veritas catholica nusquam fatebitur in operibus ad extra diuinam potentiam ita vnquam esse expletam, vt plura productis ædere nequeat. Quia quæ produ cit extra se finita sunt: at vero productio adintra est infinita: ideo generatio filij explet generatiuam potentiam diuinam vt ad alium non se possit generandum proferre. Simili modo pronunciabis de vi spiratiua. Quod vero Augustinus insinuat filium posse generare alium filium, recte habebis si hoc modo intelligas, id est, non est impotens filius, quia alium filium non generat, hoc sibi vult, non quia non potuit, id est, non est impotentiæ filij tribuendum quòd non generet aliũ illiũ. Et quod subiecit non expedit, ne te fallat sermo, vt iam in animum inducas tuum, voluntariam & contingentem esse alterius filij generationem, at filium Dei abstinere ab alio generando ne diuinitas numeratis nepotibus & pronepotibus, &c. ex prole oneretur non necessaria, hoc absit, etenim finge verbũ Dei posse alium generare filium, vtique non contingenter genuisset, imo necessario. Diuinitas nanq; intra se nihil habet contingens: at quidquid adest necessario adest: & si abest necessario abest. Vnde tradidit Dialogo ad Orosium Augustinus filium non esse voluntatis filium, sed naturæ: vt supra relatum est. Eodem modo & si filius alium edidisset filium, non voluntatis esset, sed naturæ filius. Quod ergo ait non expedit non contingentiæ tribuas verbum, sed perinde est atq; si dixisset, non est necessaria series prolis diuinæ, vt in mortalibus necessaria est. Neq; si dixero non expedit hominem volare, continuo consequitur est, contingenter hominem non volare. Quippe de multis impossibilibus enũciamus familiari sermone illa non expedire vt fiant, vt non expedit alium solem esse, &c. Vnde generatio alterius filij impossibilis est, ideo non est expediens.

Magister laborat in exponendo Augustino.

Cur filius non potest generare alium filiũ.

Productio ad intra & ad extra.

Operationes ad intra omnes sunt necessariæ.

DISTINCTIO Octaua, cuius initium est. Nunc

de veritate, siue proprietate, siue incommutabilitate atq; simplicitate diuinæ naturæ, siue substantiæ siue essentiæ agendum est.

Disputatio prima. Num permittendus est sermo hic Deus fuit, aut Deus erit.

Disputationem hãc peperit nobis verbum Hieronymi Marcellæ scribentis: planèq; negãtis sermonem hũc. Deus enim (ait neque) fuit neque erit, sed semper est. Cõtra vero est quod Paulus Apostolus Hebræis scriptitans capitul. 13. ait. Christus heri, & hodie, & vsque in secula. Quæ verba Chrysostomus differens inquit, Christi diuinitatem his verbis significari, quæ fuit, & est, & erit.

Hieronymus exponitur & Sotis alij in hac disputatione.

Quia

Quia Theologis apprimè incūbit, de ſermone ſolicitudinem habere vt religioſus & pius ſit, idcirco concinna eſt hæc quæſtio, quam vt abſoluas, ex decretis Platonicis in Tymæo ſcito, Deum ſemper eſſe ens, neque pubeſcens, neque ſeneſcens, ſed ſemper eſt. Vnde & accepit Hieronymus id quod indicauimus paulo ſuperius. Et Iuſtinus Martyr in admonitorio ſuo contra gentes ὤν (ait) ſignificat Dei æternitatem, quia comprehendit medium initium, & finem, ideſt, præterita, præſentia, & futura. Et vt ipſe fatetur excepit hoc ex Platonis dogmatibus. Nam eſſe vniuerſa ambit, & eſt vniuerſorum fundamentum. Nanque extra ens nihil eſt, nullaque eſt perfectio ſine eſſe, & in ipſo eſſe nulla imperfectio ſub intelligitur vt in ſapientia, iuſtitia, & reliquis, hoc genus quæ perfectiones non nihil ex propria ſignificantia imperfectionis immiſcent. Nam iuſtitia eſt qua iuſti ſumus, & ſapientia per quam ſapimus, vbi vides iam concernere ſubiectum hæc quæ dixi mus, vnde ipſa pendent. At eſſe nihil concernit aliud extra eſſe. Dixit porro Marius Victorinus lib. 3. contra Arrianos germanius eſt quòd tribuamus Deo eſſe, quam ens, & vitā quam viuens, &c. hoc genus. Duxit enim abſtractius eſſe, eſſe, quam ens, vitam quam viuens. Et re vera de Petro affirmare quilibet poteſt, Petrus eſt ens: at non tam licentius aſſim dicere Petrus eſt eſſe, vt Petrus eſt viuēs, non tamen vita. Deus autem eſt eſſe, &c. Nanque eſſe vniuerſa in ſe imbibit, abſtractiuè, ideſt, puriſsimè. Ideo germaniſsimè Deum eſſe dicimus ipſum eſſe. Quia omnia ad quæ eſſe extendere ſe poteſt, Deus in gremio ſuæ diuinitatis cumulatiſsimè habet. Aut ſi Metaphorica loquutio hæc tibi eſt faſtidio, dicito in diuinitate vniuerſa quæ cogitari poſſunt, comprehenduntur. Cæterum arcanæ diuinæ ve literæ etiam concretiua nomina non abhorrent. Exod. 3. qui eſt miſsit me ad vos. Et Deus viuens, & vita, & verus & veritas, &c. appellatur, ſæpè ex more diuini ſermonis. Cæterum me fugit locus ſacer qui Deum appellet eſſe, & ſi nō me fugit locus qui Deum appellet ens, ſeu quod idem eſt, qui eſt, vt etiā patet locus docens Deum eſſe ſpiritū Ioā. 4. at ſpiritualitas neſcio vbi Deus in ſacris vocetur literis. Eſt ſanè vtrumq; Deus, & ſpiritus & ſpiritualitas. Porrò diuinus ſermo ita ſeſe attemperat humano ingenio, vt familiarem amet ſermonem, qui pandat non vulgaria diuinitatis ſacramenta. Non eſt autem admodū familiaris vox ſpiritualitas, aut eſſe, aut ſi quę ſunt huiuſmodi abſtracta.

Plato notandus.

Obſerua hæc.

Eſſe & ens nihil claudunt imperfectionis.

Vulgaris ſermo ſacer pandit non vulgaria ſacramenta.

Deus igitur aptiſsimè ipſum eſſe, aut ipſum nuncupatur ens. Nanq; ex Ariſtotele didicimus. 2. Metaphy. tex. com. 4. primam cauſam eſſe primum verum, primumque ens per ſe, à quo cætera id quod habent entitatis hauriūt. Et quædam clarius, alia obſcurius repræſentant diuinitatem, ſecundum quod quædam vberius alijs diuinum eſſe participant, habes hæc. 1. de cœlo tex. comm. 100. Ideoq; ſcripta ſacra Deum nominant, qui eſt, quippe nullus eſt diuinitatis lapſus, vt in nobis, qui aliquando fuimus pueri, & iam tacitis ſeneſcimus annis. Neq; diuinitati aliqua ſperatur acceſsio, aut timetur receſsio, vt dicatur aliquid incrementi, aut decremēti futurum eſſe Deo. Ideo pronūciauit Hieronymus Deum neq; fuiſſe aut fore, ſed ſemper eſſe. Quippe totus Deus, totus in ſe manet immutabilis, & à temporali bus differentijs longiſsimè exiſtens: quippe qui æternus eſt: ideo Deus eſt ipſum eſſe, non fuiſſe, aut fore. Porrò diuinæ ſcripturæ ad humana ingenia in diuini numinis docēda gloria formanda inſudat. Quare ſeſe aliquando ſubmittunt in orationis ſtylo, & familiares ſermones propterea non horrent. Quare legimus differētias omnes temporis Deo tribui. Apocalypſis enim Ioannis nos hæc docet dicens. Qui es, & qui eras, & qui venturus es. Et Paulus. Qui elegit nos (ait) ante mundi conſtitutionem. Et dominus, Clarifica me pater apud temetipſum, ea claritate quam apud te habui, antequam mundus fieret. Et rurſum in Pſalmo filius meus es tu, ego hodie genui te. Et ſunt innumera huius generis teſtimonia, in quibus vt cernis omnes temporis differentiæ Deo tribuuntur, ſiue præteriti, ſiue præſentis, ſeu futuri. Et quid obſtat ſi dixeris Deus fuit æterno, & erit æternò? Hieronymus igitur hoc tantum voluit Deum immutabilem eſſe, ideo dixit neq; fuiſſe præteritum, neq; futurum fore, ſed præſentem eſſe.

In Deo neq; ſperatur ac ceſsio neque timetur requi ceſsio.

Diſputatio ſecunda. Num eſſe ſeu exiſtere Deo ſit intrinſecum ſiue eſſentiale.

OCCVLTA qualia ſunt inuiſibilia per notiora quæ ſunt veſtigantibus familiaria, magis exquirenda eſſe ignorat nemo: neq; Theologus neq; Philoſophus. Propterea eſſentias

sentias creatas cũ existentijs suis versare prius opus facto est: vt in illis facto prius gradu, ad super excelsissimam Dei naturam scandere promodulo in firmitatis nostræ liceat. Videtur autem esse creatum essentiæ creatæ non esse intrinsecum, imo accidentarium illi. Primo quia essentia hominis, id est, animal rationale non comprehendit esse. Accidit enim essentiæ hominis, q̃ sit aut non sit. Possumus nanq; intelligere essentiam nõ extante re, cuius est essentia: vt rosam esse florem, nõ extantibus in hyeme rosis facile intelligimus. Neq; definitio hominis traditur per esse animal sci licet rationale existens, sed solum animal rationale. Itidem de alijs essentialibus definitionibus est iudicium. Vt in proœmio primi posteriorum docemur, Secundò Aristotel. posteriorum in principio quæstiones enumerans, scibiles inter quæstionem essentiæ & existentiæ distinxit, geminam esse dicẽs quæstionem. Alia enim est quæstio si est, quæ est de existentia, alia quid est, quæ est de essentia, non ergo sunt idem essentia & esse. Tertio Arist. 3. de anima tex. cõm. 9. aliud est (ait) magnitudo, aliud magnitudinis esse. Quę verba idem prætexunt, quod argumenta priora prætendunt. Indicant enim essentiam rei nõ esse idem atque esse. Quartò præter hęc essentiæ prædicantur æternæ. Autore nanque Augustino æterna est hęc veritas tria & duo sunt quinque. Ergo similiter hæc est æternæ veritatis, homo est animal rationale, & in alias definitiones essentiales excurras, quæ omnes eandem subibunt legem. At existentiæ sunt temporales, vt q̃ homo existat, aut equus temporale est. Cæterum æternum & temporale, re ipsa secernuntur.

1. Argum.

2. Argum.

3. Argum.

4 Argumẽ.

Rursum existere est actus essentię, & essentia est in potentia, vt hunc actum excipiat, at actus & potentia realiter distinguuntur, ergo essentia & esse. Maior confessa est Metaphysicis. ¶ Contra vero est, nã substãtia habet substantiale esse, ergo est sibi intrinsecum. Antecedens collige, quia fieri non potest substantiam accidentale habere esse, nam si ita esset, substãtia esset accidens. Item. 4. Metaph. tex. comm. 3. ens additum alicui non facit diuersitatem: nam idem est ens homo, & homo: igitur additum essentiæ huic, animal rationale existens, idem est quod animal rationale. Nõ ergo est accidens essentiæ. Nam si accidens esset, faceret diuersitatem illi additum.

Argumenta quæ agunt partem diuersam.

Decisio quæstionis & obseruatio de.

Quæstio hęc nodosa quam maximè est, & quæ mœandris varijs implexa latebras habet sinuosas pluspquam satis. Ideoq; illã placet ex alto repetere, si forsitã mœãdros eiusdem extricare poterimus. Plato igitur quem denarrat discipulus suus Arist. 7. Meta. text. com. 5. essentias rerum tradidit esse idæas, abstractas vè formas ab indiuiduis. Iuxta cuius placitũ peruia est nostra quæstio, essentiam esse re diuersam à rebus. Etenim idæa hominis nõ erat Petrus, vel Paulus, at potius isti hominum essentiam participabãt, & illius participio fruebantur indiuidua. Cæterum hoc Platonicum placitum Peripateticis collapsum iam diu est machinis. Ideoq; Philosophi alij idæis explosis in reliquo à Platone non discrepant. Affirmant enim essentiam non esse idem, atque in diuidua, quę habẽt essentiam: eteniin esse est indiuiduorum, vt Petrus est homo, & habet has carnes, & hæc ossa, & reliqua, quæ materia indiuiduãdo suppeditat. At vero essentia ab istis abstrahit, vt animal rationale non carnes has, aut ossa hæc, aut colorem cæsium oculorum, vel subnigrum, &c. conuehit secum: sed tantum rationem communem omnibus hominibus, hoc est specificam amat. Hãc sententiam Auicenna lib. Meta. 5. ca. 5. amplexus est. Quo loco nõn obscurè testatur esse accidens essentiæ, esse, & eius additamentum. Et Algazellus subscripsit, vt commemoratur cõmentator Auerroes lib. suo, cui titulum fecit Destructio destructionum disputatione octaua. Cuius verba referuntur inibi, Deus (ait) est per se ens, at creaturæ habent esse per additamentum, quia recipiunt esse à Deo, Deus vero à nullo recipit esse, ideo à se est Deus & per se est & non per aliud.

Plato quid de essentijs.

Auicennæ & Algazelli placitum de essentijs.

Neq; abhorret à placito horũ Arabũ Philosophorũ S. Tho. in opusculo de ente & essentia. 30. c. 2. & 5. & in summa cõtra gẽtes lib. 2. ca. 5. & in 1. p. q. 3. art. 3. & 4. imo it in horum sententiam manibus & pedibus. Porrò cõmentator carpit Auicennã. 4. Meta. com. 3. & 10. Meta. com. 8. & reprehẽsionis causa est, quod dixerit Auicenna esse accidẽs essentię, & illius additamentum. Decreuit enim Auicenna vnum, & ens significare dispositiones additas naturæ: itaq; natura vel essentia nõ est vna per se, sed per dispositionẽ additã, & itẽ habet esse non per se sed per dispositionẽ superadditã. Quare ens, vnu, & essentia, realiter differunt, iuxta huius Arabis decretum, in quem inuehitur alter prænominatur Arabs, & rectè colligit aduersus coarabem. Nanque si ens, & vnum sunt dispositiones rebus superadditæ: quærendum restat de istis dispositionibus

Auerroes contra Auicennam.

tionibus vnde habent vnitatem, & exiſtentiam, num per ſe, an per alias diſpoſitiones? eligat alterutrum, & quod maluerit affirmet Auicenna, & non euadet, vel proceſſum in infinitum ſi ſecundum aſſumptorum dederit, aut ſi primum, iam ergo ſi diſpoſitio eſt per ſe vna, cur non ipſa res cuius eſt diſpoſitio? & ſi diſpoſitio eſt per ſe ens, cur non ipſa res cuius fateris eſſe diſpoſitionem ſuper additam?

Algazellus Philoſoph⁹ exploditur.

¶ Algazellus vero peius errauit, quam Auicenna eodem indicante Auerroe. Etenim aſſerebat eſſe, vel ens, eſſe de conſequentibus eſſentiam: vt accidens conſequitur ſubſtãtiam.

Prima ꝛ° contra.

¶ At vero fallax eſt Algazellus, quippe ſi ad eſſentiam conſequitur eſſe, ergo eſſentia eſt ſibi cauſa vt ſit, & cauſaret ſuum eſſe, quo nihil impoſsibilius.

2ª ꝛ°.

¶ & rurſum eſſe eſt actus eſſentiæ, at actus ſimpliciter prior quam eſt potẽtia. 9. Metaphy. & 8. Phyſico. vt forma ſimpliciter eſt prior quam materia: quãquam ſecundum quid materia eſt prior forma. At vero comparatio eſſe, & eſſentiæ, eſt vt formæ ad materiam. Nam qui intelligit eſſentiam ſine eſſe, eſſentiam incompletam intelligit, vt materiã citra formam intelligens, demumq; eſſentia completur, quando actu eſt.

¶ Cæterum Arabes iſti & Auicenna, & Algazellus eiuſdem Auicennæ collectarius illo tendunt ſuis aſſertionibus (quas audiſti) vt indicent eſſe creatũ quidem, non eſſe intrinſecum creatis rebus. Diuinum autem eſſe Deo quam maximè intraneum: quippe creatũ eſſe eſt ab extraneo agente, & ab illo pendet. Quare poſsibile eſt creaturas eſſe, & non eſſe, quippe ab arbitrio ſummi agentis illarum eſſe eſt pendulũ. Ideo dixerunt accidẽs eſſe: at diuinum eſſe ab alio non pendet agente. Quippe in creatum eſt. Quapropter eſt ſibi eſſe intrinſecum, quia Deus à ſe habet eſſe.

Deciſio quæſtionis.

Porrò autem vt deciſione ſibi digna hanc quæſtionem donemus quædam mihi viſum eſt præiacere notanda: quibus abſolutis parabo tibi viam vt rem iſtam caliginoſam maiori luce cõſequaris. Et primo vt ab hoc inchoemus, eſt aduertendum Ariſtotelem eſſentiæ nomen non vſurpaſſe, quãtum recolo ex ſcriptis eius, ſed ſubſtantiam vſurpat loco eſſentiæ. Nanque in. 5. Metaph. tex. 15. quatuor modis fatetur ſubſtantiam accipiendam, quos quatuor in duos denique conducens ait. Subſtantia primo modo eſt ipſum ſubiectum vltimum de quo cætera prædicantur, & ipſum de nullo alio. Vocat ſubiectum vltimum ſubſtantiam primam, vt eſt Petrus, Paulus, hic lapis. Quod ſanè eo vltimum ſubiectum vocatur, quia omnibus prædicatis eſt ſubiectum: & ipſum nulli ſubijcitur. At ſubſtantia dicitur prima quia omnibus alijs ſubſtat. Ideò maximè ſubſtantia eſt. Secundò modo ſubſtantia eſt id quod hoc aliquid, & ſeparabile eſt, & tale eſt ſpecies & forma vniuſcuiuſque. Et hoc itidem inibi vocatur quodquid erat eſſe: cuius ratio eſt definitio eſſentialis & hoc ait eſt ſubſtantia vniuſcuiuſq;. Itaque ſi verba expendiſti, eſſentia, ſubſtantia, quiditas, eſt id quod ſignificatur per definitionem rei eſſentialem: vt animal rationale eſt quiditas hominis, ſubſtantia eius, & eſſentia eius, atque ratio eius. Decreuit autem hanc eſſentiam eſſe ſeparabilem, tu ſubaudi per intellectualem conſiderationem, ſecernitur eſſentia à materialibus conditionibus, ab vnitateque, & pluralitate, ab actu exiſtendi, vel non exiſtendi. Nã ipſa natura rei purè conſiderata, rei eſt eſſentia, vt animal rationale hominis eſſentia.

Eſſentia rei vt ſeparabilis à re.

Secundò annotabis eſſentiam non competere rebus impoſsibilibus. Nam hyrcoceruus, aut chymera, & alia id genus impoſsibilia nõ gaudent eſſentia. Quippe quæ impoſsibilia ſunt, ſolummodo igitur poſsibilia eſſentia à Deo ſunt dotata, qualia ſunt homo, equus & &c. Vnde ad veſtigandam eſſentiam cuiuſpiam rei, primo præueſtigare oportebit poſſibilitatem idcirco Ariſt. 2. poſterio. in principio quæſtionem ſi eſt, præmiſsit quæſtioni quid eſt. Et quæſtio ſi eſt, de poſsibilitate quęrit. Quapropter quod in potentia eſt eſſentiam habet quoque in potentia: quod autem habet actu eſſe, & eſſentiam itidem actualem habebit. Et rectè dixit commentator libr. de ſtructionum loco indicato eſſe præcedit quiditatem, id quod iam peruium tibi erit, ſi hęc quæ diſſerimus, obſeruas. Nam primum eſt rem eſſe poſsibilem, quam eſſentia compotem eſſe.

Impoſsibilia priuantur eſſentia.

¶ Sunt porrò quidam Arabicam Metaphyſicam plus nimio amantes: ideoque cõtendunt ex Auerroe, non eſſe hæc duo cenſenda idem quiditas & eſſentia. Nanq; eſſentia rerum compoſitarũ ex materia & forma eſt compoſita: at quiditas non eſt compoſita. Non enim cõflatur ex materia & forma, imo ipſa forma ſola quiditas eſt. Nãq; ſcripſit Ariſtote. materiam non eſſe quid, neque quantam, neq; qualem, ideo iſti tradiderunt materiam non eſſe quiditatem, ſed quiditatis vehiculum, ſeu delatorium. At mea ſententia iſti rigidius rem obſeruant quam ſit opus facto. Ego enim lego in Ariſtotele ſubſtãtiam eſſe

Quiditas & eſſentia.

ipſum

ipsum quodquid erat esse,& formam & speciem,&c.vt dudum indicabatur,igitur ipsum quodquid erat,& ipsum hoc aliquid,& substantia rei quam diximus vsurpatam ab Aristotele pro essentia rei idem sunt.Ideo promiscuus est vsus harum vocum, & nos promiscuè illas vsurpabimus.Materia enim etiam si non sit quid est sanè ipsa sola, at iunge illam formæ & efficitur quid rei.Nanque quiditas hominis non est simplex sed composita, ergo asserit sibi materiam. Iam ergo hæc sit prima conclusio essentia possibilis,& esse possibile idem sunt,hæc perspicua est,quippe essentia possibilis est essentia quæ potest esse, igitur essentia possibilis est esse possibile.Secunda cõclusio essentia actu est esse actu,hæc prompta est, nam essentia actu existens humana,est ipsum esse substantiale,existens hominis.Nam cape essentiam hominis est animal rationale,at animal rationale existẽs est ipse homo existens,igitur essentia actu existens,est ipsum existens,& vt diximus existere substantiale,non aliud est quam substantia ipsa existens.

1.Conclusio.

2.Conclusio.

Tertia conclusio,existere actu non est accidens commune,neque proprium.Et q̃ non sit commune liquidum est,quia ablata re aufertur eius essentia,& ablata essentia aufertur res ipsa existens:igitur non est commune accidens.Nam accidens est quod aufertur, salua re cuius est accidens:adest nanq;, & abest re ipsa incolumi.Et præterea accidens additum rei facit diuersitatem in re.At.4.Metap. tex.3.ens additum, nihil generat diuersitatis, idem enim est homo ens,& homo:& essentia existens,& essentia.At non idem sunt homo albus,vel homo sapiens & homo.

3. Cõclusio.

Quod vero non sit proprium accidẽs,colliges,etenim hoc accidẽs fluit ex essentia rei vt risibilitas ex humana essentia, at esse non fluit ex essentia, consequeretur nanq; essentiam esse sibi causam essendi. Porrò fieri nequit,vt aliquid sit sibi causa vt sit.Nam quidquid est creatorum aliunde habet esse, vt supra commemoratum est.Præterea esse communissimum omnibus est rebus,non ergo est accidens proprium alicuius.

Quarta conclusio essentiæ rerum non sunt æternæ.Hæc est Catholica conclusio. Quippe fides catholica præter Deum nihil confitetur æternum, sed vniuersa cœperunt esse Deo opifice in tempore,& creatis rebus creata sunt rerum essentiæ. Vt creato homine creata est hominis essentia.Aut si mauis concreata est essentia,etenim essentia, est veluti pars quædam rei quam vocant Metaphysicam, quam Aristotel.etiam nomine,partis nuncupauit.5.Metaphy.text.15. Appellauit nanque ipsum quodquid erat esse, vel ipsum hoc aliquid formam, forma vero significatur vt pars rei: ergo vt sæpe superius admonuimus totum iuxta Aristotelem est quod fit vel generatur,partes vero congenerantur. Ità dices in præsentia res ipsa quæ significatur vt totum est,quod creatur à Deo, at vero id quod significatur tanquam pars, concreatur. Quare essentiam diximus rei cõcreatam fuisse cum re ipsa. Vnde recta est loquutio essentia hominis,non tamen aptus est si dixeris sermo homo essentiæ,cur ita?nempe quia essentia est velut pars rei,& non res ipsa pars essentiæ,ergo ante creationem rerum essentiæ non extabant, sed tum demum extiterũt quando res ipsæ Deo vocante in lucem prodierunt.Quod vero quidam decertant essentias esse æternas,non q̃ ipsæ extitissent æterno:at q̃ connexiones sunt veræ æterno,vt homo est animal rationale,aut quòd tria & duo sunt quinque.Reuera quanquam mihi aliquã do placitum arrisit,iam nunc non est cur arrideat.Nam nullo extante homine ante secula condita,vnde hæc vera erat,homo est animal rationale?Nãq; ab eo quod res est vel nõ est,oratio dicitur vera vel falsa.At si res nulla erat,neq; propositio erat vocalis, vel scripta, nisi mentalis apud diuinam mentem: vt ergo illa vera homo est animal rationale? Nanq; si de iudicio diuinæ mentis agitur non solum apud diuinam mẽtem illa vera erat, quinetiã contingentia quę Deo disponẽte futura erãt, vera erant:vt quod Adam erat creandus,& q̃ collapsurus erat,&c.& secundum diuinæ mẽtis rationem non solum essentiæ æternæ,quin etiam contingentes veritates æternæ erunt apud diuinam mentem. Porrò non de diuinæ mentis iudicio nunc sermo versatur.Quapropter etiam hæc tria & duo sunt quinque, tum non erat vera,quia ante quam Deus apta ret suo verbo secula,& ex inuisibilibus (vt Paulus ait)faceret visibilia,neq; erant duo neque tria,vt ergo erant quinque? & miratu dignum est commentum hoc de connexionibus,quas isti Metaphysici recenter excogitarunt, nam illos si rogites, connexio est ne connexorum?inuiti annuent: iam ergo nulla tum extabant quæ connecterentur, quomodo igitur erat connexio? Rursum connexio hæc num realis,an apud intellectum? rea

4.Conclusio

Essentia rei concreatur.

Num essentiæ sint æternæ differitur.

lis non erat quia nulla erat, ergo non erat realis hęc connexio, homo est animal rationale, aut tria & duo sunt quinque, quid ergo erat connexio mentalis? at tum nulla mens nisi diuina, quæ non solum intelligebat illa quæ diximus vera esse, imo & contingentia, vt iam dudum colligebatur. Et rursus hæ connexiones in quibus isti gloriantur, vt essentias velint esse æternas, num ante mundanam fabricam, erant aliquid aut nihil, si aliquid ergo præter Deum aliquid est æternum, & ita non essent à Deo essentiæ creatæ, quippe ante creationem iam aliquid erant, hoc autem à fide alienum est: sin nihil erāt, vt ergo æternæ? si quidem quod nihil est, æternum esse nequit. Scite igitur articulus Parisiensis hanc essentiarum damnauit æternitatem. Et re vera huiuscemodi connexio aut est prædicati cū subiecto, & tunc neque erant prædicata neq; subiecta, quia nihil creatum erat: aut erat connexio rei cum re, vt animalis rationalis cum homine, sed neque hoc, quia homo non erat, neq; animal erat, neque rationale tunc erat. At dices cōnexio erat semper vera, homo est animal rationale, edit enim sensum hunc, hoc esse essentiale homini, & hoc semper fuit verum. At pronomen hoc quid tum demonstrabat, quando nihil erat, vtique nihil demōstrabat, & quod nihil erat, non habebat essentiā, sed quomodo erat res tum in potentia, habebat sanè essentiam in potentia, connexio ergo illa, homo est animal rationale actu non existebat, sed potestate, vt cætera cuncta. Nisi quòd hæc connexio & aliæ eiusdem farinæ essentiales ita erant in potentia, q; simulatque subiectum actu extitisset, necessario erat illi coexistens prædicatum: vt facto homine necessario confiebat (vt sic dixerim) essentia eius, & de illo prædicabatur, non tamen itidem de prædicatis alijs quę contingentia, aut non intranea erant.

Nauissime arguit & vrissime.

Vt essentiæ æternæ.

Simeon ostendit insipiēte hanc repugnantiam.

Quinta conclusio, essentiam non possumus abstrahere mentis nostræ opera ab esse possibili, at ab actuali existentia abstrahere non est impossibile. Prior pars facilior est quam quæ egeat persuasione: quandoquidem si abstraxeris potentiam ab esse possibili, ipsa relinquitur impossibilis, at impossibile orbatum est essentia. Quod vt cernas, aduerte, essentiam atq; rei naturam vsurpari pro eodē, at discrimen est secundum rationem: quippe re non discrepant, nisi q; natura est coniuncta motui: est enim principium motus & quietis, at essentia abstrahit à motu & quiete, à cæterisque alijs omnibus quæ rei essentialia non sunt. Iam vero si natura est essentia rei at impossibilia naturam nequeunt habere, igitur neque essentiam. Etenim quod naturam habet existentiam potest habere consule Thomam. 1. par. quæst. 39. artic. 2. Posteriorem autem huius conclusionis partem quam maximè obseruare oportebit, ex hac enim lux pēdet totius quæstionis, si sanè res intelligatur. Est igitur aduertendum nos posse essentiam intelligere rei, vt hominis aut trianguli, aut quam voles cape in exemplum essentiam, etiam si non intelligamus illius existentiam. Id quod æquè est atque si dicamus (si nō calles) scire possumus quid sit homo, etiā si nos lateat, an sit hic vel ille homo. Item scire facultates herbarum valemus, & lapillorum, etiam si nos lateant, an sint tales herbæ aut lapilli, hoc promptum est. 1. posteriorum. Nam aliud est scire vnitatem esse, aliud quid sit vnitas. Et siquidem indiuidua non sunt scibilia, & ipsum quodquid est scibile est, propterea essentia rei scibilis est, & facultates illi propriæ, etiam si existētiam actualem, id est, indiuidualem ignoremus. Et in re hac Arabum & Græcorum Philosophorum concessio est: imo & Latinorum. Vnde Auicenna deduxit loco notato sententiam, quiditatem præcedere esse, quia poteramus essentiā planè perspectam habere sine notitia existentiæ indiuiduorum. Quare collegit esse aduentitium, & accidentarium esse essentiæ: quando quidem essentia prior est quam esse, & hoc illi aduenit, & veluti circūforaneè illi accedit: vt albedo accessoria est homini. Et re vera cum commentator hoc idem sapiat, scilicet quiditatem rei esse intelligibilem citra existentiam, mirum videbitur alicui, cur Auicēnæ opinionem neget existentiam esse aduentitiam essentiæ. Imo dicit esse, præcedere quiditatem libr. destruc. indicato. Aduertamus porro nonnihil de indiuiduatione, vnde elucidatio vberior huic dubio meandrico accedere quibit. Quærat igitur fortasse aliquis, vn de res sibi parant indiuiduationē? num à materia? num à forma? etenim à materia parari in primis videtur, nam. 7. Metaphys. comm. 28. materia est quæ multiplicat indiuidua, in eadem specie, & hoc apud Aristotelem, & suum alumnum Auerroem non semel reperies, ergo materia indiuiduat formas materiales, id est, coniunctas materiæ, de quibus hic vertitur sermo. At vero ratione idem confici tur, nam Petrus & Paulus non differunt in forma

Essentia & natura vt differunt.

Essentia intelligitur sine existentia.

Dubium.

Vnde indiuiduatio sit ue stiganda.

Prima ratio.

2ª ratio.

forma,seu hominis essentia, sed solum materia,quia alias carnes atque alia ossa,&c. habet hic,quæ non habet ille? Cæterum si secūdum librum de Anima legis comm.9.indiuiduum videbis esse indiuiduum à forma. Etenim est indiuiduum quod actu singulariter existit:at existentia rei non est à materia,imo à forma. Nam existentia actualis non potest esse à potentia qualis est materia,quippe potētia passiua materiæ non dat actum,imo actualis existētia erit potius à forma,quæ verus est actus à quo proficiscitur actualis rei existentia: vt tradidit ex peripatetico dogmate Boetius libr.de esse & vnitate. Et tu obserua hanc rationem nostram diligenter, cui accedat alia. Tu ais has carnes, & ossa hæc verbi gratia multiplicare indiuidua in hominibus,at carnes istæ,& ossa hęc num fiunt à materia?non arbitror. Nanque caro hæc & hoc os à forma habent esse,ab anima nempe quæ secundum variam membrorum complexionem ex chimo hoc reddit carnem, illud vero os, illud sanguinē, &c.ergo à forma est indiuiduatio, dico substantiali forma:nā de indiuiduo substantiæ modo agitur disputatio? Nanque qui rentur ab accidentibus vt à similitate,crispitudine,&c.hoc genus substantiam esse hanc,erant toto cœlo. Substantia enim est prior accidentibus.7.Metaphy.text.comm.14. &.13. ergo prius est hæc quam accidentibus afficia tur,vt ergo parabit à posterioribus sibi indiuiduationem?quandoquidem esse indiuiduale Petri est substantiale esse, at accidētia si illi donant indiuiduationem,donabūt profecto esse accidentale,id quod stupidi est asserere ingenij. Imo verior est Philosophia accidentia indiuiduari à substantia. Nam eo sanè accidentia sunt hęc quia sunt in hac substātia,vt albedo niuis.A. & albedo niuis. B. numero differunt, quippe quæ sunt in duabus substantijs? Porrò autem non diffiteor accidentia à posteriori ducere nos in notitiam indiuiduorum,accidentia enim cum sint nobis notiora substantijs.1.de anima text.comm.11. illa nos manu ducunt ad distinguendum indiuidua. Et non solum hoc, imo ad callendas substantias,nam accidentia magnam partem conferunt vt promptum sit nobis quodquid rei.Obseruandū porro esse accidentia quędā quæ sunt de coexistentibus tametsi nō de inexistentibus.Qualia sunt tēpus,& locus, quæ tamen momentū habent ad indiuiduationē dijudicandam quandoquidem quæ diuersis generantur temporibus, esse eadem numero lex naturæ nō fert:imo illa necesse est numero esse plura,vt etiam quæ locis diuersis generantur esse plura est necessarium. Quanquam non subinde consequium est, vt quæ eodem tempore fiunt,aut loco idem esse,quippe sub eodem tempore & in eodem loco plura fieri quis vetat?nemo, vt si igni. A. admoueas simul in eodem temporis momento & sub eodem loco multa ligna multos tibi parabis ignes,qui sanè plures erunt, ex multitudine materierum.7.Meta.tex.comm.28. quo loco traditur patrem generare plures filios, nō formæ ratione,sed materiæ diuersitate. Ideo generat vnus pater & Sortem,& Calliam, quia istæ carnes & hæc ossa, in quibus est forma differūt numero. Et cōtēdit inibi Aristo.formā separatā à materia non se posse multiplicare,quia multiplicatio formæ vnius secūdū speciem est ratione materiæ. Et.1.Meta. text. cōm.40.idem habet,generationem enim do cet vnius eiusdemq; in specie nō posse iterari nisi propter materiam. Vnde ait immaterialia non possunt iterari, ideſt, multiplicari in eadem specie.

Porro audio te iam occinētem mihi, quid ergo est quod tradebamus ex placito cōmentatoris formā esse per quā res indiuiduatur?& sanè ita est:forma est nanq; per quam res est hoc indiuiduum. Quod si limpidius hæc cernere cupis, aspice mihi ablatam formam ab indiuiduo,& tunc demūm videbis perisse indiuiduum. Vt ablata anima iam non est hoc viuens. Vt dixit Arist.2.de anima tex.9. ablato sensū oculus mortui nō est oculus nisi ęquiuocè,& item ablata anima nihil idē est quod prius nisi æquiuocè. Vt caro hæc nō est hæc, neq; os hoc manet hoc,ablata vita, vt neque Petrus mortuus est Petrus. Vnde cōmētator 2.de anima.com.7.esse (inquit)& vnitas est à forma, & prius competit esse & vnū formæ, quā toti cōpositō. Et profectò si materia præstat hoc esse indiuiduale cū materia sit supersites abolita forma cur obsecro nō manet hoc indiuiduū ? Vtiq; non manet quia forma est per quam res est. Et mea sententia plus satis faceſſunt nobis negotij hæ testimoniorū varietates Aristotelis & sui alumni Auerrois:vt autē pro mea tenuitate rem tibi exponam,scito primū indiuiduationem habere multiplicē causam,& materialē,& formalē,& efficiētē. Nanq; indiuiduū totidē causas habet, missa finali. Est ergo indiuiduationis causa formalis ipsa forma quæ est hæc per se ipsam, quia habet formaliter esse hoc per se, & ab eadem

Prima ratio probans ēē indiuiduationem a forma.

Obseruanda ratio probans indiuiduationem esse à forma.

improbatur opinio quorūdam de indiuiduatione.

Accidentia a posteriori deducūt nos in notitiam indiuiduorum.

Exponūtur & conciliātur sibi Aristoteles & Auerroes de indiuiduatione.

habet indiuiduum formaliter quod sit hoc (vt non semel diximus.) At vero forma hæc non esset hæc, neque ab agente produceretur hæc nisi ex diuersa materia. Ex diuersis enim materiebus, aut materijs distinctæ quoq; educuntur formæ, vt de diuersis diximus lignis ex quibus plures formantur ignes. At vero anima rationalis quæ non fit extra duce non indiuiduatur, neque hæc ab hac materia fit, vt cæteræ formæ naturales, sed indiuiduationem habet effectiuè ab vno autore Deo, qui finxit illam, & in corpore humano infudit, & solus ipse est plastes eius. Quapropter ipsa à corpore superstes est, hæc quippe quæ immortalis est. Scio aliquem mihi occinere animam rationalē esse hanc, non quia ex hac materia fiat, sed quia est in hac materia. Id quod insinuat Aristot. 7. Meta. text. 28. Sortis dicens & Calliæ animas, esse differentes quia sunt in his carnibus, &c. Porro autem operatio propria animæ rationalis non dependet ab organo corporeo, ergo nec eius indiuiduatio pendebit à corpore, Aristotelis autē exēplum vt differatur alte esset repetenda eiusdē sententia de animæ immortalitate, de qua re alibi. At vero anima rationalis quoq; formaliter est hæc per se ipsam, vt cæteræ formæ. Et q̄ mireris vehementius, materia non habet indiuiduale esse, quòd sit hæc nisi ab hac forma: quippe vt diximus esse indiuiduale est esse actuale: id quod materia conferre nequit, effectiuè autem forma est hæc ab hoc agente, quod sub hoc tempore & loco hanc formam & non illam parit. Colligas suminatim perstringens quæ diximus materiam esse causam indiuiduationis materialem: at forma est formalis, agens vero educens formam de potentia materiæ effectiua. Neque monstrum putes, materiam esse causam indiuiduationis formæ, & formam materiæ, in diuerso enim genere causæ nihil monstruositatis hoc habet. Est enim conditio necessaria vt hæc forma sit forma hæc, quod fiat aut educatur ex hac materia. Quanquam esse indiuiduale non poterit sibi arrogare materia quæ est in potentia. Et tu obserua verbum quod dixi conditio est necessaria pro indiuiduatione rei, quòd fiat ex hac vel ex illa materia, non tamen esse indiuiduale à materia progredi. Et ita conciliabis Aristotelem sibi, & suum alumnū plane interpretaberis. Aduertēdum supereſt nomine materiæ ex qua indiuiduationem esse testatus est Aristoteles nō subaudire oportebit solum materiam primam, quæ est in pura potentia, quinetiam materiam secundam quæ est in actu, vt prompta tibi est ostensio, in ligno id quod est materia artificialium. Quapropter dixit Aristo. Sortem & Calliam quos genuit pater vnus patri esse similes secundum formam: at differre secundū materiam. Et exemplum statuit de secunda materia, differunt (ait) numero per has carnes, & hæc ossa. At vero istæ carnes & hæc ossa ex quibus coalescunt hoc genus indiuidua, non sunt materia prima sed secūda: quia sunt formata entia, hæc caro, hoc os, hoc mēbrum, hæ venæ, hæ arteriæ, &c. Quamobrem si sermo de hac materia est, in dubium ne reuoca huiusmodi materiam præstare esse indiuiduale, siquidem vt dixi, hæc sunt formata entia, & non sunt informia de se, vt materia prima quæ nisi in potentia, ens non est de se vt sæpè tradidimus.

Iam vero vela plicemus, & ad pristinum choax sermo noster regrediatur, nanque ex istis perspicuum est, essentiam abstrahibilem aut intelligibilem esse deductis indiuidualibus existentijs. Etenim humanitas à conditionibus indiuiduantibus deduci mentis opera potest. Vnde dixit Auicenna. 5. Metaph. c. 1. humanitas neq; est vna neq; plures, neque est genus neq; species, neq; vniuersalis neq; particularis, sed humanitas est tantum humanitas. Et ita dicito de alijs essentijs secundum puritatem abstractionis consideratis. Id quod secundum rem ne accipito. Nam re vera humanitas est idem re quod homo ipse, & hæc humanitas idem est atq; hic homo. Nō enim sunt duo entia, neq; duæ res hæc duo, at formaliter habeto sermonem, & verum efficies eundem. Nanque formaliter non est vna, at est vnitatis principium. Quia per vnam humanitatem vnus est homo. Item non est species, sed principium formale speciei, &c.

Quanquam autem hæc submouerit prædicata Auicenna ab essentijs, quatenus esse abstractum habent, & defecatissimam rationem essentiæ sortiuntur apud intellectum, non tamē prædicata hæc ab essentijs præscinduntur prorsus. Etenim vt sunt idem cum rebus illis competunt, & vnitas & pluralitas. Si quidem vt humanitas est eadē Petro vna est, quia est hæc humanitas Petri, at vt est eadem Petro, & Paulo, & alijs indiuiduis humanæ speciei plures est. Et rursum vt est hæc humanitas singularis est, vt est cōmunis multis humanitatibus singularibus communis est, præter hæc vt eadē homini vniuersaliter cōcepto

species

Multiplex causa indiuiduationis.

Anima rationalis non fit hæc ab hac materia.

Obiectio.

Materia & forma in diuerso genere sunt sibi inuicem causæ.

7 met. et 8 ad primam rationem.

Materia secunda indiuiduat.

Obserua hæc non ocioſe ut calleas Metaphyſicã ſynceram.

ſpecies eſt, vt eadem Petro ſingularis indiuiduum eſt, &c. Demum ſecundum rem omnia admittit prædicata quæ ratione rei eſſentiæ congruunt. At vero ſecundum abſtractionẽ puritate propriæ eſſentialiſq; rationis potitur eſſentia quælibet. Et illa quæ hanc rationem puriſsimã eſſentialem non concernunt, illa reſpuit. Non eſt autem concernens hanc eſſentialem rationem vnitas: quippe ſi ita eſſet eſſentia non ſe diffunderet in plura, nunc vero diffundit ſe, vt humanitas in plures homines, neque ſpectat rationem hanc eſſentialem multitudo, quippe iam de vno, aut vni non competeret eſſentia, neque huius rationis eſſentialis eſt, eſſe ſpeciem, aut genus, quæ accidentia ſunt intentionalia, quippe indiuidua, à ſe eſſentia ablegaret, indiuiduum enim nõ eſt ſpecies, aut genus. Ideo ſi cernis ipſam eſſentiam videlicet humanitatem, vt humanitas eſt, videbis vt ſubſtrahit ab vniuerſis, quæ non ſunt de eſſentia eius. Vnde humanitas vt talis eſt, tantum humanitas eſt, & equinitas tantum equinitas. Verumtamen ego non nego humanitatem vt talem eſſe animalitatem, & rationalitatem, quia nulla abſtractio (modo vera ſit, & non mendax) abſtrahere aut deducere valebit rem à ſua eſſentia, at animalitas eſt de eſſentia humanitatis, &c. tu lege Thomam in opuſculo de ente & eſſentia. 30. cap.

Quo ſenſu hæc recipiẽda ſit humanitas eſt tantum humanitas.

Sexta concluſio.

Hoc prænotato deriuare volo ſextam concluſionem, eſſe exiſtentiæ creatum accidens eſt eſſentię creatę, quam vt exacte teneas, notandum duxi accidens gemina ratione nuncupandum aut nuncupatum eſſe apud peripateticum, ideſt, q̃ non eſt ſubſtantia, ideſt, non collocatur in prædicamẽto ſubſtantiæ vt album. Alio vero modo quod non eſt de eſſentia rei. Dixit nanq; Ariſt. in prædicamentis hominem accidere animali: cur ita ſi rogites, Ariſt. dicet tibi hominem accidens eſſe, non q̃ non ſit ſubſtantia, cæterum quia non pertinet ad quiditatem animalis, idcirco accidens æqua ratione appellatur. Hac ergo obſeruata loquendi forma, dicito eſſe exiſtentiæ eſſe ſane ſubſtantiam primo modo. Eſt enim eſſe ſubſtantiale vt exempli gratia Petri & Pauli. Nam eſſe Petri, eſt Petrus, vt eſſe Pauli eſt Paulus, qui ſunt ſubſtantiæ primæ, & eſſentia hominis eſt ſubſtantia, & ſuũ eſſe actu, eſt itidem ſubſtantiale, vt ſupra diſſerebamus. Verumtamen quia eſſe actuale (quod eſt indiuiduale) eſt extra eſſentiam rei propter hanc cauſam eſſe dixerim eſſe accidens. Poſſumus enim planè intelligere eſſentiam rei ſine exiſtentia indiuiduorum, vt ſine accidentibus, vt iam prænotatum eſt. Porrò autẽ eſſentiam Dei nemo intelligere valebit citra eſſe exiſtentiæ diuinum. Quippe ſi cogitas Deitatem ſine eſſe exiſtentiæ impoſsibile cogitas, Deum enim non eſſe eſt impoſsibile, ideo ipſi eſſentiæ diuinæ ita intrinſecum eſt eſſe exiſtentiæ vt neque cogitatio illa diſſociare valeat. Quippe ſi cogitas diuinitatem non exiſtentem in hoc Deo, illa non eſt diuinitas quam tu cogitas, quia diuinitas in propriam rationem ſuam vocat eſſe exiſtentiæ, quoniam eſt infinitæ perfectionis ab intrinſeco. Id quod in eſſentijs creatis nõ extat. Quapropter has excogitare quibimus citra eſſe exiſtentiæ: tum conſiderantur ſanè imperfectæ, & inabſolutæ: nam eſſe hoc eſt actus eſſentiæ, & illius abſoluta perfectio. At vero quia non infinitam ſortiuntur perfectionem ſine abſoluta perfectione creatam eſſentiam excogitare licebit, ideoq; in creaturis accidẽs eſt eſſe ad ſenſum præſcriptum. Etiam ſi non me fugiat apud Ariſtotelem de intelligẽtijs non eſſe perſpicuum ſi harum eſſe illis accidat. Quippe æternas docuit eſſe intelligẽtias, & æternis eſſe non poteſt, eſſe accidens, vt ſupra meminimus ex. 12. Meta. text. 51. Et multos video ex numero peripateticorum qui certam hanc ſibi perſuadent eſſe ſententiam. Ego vero vt ſuperius memini, ſcio apud Ariſtotelem Deum eſſe principium vniuerſorum, etiam num intelligentiarum. Eſt enim velut imperator relatus ad exercitum totum: ita Deus eſt imperator ſummus totius mundanæ vniuerſitatis. Vnde etiam ſi intelligentias æternas tradiderit Ariſtotel. verum illas etiam in ſua æternitate pẽdentes voluit à ſummo Deo, à quo deriuãt ſuum eſſe. Vnde quia vnius Dei perfectio eſt infinita, & independens exiſtentia. Intelligentiarum vero (quas nos Angelos appellamus) eſſe eſt dependẽs: proinde perfectio earum finita eſt. Propter hanc cauſam nihil inuoluit impoſsibilitatis cogitare eſſentiam Angeli ſine exiſtẽtia. Eſt enim nihil repugnans, ſeu contradictionem inuoluens Angelum non eſſe. Et ideo cogitare eſſentiam Angeli orbatam eſſe, valebit quilibet. Ideoq; pronunciemus ad mentem peripateticam etiam intelligentijs eſſe accidere, vt cunctis creatis rebus ſecundum ſenſum nõ ſamel prætaxatum.

Cureſſe etiã ſubſtantiale dicendũ ſit accidens eſſentiæ.

Eſſe exiſtentiæ eſt Deo eſſentiale.

An eſſe Angelorũ accidat eſſentijs Angelicis.

Ad dubium

Angeli à Deo pendẽt ſecundum Ariſtotelem.

Angelis accidit ſuum eſſe.

Porrò ſunt Theologi qui ex facto domini cæ incarnationis collectum iri exiſtimãt eſſe exiſtẽtiæ eſſe propriè accidẽs eſſentię. Aiunt

enim diuinum verbum assumpsisse humanitatem sine proprio esse, ergo esse ab essentia separabile est: quæ vero separabilia sunt non sunt re idem. At hoc argumentum non tantum est quantum ab autoribus putatur esse. Etenim humanitas in Christo habet sanè propriam sibi, naturalemq; existentiam singularem, non personalem, sed indiuidualem, per quam est hæc humanitas. Non enim accepit Deus naturam vniuersalem, sed potius indiuiduam, ideſt, hanc. Nanq; anima Iesu Christi est hæc formaliter per se ipsam, & donat esse singulare toti humanitati domini. Non enim nos latet Apolynaris hæreticum decretum. Verbum, scilicet esse formam, seu animā carnis dominicæ. Etenim verè Christus habet animam rationalem donantem esse singulare toti humanitati, quam accepit ex beatissima Virgine. Verum est autem q̄ etiam si habeat propriam indiuidualemq; existentiam, non tamen propriam habet personalem, quam habuisset, si à verbo Dei personaliter non penderet. Diuina igitur autoritate, & non alia, substantia poterit se iungi à perse existere, vt & accidens ab inexistere, vt liquet catholicis in augustissimo Eucharistiæ mysterio, vt in nostris declamationibus ad Esaiam fusius legere valebis: inibi enim tradimus quantitatē Deo operāte substātiali affici dote. Est enim per se in Eucharistia quantitas, & non cohærens subiecto, per se igitur existere, aliud est, quam existere. Quanuis igitur summus rerū opifex cuius ditioni cuncta parent, possit substantiam facere ne per se existat, & exuere à proprio genuinoq; sibi essendi modo, (vt fides de beatissima Christi humanitate docet) at à propria singulari existentia manente natura semoueri nequit: vt ergo accidentia in altaris sacramento habent propriam existentiam, non tamen inexistentiam: ita & Christi humanitas propria existentia indiuidua gaudet: at non propria per se existētia, quia Christus vna persona est, non plures. Et argumentum colligit duntaxat per se existere non esse modum intrinsecum substantiæ, vt inexistere, non est modus intrinsecus accidētis. At ais, humanitas existit in verbo, ergo non habet propriam existentiam, annuo tibi nō habere humanitatē domini propriā existentiā quantū admodū per se existendi, quā tamen habet quantū ad existere indiuiduliter. Nā Aristoteli viuere viuentibus est esse, de Iuuē. & Senec. c.1. At vero humanitas domini habet in verbo proprium viuere, ergo propriā indiuiduationem. Nec me latet non ab omnibus Theologis huic subscribi placito nostro. Quidam enim aliter Theologizant: at vtrum horum sit sanè Theologiæ magis amicum tertius sententiarum liber te docebit, si dominus dux noster fuerit.

Aduerte argumentum Theologicū & eius dilutionem non contemnendam.

Verbum accepit humanitatem singularem.

Per se existere nō esse modum intrinsecum substantiæ traditur.

Quod si indiligens nō fuisti in hauriendis doctrinis iam cōmemoratis, me silēte, & supplicias non ferente tu tuopte ingenio ductus argumenta facta in principio diluere sine magno negocio poteris. Cæterum hoc nō oppedīēte, primo dicito in hyeme hanc esse verā, rosa est flos, quia quāquam apud nos qui hoc septemtrionale incolimus hemisphērium rosæ id temporis nō extent: at vero apud alios, ideſt, Antictonas, vel Antipodas rosę sunt, id quod satis est astruendæ veritati huius, rosa est flos, vt Philoponus exponens peripateticum sermonem. 3. de anima scriptum, intellectus agens semper est actu expositus sermonē esse verum quia dormientibus nobis Anticto nes vigilāt. Quamobrem si nullibi gentiū extitissent rosæ, hæc propositio rosa est flos nō esset vera, nisi potētialiter aut secundum esse in potentia, quod habet rosa in sua causa. Dicito itidemq; de alijs huiuscemodi propositionibus, sunt qui distinguant harum sensum secundum actum exercitum, vel signatum. At vero apertior est noster sermo.

Argumentis factis in principio respōdetur.

Notandus Philopon⁹.

Argumento secundo responsio nō est difficilis, solum enim probarēt Aristotelis testimonia esse existentiæ actualis, non esse essentiale substantiæ, id quod fassi iam sumus: vt neque per se esse est illi modus intrinsecus, vt neque inhærere substantiæ est accidenti intrinsecus modus, testante Auicenna in Metaphysica sua.

Argumenti secundi solutio.

Argumento tertio respondebis esse carnis, aut magnitudinis, si sit sermo de esse indiuiduali, non esse de essentia carnis, aut magnitudinis. At vero esse possibile est illis intrinsecum, vt sæpè iam denarratum est.

Argu. tertij solutio.

Quarto argumento liquida est solutio, ex his quæ inter differendum decissa sunt. Quin tò dicendum, esse existentiæ non esse actum essentiæ aduentitium, vt accidens subiecto, aut forma substantialis aduentitia est materiæ. Nanque existere non est additio essentiæ, vt diximus contra Auicennam. Porrò actus nuncupatur, quia si intelligamus essentiam submota existentia, imperfecta & in absoluta est essentia: cæterum quando essentiam extantem cernimus in rebus, tum demum absoluta exactaq; est essentia rei. Non

Arg. 4. & 5. solutio. † in 4ª conclussione.

ergo

ergo omnis actus realiter distinguitur à sua potentia nisi is qui aduentitius est, & potentiæ additamentum, id quod existentiæ non congruit, nam homo ens, & homo idē sunt. 4.Metaphy.text.3.

Disputatio secunda. Num Deus immobilis est.

SI in campos latissimos diuinarum ingrediaris scriptura rū multa tibi obuia erūt, quę Deū mutabilem prę se ferūt esse, quæ ne malè intellecta te disturbent offerem⁹ in prę sentia. Primo igitur Deum esse mutabilem il lud præfert Gene.6. Deum pœnituisse q̄ hominem condiderit, & tactum fuisse dolore cordis intrinsecus. Rursum legimus Dei filiū missum à patre Ioannis.6. & alibi sæpè, & spiritum sanctum itidem missum Ioan.14. spiritus (ait) sanctus quem mittet pater. Itidem & legimus, Deum ascendisse, quale illud regius quod cecinit vates, ascendit Deus in iubilo, & dominus in voce tubæ. Item & Deum descendisse preco Christi nobilissimus Paulus ca.4. Ephesijs scribens testatus est, quod autē ascendit quid est, nisi quia & descendit, & sæpè alibi scripturam leges, hoc ipsum asseuerā tem: at ascensus & descensus latio sunt, quam etiam in Gene.ca.1. aduertere poteris spiritus (ait) domini ferebatur super aquas. Et rursum Sapien.7. mobilem dicit spiritum Dei, & diuinam sapientiam, mobiliorem cunctis mobilibus. Et ad hanc formam reperias non pauca diuina oracula quæ idem quod indicata sonare videntur. Et istis argumenta nonnulla accedant, Deus est liberi arbitrij compos. Etenim diuina voluntas libera est, at liberum arbitriū vertibile est ad volendum, & nolendū, igitur Deus verti potest, vt quod nū vult, nolit deinceps: & quod vult nūc velit postea. Et clarius rem exemplo ages. Voluit Deus Petrū Apostolū, & illū amabat, antequā dominū Iesum negasset, at tantisperdū negauit, illum odiuit Deus: at transitus ab amore in odium est sanè mutationis indiculū, aut est mutatio. Id quod colligas de reliquis qui sub peccato iacēt, qui dum peccato hærent, odio habentur à Deo, at excitati diuina gratia & ad se reuersi amantur à Deo.

Collato testimoniorum sacrorum.

1°.

2°.

3°.

4°.

5°.

Rem agit argumentis

Præter hæc aliquando nō creauit Deus orbem, & post modū creauit iam ergo si ex nō creante factus est creans, & ex non gubernāte vniuersum extitit gubernator mutatus est. Nam nouum opus nouitatē indicat inoperāte. Alioqui si nulla nouitas esset in autore nō se accingeret vt noua patraret, quæ antiquitus nō patrabat, accesit igitur nouavolūtas Deo, quæ in causa extitit, vt nouè hanc pulcherrimam quam cernimus vniuersi molem conderet, id quod mutationis videtur esse alicuius.

Contra est quod ex diuinis instruimur doctrinis Malachia testante.3.c. ego dominus & non mutor. Et.1.Regum.15. triumphator in Israel non parcet, neq; pœnitudine flectetur. In disputatione ista primo resecandū est Philosophis confessum, postmodum vero Theologiæ nostræ decreta manifestanda. Philosophis autē confessum est, Deum esse immutabilē, quippe motū decernit Aristot.3. Physi. tex.6. esse actū entis in potētia secundū quod in potētia. Quapropter quæ purā sortiuntur potentiā non mouētur, & quæ purū assequuntur actū non mouētur similiter. Quæ ergo media tenent viā, idest, miscentia potentiā cum actu, illa mouētur. Deus autē ex Philosophorū dogmate non est in pura potentia, neq; miscet actū cū potentia, subaudi passiua. Etenim quæ huius generis sunt nōdū perfecta sunt & absoluta, vt is qui docetur tantisperdum docetur, nondum est plenè doctus, at adhuc docēdus restat. Deus autem vltimum habet perfectionis, neq; acquirere perfectionem potest, à quo est omnis bonitas, atq; perfectio deriuata veluti ex fonte copiosissimo in omnē creaturā. Qui ergo est actus purissimus immobilis est. Porrò quia apud Aristotelē aliud est motus, aliud mutatio, decreuit nanq;.5.Phy. tex. 8. generationem non esse motum sed mutationem, propterea ostendere etiam consentaneū est rationi non solum esse immobilē, Deum imo etiam immutabilem. Nam immobilitas est diuina, locum mutare non posse Deū, neq; alterabilem esse, neq; augmentabilem, aut minuendum. Id quod Arist. patefecit aperto sermone (& reuera mirando) primo de cœlo & mūdo text.100. quo loco tradidit extra cœlum esse quædam entia beatam ducentia vitam, quæ neque senescunt, aut alterantur, aut augentur, aut minuūtur, at immota persistūt, ex quibus vita istis sublunaribus elargitur. Qui locus non solum diuinitatem immobilē indicat esse, quinetiam & substantias separatas, quas ipse intelligentias vocitat. Id quod in via Aristotelis apud me quam maximè verisimile est. Nanque Aristo. æternas voluit intelligentias esse, & spirituales substantias,

Arg. in contrarium.

Quid Philosophi de quæstione.

Deus immutabilis.

Quæ mouentur miscent actum cum potentia.

Deus immobilis est.

Motus & mutatio non sunt idem.

Angeli Aristoteli sunt immobiles.

ideo illas credidit immobiles. Imo quod peripateticis non obscuris in confesso est, & mihi non est difficile creditu Angelos quoque sine actibus volendi, aut nolendi aduentitijs, seu accidentarijs per suas substantias velle, & nolle, & intelligere. ¶ Quanquam ex dogmate Theologico istud placitum respuendum arbitror. Siquidem si sacra consulimus oracula illa nos haud dubium instruent, Angelos mutabiles esse, & secundum arbitrij facultatem, neque solum hoc, verum etiam & secundum locum quem sæpè variasse legimus.

Angeli sũt mutabiles.

De malis angelis p°. Esa. 14.

¶ Quod si testes tantæ rei desideras, promptos tibi faciam. Veniat tibi in mentem Lucifer ille qui mane oriebatur cum caterua satellitum suorum, quos omnes suum reliquisse domicilium Iudas Apostolus testatur. Et dominus Iesus de Lucifero vt memoriæ proditum est apud Lucam. Videbam (ait) Satanam tanquam fulgur cadentem de cœlo. Et quod de Satana proditum est à Luca, de Angelis eius itidem intelligito. Quę attestantur lapsui Angelico. Proinde & Angelorum mutationem secundum locum testatissimam habeto. ¶ Et de beatis Angelis non erit operosum idem patefacere Luca commonstrante. Missus est (ait) Angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Nazareth Luc. capitul. 2. Et altius rem si petere cupis, Angelus domini Iudæorum est commitatus turbas, per vastas squalidasque heremos illas deducens. Et Angelus Raphael fuit indiuiduus itineris Tobiæ iunioris socius: & hoc genus alia non pauca lectitanti tibi diuinas literas obuia erunt. Quæ omnia satis probant mutabiles Angelos esse secundum locum.

De Sanctis Angelis.

De motu liberi arbitrij.

¶ Quod vero illorum quoque mens mutabilis sit, tametsi non æque atq; nostra ostensio est in manibus. Quis enim ignorat Luciferum & Angelos eius mutatos à gratia, & amicitia Dei, in Dei abominationem? Quare ex Angelis sanctis, quos Deus innoxios cõdiderat, propria promerente superbia facti sunt deterrimi diaboli. Hæc porrò latuerunt Aristotelem, inclitaque Philosophorum agmina hæc ignorabant. Propterea ne mireris si illos immutabiles censuerint, & per se, & per accidens. Non enim crediderunt Angelos volui, reuolutis orbibus: imo illos defixos ita existimarunt fuisse proprijs quos motitabant orbibus, vt nullatenus cum orbibus circum agerentur: tametsi si locum indicatum ex primo de cœlo text. 100. obseruas exequenter præter motrices intelligentias orbium, alios censuit spiritus beatos Aristotel. Deo assistentes. Nam ait esse extra cœlum quædam beata entia, at motrices intelligentiæ intra cœlũ sunt. At quale hoc fuerit Christo duce secundus Sententiarum te docebit liber. ¶ Quibus omnibus æqua libratis lance, catholicæ & orthodoxæ fidei si amas dogmata, credere tibi incumbit vnum Deum esse immutabilem: cætera nanque quæ Deus non sunt, mutationi sunt obnoxia, quanquam non ex æquo gradu. Nam quæ temporis sentiunt lapsus, illa mobilia planè sunt, & in eodem statu consistere nesciũt: quæ vero spiritualia sunt, à mortisque noxa abhorrentia, non æquè mutabilia sunt atque priora. Quidquid igitur Deus vult modo, æterno voluit, & quod nõ vult modo, æterno noluit, & quod æterno voluit, potuit non velle, & quod æterno noluit, potuit æterno voluisse, & quod scit num, æterno quoque scit, & per essentiam simplicissimam suam quædam vult, & alia non vult. Et quanquam sit in volito & nolito contrarietas (quæ est ex obiecto) at in ipso Deo summa est simplicitas. Et rursus idem secundum rationes diuersas & vult, & non vult, cape hominem crimine detentum (alioqui tamen prædestinatum) hunc sanè hominem simpliciter vult beare, suo tempore, illumq; ad amorem suum efficaciter excitare: cæterum pro peccati merito nunc non vult illum beare. Itidẽ de reprobo si quando vt fieri potest, diuinam inierit amicitiam, hunc sanè pro præsenti inita amicitia vult saluum facere, at vero simpliciter non vult, quia reprobatum illum habet, & sua exigente obstinatione iudicat, tandem detrudendum in tartara. Et demum vult omnes homines saluos facere, at non simpliciter omnes, at solum illos quos elegit ante mundi constitutionem. Hoc autem peruium habebis, si memineris Aristotelem tradidisse, voluntarium quodam esse simpliciter, id quod effectu indicatur, vt is qui seruandæ vitæ gratia fortunas suas in mare sub tempestatem proijcit. Porrò aliud est voluntarium secundum quid (quod velleitatem quidam nuncupant) quod sanè in votis clausum manet. Nam quis non habet in votis fortunas non demergere, si ipse ipsis saluis, posset non mergi? Sic ergo Deus & vult simpliciter prædestinatum beare, & pro tempore non placito culpæ non vult illum beare, si decederet, hoc tamẽ secundũ quid, & vtrumq; æterno vult, & nõ vult. Itidem diuerso modo de reprobo: ideo nihil mutationis in Deo arguunt. Similiter quoq;

Quæ vult Deus æterno uoluit & quæ nõ uult æterno non uult.

ter quoque me modo scribente iudicat me scribere, & me cessante ab opere hoc scribendi, iudicat me non scribere, at verò vno æterno que atque simplicissimo intelligendi actu, qui est ipsissimus Deus vtrumque contrarium, aut contradictorium iudicat, & non diuersis iudicijs vt nos iudicamus. Nos enim etiam si vnam scientiam sortiamur contrariorum, nam vna est contrariorum scientia, vt medicina quæ est sani, & ægri: verum non est idem actuale iudicium, & sanitatis & ægritudinis, imò contrarium est iudicium de contrarijs. Nam quod vulgo circumfertur tanquam proloquium, contrariorum idem est iudicium: non eò accipito quo putes me iudicante sanum est quod temperamento naturali sibi fruitur, hoc idē fit de ægro, imò contrarium est iudicium de ægro. Quod sanè in excessu ab hoc temperamento prædicto, aut defectu consistit. At verò quia facile est scito vno contrario, quid & aliud sit scire. Propterea dicitur idem esse iudicium contrariorum. Diuinum autem iudicium idem prorsus est & contrariorum, & contradictoriorum. Diuersitas est secundum rationem ex re iudicata, non tamen ex actu diuino sciendi, aut iudicandi, qui prorsus idem est & æternus. Nam ab æterno me iudicauit scripturum ho die. 22. Augusti millesimo supra quingentissimum septuagesimo primo. Itidemque me non scripturum, quando ab opere vacauero. ¶ Iam ergo Iacobum capitul. 1. licebit audire mirè rem hanc dilucidantem, & Deum immutabilem diuinitus docentem apud quem (ait) non est transmutatio, neque vicissitudinis obumbratio. Etiam si non me fugiat, Hieronymum libr. 1. aduersus Iouinianum secus legere quam nos legamus, apud quem (inquit) non est differentia, neque conuersionis obumbratio. Ex quo sensus editur alius, scilicet apud Deum non esse respectum personarum, quia gentes, & Iudæos vocauit ad fidem Christi filij sui. Et rursum apud Deum significatur iam legis vmbram non vigere, postquam Christi gratia euulgata est in nationes. Et demum Deum non esse conuertendum, vt amet legales vmbras amantes. ¶ At Augustinus libr. de natura boni contra Manichæos. capit. 24. legit apud quem non est mutatio nec momenti obumbratio. ¶ Hilarius verò. 4. de Trinitat. apud quem non est mutatio legit. Porrò si literæ contextum assequi libet ex codice pendet græco, græca autem litera rectè vertitur apud quem non est immutatio, neque conuersionis obumbratio, est autem conuersionis obumbratio ad solis solstitia referēda. Sol nanque auget lucem suam ex solstitio Capricornij, maiores ducens super nostrum hemispherium moras: quas quoq; minuit ex solstitio Cancri easdem quas diximus contrahens moras. Dies nanque id temporis decrescunt, & noctes augescunt, contra morem solis priorem. Significat igitur Iacobus diuinā inaccessamque lucem non has pati conuersiones, neque obumbrationes vt interdiu luceat, noctu verò obumbretur. Et interdiu iam diu turnius luceat, iam verò otius rapiatur. Quippe diuina lux nihil immutari potest. Eadem nanque sibique ipsissima nunquam non perseuerat. Porrò sanctorum testimonia quæ diuinæ immutabilitati attestantur, leges apud Magistrum in hac distinctione. Ideoque argumenta in principio obiecta expediamus. ¶ Primo dicito tropum esse scripturæ familiarem de Deo sermonem habere more humano, & hominis affectus Deo tribuere. Qualis est pœnitentia quæ Deum afficere alioqui nequit, neque enim homo est vt pœniteat. 1. Regum. 15. At verò metaphori cōs audiendus est sermo. Qui enim pœnitent, tædio moti ex facto ab ipsis curant, si possunt retractare, & retractant, & dissoluūt quod gesserant, vt à tędio rei gestæ liberentur. Deus igitur condens hominem vidit iniquè eum agere, non ferens humanam diutius iniquitatem, quod gesserat, velut retractans, orbem dissoluit, & aquarum gurgitibus homines omnes (exceptis paucis) inuoluit, & istud scriptura pœnitentiam diuinam vocat. At nulla nouitas fuit in Deo, quia quod semel fecit, Deus, æterno facturum decreuerat, & quidquid ipse facit, optimè facit, & sapientissimè facit. Quare nihil est, quod pœniteat. Deus rursus nullo prorsus dolore affici potest. Est enim ipsa beatitudo quæ iocundissima est vniuersorum bonorum possessio: at translatitiè dolere effertur quia male illum habent, mala hominum gesta.

Argumento secundo respondebis, ascendere & descendere familiare esse scripturis Deo tribuere. Verum nonnunquam tribuuntur ex communicatione idiomatum proprer carnem assumptam. Vt illud est ipsis videntibus est eleuatus in cœlum. Deus sanè neque ascēdere neq; eleuari potest, quippequi cœlū & terrā implet, & immobilis est,

Diuinum iudicium unū est contrariorum & contradictorum.

Variatio testimonij Iacobi.

Exponitur Iacobi locus

Solutio argumentorū. Ad primum argument.

Exponitur ut pœnitentiam sit in Deo.

Ad 2m.

Obserua ut scripturam intelligas. Actor. 1.

atque immutabilis: at ex communicatione hypostatica cum natura assumpta cui congruit eleuari, quia locum demutare potest Deus similiter elauari, & ascendere dicitur in scripturis, itidem & descendere. Etenim is qui solum visibilis erat in cœlis à sanctis angelis, induens formam serui, & exinaniens seipsum in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est, vt Abachuc olim cecinerat.

Ascensio & descensio ut Deo aptentur.

Nonnunquam autem ascendere dicitur Deus metaphorice, vt significetur, quòd suæ diuinitatis dignitas, gloria, atque maiestas, sint vni uersis præferenda. Vt ascendit super Cherubim, & volauit super pœnnas ventorum. Nam verò descendere dicitur, quia angeli qui vices Dei gerebant, tanquam diuini legati, aut caducæatores operaturi, aut exequuturi suam legationem descendebant de cœlo. Exod. decimo nono, Dominus describitur descendisse super montem Synai. Et in Genes. decimo octauo, descendam & videbo, vtrum clamorem', qui venit ad me, opere compleuerint.

Cap. 1°.

¶ Locus autem indicatus ex Genesi varias habet interpretationes, Hebræi namque interpretes de vento subintelligunt, quem vocant spiritum Dei, quia à Deo excitatus fuit. Nam spiritum etiam ventum significare in scriptu ris confessum est. Psal. 137. Flauit spiritus eius & fluent aquæ. Aut dicitur spiritus Dei quia validissimus erat, phrasi consueta scripturæ.

Quod sublime est Dei dicitur esse in scripturis.

Dei enim dicitur quod sublime est, iuxta illud, mons Dei, mons pinguis. Psalm. 68. Et illud, Sopor domini irruerat super eos, primo Regum. 26. id est, altissimè dormiebant. Hic autem ventus vehemētissimus agitabat aquas in primordio sæculorum: quia illas separabat in locum vnum, vt extaret arida terra Chaldæus paraphrastes non abhorret ab hoc sensu, nam transtulit spiritus domini flabat super aquas, quod alij verterunt incumbebat aquis, aut natabat super aquas. Latini verò interpretes ad Spiritum sanctum locum præ notatum retulerunt, & non ab re, mea certè, si non aliorum sententia. Namque segregare aquas ab aquis vt in proprium coirent locum, non ventis scriptura tribuit, sed diuino imperio. Audi verba, dixit verò Deus congregentur aquæ, quæ sub cælo sunt in locum vnum, &c. vt appareat arida. Quod verò scriptura diuinæ operationi tribuit, cur vento sit tribuendum ignoro? Quid q capite hoc primo Genes. de ventorum creatione nulla mentio fit Psalm. autem testatus est in hæc verba, qui producit ventos de

Cur spiritus dicatur ferri super aquas.

thesauris suis. Et sæpè alibi: quod igitur inquit Spiritus domini ferebatur super aquas, verbum passiuæ vocis vsurpat pro actiuo interpres. At alij interpretes vocem actiuam vsurparunt, vt motabat, volitabat, incubabat flabat, &c. Quilibet q sibi magis arridebat vertens, igitur ferebatur, proferebat se super aquas accipe. Quem modū loquendi ad eandem retinebis formam, ad quam Paulus loquitur dicens, quid oremus nescimus: spiritus est qui orat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Quid est orat spiritus? vtique quia nobis donat, vt oremus, nobis proficua. Ita propemodum ferebat se Spiritus sanctus, quia aquarum immensæ moli hoc inferebat, vt se se agitarent, & ferrent ad locum vnum, id est, in mare vt extaret arida. ¶ At ait aliquis cur ergo Spiritui sancto hæc aquarum agitatio tribuitur? Audi ecclesiam precantem, & cessabit tua scisitatio. Deus (inquit) cuius spiritus inter ipsa mundi primordia super aquas ferebatur: vt iam tunc spiritum sanctificationis aquarum natura cōciperet, & Ioannis. 3. Nisi quis renatus fuerit (traditur) ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Vt igitur in principio nascentis mundi renascentia nostra in Christo ex aqua & Spiritu sancto adumbraretur: ideo diuinus sermo aquarum agitationem Spiritui sancto tribuit. Et aspice vt ecclesia locum in quem incumbimus de Spiritu sancto intellexit. Iuxta quē ritum & locum sapientiæ si acceperis, mobilem appellat Dei spiritum, quia per ipsum mouemur, viuimus, & sumus. Actorum decimo septimo. Et sapientiam mobilissimam quia attingit à fine vsque ad finem, & disponit omnia suauiter, & de testimonijs absoluendis hæc satis. ¶ Argumentis adiectis alijs dices primo, Deum esse liberi arbitrij analogicè tamen ad nostrum. Nam si rectè meministi, diximus diuina longè super excedere nostra, ideò analogicam esse communem rationem nobis atque Deo, non tamen vniuocam. Nobis ergo quibus est discursiua ratio, & sese agitans pro sua complacentia iam ad vnum, iam verò ad alterum, tale quoque adest, & liberum arbitrium noue amans, & noue odiens, &c. At Deus cuius scientia est simplicissima, & æterna nihil noue amat, aut odit, sed æterno vult, quæ vult, & vult quæcunque vult, vt inter differendum de re hac vlterius diximus. ¶ Argumentum secūdum mirum est quam gratū sit

Ad Ro. 8.

Cur Spiritui sancto tribuitur aquarum motio.

Responsio argumentorum.

Auer-

Argum.2. solutio. Auerroi, qui disputationibus suis destructorijs contra Algazelum dubio duodecimo disputatione prima, stabilem putat esse veritatem, philosophiæque rectæ amicam, nouum non posse proficisci ab antiquo, vel æterno, imò nouum à nouo, vt nouus homo ex nouo semine. Quod si illi obijcitur motus cœli hodiernus, nouus est, at procedit ex antiquo, æterno ve cœlo, respondet esse nouum motum hodiernum secundum quid: at æternus est, antiquusque simpliciter, quippè cœli motus simpliciter apud Aristotelē æternus est: itidem succesio generabiliū ad corruptibilia. Vt ignis ex aqua est sanè secūdū qd noua, generatio nā est huiꝰ ignis ex aqua hac: at simpliciter ærerna est Aristoteli. Ideo horum nouorum est etiam causa noua secundū quid, motus inquam cœli nouus: at continuatio & series generationum quia perpetua est habet itidem causam æternam. Et hæc expendens Auerroes, vt suum amplecteretur Aristotelem negauit mundi creationem, quippe hæc noua cū esset simpliciter causam habuisset nouam simpliciter: Deus autem est æternus, nihil nouitatis admittens, non ergo potuit ex tempore creare opus nouum. Verum certius est, quòd Algazellus certo credidit, opus nouum producere posse ab antiquo & æterno. Et rem sibi persuasit, quia si nouum semper à nouo fit, esset progressus infinitus, igitur tandem oportet fateri, nouum non ab altero nouo imò ab æterno progredi. At qualis qualis sit hæc ratio, mihi modo curæ non est, verùm eius sententia vera est. Est enim fidei catholicæ confesio. Deus igitur immutabilis in se persistens, nouum quodam condidit orbem, etiamsi nouè se habuit ad orbem quem condebat, qualiter non se habebat antequam condidisset: at hæc noua habitudo nihil nouitatis parit in Deo, quia tantum est relatio nouà secundum rationem ad creaturas: vt post hæc dicemus. Voluit nanque in puncto creationis suam exercere potestatem, & bonitatem, atque sapientiam in mundo condendo, id quod prius exercere noluerat. At qui æqua ratio est de diuina scientia atq; volũtate, at diuina scientia scit noua quæ geruntur, quanquam ipsa æterna est: imò vt verius pronunciem diuina scientia antiqua est, & noua facit. Nam est effectrix rerum &.12. Metaphys. commen. 37. Deus efficiens traditur esse causa. Et liquidius idem tradidit in paraphrasi ad Metaphys. capit. 4. vbi meminit diuinam voluntatem esse causam omnium bonorum, quæ sunt in terra habitabili: tametsi docet Deum non esse malorum authorem, quia esset iniustus. Cur ergo mirandum putat, aut falsum existimat Arabs iste loco indicato à diuina voluntate noua non posse proficisci? At dices Auerroem iturum inficias, negat enim Deum scire singularia. Imo error hic nihil minus est quam Auerrois, qui expresè secundo physicorum commen. 75. Deum solicitum esse circa inferiora hæc testatur: aliàs inferiora hæc non agerent propter finem. Nec me latet hoc illi vicio datum fuisse, at suo loco res hæc ostendetur apertius: nunc abundè sit dixisse si solicitus Deus est circa singularia, igitur illa nouit, alias vana esse diuina solicitudo, quod est dictu nefarium.

An nouum sit ab antiquo.

Creatio mũdi cur negatur ab Aristotele.

Algazelus probatur.

Aduertenda ratio.

Deus scit singularia secundum Auerroem.

Disputatio tertia. Num Deus infinita gaudet simplicitate.

AETERNITATEM Dei pariterque immutabilitatem hactenus sectati summus: que tamen duo quasi connexa sunt simplicitati diuinæ, dixerim quasi connexa quia cum hæc tria vnum in Deo sint simplicitas, æternitas, atque immutabilitas, proprie non sunt dicenda connexa, quæ magis sunt quam connexa, quippe quæ vnum sunt: at nonnunquam abutimur verbis, & vocibus, vt rem clariùs exprimamus. Dixi igitur ideo connexa quia simplicitas diuina quasi fundamentum æternitatis, & immutabilitatis diuinæ est. Namque substantia diuina æterna & immutabilis est, quia simplicissima est. Porrò vt tempus se habet ad motum, ita æternitas ad immutabilitatem. Est autem tempus mensura motus secundum prius & posterius, & æternitas mensura est immutabilitatis, tota simul existens sine priori & posteriori. Egimus igitur iam de æternitate, & immutabilitate diuina. Nam hæc videbantur notiora diuina simplicitate: iam ratio poscit vt simplicitatem Dei edisseramus. Videtur autem in principio Deum simplicissimum non esse. Etenim quod latitudinem, & altitudinem, &c. Habet, simplex non est: hæc autem Deus habet, testatur nanque Iob vndecimo capitul. Longior terra mensura eius, & latior mari, & prædixerat

Simplicitas æternitas immutabilitas.

A Æternitas est mensura immutabilitatis tota simul existens sine priori & posteriori.

rat excelsior cœlo est, & quid facies? profundior inferno, & vnde cognoscs? Rursum diuina scriptura Deo tribuit partes physicas vt cor, viscera, manus, & brachia, vt ergo est simplicissimus? Præter hæc vbi est constitutio ibi est compositio, at diuinæ personæ constituuntur ex relatiuis proprietatibus, igitur cōponuntur, colligas antecedens, quia vbi est constitutio, est actus constituens, etsi actus est, potentia necessario est, sunt enim correlatiua: atsi actus & potentia in diuinis admittuntur, si non alia, certè metaphysica compositio erit. Ad hæc illud Genescos. capit. 1. diuinam compositionem præ se fert, faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostrā, Deus igitur habet effigiem humanam, lineamentisque humanæ compositionis compingitur: cuius instar hominem conditum fuisse diuina meminerunt eloquia. Denique multa sunt in Deo attributa, at hæc multitudo vt erit sine compositione?

In diuersum est Ioann. 4. Deus spiritus est, at spiritus carnem & ossa non habet. Luc. 24.

Huius disputationis catholica est confessio, Deum esse impartibilem, atque simplicissimæ substantiæ. At vix persuaderi potest idiotis plebibus quibus hæret pessima diuinitatis quædam imaginatio effigiem gerens humanæ formæ, id quod fuit quondam error Antropomorphytarum effigiantium Deum ex humana forma. Quam hæresim sacra eliduntur eloquia Ioann. 4. Deus spiritus est. Et ex diametro euertitur ex loco illo. 1. Regum. 15. Deus non est homo vt pœniteat. Non ergo habet formam aut lineamenta humanæ formæ. Et præter hæc si diuinitas effigiem habet humanam ergo pater est homo, & filius est homo, & Spiritus sanctus est homo, quid ergo sunt vnus homo, an plures? si vnus ergo tres personæ sunt vna persona, quo nihil impossibilius. Quia contradictionem inuoluit, sin verò tres homines sunt, ergo tres essentiæ humanæ. Id quod Trinitatis vnitatem dissoluit. Et accedat eodem si diuinitas est homo, cur ergo verbum caro factum est? non egebat humanatione qui iam homo erat. Quid quod homo creatura est, si diuinitas homo est, diuinitas ergo creata est. At supersedendum est in hac re, neque multis est agendus error hic vt elidatur. Quippe rusticana sunt deliramenta hæc, refert Ioannes Cassianus collatione decima cui titulus est de orationis iugitate, hoc delirium persuasisse monachos Aegyptios omnes, neque solum hos quin & Sciticos heremicolas corripuit error hic, qui tametsi & virtutis cultu, & scientiæ eruditione Aegyptios præcedebant. Adeò perfractè erratum istud insipiensque dogma amplexi sunt, vt etiam admoniti epistola Theophili Alexandrini Episcopi, vt ab hac rusticitate erroris resipiscerent, non solum non paruerunt monenti, imò etiam monentem hæreticum esse proclamauerunt, quia deitatem in figuratam docebat. Et Serapion vir monastico cultu celeberrimus ita sibi persuaserat rudem hanc insipientiam, vt post multos labores & sudores dissuasus ab errore illachrimans hęc verba lachrimis miscuerit. Heu me miserum tulerunt à me Deum meum, & quem nunc teneam non habeo, aut quem adorem, aut interpellem nescio. Obserua quam hærebat idolo humano quod sibi fingerat suum esse Deum, lege capit. 3. & quarto. huius collationem. Et isti anachoritæ non fuerunt huius agrestis erroris primi authores. Nam Saducæi horum errori parauerunt seminaria. Actorum vigesimo quarto, traditur illos negasse esse spiritus, vniuersa enim corporalia esse ducebant: at verò missam iam faciamus crassam horum mineruam, quam philosophi etiam lumine naturæ contempserunt. Vnde octauo physicorum. tex. commen. 78. aperte traditur Deum esse prorsus incompositum, & text. vltimo ibidem. & 12. Metaph. text. commen. 41. Quibus sub scripsit Auerroes disputatio. 5. soluens postremum dubiū Deum esse tradens vnum, & simplicem apud peripateticos etiam si multis denominationibus denominetur. Id quod apud christianos christiani esse dogmatis catholicorum ignorat nemo. Duo igitur (vt fert animus) sunt excutienda, alterum est Deum esse simplicissimum ens, alterum verò erit, non solum apud se esse simplicissimum, quin illi repugnare cum alijs commisceri, aut quidquam componere. Hoc secundum ideò proposui differendum, quia formæ quædam sunt simplices, quæ tamen in aliorum commeant compositionem: vt anima rationalis paradigma prompt est. Porrò autem vt sequens quarta disputatio illustrior reddatur, cōpositionem obseruabis esse multiplicem, physicam aliam vt quod ex materia conflatur, & forma? at alia est ex subiecto, & accidente, quæ itidem inter physicas recensetur, alia est mathematica ex partibus integrantibus totum, vt linea ex duabus

Antropomorphytarū error.

De hac hæresi vt Dact castum Auersus Hæreses verbo Deus. Hæresi 2ª.

Saducæorum erratum unde Antropomorphitæ delirij cœperunt fomentum.

Decisio quæstionis.

Multiplex est compositio.

bus medietatibus, alia eſt metaphyſica ex eſſentia & eſſe, alia dialectica ex genere & differentia, alia mixtorum ex elementis quam itidem phyſicam numerabis eſſe, ſunt aliæ deniq́ue quas in has reduces, vt acerui ex granis, lineæ ex punctis, temporis ex inſtantibus, qualitatis ex gradibus, animæ ex potentijs, & id genus. Deus autem ab omnibus iſtis, & cæteris (ſi quas fingas) procul abhorret compoſitionibus. ℣ Aduertendum enim in creatis vniuerſis duo eſſe, alterum quo accedunt ad ſummè perfectum, alterum verò quo recedunt ab illo, & accedunt ad ſummè imperfectum. Vniuerſitas nanq́ue rerum duobus extremis contenta eſt, alterum eſt quod eſt optimum, & excellentiſsimum, & potentiſsimum, id eſt Deus, aliud verò quod eſt omnium longè abiectiſsimum, & propè nihil: & hoc eſt materia. Creaturæ igitur omnes & aſſequutæ ſunt ſuum perfectionis gradum per quem Deo aſsimilantur, & ad Deum tendunt, & habent quoque ſuam imperfectionem, quia creaturæ cum ſint ab alio pendent, & ſecundum hanc rationem à Deo recedunt, & materiæ primæ propinquiores fiunt, illamq́ue referunt, quæ eſt omnium creatorum quam maximè dependens, quippe quæ pura eſt potentia. Ex iſtis igitur ſi non indiligenter illa annotaſti habes vniuerſa creata duos ſortiri gradus, & perfectionis alterum, & imperfectionis alterum. Quanquam gradus vterque ampliſsimus eſt, nam gradum perfectionis quædam potiorem habent alijs, vt imperfectionis. Nam quæ vnicè à Deo pendent, vt angeli, illa ſanè perfectionis hunc gradum fœlicius obtinent cæteris, & imperfectionis minimum patiuntur, ideoq́ue materiam ſapiunt exiliter ſatis, quia eò tantum illam ſapiunt, quo dependentem habent ſuam perfectionem à Deo. Id quod vt diximus germaniſsimum eſt materiæ cuius perfectio aliunde eſt pendens, nempe à forma. Cæterum corruptibilia gradum perfectionis debiliorem habent, quam immortalia, & imperfectionis gradum obtinent ampliorem, adeo vt quam maximè materiam ſapiant. Quippe quæ materialia ſunt, & à multis pendent, ſiquidem à Deo & à cauſiſq́ue omnibus, ſuperioribus & inferioribus. Iam ergo creata cuncta compoſitionem hanc ex gradibus iſtis perfectionis & imperfectionis neceſſario admittunt. Deus autem qui infinita eſt perfectio omnem gradum imperfectionis procul à ſe arcet. Nihil enim ſapit materiam, nihilq́ue admittit potentiæ paſsiuæ: quippe in ſemetipſo pleniſsimè beatus à nullo pendet, at ab ipſo rerum vniuerſa machina pendens eſt: quapropter ſimpliciſsimus eſt. ℣ Et præter hæc eſt argumentum ſecundum quod gratum fuit Arabibus philoſophis, vt meminit diſputatione octaua Commentator. Quidquid eſt compoſitum cauſatum eſt, Deus eſt incauſatus ergo eſt incompoſitus. Antecedens habebis ſi conſideras omne compoſitum fieri ex partibus ſuis, ex quibus coaleſcit, vt tu diſcurrendo, me non docente, diſcere valebis. Partes enim ſunt cauſa totius, ex partibus enim fit totum. Igitur compoſitum quodlibet in quouis compoſitionis genere hoc ſibi vocat in naturam, vt ex partibus ſuis pendeat, ex quibus coagmentatur. Deus igitur qui eſt independens, nullas ſortietur partes, eſt ergo ſummè ſimplex. ℣ tertiam adiungam rationem, ſi quæ eſſet Deo tribuenda compoſitio, maximè illa quæ eſt ex genere & differentia, at hæc Deo congruit minimè, ergo & quæuis alia. Maior non eſt probatu difficilis, quippe hæc compoſitio dialectica eſt, quæ minimè videtur ſimplicitati rerum detrahere. Minorem autem oſtendemus argumento Auerroiſtico diſputatio. 3. dubio. 3. omne compoſitum ex genere & differentia eſt generabile, & corruptibile, & habet agens, at Deus non eſt huiuſmodi ergo non componitur ex genere, & differentia. Maior huius ſillogiſmi colligitur, omne enim compoſitum ex genere & differentia eſt compoſitum ex potentia & actu, nanq́ue genus ſe gerit vt potentia, & differentia vt actus, eſt enim differentia generis perfectio: at genus quod eſt tanquam potentia nunquam poteſt diſſociari ab ſpeciebus ſuis, eſt ergo neceſſarium agens ſocians, hanc potentiam, id eſt, genus cum actu, id eſt, differentia. Vera igitur eſt maior, omne compoſitum ex genere & differentia eſt geuerabile, & corruptibile & habet agens. ℣ Aduertas autem ſecundum viam peripateticam, ens per potentiam & actum deſcendere in decem prædicamenta: ſunt enim potentia & actus, poſsibile vt ſit, & exiſtens actu. Quæ duo modi ſunt congruentes omnibus reponendis in prædicamentis, primo de anima coment. 6. etenim decem prædicamenta decem ſunt principia rerum (vt ita loquar) Deus autem eſt principium carens principio, igitur non eſt in prædicamento, & hinc

Creata duo habent.

Obſerua diligenter.

Nobiliores creaturæ minus ſapiũt materiam.

Z^m argum.

R^o tertia.

Deus nõ eſt in genere ni ſi analogico. Prob^o minoris.

Compoſitum ex genere et differentia eſt generabile.

Deus non eſt in predicam^o.

hinc iam perspicies, vt quæ sunt in prædicamento sunt generabilia & corruptibilia, quippe quæ habent causam & principium. Et patebit tibi vt esse in potentia congruit reponendis in prædicamento: quippe generabile est in potentia vt sit, & corruptibile in potentia vt non sit. 2ª ratio. Quod si hæc occulatè aduertis, sublucebit tibi secundum peripatetica decreta Deum non esse in prædicamento: id quod Auicenna. 9. Metaph. capit. 4. alijs rationibus colligit. Nam si Deus esset in genere conflaretur ex genere & differentia, quod perspicuum est: at quod conflatur ex genere & differentia, necessario habet partem quæ est genus, & partem quæ est differentia: at substantiæ quæ ex partibus constat, vt stabit eius summa simplicitas? alias rationes si vacauerit, vide apud authorem. 3ª ratio. Et tertium argumentum adhuc lubet prioribus adijcere, si Deus esset in genere Deus esset difinibilis, at Deus non est difinibilis, antecedens patet, quodcunque enim sub genere collocatur habet definitionem, at minor ostenditur, quidquid enim habet definitionem, habet sanè genus, quo communicat cum congeneis. Vt homo habet substantiam vel animal in genus quod est illi generici consortij ratio cum cæteris substantijs. Et habet præterea differentiam vnde sibi capit à cæteris congeneis essentiale discerniculum, vt rationale est per quod homo à brutis discernitur. Porrò Deus nihil habet commune vniuocum cum creaturarum vniuersitate, nisi analogicè, id quod patefacies, si hoc modo induxeris, nam si quid est commune secundum vniuocam essentialem ve generis rationem aut esset ens, aut causa, aut substantia, non primum, etenim vt satis dissertum est præteritis sermonibus) esse creatis omnibus rebus accidit: at Deo non accidit, imò est illi intrinsecum & essentiale, igitur non habet communem vnam vniuocamque rationem Deo & creaturis. Neque secundum, nam ratio causæ est relatiua, & quanquam creaturis causandi communis ratio sit & Deo itidem, at non vniuocè. Etenim si ratio essendi est accidentalis creaturis, quid quod & ratio causandi? etenim etsi causæ sunt creaturæ, dependenter sunt tamen à prima: at Deus est causa independens, & habet à se metipsa non aliunde vim causandi etiamsi causat pro arbitratu suo, igitur non est vniuoca causandi ratio Deo & creaturis. Sed neque in tertio vniuocam sortientur rationem, id est, in ratione substantiæ, nanque Deus est per se ens ab intrinseco, at creatura minimè. Imò vt sancta confitetur ecclesia humanitas Christi verbo Dei personaliter vnita non habet modum proprium per se existendi, si ergo vniuersæ rationes communes Deo & creaturis analogæ sunt ex sententia peripateticorum, vt habetur disputatione septima indicata non ergo Deus est in eodem genere cum creatis rebus. Imò neque definitur definitione essentiali, aut à nobis definiri potest definitione quiditatiua. Nam hæc definitio necessario constat ex genere vniuoco, & differentia, id quod Deus non habet: sed solum analogum quod est improprie genus. Nam substantia vt est communis Deo & creaturis, aut spiritus &c. Non sunt genera proprie, habet porrò Deus definitiones non quiditatiuas, sed quid nominis, aut quid rei: definiturenim per negationem, aut remotionem, vt est ens infinitum, immortale, immensum, aut per causalitatem, aut per eminentiam, vt supra est dissertum.

Deus non definitur definitione essentiali.

Definitio Dei qualis.

Vt anima difinitur non quiditatiuè si dixeris est actus corporis physici, organici, &c. Etenim corpus non essentiale est animę. Id circo hæc peripateticis non est definitio quiditatiua, imò descriptio animæ est, vt Aristoteles secundo de anima insinuat. Lege disputationem septimam iam sæpè indicatam, vnde hæc ex suo hauries fonte Auerroe authore secundum quem & cæteros peripateticos vniuersa attributa Deo, ex creaturis analoga sunt. Vnde tradidit disputatione vndecima soluens primum dubium Deum neque agere naturaliter neque voluntariè vt nos agimus. Quia voluntas atque natura sublimiori modo Deo congruunt quam nobis: at agit alio modo excellentissimo, qui nobis propter suam excellentiam patere nequit: at verò soli Deo notus est suus modus agendi. Et hoc tradidit ex decreto non proprio sed peripateticorum. Vnde tu mihi considera quam malè Scotus & Theologorum non pauci, qui illi hęrent intellexerint Aristotelem. Apud quos malè audit quòd dixerit Deum esse causam naturalem, & naturaliter agere, at verò ad pauca respicientes falsi sunt, & philosophum hoc errore maculaueruntiat error hic nihil minus est quam Aristotelis vt suus sectator acerrimus qui in omnia eius iurauit verba testatus est Auerroes. Quod verò Deũ non agere voluntariè dixit, tu rectè accipe, nõ agit scilicet mutabiliter, vt

Deus neque naturaliter, neque uoluntarie agit.

Scotus & Theologi quidam malè intellexerunt Aristotelem loquentes de diuina causalitate.

Nihil uniuocum Deo & creaturis sed communitas est analogica.

nos

nos quibus est innouatio voluntatis, at Deus non nouat animum vt supra est ostensum: ideo dixit commentator, vt nos. Item enarrauimus supra Dionysium libr. de diuin. nomini. & libr. de mystica Theologia hanc analogiam apertè insinuantem, vt si non fidis dogmati peripatetico, Dionysio credens analoga putes diuina attributa, & peripateticum dogma, antiquissimum esse crede Dionysij decretum.

An cœli sint in prædicamento.

At occinnet aliquis si vera sunt cõmemorata, cœli igitur non sunt in prædicamento, neque intelligentias cœlestes repones in prædicamento: Hæc enim non sunt in potẽtia, etenim æterna sunt Aristoteli. Scio plerisque ex numero peripateticorum in confesso esse intelligentias non comprehendi in prædicamento, vt supra iam commonefeci. Et re vera probabile est horum placitum, vt quiuis illud asserere valeat, hærens vestigijs peripateticis. Quod dixerim quia iuxta Theologicũ dogma confessa mihi res est angelos & cœlos in prædicamento esse. Namque fides catholica cœlos & angelos creatos in tempore credit, ideo omnia sunt in potentia, nam fuit quando non erant cœli, & angeli & author qui hæc condidit, est author euertere condita potens: itaque sunt possibilia vniuersa excepto Deo. At voco possibilia phrasi peripatetica, quæ aliquando non fuerunt, & potuerunt esse, aut quæ modo sunt, & nihil implicat si non essent, vt iam demonstrauimus in superioribus disputationibus de necessitate Dei agentes.

Angeli non sunt in prædicamento explacito quorundam peripateticorum.

Authoris placitum & obserua diligenter ad viam peripateticam callendam.

Porrò autem addendum duxi, à via peripatetica non esse prorsus alienum, si dixeris angelos & cœlos esse in prædicamento. Ego enim aduerto peripateticos antiquos, non dixisse analoga esse ens, & substantiam, & cætera prædicata, angelis & alijs rebus visibilibus, aut cœlis & istis inferioribus: at solum diuinis attributis hoc ascripserunt insigne, vt disputatio septima Auerrois contra Algazellum te docuit iam à me citata. Et sæpè alibi apud eũdẽ aduertes. Si ergo substantia vniuoce prædicatur de cœlis, angelis, & inferioribus sub lunaribus ve substantijs eodem potiuntur prædicamento? Nec te moueat quod hæc secundum Aristotelem non sunt possibilia seu in potentia, quia æterna sunt: nam si rem aduertis hanc, intelligentias secundas pro suo penso intelliges esse in potentia relatas ad primam, quæ Deus est. Nam intelligentiæ mouentur à prima secundum rationem causæ finalis. 12. Metaphys. text. 36. & 38. Intelligentiæ siquidem agunt propter primam, vt illius nempe actionem imitentur. Itaque sunt à prima suo modo mobiles, vt. 12. Metaphys. locis prænotatis liber docet: at cœli sunt mobiles secundum locum, & sunt ideo in potentia ad motum, & præter hæc recipiunt à sole lumen, sunt ideoque alterabiles, alteratione tamen quæ illos perficit, & non lædit. Et motum hodiernum crastina die non habebunt, lucemque hodiernam deponunt in crastinum, id quod secundum quid corrumpi est. Et demum creaturæ omnes pendent à summo Deo, ideoque in prædicamento substantiarum corruptibilium collocantur, etiamsi incorruptibiles sint. Nam omnes tam hæ, quam illæ pendent à Deo authore. Deus autem qui est independens non est recensendus in cathalogis suarum creaturarum. Sunt enim prædicamenta catalogi quidam vniuersales creaturarum: Deus enim vt dixit Aristotel. 12. Metaphys. text. commen. 52. est bonum separatum vniuersi, vnde intellectum voluit Deum non esse partem vniuersitatis, sed vniuersi principium. Si ergo Deus principium est prædicamentorum, non est in prædicamento, ne cum suis creaturis creator connumeretur? Et subit quoque argumentum illud idem colligens. Nam scisciter à te, num quantitas & qualitas, & cætera accidentia sunt in prædicamento substantiæ? dices, non, sciscitor adhuc cur ita? equidem quia summè distant, accidentia & substantia. Auscultа igitur paulisper, an non magis distat Deus à substantia creata, quam accidens creatum à substantia creata? erras toto cœlo, si dissiteris, cum Dei ad creaturarum nulla sit proportio, iam ergo si quantitas non est in prædicamento substantiæ, quia summa est distantia in ratione vtriusque, cum sit infinita maior rationis distantia Dei ad creaturam, cur collocabis Deum in prædicamento creaturarum? ne igitur colloca. Hoc peripateticum placitum amplexus est Thomas. 1. part. quæstio. 3. articul. 5. & Scotus quæstio. 2. huius distinctionis. & Bonauentura.

Angeli sunt in potentia relati ad Deum.

Prædicamẽtum est catalogus creaturarũ uniuersalis.

Deus non est pars uniuersi.

Egregia ratio.

Deus neutiquam in genere est.

Nominales Theologi quid sentiãt de reponendo Deo in predicamento.

Porrò autem agmina philosophorum ex tergo nobis insultant, nominales nanque Theologi rident placitum hoc, quasi insulsam & exoticam doctrinam. Credunt enim Deum reponi in prædicamento

camento, sunt huius classis Ioannes Maior. distinct. hac. quæstio. 14. & Gabriel quæstione etiam prima huius distinctionis, & Gregorius inibi idem decernit. Primò sanè quia scriptura vocat Deum Spiritum, at spiritus substantia propriè est. Et rursum Augustinus. 5. de Trinitate. capit. 8. quædam prædicamenta de Deo asserit, translatitiè prædicari, vt esse in loco, & esse in tempore, quod pertinet ad quando: & stare, & sedere, quod pertinet ad situm, &c. insinuans alia prædicamenta de Deo propriam habere prædicationem vt substantia, & relatio. Rursum Boetius libro. 1. de Trinita. hæc duo nominata substantiam & relationem de Deo propriè prædicat: & illa duntaxat diuinis aptat, & equidem pater & filius ad aliquid pertinent, & de Deo propriè prædicantur. Et commentator Auerroes. 12. Metaph. commento. 5. cum suo magistro diuisit ens in substantiam, & accidens, aut in decem prædicamenta. Et dein substantiam diduxit in substantiam sensibilem & insensibilem: & sensibilem deduxit in æternam & temporalem, ergo substantia æterna est in prædicamento substantiæ. Et hanc est interpretatus Auerroes esse Deum, Deus ergo est in prædicamento substantiæ. Et relinquam argumentorum turbam, hûc in meum codicem nolo transferre, mihi ignosces, quia tu Deo duce legere poteris in authoribus. Et demum isti nomina reponunt in prædicamento, & non res, ideo tradunt Deum non esse contentum in cathegorijs nostris. At hoc nomē Deo fixum habent esse in prædicamento substantiæ. Istæ enim sunt quiditatiuæ & essentiales prædicationes, Deus est substantia, Deus est spiritus &c. Et rursum hæc est quiditatiua, Deus est ens, ergo vel substantia vel accidens, non accidens ergo substantia.

Nominales non probatur.

Ego verò planè profiteor, si hæc vera sunt, quæ ab istis enarrantur, me nescire Aristotelem, neque Auerroem eius alumnum celeberrimum me non assequi. Etenim video peripateticum dogma, qui sapit, sapit quod ego de hac re sapio, quia vt dicebam. 12. Metap. Deus est separatum bonum vniuersitatis totius, vt ergo tu collocas Deum in prædicamētis creaturarum, si est separatum bonum vniuersi? neque dux connumeratur cū militibus: at Deus tanquam dux est vniuersi. 12. Metaph. text. 52. ergo Deus non connumeratur in prædicamē tis, vt iam ostendimus multis.

Deus dux est uniuersi.

At vt Theologica proferamus, Magister sententiarum hac distinctione referens verba Augustini libr. 5. de Trinitate. capit. 1. Deum esse sine quantitate magnū, sine qualitate bonum &c. subdit, ecce si subtiliter intendas ex his atque prædictis aperitur illa prædicamenta artis dialecticæ Dei naturæ minime conuenire, quæ nullis est subiecta accidentibus. Vnde quod Augustinus in eodem libro. 5. capit. 8. dixit habitum, situm, vbi, & quādo de Deo translatitiè dici, non subaudiendum est, propterea esse in prædicamento substantiæ collocandum Deum: sed hoc solum intelligebat Augustinus quædam de Deo verè prædicari, vt substantia, spiritus, essentia, iustitia, bonitas: alia per metaphoram, vt sedere, stare, esse in loco, & tempore. Vnde ait de Deo fortassis solum verè dici, quæ pertinent ad actionē. Nam ipse solus facit Deus, & non fit, non autem continuo habebis, ergo Deus est in prædicamento actionis. Et quod ibidem ait, Deū relatiuè dici, quia pater Deus ad Deum refertur filium: id quod excepit Boetius libro de Trinitate, quem indicat Magister in litera, non colligit Deum esse in prædicamento ad aliquid. Nanque vt sæpè à me commemoratum est, Deus est in genere analogo, non vniuoco: quod æquè est atque si dixeris, Deus nō est propriè in genere sed in propriè. Nam substantia analogicè vt se transfundit à Deo in creaturas non est genus propriè, quod necessario prædicatur vniuocè de suis speciebus, Deo autem non est species substantiæ, vt enim aiebamus, non componitur ex genere & differētia, id quod omnium specierum est, itidem igitur relatio analogicè de Deo & creaturis prædicatur, non vniuocè. Etenim relatio apud nos non est proprietas personarum, qualis est diuina. Et præter hæc sunt alia relationibus diuinis germana, vt quod relatio diuina est subsistens, & alia quæ suo digessimus loco, quæ creatis relationibus non cōueniunt. Vere ergo & non translatitiè relationes Deo cōpetunt: at verò quia non vniuocè Deo conueniunt & creaturis, ideo propriè non est in prædicamento ad aliquid diuina relatio, nisi secundum analogam rationem, vt diximus de prædicamento substantiæ. Hoc ergo modo ex Auerroistico placito Deus est in genere analogo, non vniuoco. At non absurda erit doctrina si dixerimus Deum etiam esse in genere vniuoco quodammodo deductiuè. Nā inuenio Aristotelem. 9. Metaph. text. comm. 1. docentem omnia prædicamenta nouem reduci ad substantiam, vt quātitas, qualitas, &c. reducuntur ad prædicamentum substantiæ.

Theologicè agitur quæstio.

Prædicamenta quædam de Deo dicūtur uerè scilicet, analogicè alia metaphoricè.

Ad aliquid dicitur de Deo & creaturis analogicè.

Et

Et subdit causam quia prædicamenta accidentium dicuntur secundum communem rationem substantiæ, id est, quia substantia est accidentium principium: at verò Deus non solum est substantiæ, imo omnium prædicamentorum principiū effectiuum. Vniuersa enim prædicamenta à Deo procedunt, ideo deductiuè est in prædicamentis vniuersis. ¶ Neque tamen siniſtrè hoc verbum intellectum velis, vt iam credas apud te Deum esse in prædicamento, vt vnitas in prædicamento quantitatis, sub discreta quantitate: & punctus sub continua, & instans sub quando: non hoc volumus. Etenim hæc reducuntur ad prædicamenta quia sunt numeri, aut lineæ, aut temporis principia. Deus autem non reducitur in prædicamenta, neque ego dixi est in prædicamento reductiuè, sed deductiue. Hæc autem duo non exiguo interstitio sunt intercepta, etenim reducimus quod inferius est ad superius, & deducimus quod superius est, ad inferius. Deus ergo qui est supremum vniuersorum principium deducitur ad prædicamenta, quatenus illorum est causa. At verò prædicamenta accidentium reducuntur ad substantiam quia inferiora sunt quam substātia, vt vnitas reducitur ad numerum, &c. quia vnitas inferior est numero, quippe numero continetur, & ita de cæteris, etsi hoc obseruasset Caietanus non dixisset. 1. part. quæstio. 3. artic. 5. Deum esse reductiuè in prædicamentis. Et debuisset obseruare id quod ad puritatem latini sermonis obseruare oportebat. Et habes ad Roman. 9. quis ascendet in cœlum, id est, Christum deducere. Est enim deducere rem à superiori loco ad inferiorem deferre, & reducere contra. Scio Sanctum Thomā negasse loco indicato respondendo argumento secundo Deum esse in genere tāquam principium. Id quod concesserat hac distinctione. Vtique aduertebat Sanct. Tho. esse in prædicamento instar vnitatis, aut puncti, aut instar partium (quæ reducuntur ad prædicamentum totius) esse inferiorum & contentorum sub alijs. Quomodo planè negauit & scitè, Deum non esse in prædicamento reductiuè: at verò deductiuè, vt ego exposui nemo inficiabitur, si tamen sapit quod dudum ex Aristotele protulimus: nouem prædicamenta reduci in prædicamentum substantiæ, & Deus itidem deducitur in vniuersa prædicamenta tanquam principium & causa continens in semetipso prædicamenta omnia, & illa efficiens, & deducens illa ex potentia in actum. ¶ Neque te moretur Auerroisticus sermo Metaphysi. 10. comment. 7. qui tradidit, vnum quodque genus habere vnum quod sit mensura congeneorum: vt albedo est mensura omnium colorum. Et dein subdit itidem substantias omnes potiri substantia vna, quæ sit mensura omnium substantiarum. Et rem ostendens, primum motorem docet esse hanc vnam substantiam. Vnde aliquis falletur forsitan secum voluens, Deum esse eiusdem generis cum cæteris substantijs. Etenim si verba Commētatoris æquali trutinentur lance, aspicies sub sententiam priorem dixisse Deum esse formam & finem omnium, & non solum mensuram, Deus autem (vt paulo posthæc docebitur) est forma non vnigenea & intrinseca rebus, sed planè extrinseca, iuxta quem modum est mensura non vnigenea, sed alterius rationis à substantijs omnibus: quippe quæ est ab omnibus separata. 12. Metaphysicorum text. comment. 52. Ideoque quia mensura est extrinseca in nullo est contenta genere. ¶ Eo tamen mensura enunciatur, quia illa entia quæ sunt Deo viciniora, sunt perfectiora, vt angeli. Quæ verò remotiora sunt ignobiliora vt fluxa sunt, & caducam sortita substantiam. Dicitur autem vnigenea, aut homogenea mensura secundum genus analogum, non vniuocum vt præfati sumus. ¶ Iam verò si non dormitanter quæ hactenus fuso sermone & exequenti studio prosequuti sumus, excepisti: argumenta, quæ nominalium machinæ contra nostram assertionem intorquebant, quibus videbantur nostram omnem structuram arietaturos, nullius propemodum erit negotij illa iam deludere: & abigere retundendo illa procul. Etenim quid sibi velit Augustinus & Boetius expressimus. ¶ Quod verò adijciunt ex Commentatore dilucidabo planè. Dixerim enim nominales neque assequutos Commentatorem neque Aristotelem, qui inibi diuisit substantiam in sensibilem & insensibilem, & illam distinxit in æternam & corruptibilem. Quam quoque diuisionem duodecimo Metaphysicorum, etiam patefecit, dicens insensibilem substantiam esse immobilem. At verò quod dixit sensibilem substantiam esse æternam, nominales fortè aduerterunt: imò hallucinati sunt vehementer. Nam Commenta, si legissent aduertissent Aristotelem per æternam sensibilem

Deus est in prædicamento non reductiuè, sed deductiuè.

Caietanus non probatur.

Dist. 8. q. 4. ar. 2. ad. 3. et de potentia Dei. q. 7. ar. 3.

Exponitur Auerroes. Vt scot. quo modo ad auerroem sit in hac 2. q. 3 in fin. x.

Deus est forma extrinseca nō intrinseca rerum.

Deus ut est mensura rerum.

Argumenta nominalium eneruantur.

que substantiam cœlum intellectum voluisse, id quod visibile est, & Aristoteli æternum, inualidè igitur colligitur cœlum est in prædicamento substantiæ, ergo Deus. Quasi verò probata sit argumentatio, hæc substantia sensibilis & mobilis est in prædicamento ergo insensibilis & immobilis (quæ Deus est) in prædicamento est. Quid quod etiam Aristotel. apud antiquos. 8. Physicorum, text. comment. 64. famosam docet fuisse opinionem vt cœlum sumeretur pro Deo, non tamen secundum veritatem Deus est, quia sensibilis est substantia, Deus autem intelligibilis: & mobilis est substantia cœlum, Deus autem immobilis. Et satis erat, ne hallucinarentur Aristotelem obseruare. Substantia sensibils (inquit) alia æterna. At qui fieri poterat si sensibilis est, vt Deus sit?

An sit quiditatiua hæc Deus est substantia.

Ad reliqua dicito istas esse quiditatiuas, Deus est substantia, Deus est spiritus, at non eo quiditatis modo quo substantia prædicatur de homine, & reliquis: siquidem analogicè prædicantur hæc de Deo, & non vniuoce. Et beatus aiebat supra Dionysius veriores esse negationes de Deo, quam affirmationes, & congruentius est nobis scire de Deo, quid non sit, quam quid sit. De cœlesti Hierarchia, capitul. secundo. & superius annotabamus, Deum à nobis non esse definibilem quiditatiuè, sed tantum secundum alias definitiones, quæ philosophis dicuntur descriptiones. Diffinitur enim Deus per effectus suos: ideoque alio modo hæc quiditatiua est, homo substantia est, quam hæc Deus est substantia: quippe etiam num quiditas analogice competit Deo, & creaturis. At de propositione ista Deus est ens, diximus illam esse quiditatiuam, nam Deo est intrinsecum esse. Et rursum concedimus Deum esse substantiam. Non tamen subinde colligas, ergo Deus est in prædicamento substantiæ, nisi ad sensum prædictum. Quod si contendit aliquis, hanc esse directam prædicationem Deus est substantia ergo Deus directè collocatur in prædicamento substantiæ, negabis consequentiam. Quia substantia, ens, spiritus, & id genus alia analogicè non vniuocè prædicantur de Deo. Et

Analoga nõ denotant vnam rationẽ esse in analogatis.

aduertes analoga non significare vnam rationem, vel naturam communem analogatis, vniuoca autem illam significant planè. Animal enim tametsi discernatur per rationale & irrationale, & homo vt rationale animal differat essentialiter, ab irrationali. At verò homo & brutum vt substantiæ sensitiuæ essentia nõ discrepãt. Et demũ istud est secundũ quod nõ differũt vniuersa animalia. Et est illud vnum quod animal in sua ratione repræsentat. At verò ens quod analogũ genus appellatur Metaphysicorum decimo, comment. 8. non significat vnam entitatem communem Deo & creaturis, substantiæ vè & accidentibus, nulla nanque ratio communis est istis nisi secundum quandam proportionem secundum quam analogia inter ea constat, ideoque analoga medium occupant locum inter æquiuoca & vniuoca. Vt rectè annotauit Themistius in paraphrasi ad. 2. de anima. capitu. 12. & Simplicius secundo de anima in principio. Et Commentator loco prænotato. Quapropter ens non est genus vere & propriè, quia genus proprie vnam denotat naturam cõmunem suis inferioribus. Quam ob rem etiam si hæc sit quiditatiua, Deus est ens, & hæc substantia est ens, & hæc accidens est ens, at verò non vna quiditas inuoluitur aut denotatur per has propositiones, vt per has homo est animal, equus est animal, &c. Ideo est alius quiditatis denotatus modus in propositionibus illis. Vnde substantia & accidens non sunt species entis, imò eiusdem sunt differentiæ essentiales, quia substantia & accidens necessario sortiuntur diuersas essentias, seu quiditates. Et substantia & accidens necessario sunt plura essentialiter vt dixit Cõmentator disputatione tertia, soluens decimum quartum dubiũ. Habet autem ens alias differentias relatiuas, quæ sunt actus, & potentia. Et hæ non præstant multitudinem essentiarũ, quippe homo possibilis, & homo actu existens idem sunt secundum essentiam. Quare dixit Commẽtator Auerroes octauo Metaphysicorum, text. comment. 15. agens non elargiri multitudinem, sed formam. Quoniã quando res ex possibili fit actu existens, existentia actualis quam ex agente potitur, non addit nouam essentiam rei possibili: at solum præstat actu existere rem, quæ prius potestate solummodo erat. Et hanc actualem existentiam Commentator appellitat formam. Habet rursus ens alias accidentarias differentias, vt corruptibile & incorruptibile, quæ etiam non variant essentiam. Quia idem est homo mortalis cum immortali, siquis esset. Nam album vnius diei, & multorum dierum essentia non discrepant, sed accidente diuturnitatis, de quibus alibi. At per differentias essentia-

Analogamẽdia sunt inter uniuoca et æquiuoca.

Substantia & accidens non sunt species entis.

Agens non donat multitudinem sed formam.

Differentiæ entis quæ.

les

les quas dixit Commentator, non subintelligas constituens cum genere definitionem quiditatiuam, nam istis ens orbatur, quippe non est genus nisi impropriè, (vt diximus) propter suam nanque vniuersalitatem vmbram generis habet, quod alioqui procul abest, à genere vniuoco: at verò eatenus appellauit differentias entis, id est, diuersitates quædam entis essentiales. Deus igitur non constat ex genere & differentia, vt ad suum exordium remeet sermo noster, quippe simplicissimus est: ideo non habet quiditatem, vt creaturæ. Quarum quiditas composita est ex genere, & differentia, & ex essentia & esse. At diuina quiditas Deo soli conspicua est, nam ipse se finit, aut definit, se se comprehendens. Sanctis verò cum Christo regnantibus Deus conspicuus est: at non ita vt ipse sibi. Quod si accidentia ex Aristotele. 12. Metaphysicorum. text. comment. 3. non sunt simpliciter entia, neque habent simpliciter quid. Quid tu putas de creaturis collatis ad summum creatorem? num censendæ sunt, habere quiditatem simpliciter? non arbitror, quia latior infinitis est partibus differentia Dei ad creaturam, quàm accidentis ad substantiam. Quapropter si ens analogicè de substantia & accidentibus prædicatur, ne mireris, si de Deo & creaturis itidem analogicè enuncietur. Et interim ride Maiorem in hac distinctione, qui chymericum existimat esse commentum, angelos esse compositos ex essentia & esse. Cuius argumentum iucundum est, quippe angeli (ait) sunt simplicissimæ substantiæ, & quid Deus equidem simpliciorem tenet substantiam, at non veremur dicere, imò confitemur personas esse cõstitutas ex proprietatibus relatiuis. Cur ille miratur, aut subsanat angelicam compositionem ex essentia & esse? quæ compositio non tollit angelicam simplicitatem: at ostendit angelos nõ esse eque simplices atq; Deũ. Et ego quoque ridebo eum cum cæteris suæ classis Theologis, qui res subducunt à prædicamento. Ego certè fateor prædicamenta esse ordinationes nominum, cæterum vt significant res, & sanè res per se non est in prædicamento, nisi quatenus significatur per nomen. Et nomina pro rebus accipi Aristotel. docuit in elenchorum lib. 1. capit. primo. Id circo Deus vt significatur per hoc nomen Deus, non est in prædicamento, neque hoc nomen Deus, nisi ad modum iam enunciatum.

Ridendus Maior.

Angeli ex essentia & esse componuntur.

Hoc itinere peragrato, & senticoso sane illo, ad secundum quod instituti erat nostri diserere, vt differamus stylum admoueamus. Etenim diuinam simplicitatem satis testatam & probatam iam habemus. Etiam si sanctorum testimonijs vt illam testaremur pepercimus. Quia illa abundè excerpes ex Magistro Sententiarum, in litera. Superest igitur excutere num diuinitas potest venire in compositionem aliorum: fortasis enim aliquis secum ducet non esse imperfectionis formis componere res naturales, neque enim imperfectioni datur elementis quòd coeant in mixturam naturalium, cum alioqui & formæ & elementa sint simplicia, quanquam formæ sint multo simpliciores illis: igitur etiam si Deus sit forma rerum omnium, non detrahitur suæ simplicitati. Quibus adde Paulum Actor. decimo septimo, de Deo verba facientem, In ipso, ait, Viuimus, mouemur, & sumus. Istud autem formæ est munus, nempe quia forma viuentibus vitam suppeditat, vt mobilibus motum: & demum entibus esse. Et sibi videtur Paulus concinnere. 1. ad Corinth. decimo quinto. Deum enim testatur esse omnia in omnibus. Id quod prę se fert Deũ exhibere esse cunctis rebus, hoc autem formæ esse officium, philosophis testatissimum est. De re autem ista vt illam altissimè petamus, Zeno philosophus authore Themistio tradidit Deum esse formam vniuersorum. Itaque intelligentibus est Deus intellectus, & sensitiuis sensus, vegetabilibus altrix anima, & in omnia si lubet discurre, habes apud Themistium primo de anima. capit. 33. Vnde & illud celebratur apud poetas Iouis omnia plena, & compita, & forum, & apud Arabes nonnullos non est ingratum hoc placitum. Nam Algazellus indicante Auerroe prima disputatione soluens vltimũ dubium. Deum esse formam vniuersalem rerum persuasum sibi habet. Et Commentatorem iuisse in hanc Algazelli sententiam videbitur forsitan alicui legenti commentarium eius septimum ad. 10. librum Metaph. Quo loco non occulto sermone docet Deum esse formam & finem vniuersorum. Cæterum res certissima est (quam & fides docet) Deum non esse formam formaliter perficientem hoc vniuersum, vt anima corpus. Nãque si est forma est pars totius, cuius forma est. Quod si pars, pendens est à toto, & imperfectior est toto: ergo Deus non potest esse forma totius vniuersi, quia Deus est independẽs,

2ª Pars qõnis. Num diuinitas ueniat in compositionem dissentitur.

Zenonis placitum.

Deus est forma & finis omnium quo modo sit accipiendum.

& Deus est infinitè perfectus. Et non pendet ab vniuerso, imò contra vniuersa à Deo pendent, psalmo testante. Oculi hominum in te sperant domine, & tu das illis escam, &c. Et quid si est formale lapidis Deus, cur lapis stupidus est? cur viuens non est? imò cur Deus non est? quippe Deus, si est Deus lapidis forma donabit illi diuinum esse, erit igitur lapis Deus. Scio Vuiclephum Anglum concessisse creaturam esse Deum: at iste has & alias euomuit hæreticas nugas, lege Thomam Vualdensem in doctrinali fidei. capit. secundo, & quarto. Si enim lapis est Deus, quid superest nisi adorare lapides & cæteras creaturas, id quod superstitio gentium collebat. Porrò autem fidei est documentum, Deum esse in cunctis creatis rebus non tanquam forma, aut tanquam rerum pars, sed intimè esse in rebus illas seruans, & illis donans operationem. Id est esse entibus, vitam viuentibus, sensum sentientibus, motum mobilibus, &c. Verum hæc præstat non tanquã forma: at vt rerum omnium motor primus, & causa prima. Vnde Ioãnes Damascenus libr. 1. de fide orthodoxa. capit. decimo sexto. Rem hanc expressit in hæc verba Deus purè & impermixtibiliter per omnia meat, & cunctis suæ consortium operationis tradit. Obserua Damasceni sermonem purè & impermixtibiliter, quia Deus non se miscet rebus neque rerum est vel materia, vt forma, vel accidens. Hoc, ait, purè & impermixtibiliter: tametsi vt Augustinus docuit, intimior est Deus rebus ipse, quam res ipsæ sibi ipsis. Dixit enim intimior es domine intimo meo. Neque philosophi dicentes, aut poetæ eloquentes Ioue omnia plena esse, aliud intẽdebant, quam Deum ostendere vniuersa penetrare, omnibusque rebus se se (tametsi occultissimè) insinuare & intimare. Et putida est philosophia Algazelli, quam carpit Auerroes, Deum esse formam perficientem formaliter vniuersum. Quasi dicat vniuersum totum esse vnum animal, cuius anima Deus est, quod Platoni attribuit dogma. At vt diximus si Deus est anima vniuersi Deus penderet à toto vniuerso. Et rursum si forma est Deus, Deus mobilis est, saltem per accidens ad motum totius. Nam partes mouentur ad motum totius. Et quanuis totum vniuersum non demutet locum, tamen cœlum & elementa mouentur proprijs motibus, horum igitur forma si est Deus mouebitur illis motibus. Itidem quod est forma totius, itidem est forma partium, igitur erit Deus forma omnium mixtorum, & elementorum, & hæc omnia potientur diuino esse: erunt ergo omnia Deus, & creatura creator: imo multi essent dij & creatores: quæ omnia syncera despuit philosophia, nedum vera odit fides. Neque aliud quam veritatem hanc apud se ducebat Aristotel. quando scripsit. 12. Metaphysicorum text. 52. Deum esse bonum separatum vniuersi. Quid est enim esse bonum separatum, aliud quam non esse Deum formam formaliter perficientem vniuersum, aut partes eius, neque materiam esse, aut accidens. Et demum Deum esse immiscibilem, & incomponibilem (vt ita loquar) cum rebus creatis omnibus. Hoc sane est esse vniuersi bonum separatum. Quod verò ait esse bonum facile insinuat, quidquid boni vniuersitas habet Deo authori ferre oportet acceptum.

Quòd si diuinæ literæ ignem, solem, leonem, ouem, agnum & id genus nomenclaturis Deum appellitant, non eo est quod credamus Deum esse formam creaturarum, aut illis immisceri: at vt per hæc visibilia quæ versamus Deum esse lucem sempiternam, fortitudinemque inuincibilem, mitemque relaxandis facinoribus, &c. credamus.

Quod si animo tibi est phylosophorum placita quæ Deum esse formam tradiderunt, exponere: dicito ex duodecimo Metaphysicorum, text. comment. trigesimo septimo, perfectionem simplicem esse duplicem, extrinsecam, & intrinsecam. Sanitas est intrinseca perfectio corporis, vt scientia animæ. At verò rex regni est extrinseca perfectio, & magister discipulorum, & hærus famulorum, & dux exercitus. Nanque horum perfectio est superiorum exequi mandata. Quapropter quia perfectio creaturæ est ordinationi creatoris parere, cui omnis creatura paret: (nam vates ille egregius cecinit, ordinatione tua perseuerat dies, quoniam omnia seruiunt tibi) hac causa Deus appellatur forma vniuersi, id est, vniuersorum est perfectio, quia princeps est omnium, rex est vniuersitatis totius, duxque mundanæ reipublicæ, &c. Ita intelliges Auerroem supra commemoratum. Et Algazel. itidem erui posset ab Auerroisticis incursibus, quam quam quod illi forte imponitur, merito refellitur. At verò, ait, aliquis Deus est ipsum esse, imò ipsissimum esse, vt rectè dixit Themistius

Vuiclephus Hereticus.

Documentũ Primum.

Documentũ Secundum.

Deus intimè adest uniuersis.

Algazellus non probatur.

Deus non est formare rum.

Expendit locus Azib.

Obserua ut habeas phra sin diuinæ scripturæ.

Obiectio.

mistius ergo res omnes ex Deo habent esse, igitur est forma rebus dans esse. At istud leuius est, quam quod multis vt exponatur egeat. Deus est sanè ipsum esse, at nulli est forma, vt sit: at est author vt cuncta sint. Attribuitur tamen esse Deo tanquam effectus illi proprius. Etenim vt meminit author de causis propositione quinta, prima rerum creatarum est esse. Etenim singulis causis suos aptamus effectus, vt igni calfacere, & aquæ frigefacere. At Deo vt primo enti, nihil aptius attribuitur quam esse. Etenim esse est illimitatum in sua ratione, id quod alijs attributis non contingit, vt diximus supra. Ideoque effectus essendi Deo appropriatur, vt primus effectus qui est esse, primo congruit authori qui est Deus.

Prima rerũ creatarum est esse.

Supereſt argumentum huius ſecundæ ſectionis huius diſputationis diluere. Dicito igitur multum detrahitur Deo, ſiquis compoſitionem vllam, in eo admittat. Etenim etiam ſi apud nos compoſita cernamus præſtare ſimplicibus, vt mixta elementis, & numeri vnitatibus, & lineæ punctis, &c. Hoc ſanè eo accidit quo compoſita ex ſimplicibus coeunt: ideo præſtant illis, quippe addunt ſupra ſimplicia perfectionem compoſitionis. Cæterum ſimpliciter ſi ſermo agatur, ſimplicia ſunt nobiliora compoſitis. Eſt tibi prompta confeſſio in animabus quarum ſimpliciſſima eſt rationalis, quæ eſt omnium nobiliſſima. Quod verò ſimpliciſſima ſit animarum, vel hinc diſces, quia immaterialior eſt cæteris animabus, nam immortalis ſola eſt animarum, quia à materiæ ſordibus defecatior eſt cæteris, & extraduce non fit. Quapropter detraheretur diuinæ ſimplicitati, ſi quis illam componeret: quia compoſitio omnis vmbram habet materiæ, illamque vt cumque ſapit, quia compoſitio potentiam, & actum amat.

Vt ſimplicia ſunt perfectiora compoſitis.

Porrò prima argumenta quæ diſputatio hæc infrontiſpicio obiecit, iam hora eſt vt reſponſione noſtra donemus: & primum & ſecundum idem exigunt, & eodem ſunt ſoluenda modo. Et aduertes diuinam ſcripturam noſtræ ruditati vt conſuleret, figuratas loquutiones ex ſenſibilibus creaturis in vſum accepiſſe. Certò ſciens tamen nobis futuras ex vſu. Nam iſtis figuratis loquutionibus, tanquam lacte quodam nos paruulos potat, vt inde ad cibum ſolidum diuinæ nos transferat veritatis. Ideoque Deo humanos aptat effectus, vt iraſci & pœnitere, rurſum non ſolum affectus illi tribuit hos, ſed res ipſas. Nam ex hominibus, ex auibus ex elementis, denique atque mixtis ſimilitudinem trahit, quin etiam Deo accommodat quantitatem, qualitatem, vbi, &c. Certò ſciens Deum ab iſtis omnibus eſſe prorſus liberum. Quod ergo Iob Deo tribuit longitudinem, æternitatem diuinam planè oſtendit. Quod verò latitudinem diffuſionem diuinæ naturæ in vniuerſa creata plane docet. Rurſum cœlſitudinem illi aptat, excelſior (ait) cœlo eſt. Diuinæ poteſtatis infinitatem ſubintelligens, cui etiamnum cœleſtia ſubduntur. Quod verò profundiorem mari proclamat eſſe Deum, quis non videt profunditatem diuinæ ſapientiæ planè oſtendere? Nam Deus intuetur abiſſos, vt habes apud Danielem. Ita quoque manus Dei operationem diuinam inſinuant vt oculi limpidiſſimam Dei ſcientiam. Et demum ne te iſtis diutius morer, para tibi Hilarium ſexto, & duodecimo, de Trinitate, & Gregorium diſſerentem Homiliam de theſauro abſcondito in agro. Et trigeſimum ſecundum moralium, capit. quarto & quinto, ex quibus vberius diſces quæ hoc in loco ex conſulto ſupprimo, vt inibi legas.

Reſponſio argumentorum.

Figuratæ loquutiones in ſcriptura.

Locus Iob exponitur.

Argumento ſecundo dices, diuinas perſonas conſtitui, at non componi: conſtitutio enim non præſefert actum & potentiam vt compoſitio. Paternitas autem, aut filiatio, aut ſpiratio, quia non ſunt actus perficientes eſſentiam ideo non ſunt actus. Omnis namque actus eſt quædam perfectio, eius cuius eſt actus. Obſeruabis autem epiſtolam Sophronij Ieroſolymitani patriarchæ ad Sergium patriarcham Conſtantinopolitanum vbi traditur proprietates perſonales eſſe alterificas, & eſſe perſonis inſitas, & figuratiuas eſſe perſonarum: & demum illas appellat perſonales alternitates. Quæ omnia non in eum accipies modum, vt credas, diuinas perſonas eſſe figuratas, aut alteratas: ſed diſtinctionem realem vocat alteritatem, & conſtitutionem perſonalem alterificationem nuncupat. Id quod tu ſi perſpicis, videbis quam male ſapiant, qui has proprietates perſonales diffitentur. Ex quorum claſſe eſt Gregorius Arimineus vt iam retulimus. Qui non aduertunt, Concilium Lateranenſe ſub Innocentio tertio, de creuiſſe perſonas diuinas eſſe ſuis proprietatibus diſcretas. Et Damaſcenus libr. 1. de

Argumenti ſecundi ſolutio.

Explanatur ſexta ſynodus

Proprietates perſonales relatiuas oportet confiteri.

fide orthodoxa capit. decimo, prius tradide rat personas diuinas proprio characterismo esse distinctas: cuius rei iam præhabitis sermonem fecimus disputationibus copiosiorem. ¶ Tertio argumento dicito verbum illud Geneseos à diuo Basilio expositum esse. Hominem enim dixit conditum ad imaginem & similitudinem Dei secundum animā, non secundum corporalem figuram, vt iam nos superius latius admonuimus. ¶ Quarto argumento vt fiat satis, obseruabis Algazellum motum eodem argumento negasse Deo adesse multa attributa, quia horū multitudo detrahebat diuinæ simplicitati. Et solùm credebat hæc attributa esse in Deo per remotionem. Itaque sapientia cum Deo tribuitur, significat Deum non esse ignorantem. Et hoc placitum fuit antiquius Algazello. ¶ Nam illud amauit Auicenna, & Alchinidus, & Raby Moyses Aegyptius, & hîc attributa Deo concesit solummodo per causalitatem vt sit Deo sapientia, quia causat sapientiam: & ita de cæteris. Inducebat autem propheticum sermonem in suum suffragium. Cui similem Deum feciſtis? quo sermone exprobrat Deus illos, qui illum similem faciunt creaturis. Nulla ergo est similitudo Dei ad creaturas, nisi voce tenus. Quare negabat attributa diuina quæ ex creaturis Theologia Deo tribuit. ¶ Est autem placitum horum manifestaria hæresis. Nam hic mos est scripturæ, diuina tradere attributa. Et Paulus apertè Romanis scribens horum deliramenta conuellit, dicens. Inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque Dei virtus atque diuinitas. Et nos in disputatione de diuinis attributis longum texuimus de hac re sermonem. ¶ Et propheticum verbum in eos agit qui Deum putabant esse vitulos, aut arietes, aut solem & lunam, qui diuinitatis maiestatem maculabant, illam vitulis, alijsve conferentes creaturis, & glorioſum & vnicum diuinitatis numen illis impartientes. Sunt ergo attributa Dei multa secundum considerationem nostram: at verò vnica sunt simplicissima Dei essentia. Ideo inuaſide colligitur sunt, multa, igitur Deus est compositus, fallacia est à secundum quid à simpliciter.

Philosophi quidam negabant attributa.

Esa. 40.

Ad Isaiã.

DISTINCTIO NONA, cuius initium est. Nunc ad distinctionem trium personarum accedamus.

Disputatio prima. Num in diuinis personis ordo prioris & posterioris sit.

DISPVTATIO hæc quondam ecclesiam Iesu Christi grauissimè diuexauit, Arrio heresiarcha, filium esse patre posteriorē asserente, & sunt quæ illi secundum prætextum suffragātur. Primò quod est genitū est posteri⁹ illo quod est ingenitum, at verò pater est ingenitus & filius est genitus, igitur. At probatur antecedens, nam quod genitum est cœpit esse, nam si non cepit esse, ingenitum esset, at verò si cœpit esse, ergo erat quando non erat, nam si semper fuisset esse non cœpisset: si ergo erat quando non erat, antequam inciperet, esse ergo posterius est genitū ingenito quod semper fuit & erat. Porrò pater est ingenitus, & filius est genitus, est ergo posterior patre. P° Arg.

¶ Secundò Hilarius duodecimo de Trinitate. Patrem esse filij authorem incunctanter docet. Et Damascenus libr. primus de fide capit. nono. Patrem docet esse causam filij, vnde & priorem esse filio fatetur causalitate. Nam pater naturaliter est causa filij. Et diuus Chrysostomus in commen. Pauli, ad Hebreos tractās verba illa qui cum sit splendor gloriæ idem tradidit, patrem esse causam filij. Et Magister sententiarum in hac distinctione Hilarij sermonem est amplexus, patrem etiam filij vocans authorem. ¶ Et beatus Dionysius libr. secundo de diuinis nominibus, parte prima. Patrem, ait, esse primordialem & fontanam deitatem, filium verò & Spiritum sanctum huius, (id est, paternæ deitatis) germina plantata, quæ verba planè præseferunt, priorem esse patrem filio, & Spiritu sancto. Et rursum idem colliges ex exemplo Dionysij: confert enim filium, & Spiritum sanctum floribus nempe ab arbore productis. ¶ Porrò flores quis nesciat esse posteriores arbore? ergo filius & Spiritus sanctus posteriores sunt patre. ¶ Quod si pater est causa filij: ergo filius causatus est à patre, at causa omnis prior est causato. ¶ Item & au-

Pœnè in medio libri. Z°.

D. Damasc.

D. Chrysost.

Mag. sent.

D. Dionys.

& author eſt prior re effecta, & primordialis
3 Argum. ſi eſt pater, filius poſterior eſt patre. Rurſus apud Ioannem, capit. primo legimus de verbo Dei omnia per ipſum facta ſunt, at verò præpoſitio per philoſophis inſtrumentum denotat, vt faber lignarius per ſerram ſecat ligna, igitur filius ſi eſt patris inſtrumentum, per quod condidit vniuerſa, & ipſe pater artifex eſt: at verò inſtrumentum & artifex diuerſam habent ſubſtantiam, & prior eſt artifex ſuo inſtrumento, quandoquidem in-
QVARTO Arguitur. ſtrumentum opus eſt artificis. Præter hæc apud eundem Ioannem cum, ait, verbum erat apud Deum, præpoſuit articulum græcum, ò, quanquam latinè non legamus: legimus tamen græcè. Et verbum erat apud illum Deum. Qui emphaticus eſt articulus, & ſingularitatem quandam & excellentiam ſignificat eius, cui adijcitur, ideoque patrem eſſe excellentiſsimum ſingularemque Deum
Obſerua argumentum articulus ille ò, docet. Verum cum de filio
cuius ſolutionem obſerua annectit ſermonem ſuppreſsit articulum, non
bis amplius. enim, ait, & ille Deus erat verbum, ſed vt latina ſonat tranſlatio & Deus erat verbum, ergo non ea ſingularitate deitatis filius potitur, qua pater: igitur poſterior eſt patre.

Contra eſt quod inibi legimus, Deum nemo vidit vnquam, vnigenitus qui eſt in ſinu patris ipſe narrauit nobis. Iam ergo ſi filius Dei vnigenitus eſt, ipſe ſolus filius eſt. At
Iab. 38. verò ſiquidem Deus pater genitor eſt om-
Deut. 32. nium, ſtillas enim (dixit ille) roris quis genuit? & rurſum Deum qui te genuit reliquiſti: & cætera non pauca ſparſa reperies in ſacris codicibus, quæ Deum genitorem creaturarum eſſe indicant, quare ergo Ioannes filium Dei vnigenitum dixit eſſe ſiue vnigenium vel vnicè progenitum, aut vnicum filium Dei? nihil apte reſpondebis, niſi quia filius eſt de ſubſtantia æterna patris genitus: cætera verò ex nihilo ſunt facta: ideò ille ſolum vnigenitus eſt. Quippe generatio filij ſingulariſsima eſt, illique ſoli germana.
Locus Ioannis expenitur. Generatio autem reliquorum creaturis omnibus communis eſt, illiſque familiaris. Et quod addit in ſinu patris, coæternitatem filij cum patre manifeſtat. Nanque ſinus non ſunt patri, vt nobis: at ſinus Deitatem
Sinus patris quid eſt. paternam inſinuat eſſe Ioannes. Quid obſecro eſt vnigenitus qui eſt in ſinu patris, niſi vnigenitus, qui gaudet ipſamet qua pater Deitate?

Diſputatio hæc vt pridem dicebam, anxiam ſatis olim reddidit eccleſiam Dei. Ete-
Arriana hæreſis qualis. nim Arrius presbyter Alexandrinus turbinem excitauit proceloſam aduerſus orthodoxos, contendens ex ſcripturis planum facere, Chriſtum non eſſe Deo patri conſubſtantialem neque eiuſdem deitatis compotem: imò eſſe puram creaturarum. At verò quia Chriſti gloriam magnificam ſupra condita vniuerſa aduertebat in ſcripturis, Callidus hæreticus in epiſtola quam ſcripſit Euſebio,
Euſebius Nicomediæ epiſcopus fautor fuit hæreſis Arrianæ qui concilio Nicenum probatū non habuit, cum alijs tribus epiſcopis. (quem credunt quidam Cæſarienſem fuiſſe epiſcopum) aſſerit Chriſtum plenum Deū, & immutabilem: at non genitum ex patre tanquam ex parte, aut eſſe ex patre, ceu ex ſubiecto: eſſe verò ex non extantibus, id eſt, ex nihilo. Porrò ante æonas, id eſt, ſæcula, à Deo factum. Et Euſebius ſcribens Paulino Tyrio epiſcopo, ſubſcripſit in eandem cum Arrio ſententiam, addens eſſe Chriſtum per omnia ſimilem patri: id quod nulli alteri contingere creaturarum poterit. Et iſti de re hac demum conſonam protulerunt ſententiam, vt Marius Victorinus conſularis vir primo contra Arrianam veſaniam libro tradidit. Porrò vt hoc interim commemorem
Alij putant etiam Euſebium Cæſarienſem Arrianam alias quando fouiſſe ſententiam. Euſebius, cuius dudum memineram reſipuit, & euomuit Arrianū venenum quod ebiberat. Subſcripſit nanque decretis Concilij Niceni credens filium eſſe homouſium patri. Et vocem hanc homouſion faſſus eſt
Euſebius retractat Arrianum dogma. non eſſe tam nouam, quam Arriana perfidia poſcebat: at eſſe antiquam, & ab epiſcopis orthodoxis ſimul cum Romano Epiſcopo probatam, multis actis retro temporibus. Lege Athanaſium Alexandrinum epiſcopum in epiſtola ad epiſcopos Africæ.
Excogitauit autem Arrius aliam execrabilem vocem homiouſion, id eſt, ſimilem in
Homouſion homiouſion. ſubſtantia vt homouſion excuteret. Dicebat enim patri filium non homouſium, ſed homiouſion, id eſt, non eiuſdem, ſed ſimilis ſubſtantiæ cum patre. Porrò autem opus eſt & huic noſtro inſtituto quam maximè germaniſsimum quàm delirus fuerit Arrius detegere, quamque ſuperſtitioſi dogmatis Arriani cultores fuerint breuibus oſtendere. Et vt rem iſtam planam faciam quærendum eſt ab Arrio, ſi ante æonas Chriſtus eſt factus, & pura eſt creatura, quænam creatura ſit Chriſtus? num eſt ſpiritualis? num corporalis? num ex vtriſque temperata, qualis eſt homo qui commercio fruitur ſpiritus, atque carnis? & hoc poſtremum non affirmabit: fuiſſet nanque Chriſtus
Arrius impetitur & confoditur.

ante æonas homo reclamante scriptura, quæ Adam primum fuisse hominem testatissimum habet: Pauloq, illi cõcinente, primo ad Corinth. decimo quinto. Qui Adam primum fuisse hominem, & Christum nouissimum fatetur. ¶ Quod si corporalis est creatura exponat Arrius, num cœlum, aut sol, aut luna, num elementa? num mixta hæc, quæ ob nostros versantur oculos? Si hæc fatetur habet repugnantes sibi sacras musas, quæ hæc non ante æonas, at sub tempore esse condita memorantur: erit igitur creatura spiritualis Christus, ante sæcula conditus. ¶ At verò spiritualis creatura hæc, num angelus est? num superior aliqua angelis omnibus, & alterutrum eligat, mea non interest, etenim si creatura est, & spiritualis est, necessario mutabilis est. Nanque immutabilitas, diuina est proprietas, vt multis iam diseruimus, octaua distinctione huius. Est sane creatura spiritualis intellectualis necessario, & hæc liberi est arbitrij, quod si liberi est arbitrij, variabilis est à bono in malum, & contra. ¶ Enimuerò lustra si voles rerum machinam, & cernes angelos etiam supremos lapsos à natiua integritate, & hominem primum itidem lapsum fuisse in calamitates etiam innumeras catholicorum ignorat nemo. ¶ At cur lapsi? exigente nempe illorum culpa: illa igitur creatura quam tu fingis Arrie necessario vertibilis est, à bono in malum: hæc nanque natura est arbitrij liberi, & rursum mutabilis est, etenim Deo authore condita est, & eodem authore vertibilis est. Est ergo duplici mutabilis nomine, & secundum substantiam suæ naturæ, & secundum voluntatis suæ qualitatem, aut proprietatem. ¶ Cur ergo illam immutabilem esse autumat Arrius? At respondebit gratia Dei esse immutabilem. Porrò gratia Dei non aufert naturam, gratia igitur opediente nihil, natura secundum se ipsam mutabilis erit: & vt aliæ creaturæ. Vnde ergo proclamandi hanc creaturam, ante sæcula conditam, (vt ipse commentatur) Deo patri prorsus esse similem, licentiam sibi arripuit Arrius? quæ alioqui similior est creaturis alijs, quam Deo per essentiam immutabili.

Filius non est corporalis creatura.

Non est creatura spiritualis filius.

Refellitur Arrius ex proprijs uerbis.

¶ Ad hæc quæ impudentia hominis est, hanc creaturam plenum esse Deum fateri? quid enim creaturæ cum pleno Deo habent comercij? legit apud Paulum de Christo, in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter ad Colos. secundo, Ideo Christum quem fecerat creaturam, Paulum veritus, dixit etiam esse plenum Deum. Sed re vera plusquam fictitium est commentum, creaturam appellare plenum Deum. ¶ Scimus ex scripturis creaturas nomine diuinitatis insigniri: at verò per participationem dumtaxat, non secundum plenitudinem, quam nomen Deitatis præ sefert. Si illos (ait) dixit deos, ad quos sermo Dei factus est, quem pater sanctificauit, & misit in mundum, vos dicitis quia blasphemat, &c. Quem locum si non legisset Arrius cæcutientibus, aut lippis oculis facile aduertisset Christum non per participationem Deum esse, vt homines & angeli, sed secundum Deitatis naturam. Et mirum est, vt cæcauit Arrium hæreseos deterrimum velamen, si Christus enim creatura est, participatione Deitatis fruitur, igitur plenitudine Deitatis frui non potest, nam vbi est plenitudo participationi non est locus. Hæc igitur sibi non cohærent imò inuicem quam maximè dissident, scilicet plenus Deus est Christus & pura creatura est Christus.

Fictum commentum Arrianum Christum esse creaturam & plenum Deum.

Psalm. 81. Ioann. 10.

¶ Præter hæc Arrius homousion detestatur, quia ex scripturis non didicit hanc vocem, at vbi ipse didicit Deum hanc creaturam creasse ante æonas? Imò contra discet si volet, qui viuit (ait) in æternum creauit omnia simul. Creaturæ igitur omnes creatæ sunt simul, temerè igitur affirmat Christum puram esse creaturam, at non creatam simul cum cæteris creaturis, sed ante æonas, siue ante sæcula. ¶ At verò fortasis dicet scripturam hoc docere, Christum creatum ante sæcula. Quippe Ecclesiasticus docet liber capit. vigesimo quarto, Sapientiam esse creatam ante sæcula: at Christus est hæc Dei sapientia. Verum non dixit Ecclesiasticus solum ante sæcula: imò (ait) Ab initio & ante sæcula creata sum. Est autem ab initio creatam esse sapientiam idem quod ab æterno. Quapropter locus hic quo sibi plurimum gratulabantur Arriani, & fidem orthodoxam de Christi æternitate roborat, & Arrianam detegit vesaniam. Nam hoc est ab initio creata sum, quod Ioannes dixit, In principio erat verbum. Idem est hoc in principio, quod illud ab initio. Et vtrumque æternitatis nota est, quia filius Dei coæternus est patri. ¶ Et quod

Gladio diuini uerbi confoditur Arriana uecordia quæ alioqui testatissima fuit Arrio, ex quadraginta locis scripturæ prolatis ab eo ad suã roborandam dementiam.

quod adiecit ante secula, non propter Arrianas æonas scriptura dicebat: at vt explicaret æternitatem, quam insinuarat, dicens ab initio. Nam si erat, quando non erat Christus, nō ergo ab initio erat Christus, si ex non extantibus, siue ex nihilo est Christꝰ, ipsum nihil ergo priꝰ fuit, quā Christus, vt ergo ab initio fuit Christꝰ? & reuera mēs nō capit, mēsq; tota horret, quādo audit ipsum nihil præcessisse diuinā sapientiā, quę Christus est. Porrò argumentum fulminabant Arriani quod palmarium esse censebant, vt consubstantialitatem filij cum patre deturbarent. Quia consubstantiale alteri, vel est per germinationem: vt palmes viti, aut per fluxum, vt filius patri in creaturis, aut per partitionem, vt ramenta auri cum auro, dein subsumunt filium nullo horum modorum esse consubstantialem patri. Porrò autem consubstantiale nomen iam denotat vnam numero substantiam, iam vero vnam speciem, vnde ramenta auri sunt consubstantialia secundo modo, at vitis & palmes sibi coniuncti, primo modo. At pater & filius etiam secundo modo, verumtamen pater & filius in deitate sunt eminentissimè consubstantiales, quia cum distinctione personarum, vnitatem numericam substantiæ seruant. Habes hoc argumentum Arrianorum apud Nicephorum libro. 8. Eccles. historiæ capitulo. 17. & solues vt prædicebam Paulo ante: est enim beata Trinitas tota sibi consubstantialis excellentius quam creaturæ. ¶ Cur vero Dei sapientia creata tradatur memini me superioribus disputationibus liquidò ex potuisse. Quibus quoque accedat omnibus argumentum aliud, quod ostendat Arriani dogmatis blasphemiam. Christum enim docuit esse creaturam puram, per quam tamen vniuersa condita sunt. Voluit nanque Euangelistæ verbum, Omnia per ipsum facta sunt, in eum sensum accipere Christum esse Dei patris rebus omnibus condendis instrumentum, ó singularem & detestandam hominis vecordiam Deo donat instrumentum ad mundi creationem. Pessime Philosopharis Arriæ: & deterrimè Theologizas. An nescis instrumenta artificibus aptanda, quod artifices negotiantur quæ artis sunt circa materiam? instrumenta enim ideo sunt artifici necessaria, vt paret sibi materiam, aptamque reddat, vt artificiariam excipiat formam: vt exemplo tibi erunt ad oculum si cernis, fabrum quem voles fabricantem vel arcam, vel lectum, &c. Deus autem qui mundum fecit ex nihilo, & non ex extante subactaque sibi materia, non egebat instrumento, superuacanea igitur est creatura, quam tu Christum esse nugaciter fingis, vt sit Deo instrumentum, per quod vniuersa operetur. Et quid ipsum Christum quem creatum asseris fecit pater sine instrumento, vniuersa ergo alia, (siquidem pari potentia Deus omnia præstitit) cur faciet per instrumentum? Et demum si Christus pura creatura est per quem fecit Deus secula, ergo creatura creator est. Etenim si per Christum puram creaturam Deus creauit omnia, tanquam per instrumentum, ergo vniuersa Christus concreauit cum patre, & fuit illi cooperarius in creandis omnibus ex nihilo. At vero ex nihilo aliquid creare infinitæ est potestatis, habet ergo Christus infinitam potestatem, ergo est verè Deus, verè creator: igitur non est pura creatura. Istud enim creandi opus, soli Deo attributum esse cernimus in arcanis diuinisque literis: & creaturæ prorsus negatum. An vero potentiæ diuinæ absolutæ, subsit creaturæ vim creatricem conferre, libri secundi expectabis nostras (si Christus dominus dederit) Theologicas concertationes. Iam vero in diuina referamus oracula pedem: sat enim nostris fuerit rationibus Arriana explosisse deliramenta. Sit igitur locus primus ille Pauli Philippensibus scribentis, de Christoque loquentis capitulo secundo, qui cum in forma (ait) Dei esset, non rapinam arbitratus est, se esse æqualem Deo. Rogitemus igitur Arrium quale est hoc Paulinum verbum, qui cum in forma Dei esset, dicet Arrius, esse in forma Dei, est esse Deo per omnia similem, id quod vt prænonuimus Arriani testabantur. Atqui si ideo Christus formam Deitatis habet, quia Deo patri non idem, sed illi est quam maximè simillimus, vtique Christus arbitratus est rapinam diuinitatis, & illi obuertendum esset, id quod Pharisæi obuertebant. Homo cum sis, (obloquentes) te ipsum Deum facis. Et Pharisaica caterua cum ob alia, tum ob hanc causam, insidias & technas Christo parabat: nempe quia Christus gloriabatur se patrem habere Deum. Rectè intelligentes ex domini verbis, Christum se fateri nō adoptiuū, sed vere naturalē Dei filium: id quod Arrius non intellexit. Exprimens

Argumentū Achyleum Arrianorum soluitur.

† *D. 6. q. 2. ad primum argument.*

Pª ratio.

Deus in creandis rebus instrumentis non eguit.

2ª Ratio.

3ª Ratio.

Rº Concludens optima.

Pauli locus satis expenditur.

Diuina oracula prosequuntur contra Arriū.

Ioan. 10.

igitur Christus esse se verum Deum, non rapi
Esa. 14. nam fecit diuinitatis, vt Lucifer, qui exaltare
soliũ suum, ambiebat: & Deo se ipsum æqua-
re, non verebatur. At si tantum est Deo simil-
limus, & propterea in forma Dei est, similitu
do sane non est identitas. Rapuit igitur Chri
stus diuinos honores, quando sese fatebatur
esse verum filium Dei? Porrò Paulus Apo-
stolus nos certos facit, Christum non rapuis-
se diuinos honores quando se Deum esse fate
batur. Nemo enim rapit, quod sibi proprium
est, sed quod alienum est. Qui enim vi tollit,
hic rapit. Et profecto Christus apertè sciebat
Pharisæos, atque Iudæos offendi, impensiusq;
ex Christi sermonibus, Christum se fa-
teri verum esse Deum colligebant: vt Ioan-
nes attestatur capitul. 8. cur ergo si ipse verus
Deus non erat, (vt Arrius blasphemat) verita
tem rei Iudæis non exponebat, ipse qui erat
summa veritas? Etenim illa exposita offendi-
cula ex re grauissima cessarent. At non hoc
Christus præstitit, quia si præstitisset, mẽdax
esset. Quod summæ veritati (quæ ipse erat) re
pugnabat. Igitur nõ rapuit Christus diuinos
honores, vt Paulus nos docuit: nempe quos si
Secundus lo bi proprios habebat, rapere non valebat? Se-
cus facer cõ cundus esto locus qui apud Ioannem legitur
tra Arriũ. capit. 10. Ego & pater vnum sumus, non dixit
vnus, id qd vnitatis erat personalis, sed vnum:
id quod naturę vnitatem haud dubium deno
tat? Quanquam non me latet Erasmum Rote
rodamum in annotationibus ad Catholicas
Ioan. 1. c. 5. locum hunc ad vnitatem voluntā-
tis referendum censuisse, vt sensus hic sit, ego
& pater vnum sumus, ideſt, sumus concordes
& incunctis vnanimes? Itidem & locũ Ioan-
nis, tres sunt qui testimonium dant in cœlo
pater, verbum, & Spiritus sanctus, & hi tres
vnum sunt. Quem putat assutum esse Episto-
læ prædictæ, Ioannis, & non esse de textu Sa
Erasmus & cro. Quia hunc non inuenit locum in multis
Laurentius exemplaribus venerandæ vetustatis. Nihilo-
Valla non minus eundem quoq; retulit ad vnanimitatẽ
probantur. patris & filij, aut ad contestationis vnionem:
itaque sunt pater & filius vnum in testifican-
do. Et sibi videtur non inconcinnam esse in-
terpretationem hanc, quandoquidem in co-
dicibus plerisque Græcis, non scribitur, & hi
tres vnum sunt: at hoc modo, & hi tres in vnũ
sunt, vt Laurentius Valla etiam annotauit an
notationibus suis, ad eum quem versamus lo-
cum? Rursus ad firmandam suam opinionem
& alium indicat locum Ioann. 17. Sicut tu pa-
ter in me, & ego in te, vt & ipsi in nobis vnũ
sint? Et Paulo post, dedi eis vt sint vnum, si-
cut & nos vnum sumus. Qui locus planè vide
tur vnitatem amoris & charitatis denotare.
Nanq; Apostolis, & discipulis, dominus non
precabatur vnitatem naturę, sed pacis, & cha
ritatis. Et demum illam existimat esse vnita-
tem, quam scripturis non raro legimus, iuxta
illud Actor. 4. erat cor credentium vnum, &
anima vna? Et vt paucis Erasmicam aperiam
mentem, hæc vniuersa inuexit, vt doceat hu-
iusmodi testimonia inducta, etiam si ortho-
doxorum corroborent fidem, at Arrianam
non prosternunt perfidiam. Quia Arrianis
suffugium est, aut subterfugiũ de vnitate amo
ris illa interpretari. Porrò autem ego Erasmo *Erasmus nõ*
parem eloquentiæ optarim Theologiam, & *probatur.*
vt est humanarum scientiarum scientissimus,
vellem ita diuinarum, aut vt est eloquentissi-
mus, ita esset Theologotathos? Arbitror au-
tem testimonia producta vnitatem diuinę na
turæ planè indicare, patris & Iesu Christi fi-
lij eius domini nostri. Siquidem tu fateris vni
tatem consensus patris atque filij, verba domi
ni significare, iam quærendum restat, hæc cõ
sensus vnitas, vnde est patri & filio? Num ex
natura diuinitatis, quæ vna est patri, & filio?
aut hæc vnitas, consensus seu vnanimitas, non
hinc proficiscitur ex naturæ vnitate, sed tan-
tum quia patris & filij voluntates sunt cõcor
des, vt de credentibus primitiuis Lucas in *Vnitas na-*
Apostolicis gestis memoriæ prodidit, vt du- *turæ unitas*
dum indicabam. Quod si primum fateris, ma *consensus.*
nifestò conuincitur Arriana vecordia, sin ve-
ro secundum dixeris (id quod Erasmus autu-
mat) obserua textus sacri seriem, & videbis
neutiquam de hac vnitate vnanimitatis, sed
potius naturali, verba domini esse audienda.
Subdit enim, sustulerunt ergo lapides Iudæi
vt lapidarent eum. Et domino increpante il-
lorum temerariam audaciam, respondent, de
bono opere non te lapidamus, sed de blasphe
mia. Et quia tu homo cum sis, facis te ipsum
Deum. Clarè ergo Iudæi verba domini præ
dicta ad vnitatem naturæ diuinæ Christi cũ
patre, retulerunt? Et dominus se esse verum
Deum continuò indicans, verba Psalmi. 81.
patefecit. Vt facilè admoneret Iudæos, se
non, probro affeciſſe patris gloriam, atque
maiestatem, dicendo. Ego, & pater, vnum su
mus. Quod si vnitatem aliam metaphori-
cam, quæ est voluntatis, & amoris vnitas,
Iudæi intellexissent, non de blasphemia
aut diuinitatis conuicio (id quod est crimen
læsæ maiestatis) dominum arguerent. Mitto

verba

verba domini antecedentia pater (ait) quod dedit mihi, maius omnibus est. Quippe in huiusmodi verborum lectione varietas est. Nã Græcis vt Chrysostomo, & Theophilacto, alia est lectio. Pater qui dedit mihi maior omnibus est, vel maximus omnium est: fatemur demum patrem, & filium, sibi incunctis mutuo consentire, nempe quia vnicam & indiuisam prorsus deitatem habent, quæ vera est vnitas, & non metaphorica, quæ est animorum.

Tertius locus.

Tertius est locus Pauli Hebræis scribẽtis, de Christo cap. 1. qui cum sit splendor glorię, & figura substantiæ eius, &c. quo loco quatuor aduerte de Christo encomia, quæ diuinitatis eiusdem sunt aperta testimonia. Est ergo Christus splẽdor paternę gloriæ, seu quod idem est, refulgentia paternæ claritatis. Rursum est figura, vel forma, (vt Hieronymus interpretatur) paternæ substantiæ, tertio portat omnia verbo virtutis suæ, quarto, per seipsum peccata purgat. Quibus sic per ordinem digestis, singula differere erit opportunum.

Quatuor in Christo ex Paulo.

Splendor ergo gloriæ paternæ est Christus, seu si mauis apertius dicere paternæ claritatis. Nam doxis scribitur Græcè hoc loco, est autem doxa Græcis gloria, vel maiestas, vel claritas, vel splendor. Est autem splendor quę dam claritatis repetitio in obiecto, corpore luci, & filius habet diuinitatem patris in sua persona, vnde filij diuinitas, est tanquam refulgentia quædam paternæ claritatis. Et tanta est refulgentia, tantusvè splendor est filij quanta est paterna claritas: quia æqualis est patri filius secundum diuinitatem. Et hinc admonita est Ecclesia, vt testetur ingenuè in symbolo fidei filium esse lumen de lumine. Nam æquè est ac si dixeris, splendorem esse æternæ claritatis. At vero splendor est coæuus luci, & filius etiam est coæternus patri. Vt sileat Arrius, non coæternum patri filiũ, decernens. Et sileat etiam Philippus Melanchthon, dicens verba symbolica esse batologica commemorata. Est præter hæc, forma Christus, vel figura, paternæ substantiæ. Equidem diuinitatem Dei, condita demonstrant omnia, cur ergo Paulus insigne hoc Christo tribuit, vt sit forma seu expressio paternæ deitatis? nempe quia dixit dominus Philippo Qui videt me, videt & patrem meum Ioã. 14. Creaturæ nanque non sunt de substantia patris conditæ, ideo tenuiter deitatem ostendunt, si illas conferas filio vnigenito. Qui cum sit de substantia patris, absolutissimè, patrem refert: ideoque Sapientiæ. 7. speculum filius, nominatur sine macula. Dein vero quod subiecit, portansque omnia verbo virtutis suæ seu ferens, (vt malunt alij) Christi omnipotentiam docet. Nam omnia fert Christus sua virtute, vel potestate. Creaturæ enim habent potestatem alienam, at filius sibi propriam. Quia etiam si à patre accepit potestatem, est tamen sibi propria. Quia vna est patris, atque filij potestas. tandem quod adiecit postremò, purgationem peccatorum per se ipsum faciens, perspicuè docet Christi diuinitatem in purgandis peccatis. Nam solius diuinitatis est peccata detergere. Nam tametsi sacerdotibus istud sit concreditum munus, dimittendi crimina, porrò non per se ipsos, hoc præstant, vt Christus, qui propria autoritate testante Paulo peccata purgat. Est enim agnus Dei, qui peccata mundi tollit. Vnde quidam offensi sunt verbo illo domini, dimittuntur peccata tua, Lucæ. 7. nempe quos latebat tantum arcanum. Quippe in Christo sub humana infirmitate, diuina maiestas condita erat.

Cur Christus forma dicatur aut figura paternæ substantiæ.

Christi omnipotentia ex Paulo ostenditur.

Christi diuinitas expugnandis peccatis.

Luc. 7.

In quartum rursum annumerabis locum, quod apud Ioannem legis capitulo. 8. nam interrogantibus Iudæis Christum, tu quis es? respondit principium, qui & loquor vobis. At esse principium, solius diuinitatis est. Porrò testimonium hoc non validè probat diuinitatem Christi apud plærosque. Erasmus enim in annotationibus ad eundem locum, constanter affirmat, non esse hoc loco principium nomen, sed aduerbium, vt sensus sit, in primis quod loquor vobis, aut primo, aut principio. Nam Græcis est familiare ἀπ' ἀρχὴν, pro in primis, vsurpare. Et Græcè non legitur qui, sed quod, vel quia, quia non scribitur ὅς, sed ὅτι. Et ante Erasmum Laurentius rem istam annotauit in annotationibus suis Euangelicis, quia Græcanica exemplaria ita habent vt dudum tradebamus. Et codicibus Latinis correctioribus, non legitur qui, sed quia loquor, &c. At vero Augustinus. 10. de Ciuitate Dei capitulo. 23. & 24. nomen esse censuit hoc loco principium, vt deitatem Christi, ex isto probet loco. Itidem & Ambrosius in Exameron libro. 1. capitulo. 2. Quam tamen litem, ergo in præsentia dirimere nolo, quandoquidem si hic locus non probat, sunt plerique alij ex quibus probatissima redditur diuinitas Iesu Christi. Hoc autem loco satis sit dixisse, hærendum esse vulgatæ editioni: &

Quartus locus.

subscri-

Non probãtur Erasmꝰ & Laurentius Valla.

subscribendum esse Augustino, & Ambrosio: verbaque indicata diuinitatem puto domini probare. Et Euangelista subdit, & non cognouerunt, quia patrem eius dicebat Deũ. Et certè suam diuinitatẽ nullis alijs expresserat verbis, nisi præfatis. Principium, qui & loquor, aut quod loquor vobis, vt Ambrosius legit. Erasmus contendit additum esse Deũ, & lectionem aliam germaniorem sua sententia, indicat hanc. Et non cognoscebant, quia patrem eis dicebat: id quod ante ipsum Laurentius annotauerat, in Græcis codicibus multis, non legi Deum. At vero siue Græcè sit, siue non sit, intelligẽtia prompta est, de Deo esse sermonem intelligendum. Et non cognouerunt quia patrem eis dicebat, subaudiendum Deum.

Quintus locus.

Est quintus locus Ioannis. 1. in principio erat verbum, fatentur Arriani hoc verbum esse Christum, etsi non exactè verbum esse, si ergo in principio erat verbum, ergo in æternitate erat verbum, aut erat Deus aliquando sine verbo: at dissentit Ioannes, ait enim & verbum erat apud Deum. Et rursum repetẽs de verbo dicit, hoc erat in principio apud Deum. Verbum igitur erat in principio. Et ne dicat Arrius, erat ante æonas, & hoc est, erat in principio, idcirco sonat diuinum Ioannis oraculum & hoc erat in principio apud Deum. Si verbum nanque non erat coæternum patri, sanè non erat in principio apud Deum. Nam esse apud Deum est idem quod Ioannes alijs docuit verbis, vnigenitus, (dicens) qui est in sinu patris, &c. Esse rursum apud Deum, est esse cũ Deo patre, & in Deo patre: vt ipsum verbum Dei aperit. Ego in patre, & pater in me est Ioannis. 17. Si ergo aliquando fuit, quando non erat verbũ, aliquando fuit quando neque pater erat in filio, neq; filius in patre, aliquando erat quando vnigenitus non erat in sinu patris, aliquando præter hæc erat quando Deus non erat verbum, & aliquando erat, quando verbum non erat apud Deum, quæ omnia Arrianam consequũtur sectam. At vero si aliquando Deus, non erat verbum, ergo verbum nõ est Deus, quippe Deo est propria æternitas. Et deniq; aliquãdo erat, quando pater non erat, scilicet quãdo filius per te non erat. Et exponat nobis Arriana perfidia si verbum cœpit aliquando esse, cur ait Ioãnes, in principio erat verbũ? Dicet, forte etiã Moses inquit in principio creauit Deus cœlum & terram, tamen nihil exploratius est, quam quòd cœperint cœlũ aliquando, & terra. Porrò Moses non repetit & cœlum & terra erant apud Deum, & hoc erat in principio apud Deum, cur ita? nisi vt scriptura filium Dei, verbumque æterni patris non esse creaturam, sed coæternum patri ostẽdat. Nam si verbum incœpisset esse, etiam si cœpisset ante secula condita, cur dixisset, Deus erat verbum, & hoc (subaudi verbum) erat in principio apud Deum. Imò in principio (si cœpisset) non esset apud Deum patrẽ. Quippe in Dei æternitate, non extabat hoc verbũ. Non ergo in principio apud Deum, & Deus tum erat sine verbo, & verbũ sine Deo, quia nondum erat verbum, quando in æternitate erat Deus, si verbum cœpit esse. Non ergo in principio apud Ioannem, idem est quod ante secula condita, vt Arrius commentatur, imo in principio, id est, in æternitate. Et rursum si cœpisset esse, & creatura est Dei verbum, non ergo omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil: imo sine hoc verbo aliquid factum est. Nanque ipsummet verbum sine verbo factum est, si verbum Dei factum est, ideoque non factũ est, vt per ipsum omnia facta sint. Præter hæc testimonia quæ protulimus, est in Epistola ad Roman. cap. 9. testimonium deitatis Iesu Christi adeo proptum vt nulla tergiuersatione illi refragari quiuis valeat. Quorum patres (ait) ex quibus est Christus, secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in secula. Amen. Et exemplarium Græcorum est consensus, & Latinorum similiter.

Quid est uerbũ erat in principio.

Sextus locus.

Septimus locus.

Et adde quod acta Apostolica indicant. c. 20. attendite (ait) vobis, & vniuerso gregi, in quo vos posuit Spiritus sanctus Episcopos, regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo Christꝰ, ergo Deꝰ est, qui sanguine suo nos Deo acquisiuit. Et prima catholica Ioã. ca. 3. in hoc cognouimus charitatem Dei, quoniam ille animam suam pro nobis posuit. Et demum mittẽs dominus Apostolos orbi prædicaturos illis dixit. Ite, & docete omnes gentes, baptizantes eos, in nomine patris, & filij, & Spiritus sancti. En tibi hasce personas tres, esse æqualis maiestatis & gloriæ. Nanque si dispar esset illarum maiestas, non diceret dominus in nomine earum celebrandum, aut ministrandum baptisma. Et si vnum est nomen trium, vnum est numen trium. Nanque confessum est hæc tria distincta esse nomina, pater filius, & Spiritus sanctus: si Tria sunt nomina, cur præcepit baptizantes gentes in nomine? vtique quia tres personæ istæ vnius eiusdemq;

Octauus locus.

Nonus locꝰ.

eiusdemq; atque sempiternæ sunt maiestatis. Neq; filius, aut Spiritus sanctus creaturę sunt. Etenim. 1. ad Corin. 1. Paulus Corinthijs indignatur, quod in nomine creaturarum baptisma donabant, ideſt, in nomine Pauli, Cephę, & Apollo. Baptismus ergo si iubetur à Christo sub nomine trium personarum exhiberi, tres personæ vnus sunt creator, & nulla illarū creatura est. Ex nouo instrumento conduximus hactenus testimonia, quibus probatissimam habes Christi deitatem. At vero si cupis ex veteri etiam illa quoque petere instrumento lege declamationes nostras ad caput Esa. sextum: & subsanabis dicentes ex veteri lectione trinitatem non colligi. Porrò non prætereunda silentio esse arbitror alia duo loca, quæ cum Christi deitate egregiè faciunt.

Decimus locus.

1. Ad Gal. 2. Paulus nanq; Corinthijs scribēs. Si enim (ait) cognouissent, nunquam dominum glorię crucifixissent. Quem locum versans Leo Papa huius nominis primus Epistola. 95. de diuinitate Christi, intellectum voluit. Vnde collegit hanc esse concedendam, Deum esse crucifixum: in suam quoq; citat sentētiam D. Ambrosium, libr. de fide. ca. 4. Et huic non est absimile, quod Lucas. c. 24. testatur. Sic oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam. Paulus siquidem tradebat Christum dominum esse gloriæ. Et Lucas concinnit dicens, gloriam æternam scilicet, esse Iesu Christi. Porrò si creatura pura esset Christus, vtique non esset dominus æternę beatitudinis. Quippe ex Psalmo Dauidico admonemur gratiā & gloriam dabit dominus. Quod si Concilium Toletanum vndecimū Christum creatum non trepidat, fateri, sanè non secundum formam Dei, sed secundum formam serui.

Leo Papa notandus cū Ambrosio.

Deus fuit Crucifixus & mortuꝰ.

Concilium Toletanum exponitur.

Iam vero istis leui vtcunque præscriptis calamo, conclusiones subiungam ad priora corollarias. Prima esto, pater non est prior filio æternitate, aut tempore, siue dignitate, aut quouis genere durationis, seu nobilitatis. In huius gratiam aduertes Augustinum memoriæ prodidisse, libr. 12. confes. capitul. 23. alterum, altero, prius esse, aut æternitate, vt Deus creata præcedit cuncta, aut tempore, vt flos præuenit fructum, aut electione vt fructus antecedit florem. Quippe eligibilior est fructus flore, aut origine, vt sonus est prior cantu. Etenim cantus præexigit vocalem sonum, vnde ex illo originem ducit. Nam tolle sonum vocalem, continuo cantus aberit, etiam si cantu ablato sonus sæpè præsto est. Iam ergo catholicis est confessum, patrē non esse priorem filio æternitate. Et similiter pater, & filius, non sunt priores Spiritu sancto. Nam coæternæ sibi sunt tres beatissimæ personæ, & coæquales. Itidem cōfessum est, nullam esse prioritatem in beatissima Triade recensitarum: solum modo fatenda est vna prioritas quæ est originis, quam sancti patres fassi sunt: quam Augustinus etiam docuit, libr. de triplici tabernaculo propè finem libri. Et quanquam censura huic libro præfixa, libri huius eleuet autoritatem, refert nihil. Si enim sermo probatam habet veritatem, & si non sit ex probato autore excepta non sit tibi curæ. Est autem sermo prædictus probatæ veritatis, quia est sanctorum patrum confessio. Damasceni in quam, Hilarij, Chrysostomi, quos in argumentis disputationis huius retulimus. Superest tamen edisserere, quid sit hæc originis prioritas, nam rem hanc alioqui scabram, Scotus fecit spinosiorem: in æternitate fingens aut in diuinitate, duo instantia naturæ. Et primum naturæ instans partitus est in tria signa originis, & in primo signo originis pater semetipsum cognoscit, in secundo generat filium, in tertio processio est Spiritus sancti: at in secundo instanti naturæ, beata Trinitas creaturas cognoscit. Hoc Scoticum commentum quale sit supra patefecimus, & illi non hæsimus, nisi ad certam moderationem redactum. Et re vera si ipse sine pompa instantium planè dixisset, pater est prior origine filio, quia filius est à patre, & non contra, quia omne principium est prius eo quod ex ipso est, rem certam dixisset. Nam nihil aliud est esse patrem prius origine filio, nisi esse prius in ratione principij. Enim vero principium quodlibet includit in sua ratione primitatem aliquam. Et quia hoc latebat Arrium ideo pestiferum dogma orbi instilauit. Cæterum Scotus in distinctione decima, huius respondens vltimo argumento, ad finem distinctionis hæc instantia originis dixit, non esse inter durationem, & durationem, sed secundum quod est quis à quo. Quòd si vbilibet in libris suis ita tradidisset à concertationibus eruisset suos: porro autem si excogitauit hæc signa originis, vt persuassum haberet patrem esse realiter in aliquo signo, in quo non est filius, ille mihi ignoscat, quia illi non præsto fidem. Diuinæ nanque Triadis mysteria religiosè, & circunspectè sunt tractanda. Et cum hæreticis (autore Hieronymo) neque in verbis communicandum est. At Arrius aiebat, erat quando non

Cōclusiones Corollariæ.

Prius unum altero multis modis.

In diuinis personis sola est originis prioritas.

Quid est originis prioritas.

Prioritas originis iuxta Scoticā cōmenta.

Quid sit patrem esse priorem filio origine.

Scotus ut intellexit originis priorita tem.

Diuina mysteria religiosè & circunspectè sunt uersanda.

do non erat filius Dei. Quapropter ego non audeo dicere erat signum originis, quando non erat Dei filius. Non tamen qui hæc legis in animum inducas tuum, Scotum dogmatizare cum Arrio, ab sit hoc à sensu tuo, tanta labe contaminare Catholicum & dissertum autorem: at propterea hæc dixerim, quia salubre est Catholicis ea docere, vnde neque rimula hæreticis audacibus pateat, suis fouendis dogmatibus.

Tractatio Catholica neque rimula debet patefacere hæreticis.

Porrò forsitan te fallet hæc originis prioritas, si credis, eandem esse, quæ naturæ est prioritas. ¶ Quod dissuasum me autore habebis. Nanque in beatissima indiuiduaque Trinitate vna ipsissimaque est tribus personis natura: ideoque nihil prius aut posterius est in ea secundum naturam. Porrò vt rem istam exploratiorem habeas, disce ex Aristotele. 5. Metaphysic. text. 16. illud esse altero natura prius, quod potest esse sine alijs, & alia non possunt esse sine illo: vt animal est prius homine, & substantia prior accidente, vt albedine, vel colore, vel frigiditate, &c. ¶ Et causa idest, id quod est causa, est prius suo effectu, natura: vt ignis est natura prior, quam calefactio: ex prædicamentis. cap. 11. iam ergo dicet aliquis, si causa est prior effectu natura, at iuxta Damascenum & Chrysostomum pater est causa filij, ergo est natura prius. ¶ propterea secundam accipe conclusionem. Pater non est natura prior filio, neq; Physica phrasi est causa filij. Priorem partem Aristoteles iam docuit. Nam prius natura illud est, quod potest sine alio esse, & aliud non sine illo. Verum pater idest id quod est pater non potest esse sine filio, &c. Dixi id quod est pater id est Deus, non potest esse sine filio. Nam patrē & filium esse simul natura testatissimū est, non solum in diuinis, sed in humanis. Nam relatiua sunt simul natura, vt prædicamentum ad aliquid testimonio locupleti nobis est. Itaq; pater neq; vt pater, neq; vt Deus prior est natura filio, neq; Spiritu sancto. ¶ Posterior autē pars conclusionis lucidissima est, aduertenti causam efficientem esse, quæ extrahit effectum ex potentia materiæ in actum existendi. Deus autem pater, non extrahit filium de potētia in actum, quippe illum ab æterno ex propria substantia generat. Neq; est causa formalis quia simplicissimus est, neque finalis, quia huius causalitas causæ metaphorica est docente Aristotele. Materialem autem in absoluto est Deo non competere. Vnde Anselmus libr. de Processione Spiritus sancti, nomen causæ ad intra Deo non concedit, & scitē. ¶ Cæterum ad intelligentiam sanctorum ob seruā causam sanctos prænominatos vocasse principium. Est autem lata differentia causæ & principij, dixit enim Aristot. 5. Meta. text. comm. 1. principia illa esse, quæ prima sunt, vnde aliud aut est, aut fit, aut cognoscitur. Vnde puncta sunt principia lineæ, quia ex punctis linea est. Et materia & forma principia sunt rerum: sunt enim ex quibus cōflantur materiales substantiæ. Et suppositiones scientiarum sunt principia, ex quibus cognitio, & doctrinæ assequutio pendet. ¶ Quamobrem causa & principium non se mutuo consequūtur. Nam etiam si quidquid causa est principium sit, non tamen cōtra: ideo vt superius, & inferius se gerunt. Est enim punctus lineæ principium, causam tamen lineæ nullus proprie (nisi abutens vocabulis, esse dicet. Nanq; punctus non causat, aut efficit lineam. Diximus enim ex Auerroistico & vero placito, causam efficientem esse quæ extrahit effectum ex potentia materiæ in actum: porrò punctus non hoc præstat lineæ, neq; præstare potest, ideo non est effector lineæ, quāquā sit eius principium. Quoniam linea est ex pūctis: ideo tradebat Arist. principium esse primū vnde aliquid est, aut fit, aut cognoscitur. ¶ Quanuis non credas, me latere apud mathematicos ex fluxu puncti lineam fieri, dogmatizari, at vero istud sanè est ex imaginatione Mathematica, non ex Physica veritate. Idem sapito de linea quæ est superficiei principiū, negabis tamen illam esse causam: itidem & superficies principium est corporis, non tamen causa. Quantitas enim non est actiua, vnde causa efficiens non est. Quidquod finis, vel finalis causa etiam principium est, verum causa non est, nisi metaphoricè, autore Aristotele. 1. de genera. & corruptione. text. comm. 55. ¶ Quibus annotatis scito patrem non esse causam filij, neque patrem & filium esse causam Spiritus sancti. ¶ At vero verè affirmabis esse patrem principium filij, quia pater est prima persona vnde est filius, & pater & filius sunt personę vnde est Spiritus sanctus. Et quod est principiū vnde aliquid fit, illud causam esse prædica. At pater non est primū vnde fit filius, quia filius non fit, sed est principium, vel primum vnde est filius, per generationem idcirco principium est filij. Hilarius autem dicens patrem autorem filij, & Damascenus & Chrysostomus tradentes esse causam, vsurpant causæ vocabulum, abutentes illo, loco

Quid est esse natura prius.

Secunda conclusio.

Pater Deus non est causa efficiens filij.

Sanctorum intelligētia.

Quid est principium ex Aristotele.

Causa & principium ut differāt.

Finis est causa metaphoricè.

Pater nō est causa filij sed principium.

Pater est autor filij quid sibi uelit apud Hilariū idem esse causam filij.

loco principij. Colliges autem secus esse in humanis, atque in diuinis. In illis enim pater est prior filio, & natura in hunc sensum, quia natura patris est prior tempore quam filius, & causalitate, quia pater est proprie causa efficiens filium, vt habes. 9. Metap. comm. 13. at in istis non item. Pater enim est origine filio prior, solum modo. Quare etiam si pater vt pater non sit prior, imo simul natura cum filio, vt est filius, cæterum sub ratione personæ pater est prior origine filio. Etenim relatiua denotantia originem, etiam si simul sint natura, & intellectu, hac originis tamen potiuntur prioritate, qua alterū est altero prius, idest, originans originato, & principium principiato. Intelligito hæc secundum censuram quam in calce apponemus. Vnde verendum non est patrem realiter asserere esse priorem filio, quia prioritas originis realis est prioritas, & non per intellectum. Cæterum cum additamento illa concedas semper pater Deus, est prior filio Deo origine. Simpliciter enim si illam concesseris, nonnihil Arriani fetoris spirat. Occinit porro nobis Augustinus libr. contra Maximinum tradens patris, & filij esse ordinem naturæ, ergo prius est natura pater filio. Dicito patrem esse filio priorem naturali origine, & hoc volebat sibi Augustinus: non tamen est consequens, est prior naturali origine, ergo prior est natura, vt perspicuum est tibi si nostra consideres, quæ hactenus persequuti sumus. Naturalis autem hæc origo est, quòd filius à patre, naturam accepit. Et Athanasium facile expones existis, ait enim in hac Trinitate nihil prius, & posteriꝰ.

Pater realiter filio est prior secundum originem.

Primaria dubitatio.

Intellexit enim tempore & dignitate &c. nō tamen origine.

Est autem dubiolum istis accedens, num filius sit principiatus à patre? & Thom. 1. part. quæstione. 33. articulo primo illam negat, ne arbitremur filium esse minorem patre, aut illi subiectum, id quod hoc nomen principiatum præseferre putat Thomas, respondens argumento. 2. Quanquam indicat Græcos Doctores filium vocitasse principiatum. Ego vero hæc duo principium & principiatum intelligo esse corelatiua, ergo si pater est principium, principati est principium. Quapropter sicut pater est principium filij, & si non est superior filio, (nam Catholicorum sanctorum confitentium patrem esse filij principium, est nemo qui propterea intelligat patrem esse maiorem aut superiorem filio:) ita quoque etiam si fateamur, filium esse principiatum à patre, non subinde cogimur ex vi sermonis filium esse patre minorem fateri. Scimus enim Athanasium libro. 8. ad Theophilum, de fide inscripto Christiana, tradentem dogma esse hæreticum, in sancta Triade quid quam esse inferius, aut superius. Et in Symbolo eiusdem, idem traditur. In hac (ait) Trinitate nihil prius aut posterius, nihil maius aut minus, &c. Quapropter vt concedimus patrem esse priorem filio origine, secundum eandem rationem oportet dicere, filium esse posteriorem patre, non simpliciter, sed origine duntaxat. Neq; sic Theologizantes, quicquam detrahunt Symbolo Athanasij. Et intelligi profecto nequit patrem esse priorem filio origine, nisi iuxta eandem rationem intelligamus filium posteriorem origine. Ita quoq; nihil videtur detractum iri fidei, si assentimus esse principium filij secundum originem, filium etiam dicamus principiatum secundum originem, quod est secundū quid, non tamen simpliciter. Neq; qui ad hunc modum temperat sermonem filium subindicat minorem esse patre, aut dependentem à patre. Verum Thomam simpliciter propositiō nē negasse, mihi videtur: vt ergo summatim rem perstringas, fixum tene, nullum esse ordinem in diuinis personis, vel temporis, vel loci, vel dignitatis vel naturæ, nisi solum est ordo originis, secundum quem pater prima est persona, & filius secunda, & Spiritus sanctus tertia persona. Est etiam alterum exiguum quoque dubiū, num pater est prior filio æternitate, & duratione. Nanque si est prior origine ergo æternitate prior, qđ si hoc, ergo & duratione, est prior: quo admisso, igitur pater aliquādo erat, quando filius non erat: hoc enim videtur exigere propositio hæc si illam admittis, pater est prior filio duratione. Rem istam scrupulosam, aut scopulosam, cōtrouersiæ Thomæ, Scoti, & Durandi, reddiderunt. Verum vt paucis agam, cū Bonauētura dixerim, nō esse scruppū in propositione illa. Nāq; non habet sensum hūc, filius cœpit esse: sed solū filius à patre habet durationē suæ æternitatis. Etenim si fatendū est, vt fatemur filium accepisse à patre naturā, esse ve diuinū. Itē & æternitatē æternam ve durationem, accepisse testemur, oportet tradente domino Ioan. 17. & mea omnia tua sunt.

Summa prædictorum.

Tertium dubium.

Quid uelit propositio pater est prior æternitate filio.

At vero quod nodosius dubium est, & magis mentē nostram torquere valēs est, nūquid in notionalibus sit quidam ordo statuendus secundum intellectum. Nam hactenus de originis ordine diuinarum, personarū prosequuti sumus. Atqui D. Tho. in dict. hac. q. 2. arti. 1.

Quartum dubium.

prorsus

Pater principium & filius principiatus.

prorsus in diuinis negauit ordinem prioris,& posterioris etiam num secundum intellectū, negans hunc ordinem,siue secundum rationē absolutam,siue relatiuam,tametsi in.1. part.q. 40.art.4.aliter sapit,quam sapuerat.Et re vera essentialia priora esse secundum nostrum cōsiderandi opus,mihi confessum est. Etenim essentialia sunt absoluta , & absoluta priora esse relatiuis in Deo secundum intellectum non est cur diffiteamur , sunt nanque essentialia fundamentum relatiuorum : in essentia nāque diuina sunt relationes diuinæ , & præintelligimus essentiam relationibus. At vero ais,siue essentialia,siue notionalia, siue relatiua in Deo sunt simplicissima vnitas , vt ergo in illis est ordo? dices,quemadmodum constitemur multa esse attributa diuina secundum intellectum , & nō deturbamus nihilominus diuinam simplicitatem,ita etiam si asseramus essentialia esse priora notionalibus & relatiuis secundum cogitationem nostri intellectus,non continuo lædimus vnitatem infinitam Dei.

Essentialia diuina priora relatiuis & notionalibus.

Obiectio notanda.

Verumtamē,vt exploratum habeas, quid in hac re velim,obseruabis , notionalia iam significari actiue,iam vero passiuè , vt generatio diuina quatenus per hoc infinitiuum actiuæ vocis generare significatur , actiua est significatio : verum per infinitiuū passiuū hoc generari , generatio diuina passiue significatur. Itidem dicito de spiratione, quæ quatenus per verbum actiuæ vocis significatur spirare videlicet,actiua est,at secundū quod per spirari passiua est subaudi semper, vt religiose & circunspectè loquaris , vel quasi passiua. Iam ergo generatio vt significatur actiuè secūdum intellectum nostrum prior est quam ipsa relatio diuina:item generatio significata passiuè prior est iuxta modum intelligendi nostrum ipsa relatione diuina,idest, ipsa filiatione : etiam si vt constituens personam filij capiatur(siquidem generari via est ad filiationem) sicut generare ad paternitatem. Nanq; ex eo pater est,quia generat, si patrē summas vt relationem denotat:vt filius itidem ex eo est q generatur. Et rursum spirare prius est quā spiratiuitas,(vt sic loquar) quia fingo nomen vt significem notionē, in qua cōueniunt pater atq; filius in spirādo Spiritum sanctum. Item spirari prius est quam Spiritus sanctus, secundum intellectum,nam via est spirari vt sit Spiritus sanctus. Et obid pater spirans est Spiritum sanctum,quia spirat,itidemq; filius. Præter hæc ipsæ proprietates relatiuæ geminam habent considerationem, aut secundum q relationes sunt , & hac consideratione non sunt priores relationibus sibi correspondenti bus,imo sunt simul natura vt paternitas simul natura est atq; intellectu cum filiatione. Porrò si relatio consideratur vt constituens personam,habet considerationem absolutam, & si alioqui relatiua sit proprietas,& iuxta hanc rationem relatiua proprietas prior est secundum intellectum semetipsa vt habet rationē relatiuam,& prior est etiam ipsa actione siue notione diuina. Prius nanq; præintelligimus diuinum esse suppositum , quam q generet personam sibi similem,vel æqualem. Et quāquam pater,& filius vt tales sint simul intellectu,cæterum pater vt subsistens hac proprietate est origine prior filio. Nam vt subsistit habet esse ad se,& paternitas vt dat subsistentiam patri & ipsum constituit , rationem habet absolutam,quæ prior est quam ratio relatiua ad filium,nos hæc presius supradiximus ideo paucis egimus modo. Durandus tamen quæst.2.huius distinctionis obuius est præscriptis.Credit enim impossibilē,vanamve prorsus esse meditationem,meditantis paternitatem non secundum q relatio est. Etenim nihil verè cogitari potest, nudando illud ab essentia sua , vt hominem qui nudat à rationali falso commentatur. Itidem igitur relatio est de essentia paternitatis,non ergo cogitari potest paternitas diuina deducta relatione. At vero autor hic non aduertit , diuinas relationes esse subsistentes,id quod nostris nō adest, neq; aduertit analogicè esse commune nomē relationis diuinis , creatisque relationibus. Quia creatæ nullam personam constituere queunt,id quod sibi diuinæ singulariter vendicant. Ideo non demiretur Durandus si proprietatem relatiuam multifariam consideremus,vt est constituens personam, aut vt refertur ad aliam personam? Ex quibus colliges, patrem filium,& Spiritum sanctum , iam fumi posse vt relatiuæ sunt personæ,& ita relationem intrinsecam habent, & tum notiones præcedunt relationes has , secundum intellectum. Est enim pater quia generat , & filius quia generatur,& Spiritus sanctus q spiratur. Relationes enim innituntur actibus notionalibus,aut si mauis fundantur in illis,(aut vt cōpendio vtar) super generare , generari , super spirare,spirari. Cæterum possunt & altero nodo capi non vt relatiuæ sunt, & relationē in propriam vocantes rationem, at vt subsistentes sunt personæ,& tū pater nō cōsideratur vt refertur

Proprietates relatiuæ geminam habent significantiam.

Pater ut subsistens est prior filio.

Durandus non probatur.

Relatio diuina subsistēs est creata minimè.

Posterius est pater quam generans.

Considera diligenter.

Hæc obserua sedulo.

refertur ad filium, sed vt in se subsistit, itidem de filio dices & paracleto. Et hac ratione prior est pater considerationē, subintellige nostra, quam generet, & non ideo est pater quia generat, imo ideò generat, quia est persona patris, ideo generatur rursum quia est persona filij, itidem affirmabis de paracleto. Nā vt generare est actus suppositi, & ab eo dimanat, ita & generari suppositō insitum est. Quę si non lippis cernis oculis, non tibi faceſſet negotium articulus prænotatus Thomæ quæst. 40. primæ partis. Si plura discere voles istorum, distinctio. 27. huius Christo duce te docebit. Iam vero tempus admonet vt vela plicemus, & disputationi huic finis imponatur.

Prius est pater quā generet ut subsistens est.

Solutio argumentorū.

Argumentis igitur in primis obiectis faciamus satis. Primò dicito illud procedere ingenitis ex materia quæ incipiunt esse. At filius Dei non generatur ex materia, imo de substātia æterni patris ab æterno generatur, & non creatur, neque fit ideo non cœpit.

Secundo dicito causam vsurpari à sanctis illis priscis pio principio. Dionysio respondebis pater est fontana deitas, quia prior est origine filio, & Spiritu sancto. Neque collatio Dionysij ex omni latere conquadrat. Tertiò dicendum est, verbum Dei non esse instrumentum patris, neque prępositio, per, semper instrumentariam significat actionem, Paulo docente ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia ad Roman. 11. At Deus non est sui ipsius instrumentum, & sæpè alibi hoc aduertes in scripturis sanctis.

Præpositio per non semper denotat instrumentum.

Exponitur Ioannes.

Quarto argumento dicito consultissimè Ioannem non adiecisse articulum emphaticum, cum, ait, Deus erat verbum. Etenim forsitan aliquis existimaret verbum esse personam patris, id quod Sabeliana decreuit insania. Postquam ergo dixerat verbū erat apud illum Deum, (patrem vtiq; intelligens) si dixisset, & ille Deus erat verbum, Sabelius sibi gratularetur, credens vera se asserere, patrem esse filium. Ideo articulum suppressit, ne personarū distinctio apud sciolos sophistas, aut pompaticos hæreticos læderetur.

Disputatio secunda. Num admittendus sit sermo filius Dei semper generatur?

Argu. 1.

SVNT nonnulla ex scripturis, quæ indicant filiū Dei ab æterno fuisse genitum vt illud exiui à patre, & veni in mundum. Et rursum Ecclesiastici. 24. ego ex ore altissimi prodiui. Et Prouerbiorum. 8. ab initio & ante secula creata sum. Alia vero non fuisse sed esse modo genitū præseferūt Psalmo. 2. filius meus es tu, ego hodie genui te. Rursum sanctorū testimonia vltro citroque Magister in litera iactat, satis altercantia dubium hoc, vtrum sit recipiendum, generatur filius Dei, vel nascitur? an genitus est, & natus est ineffabiliter à patre: tu lege Magistrum. At vero paucis rem ego agam, ne diutius te morer. Scito igitur ex Aristotele in mutationibus instantaneis id quod mutatur, est, vt quod generatur, est. Etenim generatio impartibilis est. 5. Metaphy. com. 22. Neq; est dicere pars huius formæ generatur modo, & pars speratur generanda. At vero tota simul fit, & est. Vt simulatq; res videtur, iam eius visio est: id quod non reperies in motibus. Nanq; quod calefit, nondum est calefactum, quia motus est actus entis in potentia, secundum quod in potentia. Quibus adde quia generatio materialis incipit esse, & desinit esse: ideo etiam si quod generatur est, at neutiquam dicere poteris quod generatur, modo, genitum iam fuit, aut generabitur postea. Porrò si hoc qđ generatur, vt ignis hic, æternam generationem haberet, non temere dixisses, genitus fuit, & generabitur, & generatur modo. Nam sensus hic esset, huius ignis generatio est æterna, hæc enim variatio differentiarum temporis per, fuit, est, & erit, denotat scilicet fuit genitus, generatur, generabitur. Quamobrem cum diuini verbi non temporalis, sed æterna est generatio aptè dixit Gregorius, semper natum diuinum ex patre verbum. Et Origenes non incommodè docuit semper nasci. Et profecto si exploratius rem hanc consideras, cernes Deum nos affirmasse superioribus disputationibus, & fuisse, & esse, & futurum. At vero qui affirmat, Deū fuisse, non continuo negat Deum modo esse, & qui affirmat futurum, non continuo negat, Deum in pręsenti esse. Ad eūdem propemodum, siquidē generatio diuina est ipse Deus, si de Deo intrepidè illas variamus propositiones secundum tres differentias temporis, vt illius æternitatem demonstremus cur de generatione, seu natiuitate æterni filij Dei, & de spiratione Spiritus sancti formidabimus totidem enunciare propositiones secundū easdē differentias temporum variatas? & quod videlicet fuit natum, & quod nascitur, & quod nascetur. Itidem de paracleto & quod spiratur, & est spiratus, & spirabitur, vt modo spiratur

Argu. 2.

Argu. 3.

Mutationū instantanea rum, & successiuarum discrimen.

Verbū Dei nascitur & natū fuit & nascetur quo sensu sit recipiendū.

à patre & filio. Neque ſenſus eſt naſcetur verbum ex patre, quod modo non naſcitur, ſicut non eſt ſenſus fuit natum, quod iam non naſcitur: at vero vt ſignificemus natiuitatē quæ modo eſt, illam æternò fuiſſe, & æterno futuram. Ideo differentias temporis diuinis proceſsionibus non ineptè aptabimus. ¶ Diuino igitur verbo idem eſt generari, & genitum eſſe, quippe indiuiſibiliter generatur: vt aër quando illuminatur eſt illuminatus. Ideoq; ſecundum rem idem eſt illuminari, & illuminatum eſſe: etiam ſi ſecundum rationem differant. Ideoq; diuinum verbum generatur ſemper vt dixit Origenes, & eſt genitum ſemper vt tradidit Diuus Gregorius. Et quia æternò perſeuerabit generatio hæc diuini verbi inuariataque perſiſtet, ideo & ſemper naſcetur, vt modo naſcitur de patris ſubſtantia. Quanquā hæc tria natum, naſcitur, naſcetur ſecundum intellectum diſcrepēt, quippe quæ varias præferunt ſignificationes, vt diximus. ¶ Quibus accedat vſitatiorem eſſe ſermonem, natū eſt & naſcitur, quam naſcetur Dei verbum, tamē verum eſt naſcetur, vt modo naſcitur, vt dictum eſt, teſtimonia ſacra quæ protulimus iam aperta ſunt quidque velint abundè ſupra expoſuimus.

Diuinū uerbum generatur & eſt genitum & generabitur.

Diſputatio tertia. Num pater filius, & paracletus ſint aliud & aliud.

Argu. 1.

QVIA magna eſt habēda ratio ſermonis, quando diuina diſſerimus, & ſummè curandum eſt, vt ſermo non ſolum verus ſit, ſum etiam religioſus, & circunſpectus. Maximoq; ſtudio adnitendum ne vel minimum hæreticis videamur cōniuere, vel ablandiri quādo diuina diſſerimus, idcirco huiuſmodi diſputationes aptiſsimæ ſunt quæ ventilentur. Et videtur in primis patrem eſſe aliud à filio itidem à ſpiritu paracleto. Nanque eſt pater aliud ſuppoſitum à filio, & filius aliud ſuppoſitum à Spiritu ſancto, ergo eſt aliud pater à filio, &c. *Argu. 2.* ¶ Præter hæc propoſitio hæc eſt confeſſa, pater eſt alius à filio, vt hæc filius alius à Spiritu ſancto: ergo & aliud, probo cō ſequentiam, nam alius, & aliud, ſolum diſcernuntur accidentaliter grammaticali genere, nempe q̄ alius eſt maſculini generis, at aliud neutri generis: cæterū grāmatica differētia rē nō alterat, ergo ſi eſt alius pater à filio, eſt quo q; aliud. ¶ Tertiò pater vel eſt alia res à filio, vel eadē res cū filio, ſi eſt alia res à filio, eſt igitur aliud à filio, ſi eadē res ergo eſt eadē perſona cū filio, id quod Sabellius dogmatizat, & fides catholica deſpuit. ¶ Contra porrò eſt quod Concilium Toletanum. 11. decernit in confeſsione fidei. Pater, ait, non eſt ipſe qui filius, at vero eſt ipſum quod filius: quod ſi eſt ipſum quod filius, ergo nō eſt aliud à filio. Et rurſum ſi eſt aliud à filio, ergo eſt alius Deus à filio, quod reprobat fides catholica, vt te vberius docebit Epiſtola Sophronij Patriarchæ Hieroſolymitani, quā leges in ſexta Synodo Conſtantinopolitana, cui hæc Epiſtola inſerta eſt. ¶ De quæſtione hac concors eſt catholicorū ſenſus, has eſſe hæreticas, pater eſt aliud á filio: & pater & filius ſunt aliud á Spiritu ſancto, tametſi alius eſt pater, á filio: id qđ Auguſtinus de fide ad Petrum liquidò ſermone confirmat. Vna eſt (inquit) eſſentia patris, & filij, & Spiritus ſancti: in qua non eſt aliud pater, aliud filius, aliud Spiritus ſanctus. ¶ Et probatā habēt Theologi hāc Auguſtinia nā ſentētiā, & vt catholicæ illi ſtādū eſt: cuius ratio vulgata eſt Theologis ſiquidē aliud in neutro genere eſſentiā denotat eſſe diuerſam: at vero alius in maſculino, perſonę ſolū diſtinctionē ſignificat, & nō diuerſitatē illarū, ſed ſolū alietatē, quę cōtēta eſt diſtinctione reali. At diuerſitas quā aliud denotat, eſt eſſentiæ, quæ perſonis diuinis nō adeſt. Nō enim ſunt diuerſæ perſonæ vt dixit Augu. 7. de Trin. cū dicimus tres perſonas nō diuerſitatē intelligimus. ¶ Scito tū ex Ariſtotel. 5. Meta. interuallo tex. 15. & 16. illa diuerſa dicūtur quorū materiæ plures, aut ſpecies plures, aut ratio ſubſtantiæ aliud, vt Petrus & Paulus ſunt diuerſi, qa materias habēt plures, & equus & leo, diuerſi quia ſpecies ſunt plures: & rationale, & irrationale ſunt diuerſæ differētiæ, qa aliud eſt rationale, ab irrationali: ſunt enim duæ differentiæ eſſentiales. Et. 10. Meta. tex. cōm. 12. docuit nō eſſe hæc duo differēs & diuerſum, idē. Nanq; poſſunt eſſe diuerſa quæ ſe ipſis differūt: cæterū nō poſſunt differre aliqua ſeipſis, niſi aliqd intercedat quod illa differētia eſſe prętet. Itaque differētiæ vltimæ ſunt diuerſæ, & ſeipſis ſunt diuerſæ: at non differunt, quia poſtremæ ſunt differētiæ. Quibus inſtituti peripateticis documētis, prōptū eſt dictu tres perſonas nō eſſe diuerſas, nāq; neq; habēt materias plures, ſunt nanq; immateriales, neq; ſpecies plures, etenim ad nullā cōducūtur ſpeciē. Deus enim (vt iam præmonuimus) nō eſt in genere, neq; ratio

Argu. in diuerſum.

Deciſio quæſtio.

Alius & aliud.

Quæ ſunt diuerſa.

Differēs & diuerſum nō ſunt idem.

Perſonæ diuinæ nō ſunt diuerſæ neq; propriè differentes.

ratio diuinæ substantiæ in ipsis est aliud. Est enim eadem substantia ratioque diuinæ naturæ est tribus ipsissima personis. Quapropter non sunt diuersæ diuinæ personæ, sed neque etiam differentes. Etenim differentia eorum est, quæ in genere collocantur, Deus autem in genere non reponitur. Et præter hæc differentiæ aliæ sunt accidentales, aliæ essentiales, ꝙ si differunt personæ alterutram exhibebis prædictarum ante differentiarum, at neutra diuinis competit personis. Neque enim differunt accidentarie, quia diuinitas nullum admittit accidens. Neque differunt essentialiter, quippe ratio substantiæ diuinæ vna eadēque est tribus personis. Quod si vspiam apud sanctos illas differre inueneris, fuso vocabulo illud accipe vt sensus sit differunt, ideſt, distinguuntur. Quod si contēderis mecum, si pater alius est à filio, & demum diuinæ personæ inuicem sunt aliæ, quæ alietas est hæc, num accidentaria, aut substantialis? non substantialis, ergo accidentaria. At neutrum tibi permittimus, est enim solū alietas personalis. Quod si adhuc insistis, persona substantiam denotat, ergo si est alietas personalis, ergo substantialis, tibi satisfaciam si dixero persona in diuinis non significat in recto substantiam, sed

Nota de persona.

hypostasin, ideſt, subsistentiam. Est enim persona diuina relatio subsistens in diuina substantia. Quamobrem persona diuina denotat sanè relationem, quia relatiua persona est, & non est vt persona creata, quæ cum relatione non habet comercium in sua significatione. At vero tametsi persona diuina relationem sibi conciliat, at non per modum relationis, sed per modum hypostaseos, ideſt, substantię

Persona uocat relationem in suam rationē non per modum relationis sed subsistentis.

vt sæpè nos ante monuimus. Et leges si lubet Thom. 1. par. q. 29. artic. 4. quare alietas diuinarum personarum est sanè personalis, non tamen substantialis, quæ alietas germana est personis creatis. At diuinarum personarum alietas est subsistētiæ, quæ neq; substatiæ est, neq; accidentis. Porro autem vt ad primum institutum regrediar, scitè admodum Vincētius Lirinensis Episcopus in libro de Antiquitate & vniuersalitate fidei christianæ contra nouationes hæreticorum tradidit, in beatissima Trinitate non esse aliud, & aliud, sed alius, & alius: secus autē in Christo, in quo est

Notandus Vincentius Lirinensis.

aliud, & aliud, & non alius, & alius. Est sanè aliud, & aliud in Christo, quia sunt duæ naturæ in eo diuina & humana, non tamē alius, & alius, quia vna persona est Christus subsistens in duabus naturis: habes autorem in antidoto hæreseon. Quod si etiam num hæc animum tuum non absoluunt, explebit certè si audis, Christum apud Ioannem loquentem in hæc verba. c. 8. Ego & pater vnum sumus, si pater & filius vnum sunt, non sunt aliud & aliud: & quoniam distincti sunt realiter necessario cōficitur esse alium patrem à filio, & à Spiritu sancto. Primo argumento respondetur negando consequētiam, quæ sanè si de creatis rebus ageretur firma esset: quidquid enim aliud est suppositum, necessario est aliud, siue diuersum ab altero. Cæterum in diuinis non item. Etenim creata supposita, sunt aliud & aliud, quia per formas sibi intrinsecas diuersificantur: ideo si est aliud suppositum, habet continuo aliam formam, subindeque & aliam naturam, vt præmonuimus, quando de indiuiduatione sermo instituebatur. Porrò multo secius in diuinis considerabis suppositis, quæ sanè non per formam, ideſt, diuinam naturam constituuntur in esse suppositali, imo per proprietates relatiuas subsistentes. Quare hęc sane vera est, pater est aliud suppositum à filio, quippe præsefert patrem alia potiri subsistentia relatiua qua filius non potitur, relatiuum enim aliud tametsi substantiæ est relatiuum, at adiectum sibi suppositum illud coercet, vt non substantiam, sed rationem suppositalem subindicet: quæ (vt admonebam) alia & alia est in singulis personis: at in consequente quando colligis, ergo est aliud, quia simpliciter extulisti, relatiuū aliud à nullo est coercitum, quo à proprietate suæ significationis distrahatur. Propterea non alietatem substantiæ, sed naturæ diuinæ denotat: idcirco consequēs falsum est, & perinde colligis, acsi colligeres, pater habet aliam subsistentiam à filio, ergo aliam naturam: id quod in diuinis inualidum est argumentum. In gratiam tamen secundi argumenti aduertes, Durandum in distinctione hac, tantum non concessisse patrem esse aliud à filio, & conduxit se in sentētiam, argumenti secundi huius conuictus autoritate. At re vera vt illi demus differentiam casus, & modi temporis, &c. quæ grammaticorum est obseruare, non variare essentialem nominis significationem, nam siue dixeris homo in recto vel hominis, aut homini, in obliquo, semper significabis humanitatem. Et siue dixeris amaui, amabam, amaueram, præteritum semper significabis tempus. Etiam si variatum per perfectum aut imperfectū, aut plusquam perfectum. At vero accidētalis hęc variatio magni refert ad veritatem vel falsita-

Solutio primi argumenti.

Diuersa supposita creata ab increatis in ratione suppositali.

Pater est aliud suppositum à filio non tamen aliud.

Solutio secundi argumenti.

tem. Aliud est enim si dixeris Petrus est homo, aut Petrus est hominis. Vel si dixeris, amaui, aut amabam, aut amaueram: ideoque etiam si aliud & alius differant masculino genere, & neutro: cæterum hæc accidentaria generis differentia, plurimum habet obseruationis veritati captandæ, in neutro enim alietatem substantiæ denotat, at in masculino alietatem vtcunque. ¶ Non ergo probo Durandum dicentem hæc relatiua aliud, & alius ex vsu loquentium, non ex vi sermonis discrimi nari. Quid quòd vis sermonis ex vsu est loquentium, nam nomina ad placitum significant? Quod si ex consuetudine, aliud, substantialem conuehit secum differentiam, hæc eius est propria significantia, vt tradit Aristote. in Topicis, vt suprà indicabamus. Ex vi igitur sermonis hæc neganda est, pater est aliud à filio, itidem de paracleto. D. Thom. 1. part. quæstione. 31. articulo. 2. in aliam ingressus est viam, neutrum (ait) genus habet significationem informem, ideo naturam communem denotat, vt si quæsieris, quid hoc est, sat est si per communia responderis, est ens, aut substantia, aut animal: at vero masculinum genus, vel fœmeninum habet formam & certam significationem, quia sciscitanti quis iste est, respondebis Petrus, vel Paulus, &c. Idcirco hæc neganda est. pater est aliud à filio, quia naturam separat, hæc vero affirmanda est, alius à filio pater, quia aliam esse relatiuam proprietatem indicat. ¶ At quale quale hoc fuerit, quod Thomas modo differit, mihi non est curæ in præsentia. At hoc dixerim, alius, & aliud, in creatis rebus alietatem substantiæ significare. Nam si enuncias, Petrus est alius à Paulo tantumdem dixeris, quantumdem, si enunciasses, Petrus est aliud à Paulo, nihil efficiente informi neutri generis significantia, & formata masculini, nihil iuuante, & fœmenini significatione. Cæterum in diuinis personis aliter esse iam ostendimus. Itaque alius, in masculino genere in creaturis diuersitatem substantiæ seu naturæ planè denotat æquè atq; aliud: in diuinis vero nō itē, propter causam iam expositā. ¶ Postremò argumento dicito, patrem, & filium, & Spiritum sanctum, si absolutè agatur sermo, esse vnam rem, & non plures, sunt nanq; vna deitas, sin relatiuè vertamus sermonē, sunt tres res, iuxta vulgatum Diui Augustini verbum, libr. de doctrina Christiana, res quibus fruendum est sunt pater, & filius, & Spiritus sanctus. Ideoq; pater, & filius, & Spiritus sanctus quodammodo sunt res tres, idest, tres personæ siue tres subsistētiæ, & quodāmodo vna essentialiter, scilicet diuinitas. Cæterū quę ret quoq; aliquis, num sunt tres existētes, aut tria entia? in cuius rei gratiā aduertere oportebit, nomina substatiua si cū numeralibus efferātur formā numerare, vt si dixeris tres homines, planū facis esse tres humanitates: at vero adiectiua cū numeralibus enunciata, non formā numerāt, aut multiplicāt, sed subiecta. Finge iam ita esse, cōmentitiū Auerrois cōmētū vno eodemq; intellectu vniuersos homines potiri, vtiq; quāquam hic esset vnus idemque cunctis hominibus, essent nihilominus plures intelligentes dicēdi homines, ex vno alioqui intellectu, intelligentes. Quippe adiectiuum hoc intelligens, tunc multiplicaretur secūdū suppositā, etiā num forma intellectus inuaria ta. Quæ obseruare in primis oportet vt cautos in propositionibus pronūciandis de beata Trinitate nos præstemus. Vnde hāc negat Athanasius orationē, tres esse æternos, hāc vero non formidat concedere esse tres personas sibi coæternas, imo in symbolo suo vt catholica traditur. Ad quē propemodū nō reformidabimus cōcedere tres personas esse immensas, & increatas & beatissimas, esseq; tres personas intellectiuas, aut intelligētes & sapiētes. At vero esse tres sapiētes, aut intelligētes, aut beatos, aut immensos, &c. regula fidei non admittit. Quorū rationē si scire cupis, ea est quæ insinuata est iam. Nam qñ quis dixerit esse, tres immēsos, increatos, æternos, sapiētes, &c. substantiuè capiuntur adiectiua hæc, idcirco hæreticū sensum pręferunt esse, videlicet tres personas tribus æternas æternitatibus, aut immēsitatibus, tribus immēsas. Nanq; substātiua vt diximus modo formā multiplicāt, quādo multa proferūtur. Porrò in cæteris propositionibus eadē nomina nō gerūt vices substāti uorū, sed adiectiua pura sunt; ideoq; non sunt reformidādæ dictu, tres personas esse beatas, aut æternas, aut immenias, quia vna beatitudine beatas esse credimus, & vna ęternitate ęternas, &c. Id quod propositionū contextus, & vis orationis non tollit. Istæ vero propositiones tres personæ sunt tres existētes, aut tria entia, sub eādē sunt finiēdæ regulā, iuxta quā finiuimus illā, sunt tres res, ita & tres existētes: etenim si relatiuè intelligātur vt sunt tres res, ita tres existentes, secus vero si absolutè. Thomas vero. 1. p. q. 40. art. 3. personas diuinas adiectiuè cōcesit esse tres existētes, substātiuè negauit, tibi optio erit alterutrum eligendi.

Non probatur Durandus.

Neutrum genus quomodo differat à masculino & fœmenino.

In creaturis alius denotat diuersitatem substātiæ ut aliud secus in diuinis.

An tres personæ sint tres res.

Commodum satis exemplum cuius ueritas non requiritur.

Substantiua quo differūt ab adiectiuis.

DISTIN-

DISTINCTIO Decima cuius initium est. Nunc post filij æternitatem, de Spiritu sancto quantum Deo donante videre concedimus, disseramus.

Disputatio prima. Num Spiritus sanctus sit beatæ Triadis personis annumerandus.

Arg. 1. VIDEBITVR enim fortasis alicui non esse connumerādum, primo quia Spiritus sanctus nomen est cō mune patri, & filio, igitur nō est alicuius personæ proprium. Antecedens collige ex.4.capi.Ioan. spiritus es Deus, ergo pater Deus, est spiritus, & filius est spiritus, & vterque sanctus est: clamantibus Seraphin Esa.6. Sanctus, Sanctus, Sanctus, &c. ¶ In diuersum est, quia Paulus. Ad Roman.1. nos instruit dicens inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur: at vero ex Euangelicis scriptis instituimur patrem in magnifica illa cœlitus allata voce, hic est filius meus dilectus, se ostendisse audiētibus, vt filius carnem induens mortalem, mundo apparuit, & Spiritus sanctus in columbæ specie & alijs itidem formis se demonstrauit, hæc autem distincta signa ex consulto diuino ostensa sunt, diuinis aptata personis, vt per hæc signa distincta, distinctas quoque esse personas diuinas palam nobis esset. Est ergo Spiritus sanctus qui in signo visibili distincto, ostensus est persona distincta à duabus & illis annumeranda.

Arg. in contrarium.

Decisio quæstionis. Disputatio hæc vt commodam quam postulat decisionem consequatur, præmittere oportet, quid velit in sanctis literis vox hæc spiritus, de qua consulendus est Augustinus. 14. de Trini. c.16. qui varias spiritus acceptiones notauit. Iam enim pro mente accipitur, iā pro imaginatione, iā pro anima hominis, iam pro brutorum anima, pro vento, nonnunquā, demum pro Spiritu sancto. Quæ prosequi nō libet, quia leges apud autorem. ¶ Est secūdo loco aduertendum duas esse Græcas voces πνευμα & πνοή, quarum prior πνευμα Spiritum sanctum significat, posterior vero πνοή, ventum vel flatum autore Augustino. 13. de Ciuitate Dei capitulo. 23. & Theodoreto libro secundo de principijs, qui fuit autor Græcus. Itaque scripturæ sanctæ vocibus istis diuersis, diuersum esse à flatu Spiritum sanctum ostendunt, tametsi Latinis vox hæc spiritus, in omnia sese diffundat, vt creatorem spiritum, & creatum flatum significet. ¶ Tertiò obseruandum est, tribus diuinisque personis quædam esse propria alia appropriata. Est sanè proprium patri esse principium Triadis si ue in Triade, est proprium filio esse verbum, vt Spiritus sancti proprium est, esse spiratum. Appropriata vero sunt patri potentia, filioq; sapientia, spiritui denique bonitas. Quæ equidem tria attributa communia sunt Trinitati: verum adaptantur singulis personis singula, ad denotandum specialia quædam quæ diuinis personis adsunt. Pater nanque quia principium est, ideo germane illi attribuitur potestas, filio vero quia verbum æterni est patris, sapientia, spiritui vero sancto quia charitas est patris atque filij, ideo bonitas illi appropriatur, spiritus autem appropriatur tertiæ personæ, quod nomen alioqui commune est toti Triadi. ¶ Quippe spiritus est largitor vitæ, vt in animalium vita experimur: spiritus nanq; vitales habent animalia cuncta, ex quibus & vita, & robur illis impartitur. Nam horum beneficio & præsentia, animal viuit, eorundemq; absentia protinus animal deficit. Vnde mori est animam exhalare, Latinis præcipuis qui animam spiritum vocitant. Et in repetito iugiter spiritu, quem respirationē Philosophi appellitant, & in spiratione vitā esse locatam, suffocata demonstrant. Et his quibus sanguinis copia effluit, resoluuntur sæpè spiritus vsque ad syncopismum, siue ad animæ deliquium: quia spiritus vitales difflātur plus iusto. Hoc ergo nomen pater, tametsi viuentium est, verum non exprimit vitam. Itidem de nomine filius, at hoc nomen spiritus vitam denotat, legimus enim Gene. 2. & spirauit in faciem eius spiraculum vitæ. Et.1. Regum. 30. de quodam legimus cum comedisset reuixit spiritus eius: & alia hoc genus passim offendet lectitans diuinos codices. Quapropter illud nomen spiritus significat Deum esse vitam, vitæque esse largitorem, quia spiritus est. Appropriatur porrò spiritui sancto, idest, tertiæ personæ, quia tertia persona diuina per amorem procedit: vt ergo diuina scriptura nos admoneret, vitam spiritualem nostram ab amore diuino esse petendam (quippe qui non diligit manet in morte)

Spiritus nomen uaria in scripturis denotat.

Propria & appropriata diuinarū personarū.

Cur patri appropriatur potētia, filio sapientia, Spiritui sancto bonitas.

Spirituscur appropriatur Spiritui sancto.

morte) ideo cui competebat ex sua origine amor tributum, quoque est & nomen spiritus: vt palam fieret esse amorem viuificātem, & corroborantē, id quod spiritibus nostris vitalibus visibiliter congruit. Porrò redditum est nomen spiritus proprium tertiæ personæ addendo sanctus, aut paracletus. Et sæpè in scripturis veteribus vocatur spiritus domini. Vt Esaias testatur spiritus domini (inquit) mi
Esa. 61. sit me, eò quod vnxerit me, tametsi Hilario autore ad patrem hæc referuntur verba. Ego tamen magis subscribo Athanasio, & alijs plerisque dicentibus, spiritum domini, non patrem sed Spiritum sanctum subsignificare. Et legere poteris librum vndecimum, Athanasij de fide vnitatis, & trinitatis, hoc testantem. Et quod mihi fidem facit est, q̄ cum audio spiritus domini, originem intelligo spiritus à domino. Et iuxta hæc quando inscriptu ris video scriptum, Spiritus domini, aut Dei, Spiritum sanctum vt plurimū subintelligo: nisi ex contextu intelligentia hæc nihil loci habeat: vt est illud spiritus domini malus agitabat Saul: & alia istis germana loca. Quanquam autem in nouo instrumento frequētissi mè dicatur Spiritus sanctus: in veteribus vero, sacrosanctisque musis, parcius hoc donatur nomine: vt nos fusius docuimus in declamationibus in Esaiam, declamatione de festo Pentecostes. Porrò sanctus, dicitur Spiritus sanctus, quippe illi attribuitur hominum sanctificatio. Vnde dixit Marius Victorinus libr. contra Arrium, sanctus est, vel quia homines sanciat, vel sanctos facia. Istis quoque accedat, Spiritum sanctum, etiam num spiritum, germano sibi appellari nomine, quippe
Lege Th. 1. p. q. 36. ar. 1 amor est Spiritus sanctus: at amor vim habet impulsiuam, vt spiritus qui flatus est, flatus enim vehemens, vehementer quoque impellit, & motum habet occisimum quæ in amore inter alia reperias. Est enim vis amoris impulsiua, amor siquidem terrenus ad terrena impellit, & diuinus ad diuina. Audi loquentem Paulum ad Romanos. 8. qui filij sunt Dei, spiritu Dei aguntur. Et alibi charitas (inquit) Christi vrget nos. Ex his, & alijs, discere poteris, amoris diuini impulsum. Quam vero ocyter amor moueat promptum erit tibi, si memineris amanti nihil esse difficile: & quod Gregorius testatur charitatem quando ad fuerit, ociosam non esse.

Cur dicatur Spiritus sanctus.

Amor vim habet impulsiuam instar flatus.

Iam vero Spiritus sancti diuinitatem paucis absoluere orationis nostræ, seu disputationis exigit ordo. Quippe fuerunt hæretici, qui diuinitati detraxerunt Spiritus sancti, facile docentes esse seruum, & creaturam. In quos Apostolicus aduertit calamus, imo tota scriptura clamat. Prima igitur ad Corinthios. 6. Paulus ait, an nescitis, quòd membra vestra templum sunt Spiritus sancti, qui in vobis est? Et paucis interiectis glorificate (addit) & portate Deum in corpore vestro. Dixerat primo membra nostra esse templum Spiritus sancti, dein docens Spiritum sanctum esse Deum, subiecit, vt glorificemus ipsum Deum, cuius templum sumus, in corporibus nostris. Quasi dixisset spiritus qui est habitator vestrorum membrorum Deus est: igitur illum glorificate, quem portatis, aut fertis, in vobis. Et 1. ad Corinthios. 12. diuisiones gratiarum, ait, sunt, idem autem spiritus, ergo Spiritus sanctus gratias diuidit, & dispensat: at vero gratiam, & gloriam distribuere solius est diuinitatis. Et Actorum. 4. cur tentauit te Satanas vt mentireris Spiritui sancto? & subdit, continuò Deo mentitus es, &c. & non
hominibus. Et Luc. 12. qui blasphemauerit in Spiritum sanctum non dimittetur ei neque in hoc seculo, neque in venturo. Cur ita acerbam dominus decernit sententiam, contra lædentes verbo tenus Spiritum sanctum multò acerbiorem, quam contra eos qui filium hominis probris afficerent? Vtique quia diuinitatem Spiritus sancti insinuare, volebat Christus. Præter hæc qui autor est supernaturalium operum Deus est, at Spiritus sanctus est hic, habes enim apud Lucam. 2. Maria hæsitante, quomodo sine coitu virili esset conceptura, Angelus hæsitantem instruit, dicens Spiritus sanctus superueniet in te. Et rursum qui supernaturalia nouit, & docet, Deus est, at Spiritus sanctus est huiusmodi Paulo testante, Spiritus manifestè dicit, quòd innouissimis temporibus discedent quidam á fide, attendentes spiritibus erroris, &c. 1. ad Timoth. 4. Istam autem discessionem in prospectu habere, manifestoue scire, diuinitatis est actio. Cui quoque astipulatur & illud. 1. ad Corinthios. 2. spiritus omnia scrutatur etiam profunda Dei. Et Mar. 3.

Spiritus sanctus aperit arcana Dei.

Rursum Christum ducere diuinitatis est, nō creaturæ, Christus nanque etiam num vt homo superat omnem creaturam, & non eget ducatu creaturæ: at apud Matthæum legimus capitulo. 3. ductus est Iesus, à spiritu in desertum, spiritus igitur qui Christum ducit Deus est, & non creatura. Eodem accedit quod

Spiritus sanctus diuinitas ostenditur.

Spiritus sanctus ductor Christi ut homo.

quòd in nomine Spiritus sancti baptismi regeneratio nobis donatur, at vero creaturæ nomen non est regeneratiuum, ergo Spiritus sanctus Deus est, tradente domino, Ite, & docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij & Spiritus sancti. Hoc eodem testimonio vsus est Athanasius, libr. vndecimo, de fide vnitatis & Trinit. quo diuinitatem Spiritus sancti manifestaret. Leges quoque Idacium clarium Hispanum, in libro contra Vadimadrum hæreticum, & Cærealem libr. contra Maximinum capitulo.11.de re hac, si mea tibi non sufficiunt. Ex istis autem si ea indiligenter non obseruasti, promptum tibi erit, cur Spiritui sancto tribuitur quod vrat mentes nostras, quòd consoletur, quòd roboret, quòd vngat, quòd erudiat, & id genus alia innumera. Nempe quod amor diuinus est, cuius hæc munera sunt primæque sunt diuinæ charitatis dotes, vt nos alibi latius docuimus. Argumento porro obiecto dicito, hoc non esse insolens nomina communia propria reddi ob certas causas. Nam Adam, idest, homo, commune nomen est cunctis hominibus, cæterum primum illum de terra formatum specialius ex eo significat, quia primus hominum fuit: sic ergo Spiritus sanctus, etiam si simpliciter est commune nomen tribus diuinis personis, at vero est proprium tertiæ personæ, vt esse procedens, etiam si sit commune filio cum Spiritu sancto: nam filius procedit à patre, at vero Spiritus sanctus sibi appropriat hoc originis participium, vt Symbolica Athanasij docet fidei professio spiritus (ait) à patre & filio, non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens. Et enim quia post processionem Spiritus sancti nulla est alia processio, ideoque vltima est secundum enarrationis diuinarum processionum ordinem, ideo processionis sibi retinuit nomen: vt diximus diuerso modo de Adam, quia fuit primus hominum, nomen hominis sibi verè adaptat. Quanquam processio hæc spiritus sancti, nomine donatur proprio: appellitatur enim spiratio & recte: id quod sibi est aptissimum originis nomen, vt processio filij proprio sibi fruitur nomine: dicitur enim generatio, legimus autem Ecclesiam probasse spirationis vocem, vt significet euidentius processionem Spiritus sancti vt habes in sexto de Summa Trinitate, ex Concilio Lugdunensi sub Gregorio.

Cur Spiritui sancto tribuitur urere consolari roborare.

Nomina communia reduntur pro pria ob certas causas.

Procedens tribuitur Spiritui sancto.

Disputatio secunda. Num istarum personarum numerus augeri valet?

OStenso iam beatissimarum personarum numero ternario non est inepta hæc disputatio, nam videbitur forsan alicui, hunc numerum ternarium augeri posse, quippe filius nō generat filium alium, non quia non potest, at quia non expedit, autore Augustino, contra Maximinum.3.libr.capitul.12. At vero Aristotele docente.3. Physicor.text.comm.32.in æternis posse, est esse, & quod in illis potest esse necessario est. Eterna enim repellunt à se contingentiæ mutabilitatem, si ergo filius potest generare alium filium, generat ergo, sunt ergo duo filij Dei, & secundus filius habebit alium: & ita series diuinæ prolis in immēsum superaret. Itidem q; de Spiritu sancto ad manum erit cuilibet totidem colligere Spiritus sanctos. *Arg. 1.*

Contra vero est.1.Ioannis.4. tres sunt qui testimonium dant in cœlo, pater, verbum, & Spiritus sanctus. Et diuinæ literæ perpetuo ritu Trinitatem, non quaternitatem personarū vbilibet nominant. ¶Et sanè conclusio est firmissimæ veritatis, tres duntaxat esse diuinas personas, & impossibile est plures esse. At vero Scotus in.2.distinct.huius.1.q.7. contendit vt solet, acutis rationibus necessario hunc numerum esse ternarium. Probat enim necessariò duas esse diuinas ad intra productiones. Et primam præmittit hypothesin, intellectum esse productiuum alicuius productionis: hæc confessa est. ¶Secunda hypothesis esto, diuinum quoq; intellectum esse productiuum alicuius productionis ad intra, hæc suasibilis videtur. Quia quod perfectionis est creaturis, in Deum quoque referendum est, at esse productiuum principium ad intra est perfectionis. ¶Tertia esto, huiusmodi perfectio tribuenda est Deo citra omnem imperfectionem. ¶Quarta est, imperfectio productionis in intellectu creato, quia producens intellectionem adintra vel introrsus, si mauis, est in potentia ad suum actum, quem recipit à se productum: iam iunge ista & collige, ergo Deus producit intra se intellectionē quā non recipit. Quippe producit actum intelligendi deducta imperfectione, quia diuinus intellectus non perficitur suo actu, id quod nostro est germanissimū. ¶Quinta est, diuinus intelle-

Argu. in diuersum.

Decisio quæstionis.

Scotus probat Triadis arcanum.

intellectus, vt est sibi præsens, vel vt habet essentiam diuinam sibi quam præsentissimam, est memoria fœcunda, vt noster habens sibi intelligibile præsens. Deducas igitur ex hypothesibus istis denarratis quòd producit diuinus intellectus notitiam intellectualem, & habet apud se notitiam genitam, hæc autem Deus est, quod patet, nam tāta est notitia producta, quanta intellectus, & obiectum intelligibile vnde ꝓcedit: quia diuinus intellectus operatur ad intra quantum potest, quia necessario ad intra operatur: sed infinite potest, ergo infinite operatur: notitia igitur genita infinita est. En tibi vt ostendit Scotus filij Dei productionem, quanquam ipse senticosus est, & scabrosus, vt tedeat te lectitare hæc apud autorem: at ego plana feci, in tui gratiā hominis verba. Item eisdem gradibus gradiens productionem Spiritus sancti colligit. At vero quanquam sibi belle videtur philosophari mea tamen sententia, futilia sunt argumenta & quæ Philosophus essent ridēda. Quibus equidem confessum est Deum purissimā esse actum, & suum intelligere, esse suū esse. Noster autem intellectus est productiuus ad intra intellectionū. Quippe imperfectus est, & nisi foris perficiatur, tanquam tabula rasa est, quæ nihil depictum, aut insculptū habet: ideo mendicato accipit à rebus sensibilibus species intelligibiles quibus perficiatur. Porrò diuina mens seipsa, & per se ipsam vniuersa habet in prospectu: ideo nullum actum intelligendi producere intra se habet opus: hæc Philosophi responderēt Scoto. Possemus & aliam tentare viam, vt Trinitatē diuinā ostenderemus. At hęc quam mox subdemus, eodē laborabit morbo, quo & cęteræ rationes, quę vt hoc fidei suprēmum arcanū persuadeatur, congeruntur. Accipe tamen illam, quę suppo nit in primis, ꝙ omne viuens, ex suo & intra se habet operationem vitalem. En tibi exempli gratia plantas, quæ ex propria substantia folia & semina, atq; fructus in se ipsis edunt. Et animalia vniuersa nō orbata, ex ꝓpria substantia, semen elaborant, vnde sibi prolem nanciscantur. Et quia intellectiuum est optimus viuentium gradus, etiam hoc non fraudabitur munere habendi intra se vitalem operationem. Nanque intelligit, & vult quæ sunt vitales operationes: Deus igitur qui est suprema vita vitalem quoque edet intra se operationem, quæ illi erit consubstantialis proles, quam ipse Deus gignens amore infinito complectens, Trinitas constat absolutissima. Cæterum hæc ratio, vt diximus, nullum conuincet philosophantium. Deus enim Philosophis est, ipse actus vitalissimus, & non est illi indigentia edendi aliam operationem vitalem intra se. Qui si illam edidisset, illam recepisset: at vero vbi est impossibilis receptio, & impossibilis est editio, fides autem catholica confitetur Deum patrē producere verbum, notitiamvè genitam, sibi consubstantialem, & quia per se subsistens est hæc notitia genita, ideo non recipitur in patre, neque in essentia patris. Itaq; hæc autoritate fidei tantum sibi cohærent, & ꝙ sit in diuinis productio ad intra, & ꝙ nulla sit receptio: à qua tamen Philosophi manibus & pedibus discederent. Porrò autem huiusmodi suadelæ, & aliæ quæ ab alijs conferuntur (vt in eo lib. cui titulus est naturalis Theologia, est videre) sunt sanè non ita despuendæ vt prorsus calcentur, & conculcentur ab hominibus: habent enim momenti non modicum ad corroborandum vulgarium orthodoxorū fidem. Neq; tamen adeo sunt laudibus proue hēdæ, vt illis fides catholica fidatur, vt inquā sat esse credantur ad conuincendos Philosophos. Hæc autē satis sit dixisse, quippe in prę cursorijs fusius de istis actum est. Missis ergo naturalibus suadelis, in fide catholica vnice figenda mens est. Quæ tres personas cōfitetur, non quidem ratione essentiæ, quæ vnissima (vt sic dixerim) est in tribus, at tres sunt propter relationes. Quæ sibi oppositæ sunt, vt paternitas, filiatio, & spiratio. Cętera sanè vnum omnino sunt in Deo, iuxta decretum Concilij Florentini sessione. 12. decernens relationes solas esse quæ personas multiplicant: id quod Augustinus olim in libro de Triplici habitaculo edixerat. Omnia tradens in Deo esse vnū, nisi vbi relationis obsistit oppositio. Et rectè dixit, quia relatio sola nō distinguit personas, nisi oppositio relatiua ad sit. Spiratio nāq; quæ est cōmunis patri & filio ꝓprietas, non distinguit patrē & filiū: & sæpe alibi Augustinus hoc cōmemorat. Et deniq; istud est axioma Theologicū: sunt ergo relationes istæ oppositæ tanquam proprietates indiuiduantes personas, vt supra asseuerabamus. Obserua autem propterea esse multa indiuidua in vna specie: quia vnum indiuiduum non comprehendit totam speciei perfectionem: ideoque sparsa est species in pluribus indiuiduis. Quapropter si vnum totam speciei perfectionem contineret, vnum esset solum indiuiduum in vna specie. Quia natura

non

Memoria fœcunda apud Scotū.

Futilia sunt argumenta Scotica pro beatæ Triadis mysterium.

Suadelæ aliæque Triadis arcanū vtcunq; colligunt.

Rationes naturales iuuāt fidem non tamen producunt eandem.

Relationes oppositæ multiplicāt personas ex cōcilio Florentino.

Relationes oppositæ sunt tanquā proprietates indiuiduantes personas.

non superat in superfluis, neque minuitur, aut deest in necessarijs. Quare est vnicus mūdus, vnicus sol, quia hæc indiuidua exacte absoluunt totam speciem. Vnde necessario est vnicus Dei filius á Deo patre genitus, at non plures. Nam hic omnem perfectionem quam potest filius Dei habere complet, & explet, & Spiritus sanctus similiter. Non ergo Trinitas augeri potest neque imminui. At nos dum peregrinamur à domino, dum hic agitur in mortali corpore, ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus. Quando ergo exuerimus, quod ex parte gerimus, tum erit Deus omnia in nobis, & videbimus Deum sicut est quando fuerit ad nos conuersa multitudo maris, & torrente diuinæ voluptatis potabimur, & saturabimur. Tum cessabit Philippi petitio illa, Domine ostende nobis patrem, & sufficit nobis, quia reuelata facie gloriam domini speculabimur. Nam fracto iugo miserabili nostræ captiuitatis, filiorum adoptionis libertate fruemur. Interim tamen quandiu tempora hæc sperati á famulis Christi refrigerij non accesserint hoc vitæ nostræ exilia agentes, columnam ignis, id est, fidem ductricem amplectamur. Quæ sue opaca luce nos dirigat, vt ad ciuitatem Dei nostri tandem fœliciter perueniamus. Vt demum palacium veri Salomonis. i. æternę beatitudinis, cum Sabbea regina ingressi, cpus superasse famā cernamus: de quibus alibi. Ad institutum igitur his missis regrediamur. Quanquā vt fastidio parcā, alia non placet de re hac differere: sat fuerit illa disseruisse supra in distinct. 7. illo te remittimus, vbi argumentum primum huius disputationis lucide solutum videbis. Et alia pleraq;, quæ istis si adieceris, locupletior euadet disputatio.

Cur unicus tantum filius in sancta Triade.

Fideles dum per desertū hoc uitam transigunt temporalem columnam fidei amplectatur oportet.

DISTINCTIONIS vndecimæ quæ incipit, Hic dicendum est Spiritum sanctum à patre esse & filio, &c.

Disputatio prima, Num Spiritus sanctus à patre simulatque filio procedat.

INstituitur disputatio hæc, quia nullibi legimus in diuinis eloquijs Spiritum sanctū á filio procedere, iam accipe primum argumentum. Fidei traditio absolutissima est, quæ in diuinis traditur scripturis: at Spiritum sanctum procedere à filio non legimus, nisi solum à patre Ioann. 15. spiritus (ait) qui á patre procedit, ergo non est de fide á filio spiritum procedere. Secundò nihil detrahendum diuinis verbis est, aut addendum Ioanne in Apocalypsi testante. cap. 22. Ergo scriptura testante Spiritum sanctum á patre procedere, temerarium erit addere á filio etiam procedere.

Argumentū in diuersum.

¶ Contra est Ioannis. 15. Spiritus sanctus spiritus veritatis nuncupatur, quæ verba tractantur in Concilio Ephesino primo. Et ex illis in confessione fidei colligit Spiritum sanctum procedere à patre & filio. Ducitq; hoc modo argumentum, Spiritus sanctus est Spiritus veritatis, Christus autem est veritas ipsa, ergo si á veritate procedit, Spiritus sanctus, procedit á filio Dei, qui est ipsa veritas. Et de summa Trinitate & fide catho. cap. firmiter, & sub eodem titulo cap. vnico in texto idem traditur.

¶ Dura fuit quondam disputatio hæc inter Græcos & Latinos, vt Concilium Florētinum locuples est testis. Nā duodecim absoluit sessiones de re hac differentes. Et quanquā Magister sententiarum hac distinctione censeat verbalem esse pugnam Græcorum, & Latinorum, ego tamen verbalem non esse credi derim, imo realem. At Magister se conduxit in suam opinionem, aduertens, Græcos confitentes, Spiritum sanctum esse spiritum filij, & Spritum veritatis. Cæterū hæc confessio plane subindicat, Spiritum sanctum esse Spiritū procedentem à filio, in virtute. Enimverò qui Spiritum sanctum testatur esse filij spiritum, testatur à filio procedere. Aliter enim cur filij est Spiritus? Cæterum vt cœperam dicere, non eo in hanc sententiam, quippe arbitror, re diserepantes fuisse Græcos, & Latinos, & lato interstitio distare. Græci enim contēdūt Spiritum sanctum non procedere à filio, imò à patre solū: Latini verò ex diametro pugnāt cum Græca sententia. Neque enim si verbalis esset controuersia tanta contentione ageretur inter Græcos & Latinos. Nam si credidissent Græci, Spiritum sanctum procedere à filio & solum contenderent hanc processionem, non vocabulo processionis esse eferendam, at hoc solū sermone esse pronūciādam, Spiritus sanctus est Spiritus filij, aut Spiritus sanctus est spiritus veritatis tum sane de voce esset disceptatio: at non hoc, quippe existimant vere nō ꝓcedere à filio. Nā Damasc. lib. de fide ortho

Græcorum & latinorū concertatio de processio ne Spiritus sancti.

Argum. 1.

doxa. c. 11. &. 10. ait, nos non dicimus Spiritum sanctum procedere á filio, sed esse spiritum filij. Quæ verba fortasis illò torquebit aliquis, vt Damascenus non asserat, Spiritum sanctũ non procedere á filio: at non est ausus fateri
Ad Ro. 8. processionem, vt etiam Concilium Nicenum non, ait, non procedere á filio. Sed tãtum profitetur à patre procedere, credit enim in Spiritum sanctum á patre procedentem. Concilium enim vtitur euangelico testimonio Ioannis. 15. Nominans spiritum veritatis, qui à patre procedit. Cæterum si sensus scribentis, ex
Damascen⁹ expenditur. scriptis venandus est, Damascenum mihi videre videor, etiam sensisse hanc negatiuam esse veram, Spiritus sanctus non procedit á filio, sed à patre per filium. In calce nanque capitis vndecimi, ait, vt à sole hæc procedunt, & radius & splendor, at verò splendor per radium á sole progreditur, ita & filius à patre, & Spiritus sanctus à patre, per filium procedit. Quanquam re vera hoc exemplum in diuersam sententiam non est difficile ducere. Quippe splẽdor non solum per radium, quin & à radio progreditur. Demum, ait, spiritum á patre procedere, in filio tamen quiescere. Et istud idem fatebantur Græci antiqui, & recentiores, qui Concilio Florentino interfuerunt. At verò in Concilio Toletano. 11.
Concilium Toletanum exponitur. Hæc duo damnantur, Spiritum sanctum procedere á patre in filium, id quod ego intelligo, id est, vt quiescat in filio, vt Damascenus dicebat. Et quòd Spiritus sanctus ex eo procedit á filio quia sanctificat creaturas. Itaque non carpit Concilium processionem temporalem Spiritus sancti à filio, quæ confitenda est, sed reijcit asserentem ex eo procedere tantum á filio Spiritum sanctum, quia temporaliter missus est ad sanctificandas creaturas. Quandoquidem etiam procedit æternò, antè sanctificationem creaturæ. Et mea sententia obscurior est Græcanica hæc assertio, quam Latinorum, siue enim dixeris Spiritum sanctum procedere á patre per filium, aut in filium, nodosior sermo est, quam hic ab vtroque procedit Spiritus sanctus. Nam quid sibi vult procedit á patre per filium, num in eundem intelliges modum ad quem
Conuellitur dogma Græcorum. illa sunt capienda verba, Omnia per ipsum facta sunt? At si ita Theologizes, vt ergo verbum Dei patris est per quod facta sunt vniuersa, & est ideo author vniuersorum, non enim fuit creationis instrumentaria causa, ita similiter si per filium Spiritus sanctus procedit, cum filius non sit patris instrumentum, erit productionis Spiritus sancti principium, simul cum patre. Itidem quod, ait, Damascenus procedere Spiritum sanctum in filium, quia quiescit in filio, Latini etiam confitemur, Spiritum sanctum quiescere in filio. Admonemur enim, vt ita credamus ex euangelico illo testimonio, Super quẽ videris spiritum descendentem & manentem super eũ, ipse est qui baptizat. Porrò istam mãsionem, Ioan. 1ᵃ istamque Spiritus sancti in Christo requiem secundum humanam Christi naturam intelligo. Quippe Christo datus est spiritus & non Ioan. 3. ad mensuram. At verò cur magis si de diuinitate sermo habeatur Christi, quiescat in filio Spiritus sanctus, quàm in patris diuinitate non video. Quippe vna est diuinitas & patris & filij. Si ergo Spiritus sanctus procedit á patre in filium, quia quiescit in filio, cum etiam in patre quiescat Spiritus sanctus, etiam procedit in patrem. Imò etiam pater & filius quiescunt in Spiritu sancto. Nam sicut pater est in filio, & filius in patre, ita & pater & filius sunt in Spiritu sancto, & Spiritus sanctus in ambobus. Vt rectè Concilium To *Spiritus sanctus est spiritus amborũ.* letanum vndecimum Spiritum sanctum spiritum amborum nominat. Non ergo Græci rectè loquuntur, ob id esse Spiritum sanctum spiritum filij, quia quiescit in filio, aut quia in filium producitur. Et rursum quando aiunt in filium producere, aut præpositio, in, locum significat, aut finem, vt sensus sit producit gratia filij, at vtrumque est falsum, nam in Deo non est locus, neque vna persona est finis alterius. Est ergo conclusio orthodoxa Spiritum sanctum procedere á patre & filio, quam equidem diuinæ literæ insinuant, & sacra Concilia expresse testantur. Est igitur locus *Spiritus sanctus procedit á patre & filio.* Ioann. 15. ille me clarificabit, quia de meo accipiet. At verò obscurus est hic locus. Cæterum sensum loci accipe, est enim perinde atque si dixisset, Dominus, Spiritus sanctus quem ego vobis sum missurus ille cordibus vestris, ò Apostoli, instillabit veritatem meæ Deitatis, & docebit vos me esse verum Deum & hominem, & ille donabit vobis virtutem præexcelsam, vt miracula, & prodigia, & portenta terrifica mundo præsletis, in testimonium meum. Et quæ dixi hæc præstabit vobis Spiritus sanctus, quia de mea substantia habet quod vobis est donaturus: igitur si de substantia filij habet Spiritus sanctus virtu- *Ephesinum cõcilium exponitur.* tem, & potestatem docendi & operandi miracula qam opportuno tempore apostolis exhi-

Quid est Spiritum sanctũ procedere à patre per filium.

exhibuit,à filio igitur procedit necessario,& ni fallor hunc sensum,etsi obscurè satis intendebat Concilium Ephesinum primum eundem versans locũ,quo probaret Spiritus sancti processionem à filio. Quanquam mirari subit,Cur Sophronius Ierosolymitanus patriarcha,cuius iam supra mẽtio facta est,in epistola ad Sergium Archiepiscopum& patriarchã Constantinopolitanum quæ inserta est sextæ synodo Constantinopolitanæ probat tãquã euangelica,quinq; illa concilia, duo Constantinopolitana,Ephesinum primum,Nicenum & Calcedonense. At verò ipse fidem suam profitens in eadem epistola fidei quinq; cõciliorũ,nõ prorsus acquieuit. Quippe credit inibi in Spiritum sanctum producẽtem à patre, patri,& filio consubstantialem, & contribulem,cæterum processionem Spiritus sancti à filio suppressit,quam tamen debuisset profiteri,siquidem Ephesinum concilium expresse tradiderat,vt meminimus pridem. Porrò nescio cur tenax fuerit Græcia in sua perfidia, fatetur nanque quod diffiteri nequit,Spiritũ sanctum esse spiritum filij, siquidem Paulus aperto sermone hoc docet,Galatis scribens.c. 4. Iam ergo exquiramus, cur est spiritus filij Spiritus sancti?dicẽt quia quiescit in filio, rursum quæramus an similiter requiescat in patre,nunquid ob hoc dicitur etiã spiritus patris? curigitur?quia á patre(dicent)procedit,iã ergo cum scripta sacra simili modo Spiritum sanctum vocent esse spiritum patris,& spiritũ filij,& spiritus est patris,nõ quia requiescit in patre,sed quia ab illo procedit, itidẽ est ergo spiritus filij,non quia in ipso quiescit,sed quia à filio originem ducit,seu procedit. Alioqui dicas Spiritum sanctum,esse sui ipsius spiritũ, quia in semetipso conquiescit. Sunt autem cõcilia latina quę inconcussam & probatissimã habent Spiritus sancti à filio productionẽ, vt concilium Toletanum.4.& 6.& 11. & concilium Lugdunense quod refertur in sexto decretaliũ libro titulo de summa Trini. & fide. cathol.c.vnico. Quanquam est quod demiremur verba huius concilij docentis Græcos doctores,& Latinos cõsensisse in hanc fidei veritatem de Spiritus sancti,à patre &filio processione,siquidem immensam fuisse cõtrouersiã Græcorum,& Latinorũ de re hac supra ostẽdimus. Adeò vt cõtrouersia hæc coegerit Florentinũ concilium,in quod cõuenêre & Græci,& Latini. Cæterũ concilij verba sunt intelligẽda,nõ q̃ omnes Græci sibi persuasissent haberẽt fidẽ processionis ab vtroq; sed q̃ nobilissimi Græcorũ doctores cõcordi cõsensu processionẽ istã docuerũt,quos si iuuat scire, qui fuerũt,Magistrũ cõsule in hac distinctione& ipse te docebit,& Basiliũ cõsule lib. 2. contra Eunomiũ in fine, quo loco filium docet esse principiũ Spũs sancti. Etenim Spiritus sanctus appellatur spiritus Christi ad Romã.8. Adde itidẽ appellari spiritũ veritatis.Ioã.14.tametsi Gregor.Nazianze.in oratione laudatoria Heronis à Patre Spũm sanctũ solũ procedere insinuat,vt in lib.de moderatione in disputatione seruãda & alibi. Cæterũ res hæc inter Græcos nõ erat certa, quia tametsi egregij doctores,vt Dionisius,Basilius,Chrysostomus credidissent Spũm sanctũ à patre & filio ꝓcedere,cæterũ alij in aliã sententiam declinabãt, vt Damascenus nobis testis est,quẽ supra retulimus:imò & Dionysius lõgè ante etsi nõ clarè docet,at insinuat idẽ q̃ Damascen⁹. Ait enim lib.de diui.nomi.c.2.parte prima,filiũ & Spiritũ sanctũ esse fœcũdæ deitatis diuinitus plãtata germina. Quib⁹ verbis significat omnẽ diuinã ꝓcessionẽ à patre proficisci. Quod si omnes Græci doctores,præ dictis doctoribus qui stabãt Ecclesiæ Latinæ decreto, fidẽ fecissẽt cæteris Græcis,nullæ essent inter eos quęstiones super processione Spũs sancti à filio,quas vt dirimeret ecclesia,coacta est synodus Florẽtina,quæ decernit procedere Spiritum sanctũ à filio simul atq; patre, cui decreto fictè cessit Græcia. Fictè sanè,nã cõtinuò discessit à decreto fidei,cui moremgesserat: vt ex Nicephoro apertè indicatur:qui illa tẽpora attingẽs,plane diffitetur processio nẽ Spũs sancti, à patre & filio:magnificãs supplãtationẽ contra cõcilij Florẽtini decreta. Lege præfationẽ Nicephori ad Chronicõ quod edidit Ecclesia sticũ. Et quãtũ arbitror dat pœnas modo Græci,quia discesserũt à vero Christi vicario, Romano,scilicẽt,episcopo:miserã enim agũt modo sub Turca seruitutẽ. Iã verò ratio concilij Florẽtini egregia est,quæ probat hãc processionẽ Spũs sancti á filio. Etenim petit num inter processionẽ Spũs sancti & filij est aliquis ordo,aut nullus?hoc secũdum ne dixeris,etenim prior est productio filij secũdũ originem quã Spũs sancti,ergo ordo est. Vbi nanq; est prius,atq; posterius, secũdũ originẽ ordo est: iã verò si ordo est,quærẽdũ supereſt,nũ est ordo essentialis?aut accidẽtarius?hoc secũdũ nemo audebit fateri,qa blasphemũ esset in Deo accidẽtia cõcedere,erit ergo essẽtialis ordo,inter ꝓcessionẽ filij,& Spũs sci à patre ꝓcessionẽ. Age iã hic ordo nõ est essẽtialis, qualis est inter

Quinque cõcilia tãquam quatuor euãgelia colenda.

Ad Gala. 4. & 1.Petr.1. ad Rom.8. ad Ephes.4.

Concilium Lugdunense exponitur.

Concilij Florentini egregium argumentum probans Spiritum sanctum procedere à patre & filio.

inter ſubordinata eſſentialiter, quia hæc ſubordinatio eſſentialis eſt inter cauſas priores & poſteriores, vt ſublunaria cœleſtibus hac ſubordinatione concatenantur. Porrò in beatiſima Triade non eſt hæc ſubordinatio eſſentialis, equidem quia nulla eſt in illa ſuperioritas, & inferioritas, nullaque dependentia. Quippe beata Trinitas, eſt vnus Deus, & nihil à ſe pendere poteſt: eſt ergo quærendum cur ibi eſt ordo eſſentialis? & nulla ſuppetet ratio, præter quam quòd filius à patre eſt, & Spiritus ſanctus à patre, & filio neceſſario. At dicēt Græci forte inter has proceſsiones Spiritus ſancti, & filij, nullus eſt ordo, quod ſi ita autument, accidit igitur Spiritui ſancto, quod filius ſit prior origine Spiritu ſancto, id quod ferri non poteſt, nam in ſancta Triade nihil per accidens eſt. Quid quod Spiritus ſanctus per modum voluntatis procedit, at vero voluntas eſſentialem ſeruat ordinem cum intellectu: quia nihil volitum, quin præcognitum. Ego duxi iſtius argumenti fillum paulo apertius, aliquantoque fuſius, quam Concilium Florentinum, vt clarius pateſceret, quantum præſtat viribus aduerſus Græcos: & ſummatim denique vires eius accipe. Eſt ordo eſſentialis inter proceſsionem Spiritus ſancti, & filij, ergo Spiritus ſanctus habet eſſentiam à filio, igitur ſi eſſentiam habet á filio, à filio procedit. Refertur autem in Concilio Florentino quidam cui nomen Marco Epheſio, qui conſequentiam negabat, at temere, quia ſi ordo eſſentialis admittitur, ſiquidem hic ordo non eſt dependentiæ vnius ab altero, ſed eſt ſane quod vna perſona ab altera eſſentiam accipit. Nam inter accipiētem, & dantem eſſentialis ordo eſt in diuinis, ordo inquam originis. Et non eſt vt apud nos, quippe apud nos inter patrem & filium accidentarius ordo eſt, quia non ſubordinantur eſſentialiter. Et rurſum aliud argumentum idem volens, quod præcedens, quo vſa eſt Synodus Toletana vndecima. Et quanquam ſtrictim, & compreſſe, rem extulit, ego paulo apertius agam ad hūc modum, Spiritus ſanctus eſt charitas patris & filij, ergo procedit ab vtroque. Aduerte autē ex diuinis eloquijs vt perſpicacior collectio hæc euadat, patrem diligere filium, & filium itidem diligere patrem, ita vt ſit amborum æterna & mutua dilectio, habes apud Ioā. 14. 15. & 17. & alibi. Secūdo aduerte Spiritum ſanctum eſſe charitatem, & hoc illi tribuunt eloquia ſacra. 2. ad Corinth. 13. gratia domini noſtri Ieſu Chriſti, & charitas Dei, & communicatio Sancti ſpiritus, &c. Et quanquam charitas diuinum ſit nomē, nam Deus charitas eſt, & qui manet in charitate, in Deo manet, &c. attribuitur tamen Spiritui ſancto, cuius attributionis ipſa Spiritus ſancti proceſsio in cauſa eſt, quia per modum voluntatis eſt. Quia ergo amor charitatis ſeſe communicat, quia charitas benigna, id eſt, benefica eſt. 1. ad Corint. 13. Ideo Paulus, vt inſinuaret Spiritum ſanctū eſſe amorem ſcripſit, communicatio ſpiritus ſit, &c. Iam ergo petendum eſt á Græcis num Spiritus ſanctus ex amore amborum, id eſt, patris & filij procedit, an ſolū ex patris amore quo pater ſeipſum diligit? ſi dixeris ex amore mutuo patris atque filij, ergo ex filio procedit, non enim impotentior eſt amor filij (quo patrem diligit) ad producendum Spiritū ſanctum, quàm amor patris quo diligit filium. Porrò ex hoc (per te) amore procedit, igitur ex filij amore, ſi dixeris non ex mutuo, ſed ex amore quo pater ſe diligit, mirabile eſt vtique quod amor filij ineffícax eſt, vt producat Spiritum ſanctum, & amor patris efficax ſit, cum vterque ſit diuinus, & in amando ſe inuicem non ſecernuntur perſona patris & filij. Præter hæc pater intelligendo filium dicit filium, ergo cum pater, & filius ament Spiritum ſanctū amando etiam ſpirant Spiritum ſanctum. Nō enim fortior eſt Dei intelligentia, quàm diuina charitas, vtraq; enim ſunt Deꝰ omnipotēs.

¶ Ad hæc ſi Spiritus ſanctus non procedit á filio, vt ergo pater & filius communicāt in vno ſpiritu, eſt autem Spiritus ſanctus communicatio patris & filij. Paulꝰ enim ideo tria illa inſignia connumerans, communicationē ſancti ſpiritus memoratur. Nēpè quia in vno ſpiritu communicant pater atque filius, ideoque á Theologis Spiritꝰ ſanctus nexus & charitas amborum nuncupatur. At verò Græci non hac ratione nexum eſſe Spiritum ſanctū autumant, dicunt nāq, vt ex ore hominis procedit verbum cum ſpiratione, & ſpiratio nectit verbum cū ore, & rurſum Spiritus & verbum ſimul ab ore proceduntita á Deo patre ſimul filius & Spiritus ſanctus procedunt, & Spiritus ſanctus nectit filiū cum patre, & fortaſsis ex Damaſceno libr. de fide orthodoxa hanc Theologiam deſumpſerunt capit. 7. vel ſaltem occaſionem ſic Theologizandi. Cæterum exemplum quod ipſi ſuffragari ſibi exiſtimant, Latinis doctoribus impenſius ridendum venit. Siquidem paradigma hoc ſiue exemplum, longè abeſt ab ipſa diuinarum perſonarum proceſsione. Siquidem verbum vocale

Concilium Florentinū exponitur.

Marcus Epheſius.

Argumentū ſecundum idem colligens ex concilio Toletano.

Argumentum tertium

Argumentum quartum. 2. Cor. 13.

Spiritus ſanctus cur nexus & communicatio.

Exemplum Græcorum.

cale posterius est quam spiritus, quem os formatEst enim hoc verbū articulatio spiritus, siue aeris, quem imaginatio per os, & linguam dentesque format. At vero Spiritus sanctus non prius procedit quam filius, imò (vt diximus) prior origine est filius quam Spiritus sanctus, vt sapientia amorem iustum præcedit: & demum cognitio prior est (saltem origine) quam amor. Et vt semel dicam, verbum vocale per Spiritum ab ore pronunciatur, at verbum Dei, non per Spiritum sanctum, imò cōtra Spiritus sanctus mediante productione filij, à patre procedit. Diuersa igitur est pronunciatio nostri vocalis verbi à productione ęterni verbi, lege Damascenum de fide orthodoxa. 1. libr. capit. 7.

Verbum vocale articulatio est spiritus.

Soluuntur argumenta.

¶ Argumento igitur primo respondemus, euangelica oracula non expressisse Spiritum sanctum à filio procedere, at verò abunde insinuasse, vt patet ex testimonijs, iam indicatis. Quod verò expresit Spiritum sanctum à patre procedere, non excluſit simul à filio procedere. Enimuerò mos est Christi omnia in patrem vt in primum vniuersorum principiū referre. Vnde & de proprijs operibus aiebat, Pater in me manens ipse facit opera. Num igitur excludebat se tum quando aiebat hæc verba ab operandis operibus simul cum patre? aut quando aiebat mea doctrina, non est mea, &c. Sexcenta alia poteris congerere, quæ hoc idem spirant. Et quid est quod dominus, ait, spiritum quem ego mittam vobis à patre? Dixit se missurum vt insinuaret, se esse Spiritus sancti principium. Nam persona mittēs principium est mittentis. At verò à patre se missurum ait paracletum, quippe filius à patre habet diuinitatem, proindeque & authoritatem mittendi Spiritus sancti. Non ergo vt se subduceret à mittendo Spiritu sancto, dixit à patre se missurum Spiritū sanctum sed propter causam præscriptam.

Ioan. 14.

Ioan. 7.

Ioan. 15.

Argumēt. 2. Solutio.

¶ Argumentum secundum quod scias, fuit vt videbatur Agathoni (qui interfuit Florentino concilio) veluti palmarium argumētum, imo & Grecis omnibus qui suam opinionem vel hoc solo argumento acerrime contendebant. Imò vt verius dixerim est argumentum veterum hæreticorum & nouorum. Censent enim se reportare ex catholicis trophęū hoc solo nomine, non habetur in scripturis igitur non est asserendum. Ego autem vellem sciscitari à Græcis cur ipsi credunt Spiritum sanctum non procedere à filio, num hoc demonstrabunt ex scripturis? proferant locum, & fidem illis dabimus, vbi nā obsecro scriptū est non procedit à filio? scriptum est vtiq; à patre procedit, at vbi hæc negatiua comperietur in scriptura à filio non procedit? certe nullibi, si ergo petunt á latinis locum, vnde clarè colligunt, a filio procedit Spiritus sanctus: nos in illos continuo retorqueamus argumentū, vbi expressum est non procedit á filio? hæc duo sanè sunt non inuicem repugnantia, & procedit á patre, & procedit á filio. Interim iuuat aduertere, quia frequens est habitus sermo de processione, processionem esse multiplicem. Quædam enim est processiuus motus à loco in locum, qui est animalium, alia est effectus á causa, vt lucis á sole, & nulla istarū est processio Spiritus sancti quippe non est caulatus, neque mouetur progressiuè. Sed processio alia est originis vnius ab altero, & hæc competit diuinis personis procedentibus. Ad id verò quod inculcabatur denuò, est aduertendu iuxta decretum concilij Florentini, addere canonicis scripturis trifariam contingit, aut addere contraria, aut addere diuersa, aut denique addere congruentia. Qui primo aut secundo modo addiderit, plagas recipiet á Ioanne cominatas, quas prædixim⁹, at Arrius, obganies non esse expressum in diuinis eloquijs verbū Dei esse homousion cū patre, debuisset obseruare, vocē præfatā congruere scripturis, & qui addit congruentia scripturis ille promeretur vitam ęternam, tantum abest, vt plagis sit obnoxius. Nam scriptum est, qui elucidant me, vitam æternam habebunt. Ecclesia igitur explicans processionē Spiritus sancti á filio congruentia dixit, non diuersa, neque contraria diuinis sermonibus. Neque incommodum duxeris, si temporis progressu Ecclesia quædam amplius explicuerit, quā olim erāt expressa. Nā Spiritus sanctus secundū cōmoditatem tē porū nōnulla suggerit, quæ pri⁹ nō sugesserat, quale est hoc de Spiritus sancti processione. Et reuera hæreticorū importunitas sæpe traxit ecclesia, vt quædā luculetius doceret, quā prius docuerat. Vt de beata Trinitate, & de dñi incarnatione palā est, &c. Sūmatim igitur accipe veritatē esse catholicā Spūm sanctum procedere à patre & filio, nō solū per filiū, vt Grecis erat in sententia. Hæc autē propositio, pater producit spiritū sanctum per filium, vt vera sit, hoc sensu donāda venit, id est, mediāte, productione filij producitur Spiritus sanctus. Quia secundum nostram considerationē priorem intelligimus processionem filij, quā spiritus sancti, vt supra commonefecimus.

Argumentū prolificans hæreses nouas & veteres ex quo sibi gratulatur Lutherus, at Lutherus fatetur paruulos baptizā dos quæras ab ipso vbi habet hoc expressum ex scriptura sacra.

Nota de processione.

Ad cōfirmationem.

Quando est piaculum addere sanctis scripturis.

Spiritus sanctus pro tēporis cōmoditate quædam fugerit ecclesiæ quæ prius non fugerat.

D I-

DISTINCTIONIS vndecimæ. Disputatio secunda. Num si filius non spiraret Spiritum sanctum distingueretur à Spiritu sancto.

Argum. 1. HINC & instinc multa impendunt, quæ disputationem hanc reddunt plus satis controuersam. Et primo in partem negatiuam est argumentum. Nanque si filius non spiraret Spiritus sanctus ab eo non distingueretur, siquidē in diuinis omnia sunt vnum nisi vbi relationis oppositio obsistit: id quod superius diximus esse axioma Theologicum, etsi filius nō spirat Spiritum sanctum nulla est relatiua oppositio inter filium & Spiritum sanctum, ergo neque realis distinctio.

Argumēt. in diuersum. ¶ In diuersum est quia etiam si non spiraret filius Spiritum sanctum, cæterum Spiritus sanctus spiratur à patre, & filius non spiratur à patre, sed generatur, iam ergo filius generatur & non spiratur, & spiritus non generatur, sed spiratur, ergo non sunt vna persona. ℣. Et Augustinus libr. de fide ad Petrum. capit. 1. tradidit filiū esse alium à Spiritu sancto, quia filius nascitur, at Spiritus sanctus non nascitur, sed procedit: id quod clarius diximus nos spiratur, idem quod alijs expressit verbis lib. de Trinitate. 5. capit. 14. ideo ait, Spiritus sanctus non est filius, cum vterque tamen à patre exeat, quia ipse exit, non quomodo natus, sed quomodo datus, id est, vt donum. Vnde & Anselmus accepit, in libr. de processione Spiritus sancti Augustino subscribens.

Placita Th. & Durandi. ¶ Disputatio hæc anfractuosa satis est, habet nanque vtraque pars eius antesignanos potentes, nobilesque Theologos, diuersarum factionum duces. Etenim Tho. in. 1. part. quæst. 36. articul. 2. vehementer contendit Spiritum sanctum non posse distingui à filio, submota spiratione à filio, cui etiam hæsit Durandus hac distinctione. Et columē huius placiti est, axioma Theologicum scilicet illud in diuinis omnia esse vnū, nisi vbi obstiterit relationis oppositio, ergo oppositio relatiua causa est distinctionis realis personarum diuinarū.

Axioma Theologicū ℣. Adde etiam distinctionem personarum diuinarum esse realem & relatiuam, non enim distinguuntur realiter, vt creaturæ, quæ distinguūtur numero per absolutas proprietates: cæterum in diuinis non item: sed distinctio realis est per proprietates relatiuas, per paternitatem (inquam) filiationem, & spirationem, at per hasce proprietates relatiuas, necessaria est distinctio relatiua. Rursum hęc distinctio relatiua cogitari nequit sine oppositione relatiua, ergo si Spiritus sanctus non spiraretur à filio, non haberet cum filio oppositionem relatiuam qua subducta non distingueretur relatiuè à filio: quod si relatiuè non distinguitur, ergo realiter non distinguitur. Quippe in sancta Triade nullam aliam scimus esse distinctionem realem excepta relatiua. Et ego confirmo placitum hoc ex Cō cilio Toletano. 11. tradente personas diuinas, non esse absolutas sed relatiuas, iam ergo esse relatiuorum est ad aliud, & quale est esse, talis est distinctio. Nam ab esse profluit distinctio: nam ab esse est vnitas, & consequēter distinctio ab altero, ergo vt esse est ad aliud, ita distinctio erit respectiua ad aliud: si ergo Spiritus sanctus non habet esse à filio, non est relatiua persona ad filium, ergo non distinguitur à filio, talis nanque est distinctio personæ à persona, quale est esse personæ à persona, si ergo Spiritus sanctus non habet esse à filio, neque ab illo distinguitur. ℣. Cæterum Thom. multo aliter senserat quodlibeto. 4. articul. 7. decernit enim eo loco, contrariam sententiam vt veram, Spiritum nempè sanctum, etiam sine processione distinctam esse personam à filio. ℣. Ait enim distinctionem realem esse duplicem, aliam sanè esse quam duæ distinctæ oppositæque formæ præstant, vt rationale, & irrationale, sunt duæ formæ oppositæ in eodem genere, & distinguūt homines & bruta. Alia verò est distinctio non per duas formas oppositas, in eodem genere, at quia alterum vna forma potitur, quo fraudatur alterum, siue non potitur eadem. Vt quia homo fruitur ratione, & lapis illa orbatur, sufficienter colligitur illa duo inuicem discrepare. Et hanc distinctionem Thom. inibi vocat secundum habere, & non habere. Exemplum ipse proposuit in Saphyro. ℣. At vt clarius agerem exemplum mutaui. Iam ergo pater & filius distinguūtur realiter per formas oppositas, quia pater constituitur paternitate, & filius filiatione: verum si non procederet Spiritus sanctus à filio, distingueretur secundo modo distinctionis, quippe filius gaudet filiatione, quam non habet Spiritus sanctus. Et præter hæc Spiritus sanctus, spiratione con-

omnia in diuinis sunt vnum nisi obstiterit relationis oppositio.

Duplex distinctionis realis modo ex Thom.

ne constituitur passiua quæ repugnat filio. Et ob hanc causam adhuc distinguerentur per habere, & nō habere. Docet autē hanc distinctionem fieri ex oppositione non directa, sed indirecta. Nam quæ fit per formas oppositas in eodem genere est directa oppositio, sufficit igitur ad realem diuinorum distinctionem, oppositio vt cumque seu directa, siue indirecta. Quod annotauit Thom. vt absolueret (vt arbitror) prouerbium Theologicum, in diuinis omnia esse vnum: nisi vbi obuiat relationis oppositio, subaudi directa, vel indirecta: hæc ad Thomæ sententiam. Quod verò filio repugnet spiratio quæ adest Spiritui sancto, & Spiritui sancto filiatio, inde colliges quia per spirari Spiritus sanctus habet esse diuinum, vt per generari filius eodem potitur esse: fieri autem nequit, vt idem incorruptum bis substantiale acquirat esse, ergo quod per generationem nanciscitur esse substantiale, per aliam viam non poterit eodem esse potiri. Et quod per spirationem habet esse, per generationem nequit eodem frui, vt scitè aduertit Thom. in 1. distinctio. 10. prope finem. Nihil (inquit) idem potest procedere diuersis modis: vt per naturam, & per artem, per putrefactionem & per seminationem, sed differunt specie, huiusmodi ergo generatio, & spiratio passio, Spiritui sancto repugnant, quippe quæ sunt distincti processionis modi, ergo eidem non conueniunt, imò repugnabunt. Interim aduerte hæc exempla Thomæ non esse vsquequaque vera, de generatis ab arte, & à natura, & de genitis ex putrefactione, &c. Sed de re hac te remittimus ad 7. Metap. commen. 29. At nihilominus hoc certum est, quod generatio & spiratio passio eidem non conueniunt. Nam si spiratum iam est, superfluit generatio, at si genitum est superuacanea est spiratio. Necessum ergo est quia istæ duæ productiones videlicet generatio, & spiratio, sese excludunt, quod vni competere non possint, quare necessum est singulam productionum, singulo competere productorū hoc est quod distinctis personis conueniant, etiam si non sit oppositio inter eos relatiua. Subscripserūt huic placito Hērric⁹ Gādensis, in quodli. Okam, Petrus Aliacensis, Gabriel, &c. Marsilius à classe hac se excepit, qui alioqui in ea sę penumerò recensetur. Nam in 1. quęst. 15. ad. 3. iuit in placitum Thomæ, quod ex summa Theologica recitatum est: etsi non liquido illi hæret. Et re vera multa possunt cōuehi, quæ hanc sententiam probabilem reddunt, præter ea quæ diximus. Etenim videmus plures esse relationes in diuinis, sine oppositione. Nanque paternitas, filiatio, spiratio passiua, plures sunt realiter, at verò priores relationes seu proprietates relatiuæ non sunt oppositæ, postremæ, at verò realiter distinguuntur, ab illa, igitur realis distinctio in diuinis est sine oppositione relationum. Et rursum quædam sunt oppositæ relationes, quæ tamen oppositio non prorsus constituit personas oppositas. Nanque communis spiratio est opposita processioni, siue spirationi passiuæ. At spiratio cō munis nullam personam constituit, & quamquam distinguat patrem, & filium ab Spiritu sancto, cæterum non constituit patrem, neque filium: ergo non omnis personalis distinctio diuinarum personarum est à proprietate oppositā constituente, quod est fundamentum & veluti columna diuersæ factionis.

¶ Rursum fac filium solum spirare Spiritum sanctum, tum Spiritus sanctus necessariò distingueretur à patre, ergo diuerso si pater spirat solum, cur Spiritus sanctus non distingueretur à filio. Quibus accedat, Spiritus sanctus non nascitur, sed procedit, aut spiratur, & filius contra, ergo necessariò sunt distinctæ personæ, etiam si non spiretur à patre. Neque te leuabit, quod Caietanus, ait, distinguetur sanè, at non distinctione relatiua. Itaque concedit filiū filiatione distingui à Spiritu sancto, at non relatiuè ideoque quia non relatiuè, neque realiter: etiam si distinguatur à Spiritu sancto, si sola esset filiatio, nempe si non spiraret Spiritum sanctum. At verò hæc responsio, vt dicere cœperam, nihil iuuat sententiam Thomæ. Quandoquidem tu fateris ex casu posito filius distinguitur filiatione á Spiritu sancto: itemque cogeris confiteri Spiritum sanctum distingui á filio sola spiratione. Quid ergo hæc distinctio num relatiua, num realis est? aut ex rationis opera pendens? Si realis est, ergo non est necessaria oppositio relatiua distinguendis personis realiter, si non est realis, erit ergo intentionalis, id quod falsum est. Nam submota opera intellectus filius est filius, & Spiritus sanctus est Spiritus sanctus, vt dupli ad dimidium est sanè distinctio relatiua, exortum habens ex oppositis relatiue. At verò dupli, & quadrupli, erit quoque distinctio realis tametsi non exoriatur ex oppositione relatiua. Quanquam enim fateamur, relatiuam distinctionem esse realem, non subinde colligendum supereſt, ergo si non sit relatiua non erit realis: imò est fallacia

non

Oppositio genuina directa & indirecta.

Nihil idem potest produci diuersis modis.

Exponitur Tho. fundamentum.

Placita alio rum.

Argumenta ex Authore probātque citra admini culum oppo sitionis distinctionem esse realem diuinorum.

Refellitur Caietanus.

non causæ, vt causa. Et quod ipse, ait, soluens argumentũ Thom. in quodli. indicato, distinctionem realem verè esse secundum habere & non habere formam quampiam, hoc verũ esse in absolutis, non tamen in relatiua distinctione personarum vbi necessario est oppositio causa distinctionis. Nos item vtique fatemur relatiuam distinctionem esse ex oppositione exortam relatiua, at restat probare nullam esse intelligibilem distinctionem in diuinis personis, citra hanc relatiuam oppositionem: quod hactenus ipse sufficienter non collegit neque argumentum, cui fretus multa de hac re disserit, tam robustum est, quam ipse retur. Persona, inquit, formaliter est relatio ergo necessario distinguitur per relatiuam oppositionem. Ego illi obijcio Thom. 1. part. q. 29. articul. 4. respondentem argumento. Persona, inquit, dicitur ad se, & nõ ad alterum, quia significat relationem, non per modum relationis, sed per modum substantiæ quæ est hypostasis, vt ergo persona formaliter est relatio ruit ergo sua machina.

Soluitur argumentum Caietani.

Argumenta contra Caietanum.

¶ Et rursum. 1. part. quæstio. 32. articul. 3. Innascibilitas, ait, non constituit personam: neque spiratio communis, quia non est proprietas, sed communis est patri & filio. Quam ob rem persona non est formaliter relatio, secundum decretum sui principis cuius ipse est diligentissimus spudastis, seu sectator, est ergo intelligibilis realis distinctio personarum diuinarum, citra relatiuam oppositionem.

Spiratio cõmunis non est proprietas personalis.

¶ Ad hæc neque soluit æquabiliter aliud argumentum, quod cum alijs nos congessimus in aceruum argumentorum, quod verè est satis persuasorium Scoticæ factionis: si filius videlicet, spirasset Spiritum sanctum, & non pater, à patre distingueretur. Caietanus annuit argumento, quia esset tunc oppositio relatiua mediata. Nam filio spirante, pater mediatè per filium spirasset. Verum, ait, non esset consubstantialitas tũc personarum, quia pater non spirat. Cæterum filius secundum græcanicam opinionem immediatè non spirat. At apud Græcos istud non detrahit consubstantialitati personarum. Quid quod vt ipse admissa fictione hac filium spirare sine patre mediatè docet patrem spirare, quia per filium. Similiter Græci docentes patrem spirare, docent patrem spirare per filium. Quia si pater spiraret, & non filius, etiam num per filium spiraret. Quia mediante productione filij spiraret, id quod Græcis est in confesso, negantibus processionem Spiritus sancti à filio. Neque possumus Spiritus sancti processionẽ aliter intelligere, græcanico delirio admisso, quapropter esset tunc quædam oppositio originis mediata, quia per filium pater spirat Spiritum sanctum, vt Caietanus concedit filio spirante sine patre oppositionem esse mediatam: quia pater mediante filio spirat. Et summè si arrisserit istud obseruato: vt oppillentur ora aduersariorum.

Oppositio mediata & immediata.

¶ Neque rursum istud mihi est peremptorium Caietani argumentum, in diuinis non est nisi essentia & relatio, essentia autem non multiplicat personas, igitur relatio sola multiplicat, personalemque operatur distinctionem. Dixerim enim relationem multiplicare personas mediatè vel immediatè, directè vel indirectè. Quid quod diximus personam & relationem idem non esse formaliter. Ideo citra essentiam, est persona & relatio.

Soluitur aliud argu. Caietani.

Oppositio mediata & immediata directa & indirecta.

¶ Et præter hæc omnia nihil arridet quod Caietanus de communi spiratione tradidit. Nempè illam constituere patrem & filium, vt spirant. Quia si spiratio communis distinguit patrem, & filium à Spiritu sancto, ergo constituit eosdem in ratione spiratoris: at verò consequens est ad hoc placitum spirationem communem patri, & filio, vnum commune constitutum quoque constituere: quod sit commune patri & filio. Nam non constituit patrem in esse patris, sed spiratoris: neque filium in esse filij, sed vt spirator constituitur, igitur spirator, à spiratione cõstituitur cõmuni. Siquidem fateris spirationem communem constituere: at nihil constituere potest, nisi spiratorem. Et ita cogeris concedere quartum constitutum in diuinis, quod Okam excogitauit nõ sine noxa commentum. Hic enim fatetur tres personas beatas, & quodam quartũ constitutum quod persona non est, quia commune est patri & filio. Porrò hoc quartum constitutum Okanicum, etiam est tantum non Caietanicum, vt ex verbis eiusdem colligimus. Ego verò hoc quartum constitutum in diuinis personis non admitto, imò dixerim spirationem communem patri & filio, quò communis est, eò nihil constituit. Singularis nanque est proprietas constituens, non communis. Vnde Damascenus libr. 1. de fide orthodo. capit. 10. Differunt ad inuicem, ait, tres sanctæ hypostasis, hoc est subsistentiæ atq; personæ, nõ substantia: sed caractherismo propriæ hypostaseos indiuisibiliter discretæ. Vocat autem Damascenus caractherismum personarum propriam, & singularem constitutio-

Caietani placitum nõ probatur.

Quartum constitutum non admittẽdum.

Caractheri mos personarum.

tutionem. Nam caractherismus est Græcis, quod nostris est formatio, seu configuratio. Et Græcis non erat impius sermo, personas suis proprietatibus formari, aut figurari, vt supra expressimus ex epistola Sophronij, quãquam rectè sciebant Deum esse infigurabilẽ. Et constitutionem personalem figurationem vocitant: ergo personę constituuntur proprietatibus discretis. Quia quod commune est nihil potest constituere, quippe proprietas constituens est indiuidualis constituto: at cõmune non est indiuiduale, neque discretum. Distinguit igitur ni fallor spiratio communis, patrem, & filium à Spiritu sancto, at non constituit. Cuius rei ex creatis vt cũque sumito exẽplum, forma enim materiam distinguit, & specificat, at non constituit materiam, non ergo quidquid distinguit, protinus cõstituit. Quod verò forma materiam distinguat Aristot. erit tibi testimonio, materiam docens, neque esse quid, neque qualem, &c. vt nos supra satis exposuimus: hæc autem omnia formæ munere exequitur materia. Est enim forma vt lux distinguens vniuersa, quæ materiæ gremium in potentia ferebat. Porrò forma non constituit materiam, quippe quæ non est pars eius, sed totius coniuncti.

Obseruandum exemplum.

Decisio. q. notanda ex placito Authoris.

Etiam verò post multam cum Caietano disputationẽ superest vobis detegere, quod fortasis iam diu est, quod à me exhibendum speratis, vt iugulum nodosæ huius quæstionis vobis aperiam. Et equidem si rectè coniecto in re hac vnum est inconcussæ veritatis, & aliud est, quod disputationibus patet. Primum est ita esse de facto distinctionem diuinarum personarum esse relatiuam ex oppositione relatiua dimanantem: hoc autem catholicorum hæsitat nemo. Alterum verò est an sit intelligibilis distinctio Spiritus sancti à filio sine hac relatiua oppositione, quam non haberet ad filium, si filius non esset spirator Spiritus sancti, hic enim est punctus controuersiæ totius. Sanctus enim Thom. cum sua classe inintelligibilem credunt distinctionem Spiritus sancti à filio, citra hanc relatiuam oppositionẽ, & vt ex Thoma colligitur, argumentum hoc illi creditur esse conuincens Græcos, nõ procedit Spiritus sanctus à filio, ergo non distinguitur à filio. Lege quæstio. 36. 1. part. articul. 2. At Scotus & nominalis caterua diuersum existimat, esse sanè intelligibilem distinctionem puta Spiritus sancti à filio submota oppositione relatiua spiratoris filij, & spirati Spiritus sancti. Et singuli duces harum opinionum quoad licuit, adnisi sunt sua probare placita, vt iam diximus. Ego verò inter digladiantium horum arma medium me cõstituere lubet. Et fortasis contrarias eorum sententias ad vnam mediam temperabo.

Iugulum pro fundæ quæstionis.

Primam igitur accipite conclusionem. Intelligibilis est personæ vnius ab altera distinctio subducta oppositione relatiua immediata. Appello immediatam oppositionem relatiuam, eam nempè, quæ est inter patrem & filium verbi gratia, & spiratorem & spiratum, & demum inter principium & principiatum. Hanc conclusionem probant satis argumenta superius producta. 1. *Conclusio.*

Secunda conclusio, nõ est intelligibilis distinctio Spiritus sancti à filio subducta omni relatiua oppositione, siue mediata, siue immediata. Et tu capies hanc conclusionem si diligenter in memoriam reuocas, quod paulò ante disserebamus, videlicet etiã si Spiritus sanctus á filio non procederet, haberet nihilominus ordinem processio Spiritus sancti cum productione filij. Quandoquidem pater non produceret Spiritum sanctum, nisi media productione filij: id quod falsi sunt Græci, etiam si in sua proteruiant perfidia, negantes Spiritum sanctum non procedere à filio. Si ergo pater per filium, (vt Græci existimant) aut mediante productione filij Spiritum sanctũ produceret, tum negare non possumus Spiritum sanctum habere respectum ad filium, quamlibet ab illo originem non haberet. Nam si per filium, aut mediante filij productione ille producitur, consequens est quod productio Spiritus sancti respectum habet ad productionẽ filij, quæ necessariò est prior, id est, venit prius intelligenda, quam emanatio Spiritus sancti à patre, vt emanatio amoris à voluntate, etiam si ab intellectu non dimanet, quia ab intellectu non est actio amandi, cæterum habet respectum necessario ad intellectionem, quæ prior est quam amor. Hunc ergo respectum necessario habet productio Sancti spiritus ad filij emanationem. Et hunc respectum voco oppositionem relatiuam non immediatam & directam, sed mediatam & indirectam, vt liquet ex prioribus. Quapropter sine hoc respectu ad productionem filij, nequit intelligi Spiritus sancti emanatio vel spiratio à patre: ideò rectè nostra decernit conclusio secunda, sine oppositione relatiua siue mediata, seu immediata non est intelligibilis processio Spiritus sancti. Quapropter Græci non conuincerentur 2. *Conclusio.*

Etiam si Spiritus sanctus non procederet á filio haberet respectum ad filij productionẽ

tur argumento Thomæ, ſi non procedit Spiritus ſanctus ergo non diſtinguitur á filio, neque illo quiſpiam illorum fuit conuictus. Satis enim erat illis, ad diſtinguendum Spiritum ſanctum á filio, reſpectus hic ad productionem filij.

Soluuntur argumenta. ¶ Argumenta autem quæ hinc, & iſtinc, allata ſunt in ſuis vijs procedunt & ingrediuntur. Primum nanque argumentum quod petit omnia eſſe vnum in diuinis, niſi vbi oppedierit relationis oppoſitio, damus ingenuè. Nam vt dixit prima concluſio, ita eſt in diuinis. At verò quod contenditur non eſt de eo quod adeſt modo, at ſolũ ſi intelligibilis eſt diſtinctio Spiritus ſancti á filio citra hanc relatiuam oppoſitionem vt commonefecimus dudum.

¶ Argumento ſecundo dicito verum eſſe Spiritui ſancto repugnare filiationem, vt filio ſpirationem, at verò illi repugnat, quia mediante productione filij Spiritus ſanctus producitur, ſi ergo per filium Spiritus ſanctus ſpiratur, fieri nequit vt Spiritus ſanctus ſit filius. Siquidem idem reſpectu eiuſdem non poteſt eſſe prius & poſterius. Si ergo neceſſario priorem eſſe aduertimus filij emanationem á patre, quàm Spiritus ſancti, pugnant duo hæc, & filiatio, & ſpiratio ſeu proceſsio Spiritus ſancti.

EIVSDEM DISTINctionis, diſputatio tertia, Num pater & filius ſint vnum an plura Spiritus ſancti principia.

1. Argumen. ¶ IN PRIMIS videbitur alicui eſſe duo principia, ſunt enim duæ perſonæ principiantes Spiritum ſanctum, ergo duo principia. Cõſequentiam probabis, per locum topicum á Synonomis, antecedens oſtendes, ſunt enim duo ſpirantes, ergo duo principiantes. Patet collectio, nam hoc eſt vt ſic dixerim, principiare quod ſpirare.

2. Argumen. ¶ Secundo ſi ſunt vnum principium, vt perſonale, aut eſſentiale non primum, eſſet enim vna perſona, ſi eſſent vnum perſonale principium, ſi ſecundum admiſſeris ergo Spiritus ſanctus eſt ſui ipſius principium. Etenim eſt eiuſdem eſſentiæ cum patre & filio.

3. Argum. ¶ Tertiò ſi vnum ſunt, & non plura principia, aut hoc vnum eſt pater, aut hoc vnum eſt filius, quodcumque elegeris pater eſſet filius, & filius eſſet pater, quod fides deſpuit.

Argumentũ in diuerſum. ¶ In diuerſum eſt, quod decernit Concilium Lugdunenſe de ſumma Trinita. & fi. ca. in ſexto. c. vnico. Definit enim Spiritum ſanctum ſpirari á patre & filio, tanquam ab vno principio, & ſpiratione vnica.

Deciſio quæſtionis. ¶ Diuinarum rerum profunditas, & humani ingenij exilitas in cauſa ſunt, vt in diſputationibus Theologicis, maximæ ſint concertationes, & ſæpe quot capita tot ſunt ſententiæ, vt in hac diſputatione intuebitur qui volet cõſiderare varia ſcribentium placita. Nanque Thom. 1. part. quæſtio. 36. articul. 4. plane fatetur vnum eſſe principium ſpiratiuum Spiritus ſancti, patrem & filium. Vnde negat patrem & filium duos eſſe ſpiratores, vt duo eſſe principia, tametſi duos eſſe ſpirantes, patrẽ, & filium, non abnuat. Etenim ſpirator & principium ſubſtantiua ſunt nomina, ideo nomẽ numerale illis adiectum numerat formam, quam in ſua ſignificantia conuehunt. Quapropter qui dixerit duo eſſe principia, duas rationes ſpiratiuas concedit: itidem qui dicit duos eſſe ſpiratores. Cæterum pater, & filius, vnam dumtaxat habent rationem principiandi, aut ſpirandi Sanctum ſpiritum. Vnde illas quas diximus propoſitiones negandas eſſe arbitratur, tametſi in. 1. Sentent. diſtinctio. hac articul. 1. quæſtio. vltima aliter diſcernit, nihil enim reformidat concedere eſſe patrem, & filium duos ſpirantes, & duos qui ſpirant, & duos ſpiratores. Etenim ſenſus harum eſt ſpirationem á duabus procedere perſonis. ¶ In priorem Thomæ ſententiam iuit Scotus diſtinctio. 12. quæſtio. 1. in eandem etiam ſententiam Bonauentura ſubſcripſit hoc loco: & Marſilius in. 1. quæſtio. 15. articul. 2. reſpondẽs argumento tertio: quinetiam Okam & ſuus alumnus Gabriel diſtinctio. 12. Gregorius porrò diſtinctio. 12. Arimineus aliam eſt ingreſſus viam: putat nanque hanc eſſe falſam, pater, & filius, ſunt vnum principium, & colligit dialectico argumento. Nam vnum principiũ, quod eſt prædicatum, præfatæ propoſitionis aut ſupponit determinate aut confuſanea ſuppoſitione, ſi primum, ergo vel pro patre ſolum, aut pro filio ſolum, & ſenſus eſt hæreticus, ſin vero confuſe exhibe ſignum confundẽs, nullũ extat, in prænominata propoſitiõe.

Placitum Thomæ.

Gregorij Ariminei placitum.

Ne-

Neque putes Gregorium fuisse huius placiti primum autorem, nanque Guillihelmus Altisiodorensis in summa Theologica.ca.30. secundum rigorem sermonis existimauit falsam esse hac,pater & filius sunt vnum principium, & illa in sensu improprio concedendam annuit,id est,collectiue,vt plures homines vnus sunt populus. Vnde videtur id temporis vulgatam fuisse sententiam non esse veram propositionem hanc secundum vim sermonis.Et sectatus est Petrus Aliacensis.quæstio.8.Altisiodorensem,censuit enim hanc vocem principium,terminum esse collectiuum, & veram esse propositionem prædictam collectiue que intelligendam? Et Durandus distinctio.29.quæstio. 2. arbitratur idem quod Gregorius.Placuit enim illi esse duo principia spirandi,& non vnum . Etenim ad suam sententiam hoc consequebatur,dixerat enim supra,relationem esse principium diuinæ productionis,& essentiæ diuinæ subtraxit rationem principiandi,vt latissimæ disputationes nostræ differuerunt.Quia ergo paternitas,est patri ratio generandi hoc authore,itidem est ratio spirandi,& filiatio itidem est ratio spirandi,igitur duæ sunt rationes spiratiuæ.Quare Durando duo sunt spirandi principia? Gregorius verò sibi quoque hærens, suum induxit placitum,tradidit enim(vt supra commoneteci)personas non constitui proprietatibus relatiuis,quippe credidit personas adeo simplicissimas esse,vt omnis prorsus constitutio, illis non competat : ideoque non est in personis quo,& quod,sed persona se ipsa generat & spirat. Quapropter si sunt duę personæ,ergo erunt principia duo spirantia . Et quia cōcilij verba indicata illum premebant , dixit concilij verba non asserere patrem & filium esse simpliciter vnum principium spirandi, sed esse tanquam vnum principium hoc est habent se instar vnius principij.Nam etiam si sint duæ personæ spirantes, concordi amore tamen æqualiter spirant.Neque plus spiratur, à patre Spiritus sanctus quam à filio,& ideo quia vniformiter ab vtroque procedit Spiritus sanctus,ideo se se gerunt personæ duæ, tāquam vnum principium.Et si arridet iuuabis Gregorium verbo illo Genes.3. & erunt duo in carne vna, cæterum qui caro viri , & caro fœminæ sunt vna caro , quippe qui duobus corporibus & non vno cōsistunt:at vero quia in ratione edendi prolem ita cōnectuntur vt inuicem dirimi nequeant , ideo vna caro appellitantur,erunt,ait,duo in carne vna , aut in carnem vnam.Ita pater & filius & multo excellentius, tametsi distinctæ sint personæ,cæterum quia vna voluntate vniuntur ad spirandum Spiritum sanctum,ideò vnum, vel tanquam vnum sunt principium.Rursum qui asserunt verè & proprie vnum esse principium,non concorditer decernūt. Nam Thomas vnum esse principiū voluit , quod idem sit dictu,atque esse vnam rationem principiā di.Equidem diuina essentia est hæc ratio agē di diuinis personis,siue ad intra,siue ad extra: ideo vnitatem essentiæ , confessus est Thomas vnitatem esse principiandi.Bonauentura non ad vnitatem essentiæ retulit vnitatem principij quo , imò ad vnitatem voluntatis. Quia vt intellectus diuinus fœcundus est in producendo verbo,ita voluntas diuina fœcūda est producendo Spiritu sancto? De re hac primam accipe sententiam, seu conclusionē, pater,& filius, proprio sermone retento sunt vnum principium spiratiuum paracleti . Quā vt recte teneas,commemorandum ex Aristotele duxi.5.Metaphysic.capit.de vno,quædā esse in genere vno multa,quæ in genere altero sunt vnum.Ex illo petes egregia exempla, & multa ad manum suppetunt. Nanque domus in ratione figurę vna est,at in ratione substantiæ multa . Cæterum arridet mihi Commentatorem in.4.de cœlo commen.26.&.29. &.1.de cœlo indicare comment. 17. qui aptè loquitur quantum seruit præsenti instituto. Credit nanque ille duo elementa esse quæ germana fruuntur puritate, motiuasque qualitates habere,quoque purissimas: vt ignis leuitatem summam , & terra summam grauitatem,&c. At verò elementa alia vt aer,& aqua à natiua ignis & terræ subtracta sunt puritate: quæ vocat media elementa,quia non sunt vt priora simplicia elementa. Quia non potiuntur illa puritate motiuarum qualitatum, sed habet aer cōmixtam leuitatem, cum grauitate,vt aqua,&c.Cæterum quanquam motiuæ aeris & aquæ qualitates,tēperētur ex duabus qualitatibus, at in ratione motiui principij,sursum lationis est vna. Nanque aere petente superiora vnum habet motus sui principium,& quando aqua descendit deorsum similiter,vnum est motus principium,non duo in ratione principij. Itaque quæ realiter sunt duo in aere , & in aqua in ratione principij sunt vnum.Nam in aere est grauitas,atque leuitas itidem & in aqua,quia sunt corpora media.Nihilominus ita sunt temperatæ istæ qualitates in istis medijs elementis , vt sint in ratione

Guillihelmꝰ Altisiodorē sis.

Durandus sibi cohærēs

Gregorius sibi cohærēs

Decisio quæstionis.

1.Conclusio.

Duo elementa purissima

Aduertendus Commē tator.

tione principij motiui, tanquam vna simplex qualitas, in singulis duorum horum. Etenim motus aeris est simplex motus, ergo proficiscitur ab vno simplici motiuo principio: itidem philosophare de aquæ motu. Idemque decreuit in coloribus, extremos scilicet colores esse qualitates simplices, at medios vt cianæum colorem seu viridem, aut luteum colorem esse contemperatos ex extremis, scilicet, albedine, & nigredine. Cæterum isti colores medij sub ratione motiui principij simpliciter mouent visum, etiam si ex multis coloribus temperentur. Tu lege disputationes Auerrois contra Algazellum dubio. 11. veritatem huius philosophiæ ego non definio in præsentia, at mihi tantum seruiet, vt explicem ex visibilibus inuisibilia. Vt ergo duæ qualitates motiuæ quæ inter se sunt discretæ scilicet grauitas, atque leuitas, in elementis medijs repertæ, ita contemperantur vt sint vnum principium, & non plura motiua principia, quia est vnus motus simplex cuiusuis elementi, & duo colores extremi in coloribus medijs, ita proportionantur, vt sint vna visibilis qualitas, vt palledo aut viriditas, ita quoque & pater, & filius, etiam si sint discretæ personæ, & multę, in ratione tamen spiratiui principij, sunt vnũ, & indiscretè & indiuisibiliter spirant. Itaque etiam si in ratione personali sint multa pater & filius in ratione spiratiui principij vnum sunt, quia vnus est Spiritus sanctus ab eis procedens. Et equidem Auerroes nõ impropriè, imò, propriè duas qualitates vt leuitatẽ & grauitatẽ in aere cõmẽsuratas vocitat vnum principiũ motus, siue vnã motiuã qualitatẽ, vt duos colores, in medio proportionatos colore vocat, vnam visibilem qualitatem. Cur ergo formidarunt Theologi antiqui affirmare patrẽ & filium esse propriè vnum principium spirandi Spiritum sanctum, nisi quia hæc nõ aduertebant? Et Gregorius Arimineus siniſtram intulit expositionem aduerbij illius, tanquã, dicens esse similitudinis aduerbium: imò reuera dictio tanquam, qua vsi sunt patres in Concilio Lugdunensi profitentes Spiritum sanctum à patre filioque procedere, non tanquã ex duobus sed tanquam ex vno principio, veritatem significat non imitationem. Nam si dixeris ambulat hic vt rex, vel tanquam rex, non negas illum esse regem: imò de ipso rege verè dixeris, ambulat vel procedit tanquam rex. Vt recte annotauit Valla in anno. a. ad Ioann. capit. 1. Ex imperitia igitur linguæ latinæ est credere huiusmodi dictiones, velut, tanquam, vt, &c. Similitudinem semper significare. Quare in verbis indicatis non imitationem vnitatis, imò veritatem, significat dictio tanquam. Id quod ex alijs eiusdem Concilij perpendes verbis. Docet enim Spiritum sanctum spirari à patre, & filio, non duabus, sed vna spiratione. Vt ergo vna est spiratio propriè, ita & vnum principium. Et scito ex decreto Aristotelico, non eò exempla proferuntur, quò ita sint, sed quò apta sint explicandis rebus, quas differimus. Itaque quod ex Auerroe protulimus etiam si non arrideat recentioribus quibusdam philosophis, nihil mea interest, quanquam habet patronos placitum Auerroisticum & non vulgares. Lege simplicium. 4. de cœlo qui author huius placiti videtur primus: de qua tamen re alibi.

Extremi colores sunt simplices qualitates itemq; medij

Pater & filius secundũ personalem rationem sunt duo, at secundum rationem principiandi Spiritum sanctũ sunt unum.

Dictio tanquam ueritatem aliquãdo denotat.

Aduerbium tanquã non semper similitudinem significat.

¶ Secunda conclusio consectaria ad primam. Non sunt vnum principium spirandi Spiritum sanctum, pater, & filius collectiue. Hæc tendit contra Guilihelmum Altisiodorensem, & Aliacensem, &c. quos iam commorauimus. Nam quando est collectiua vnitas, vt plures homines vnus populus, singuli homines populares sunt partialiter populus: vt si multi trahant nauem, omnes collectiuè trahunt nauem, tanquam vnum principium, at verò singuli trahentes sunt principia partialia tractionis nauticæ. At verò pater, & filius, non sunt principia partialia productionis Spiritus sancti: ita quod pater sit vnũ partiale spirandi principium per se, & filius aliud partiale spirandi principium per se, & ambo simul vnum principium totale. Hoc enim falsum est, tenim Spiritus sanctus perfectè à patre, & perfectè à filio procedit. Perfectè nanque ab vna quaque spiratur persona patris & filij, & perfectè ab vtraque simul. Et pater si seorsum capiatur, nõ est partiale principium, neque filius seorsum seu per se: imò pater seorsum totũ est principiũ spirãdi, ad sensũ mox subdẽdũ & filius itidẽ totũ. Quãquã neq; pater sine filio spirat, neq; filius sine patre, quippe q ambo simul indiscriminatim spirãt. Nõ me latet propositionẽ hãc, pater est totum spiratiuum principium, præ se ferre quod solus pater spirat itidem & illa filius est totum principium spirandi. Verum enimuerò si dixeris, sol est totum principium generandi hominem aut homo est totum principium generationis humanæ, falsa pronuncias, quia sol & homo generant hominem: cæterum in diuinis non item, quippe pater est totum, id est, perfectum principium spirandi quippe est to-

2. *Conclusio.*

Pater non est partiale principium Spiritus sancti neque filius.

Pater ut est totum principium spirandi Spiritum sanctũ, & filius itidem & uterque unum principium, & non duo principia.

ta

ta vis spiratiua: & filius est tota vis spiratiua: ideo pater est totum principium, & filius est totum principium & ambo sunt vnum hoc totum principium. Sol verò non est tota vis generatiua hominis, neque homo est tota vis generatiua: ideo neutra est vera, sol est totum principium, aut homo est totum principium generandi hominis. Quare Spiritus sanctus totaliter est à patre, & totaliter est à filio, id est, non partialiter: sed perfectè est à singula persona: & ab vtraq; simul. ¶ Tertia conclusio. Cū aptamus diuinis hoc nomen principium iam sumitur notionaliter, iam verò essentialiter. Hæc conspicua est, etenim si dixeris, pater, filius, & Spiritus sanctus sunt creaturarum principium vnum, essentiale nomen produxisti: quia toti Triadi conueniens est: sin verò ad patrem, & filium, principium constrinxeris notionale reddidisti nomē. Vt liquet in repetita frequenter propositione pater, & filius, sunt vnū principium Spiritus sancti. Etenim principium hoc loco de patre, & filio solum prædicatur, ideo notionale est, quanquam differēs ab alijs singularibus notionibus, quæ singulis aptantur personis, qualia sunt innascibilitas, aut ignascibilitas, quæ patris soli⁹ est: & paternitas, &c. at esse principium spiratiuum, est commune & patri, & filio, solum enim ibi residet spirandi principium.

3. Conclusio.

Hoc nomen principium essentialiter & notionaliter capitur.

An sint quinque an sex notiones.

¶ Sed ais, ergo iam sex essent notionalia nomina, quia præter quinque quæ enumerantur à Thom. 1. part. quæstio. 32. artic. 3. Ego addo principium spirandi, quod notionale est, vt & principium generandi filium. Dixerim autem quinque esse nomina notionalia, incōplexa: nam complexa, si numeras plura sunt quam quinque, quæ tamen semper in quinq; reducuntur, nam principium spirandi, & intelligere hoc est dicere filium, & velle siue diligere diuinum, vt est productiuum Spiritus sancti notionalia sunt. Et si dicere ad intra filium, idem est quod generatio filij, & velle vt est productiuum Spiritus sancti idem est quod communis spiratio. Idē dicito de principio spirandi. ¶ At indagādum superest, quod est hoc principium spiratiuum, num ipsa spiratio communis? num est essentia diuina? nū est charitas patris & filij qua se inuicem diligunt æterno & indiuiso amore? quod si spiratio communis est obstat, quòd spiratio communis est actio per quam spiratur Spiritus sanctus, huius autē actionis inuestigamus, principium, si essentia est diuina, obstat, quòd hæc est in Spiritu sancto. Si charitas obstat, quod amor de se nō est productiuus amati, vt intellectus est productiuus intellecti. Quia si produceret amatum haberet apud se amatum, quod si apud se haberet, non tenderet extra se, id quod amoris est insigne. Est enim amor inclinatio ad id quod est extra se.

Quod sit principium spiratiuum.

¶ Dicendum autem est quod si realiter loquamur, principium quod quæritur spiratiuū hoc, est ipsa essentia diuina, est quoque ipse diuinus amor, est quoque ipsa communis spiratio. Non enim hæc sunt res differentes in Deo, ab essentia, neque essentia ab istis: cæterum communis spiratio, non simplicem habet considerationem. Nāque vt relatio est, ita consideratur oppositā spirationi, quæ constituit Spiritum sanctum, aut consideratur vt est actio, per quam Spiritus sanctus spiratur, & hæc consideratio est prior, illa verò posterior: quia consequitur relatio ad actionem: itē essentia consideranda venit, vt in patre est, & filio, aut vt est communis tribus, & hac ratio secunda, non est principium spiratiuum. Enimuerò Spiritus sanctus si hoc admittis se produceret. Verū vt est in patre & filio, hoc modo essentia est vis spiratiua, seu principiū quo spirandi. Nanque essentia, non spirat vt quod, neque spiratur: sicut neque generat, neque generatur: vt superioribus disputationibus prosequuti sum⁹. Vt ergo diuina essentia est vis generatiua, vt est in patre, sic est vis spiratiua vt est in patre, & filio. Quod verò volūtati tribuitur diuinæ spiratio, ad libellam iustam est redigendum, vt veritate constet. Ad hanc videlicet, non quod competat fœcunditas diuinæ essentiæ, quia volens est ad intra: imò cōtra voluntati diuinæ fœcūditas adest, quia est natura diuina. Itaque tota fœcūditas diuinæ naturæ ad intra á natura diuina est: vt supra vberius ostendimus.

Resp̄onsio quæstionis.

Obseruadili genter considerationes has.

Fœcunditas competit diuinæ uoluntati ab essentia.

¶ Quarta conclusio, in disputatione ista Theologorum est consensus patrem & filiū esse vnum principium spirandi Spiritum sanctum si vnitas tamen referatur ad principiū quo, quippe principium quo vnum est in patre, & filio, tametsi pugnæ sint Theologicæ quod sit hoc principiū, quo, seu vis spiratiua. Quibusdam decertātibus esse relationes, alijs essentiam diuinam sub relationibus, alijs contendentibus esse volūtatem diuinā vt in actu primo, vt Scoto collibuit. Atqui vt authorem hunc teneas, qui nunquam non in huiusmodi theorijs, est senticosus, aduerte, in. 1. sent. d. 12. & in. 1. dist. 2. cōmentum fuisse diuinū intellectum in actu primo, & in actu secūdo. At in actu

4. Conclusio

Placitū Scoticum de ui spiratiua ex ponitur.

actu primo est, quatenus habet sibi diuinam essentiam præsentissimam, non vt intellecta, hoc nanque spectat ad actum secundum intelligendi, sed vt intelligibilē, id est, proximam quæ intelligatur, & hunc sic expensum intellectum memoriam appellat fœcundam. Docet quoque actum intelligendi patris non esse rationem formalem producendi filium. Nanque si hæc intellectio esset productio filij, cū præintelligatur patrem intelligere se & filiū, in primo originis signo, antequam producat filium, ante ergo filij productionem, esset altera productio: ideo commentatur per intelligere patris, filium, non produci. Eisdem gradibus incedit de processione Spiritus sancti, Theologizans. Retur enim diuinam voluntatem fœcundam esse, principium quo Spiritus sancti. Porrò hæc voluntas consideratur in actu primo, & in actu secundo: in actu primo consideratur vt habet sibi præsentem diuinā essentiam intellectam per intellectum diuinū patris & filij, at non vt amatam, sed vt amabilem, itaque pater, & filius spirant Spiritū sanctum, non vt se mutuo amant, id quod pertinet ad actum secundum voluntatis, sed vt proximi sunt, vt sese ament. Probat autem spirari minime Spiritum sanctum per hunc amorem mutuum. Nam siquidem præintelliguntur se amantes pater, & filius, antequam spirent Spiritum sanctum, sequitur si per amorem spirāt, & præintelliguntur se amare ante quam spirent, ergo antequam spiretur Spiritus sanctus, iam spirant pater & filius, ergo ante Spiritum sanctum productus erat Spiritus sanctus. Cæterum non hæc tam sunt firma, quam subtilia argumenta: soluuntur nanque si aduertimus quod non semel protulimus intelligere diuinum, & diligere ad intra bifariam esse accipienda, aut essentialiter, aut notionaliter: id quod Tho. adnotauit. 1. part. quæst. 37. artic. 2. quapropter pater prius si se se intelligit, & filium & alia, &c. quam filium generet, hoc sane verum est, & Scoto annuendum, si de intelligere essentiali sermo sit. Itidem de dilectione dicito. Prius enim pater & filius se se diligunt, mutua dilectione, seu cōcordi (vt Richardus loquitur) quam producant Spiritum sanctum (si sermo sit de diligere essentialiter) at vero si de notionali sermo agatur non item. Nanque pater simulatque se intelligit, & alia à se, producit filium. Nam hoc intelligere notionale est filium producere: ideoque etsi fingas Scotica signa originis, fieri non potest vt in aliquo signo priori pater se intelligat notionaliter, & non producat filium: quia hoc intelligere est dicere seu producere filium.

Memoria fœcunda quæ Scoto.

Intellectus diuinus in actu primo & in actu fecundo.

Voluntas diuina fœcunda ad intra ut memoria.

Intelligere & uelle dupliciter notionaliter et essentialiter

Scoticum cōmentum non probatur.

¶ Item fingere nequimus nisi fallaci fictione, quòd se ament mutuo notionaliter pater & filius, & nō producant Spiritum sanctum: istud nanque diligere est spirare, quod si se diligut, spirando non possunt non spirare. Neque est locus originis signis in huiusmodi actionibus notionalibus. Quia vt diximus omnino simul atque pater se intelligit notionaliter producit verbum. Nam idem est atque si dixeris, simulatque pater dicit verbū, est verbum: & simulatque pater, & filius amando se spirant, est Spiritus sanctus. ¶ Quibus expēsis nullus est locus Scoticis commentis, quæ iam præscripsimus. Nam intellectus paternus in actu secundo notionali dicit filium. Et actus ille intelligendi notionalis est ratio formalis patris vt generet filium. ¶ Itidem & voluntas diuina in actu secundo, id est, mutui amoris notionaliter, est ratio formalis Spiratiua Spiritus sancti, & sub istis rationibus, & fœcunda est memoria diuina, & fœcunda voluntas. ¶ Quanquam re hac librata exactius, Deo non concinnit hæc distinctio actus primi, & actus secundi: nam actus primus significatur vt habitus cuius perfectio est secundus actus, qui significatur vt actio. Vt visio est perfectio visus, diuina autem mens, atque voluntas, nunquam absoluī, aut perfectiora esse possunt, quam sunt, ideo cessat hæc distinctio, nisi solum illam referas ad diuina secundum considerationem intellectus, secūdū quam & prius & posterius in diuinis admittimus. ¶ Neque tamen quia ex mutuo patris filijque amore Spiritus sanctus procedit, propterea pater non est principium perfectum spirandi Spiritum sanctum vt somniat Scotus. Etenim amor ille patris, atque filij, vt est in patre ad filium non est dependēs á filio: & vt est filij ad patrem non est pendēs à patre. Quare quia independens est, principium perfectum est. Quod verò sit independens, vel hinc habeto, quia vnus idem ipsissimusque est amor hic, vt ergo dependens est? aliàs à se penderet, quod inuoluit cōtradictionem, itaque neque amor patris, ad filium à filio perficitur, neque contra, quia vt diximus actus purissimus est Deus, hic amor Deus est, &c. Ergo perfectissimus est, etiam iuxta rationem formalem amoris expensam: idem sapito de intelligere patris.

Ratio formalis generandi quæ & ratio formalis spirādi quæ?

In Deo non est actus primus & secūdus.

Soluitur argumentum Scoti.

¶ Quinta conclusio, si pater, & filius sint vnum principium quod, spirandi Spiritum sanctum, concertatur á Theologis quorum certa-

5. Conclusio.

certamina supra descripsimus. ¶ At verò crediderim ego esse vnum principium quod, nō solum quo, spirandi. Etenim pater est principium quod, spirandi Spiritum sanctum, & filius itidem (hac enim in re non opponuntur relatiue pater & filius) ergo sunt vnum principium quod ex axiomate Theologico, non semel repetito, argumentum hoc habet neruos suos, quo item vsus est Thom. 1. part. quæstio. 36. articul. 4. Cui accedant Concilij Lugdunensis indicata non semel verba, procedit, ait, Spiritus sanctus á patre & filio, non tanquam à duobus principijs, sed tanquam ab vno principio. ¶ Et sub hæc adiecit, non duabus sed vnica spiratione, & hæc verba postrema subindicant patris & filij inspirando Spiritum sanctum & habere vnam relationem ad Spiritum sanctum, & vnam actionem, & vnam vim spiratiuam, ad hæc nanque tria se porrigunt significanda verba Concilij: quæ tria secundum considerationem nostram hoc potiuntur ordine. Est nanque vna vis spiratiua prior, dein vna actio spirandi, posthæc est relatio spiratio scilicet in patre & filio: postremo simul cum hac relatione recensita Spiritus sanctus consideratur spiratus á patre & filio. ¶ Porrò autem si hæc ita se se habent, vt existimo, par est credere priora verba Concilij ad vnitatem principij quod, esse referenda. ¶ Tertium est argumentum. Nam hæc conceditur vulgo à Theologis, pater & filius sunt vnus spirator, ergo sunt vnum principium quod spirandi. Etenim hoc sibi vult esse illos vnum spiratorem. Nam spirator non solum præfert vim spiratiuam, quin etiam & quod spirat. Cæterum ista ratio non est prorsus extra iudicij aleam, siquidem Durandus in. 1. distinctio. 29. quæst. 2. arbitratur nihil incommodi si concesseris esse, patrem & filium duos ex vi sermonis spiratores: vt etiam duos spirantes esse, citra scrupum schola Theologica recipit. Etenim spirator, quia verbale nomen est, vt doctor & scriba, cursor, &c. Adhuc retinet seu sapit naturam adiectiuorum, cum alioqui substantiuum sit. At degenerat hoc, & alia id genus nomina in naturam adiectiuorum, quia à verbis significantibus actionem deriuantur. Itidem censendum de nominibus alijs à verbis passiuis originem ducentibus. Vt autem aperta sit tibi hæc degeneratio ostensionem accipe. Nanque si ignes duo. A. & B. vnico calore, vnicaque calefactione diuino miraculo calefacerent lignum. C. re vera dicendum esset duos esse calefacientes lignum. C. duosque calefactores, & vtrumque nomen eiusdem esset significantiæ: significaret enim pluralitatem suppositorum calefacientium: non multitudinem formæ, aut actionis, quæ vna est ex hypothesi. ¶ Rursum doctor scriptor, amator formam inhærentem subiecto significant, & non per se subsistentem, id quod est germanum puris substantiuis. Vt Petrus, Paulus, homo, equus. Quam ob rem si spirator significat vim spiratiuam in patre, & filio, non sane illis inhærentem, quia nihil hæret Deo, at modus significandi nominis huius est significare formam in alio, consequens est quod admitti potest hæc, pater & filius sunt duo spiratores, quæ non significat plures esse vires spiratiuas, at esse plures cui competat hæc vis spirandi. Quanquam quia etiam habet vim substantiui nominis concedenda est hæc, pater, & filius sunt vnus spirator. Et Tho. vt supra indicauimus distinctio. hac non reformidauit illas concedere, sunt plures spirantes, & sunt plures spiratores. Et in summa Theologica nō damnat quod scripserat, enarrans Magistrum, quanquam meliorem credit sententiam credentem non plures spiratores esse enunciandum, sed vnum. ¶ Porrò autem quia authore Aristotele loquendum est vt multi, sentiendum est vt pauci: quanquam hæc, plures sunt spiratores, sensum potest habere catholicum, id est, plures sunt personæ spirantes, quia (vt diximus) capax est propositio hæc huius sensus, quippe spirator sapit naturam adiectiuorum, cæterum non deducenda est in vsum loquutio hæc, sed potius temperandus est sermo secundum pietatis & diuini honoris regulam, quia enim nihil offendit aures pias, sunt vnus spirator (siquidem ecclesia tradidit esse vnum principium spirandi patrem & filium), at proximum est vt offendatur si dixeris duos esse spiratores, propterea cautius est illam negare, tametsi demiror cum non formidat Lateranense Concilium sub Innocentio. 3. tradere tres personas diuinas esse consubstantiales, coæquales, coomnipotentes, coæternas, cur nos reformidam⁹ dicere esse spiratores, patrē & filium, Spiritus sancti. Quod si hoc concedere formidini christiano est, certè cur hęc reformidabitur concedi, sunt coespiratores, vt conceditur, sunt coomnipotentes, & coæterni ex Concilio prænotato.

¶ Obijcies forsan nullatenus admittendū esse sermonem dicentium tres personas beatas,

Pater & filius sunt unū principium quod spirandi Spiritum sanctum.

Exponitur concilium Lugdunense

Pater & filius unum principium quo & quod spirandi.

An pater & filius sint duo spiratores.

Durandi placitum exponitur.

Pater & filius sunt unus spirator, & plures spiratores ut admittendum.

Authoris sententia.

Obseruauerba concilij Lateranensis tradentis tres personas esse coomnipotentes

tas, esse tres creantes, aut tres creatores, ergo itidem nullatenus admitti debent istæ, sunt duo spirantes, aut duo spiratores, imò prorsus videntur reijciendæ. Nanque vt tres personæ sunt vnum principium creaturarum, ita pater & filius vnum sunt principium Spiritus sancti, authore Augustino libr. 5. de Trinita. cap. 14. Mecum autem obserua, quid intersit inter hæc creator, creans, spirator, spirans. Etenim creatio, est operatio diuinitatis ad extra, cæterum spiratio, est operatio personæ ad intra. Rursum persona est, quæ spirat & generat, at diuinitas non est quæ generat, neque est quæ spirat. Diuinitas enim est quæ creat, est enim creatrix rerum omnium. Ad hæc personis actio creandi, á diuinitate manat essentialiter, quia creatio est actio essentialis, vt cæteræ ad extra operationes: operationes verò ad intra in sancta Triade non sunt essentiales, imò personales, vt generatio, spiratio, &c. Vnde supra aiebamus, hanc esse veram, Deus generat, quia persona generat: item & hæc Deus spirat, eandem subit formam. Cæterum persona creat, quia Deus creat, & ipsa est Deus. Vides ne quam vice versa se gerant in prædicationibus istis persona, & diuinitas? Vnde impius hic sermo est, tres sunt creantes, aut tres sunt creatores. Aequè nanq; est atque si dixeris, tres sunt diuinitates creatrices, secus autem de istis pater & filius sunt duo spirantes, &c. Quia vt dicebam, spiratio actio est personalis, ideo numerale nomẽ personam potest multiplicare, non multiplicata neque actione, neque forma, id est, vi spiratiua. Quapropter nihil demiremur Hilarium dixisse 2. de Trinita. Spiritum sanctum patre & filio authoribus processisse. Nam non aliud voluit quam spirantibus. Accepit enim nomen authoris adiectiuè, & non substantiuè. Et supra nos ex Thoma docebamus patrem, & filiũ, & Spiritũ sanctum, esse tres res relatiuas, seu tres existentes adiectiuè, ita & duos authores dixit Hilarius adiectiuè, id est, duos spirantes. At verò occinnit nobis aliquis, siquidem principium est relatiuum nomen, cur formidamus dicere patrem & filium esse duo principia? nam si est admittenda hæc, sunt tres personæ, tres res relatiuæ, cur non sunt duo principia relatiua duæ personæ? nã sensus hic sunt duæ personæ principiantes catholicus est, quem edit propositio illa secundum sermonis prætextum. Præter hæc si sunt vnum principium spirandi Spiritũ sanctum pater & filius, ergo vnum spirans. Hæc enim se inuicem consequuntur, principium enim spirandi est spirans. Quod si hanc concesseris, videbitur fortasis erroneum in genere intellectum, patrem & filium, esse vnam personam spirantem. Patet collectio, quippe hanc veram esse tradidimus, esse duos spirantes patrem & filium: quia numerale hoc, duo, non numerat vim spiratiuam, sed personas, ergo cum dixeris vnum spirans, ad personam etiam oportebit referre vnitatem, vt sit sensus, sunt vna persona spirans, quod hæreticum est. Quibus accedat, si sunt vnum principium ergo vel sunt hôc principium, demonstrato patre, aut hoc demonstrato filio, nullum horum annues, quia vtrumque Sabellianam amat doctrinam, quod ergo est hoc vnum principiũ, quod spirat, quod sunt pater & filius?

Creans. Creator. Spirans. Spirator.

Essentialia & notionalia uice uersa se habẽt.

Tres personæ non sunt tres creantes neque tres creatores.

Hilarius exponitur.

Num est admittendum patrem & filium esse duo principia spirandi.

At recolendum nobis est, quod in exordio disputationis huius meminimus, quę in altero genere sunt plura in alio esse vnũ. Ecclesia igitur volens ostendere nobis patrem, & filium in ratione principij aut principiandi Spiritum sanctum esse vnũ, tametsi in ratione personali sint duo, decreuit patrem & filium esse vnum principiũ Spiritus sancti. Concedimus igitur patrem & filium, & Spiritum sanctum esse tres res relatiuas. Significam⁹ nãq; plano sermone tres proprietates relatiuas diuinas esse tres reales relationes realiter distinctas, non tamen concedimus esse duo principia, quippe sermonis huius prætextus, subindicat patrem & filium in ratione principij ad Spiritum sanctum esse plura, quod falsum est, vt iam patefecimus: Etenim quia secundum rationẽ principij non opponuntur relatiuè, vnum necesse est vt sint, vt principium sunt Spiritus sancti. Et ecclesia hoc de vnitate principij decretum sanciuit, vt explosos haberet Græcos, qui non nihil principij filio dabant ad Spiritum sanctum. Aiebant enim patrem per filium spirare Spiritum sanctum, cæterum dignitatem & authoritatem principij patri solum concedebant. Quam ob rem à patre processionem esse non à filio autumabant. Quibus obsistens ecclesia decernit à patre & filo procedere Spiritum sanctum indiscriminatim, & æqualiter, neque plus patrem esse principiũ, quam filiũ, neque potentius aut excellentius, à patre procedere Sanctum spiritum, quam à filio, sed ex æquo sine fine ab vtroque. Et quia principium est nomen relatiuum, non oportet admittere patrem & filium esse duo principia, denotaret enim huius orationis contextus esse duas relationes, duas ve spi-

Soluitur motum dubium

Cur ecclesia decreuit patrem & filium esse vnum principium spirandi.

Rectius dicitur patrē & filiū esse duo principiantia Spiritum sanctum quam esse duo principia eiusdem.

vè spirationes, in patre, & filio, ad Spiritum sanctum: id quod abijcit Ecclesiæ decretum docens vna spiratione non duabus spirari paracletum. Id quod non ita denotatur si dixeris esse duo principiantia Spiritum sanctum, quia principians participium longius distat à substantiui natura, quam nomen hoc principium. Durandus autem nihil veretur vtramq; propositionem donare, si ad suppositа referatur, vt diximus paulo superius. Aliquis colliget forsan, sunt duo principiantia, ergo duo principia, at negabis cōsequentiam, est enim collectio à multiplicatione in antecedente suppositi, ad multiplicationem formæ in consequente, id quod non est necessarium argumentum in nominibus adiectiuis, vt perspicuum est ex dictis.

Solutio. argumen. 2.

¶ Secundò dicito fatendo patrem, & filium esse vnum principium spirans, & itidem hanc esse veram, sunt pater & filius vnum spirans, si subaudiatur principium. Nam si subauditur vice substātiui suppositum, falsa est & hæretica. Itaque hæc, pater & filius sunt vnum spirans, sub distinguenda venit, aut intelligitur de principio, aut de supposito spirante, primo modo vera, altero falsa.

3. Arg. solutio.

¶ Tertium argumentum verè torsit multos, quos satis solicitat suppositio huius nominis principium in propositione ante habita. Et ni fallor, adegit quosdam in præcipitium, vt saperent plusquam oportet sapere.

Quartum constitutum Okan.

Nam Guillihelmus Okan, excogitauit, in diuinis quartum quoddam diuinum constitutum, quo donatum est nomine, quippe spiratio communis illud constituebat, non patrem, neque filium. Nanque istæ personę proprijs sunt constitutæ proprietatibus. Quapropter spiratio cum sit relatio realis, distincta realiter ab spiratione (quæ Spiritum sanctum constituit) necesse est vt aliquid cōstituat diuinum, quod existimauit esse quartum constitutum. Quod sanè persona no est formaliter, quia communis est patri & filio: porrò realiter persona est, quippe quod idem est patri & filio. Quod induxit in mentem Okan, hoc quartum constitutum fuit illud in primis vt dudum dicebam, quod spiratio communis non constituit, patrem & filium, ergo constituit quoddam aliud diuinum (siquidem realis est) & opponitur spirationi passiuæ. Et iuxta placitum hoc prompta est dubij propositi dilucidatio. Nam principiū supponit pro isto quarto constituto, secundum quod hæc vera est pater, & filius sunt vnum principium spirandi, quippe qui sunt hoc quartum constitutum. Multa congeruntur à Gregorio dist. 12. contra hoc inuentum, & à Petro Aliacensi illa repetuntur in. 1. quæst. 8. articu. 3. & à Gabriele memorantur distin. 12. huius. Quæ omnia valere iubeo hoc vnum solum in medium proferens, contra commentum istud, huic enim quarto constituto, tribuitur actio spirandi Spiritum sanctum, ergo est persona, consequentiam probatam habebis, si aduertis, documentum esse verum hoc, cui competit actio personalis persona est necessario. Nā que autore Aristotele, operatio index est formæ, neque Philosophis aliud quæritur formæ indiculum nisi operatio, iam ergo si actio est personalis, ergo persona est vnde illa actio proficiscitur. Iam vero quartum hoc constitutum spirat, & spiratio est actio personalis, etenim est personę Spiritus sancti productio, vt generatio est actio personæ, ergo quartum constitutum persona est, ergo quaternitas est personarum & non Trinitas, quod hæreticis est inuisum, nedum catholicis abominabile, vnus fuit Petrus Gnapheus qui quartam induxit personam in diuinis delipiens. Amatores seu patroni huius commenti personam negant esse quartum hoc constitutum, quia est cōmune, sed quid si cōmune est patri & filio, quartum hoc constitutum, cur ergo illi tribuitis actionem personarum? Vbi legistis hanc metaphysicam, communia inquam habere operationem? Essentię diuinæ quia communis est Triadi operationes ad intra generādi, aut spirandi non tribuimus, cur ergo huic quarto constituto vos illam tribuitis? Neque Gabriel Okanisticus alumnus sufficienter patrocinatur suo duci, dicens quartum constitutum hoc esse singulare, tametsi non sit persona: & quia singulare est, propterea illi tribuitur actio spirandi. At vero fumidum est hoc patrocinium, essentia nanq; diuina singularis est, at vero fides catholica illam subducit ab actionibus personalibus vt in. c. firmiter extra de Summa Trini. & fide ca. traditur: cur ita? quia etiam si singularis est deitas, & nō vniuersalis, seu idæalis, at vero re ipsa communis est beatæ Triadi. In quem propemodum etiam si hoc quartum constitutum sit singulare, quippe quod est hoc, at vero quia commune est duabus personis, ideo actionem personalem non potest habere.

Placitum Okan non probatur de quarto constituto.

Gabrielis fumidum patrocinium quod suo tulit Okan.

Communia non habent actionē singularem.

Et rursum ego in scripturis lego Spiritum sanctum procedere à patre Ioann. 15. & non ab isto quarto constituto: & Spiritum sanctum esse spiritum filij ad Gala. 4. & non esse

spiritum huius quarti cõstituti. ¶ At vero iuxta istam commentationem spiratio actiua non est patris, neque est filij, sed huius quarti constituti. Et quia hoc quartum constitutum formaliter non est persona, consequens est Spiritum sanctum à nulla persona procedere. Itaque filius à patre formaliter procedit, & realiter. Cæterum Spiritus sanctus & si realiter à personis patris, & filij procedat, tamen formaliter à nulla persona diuina procedit. Reclamante tamen Euangelio spiritus (ait) qui à patre procedit, & rursus Spiritus sanctus quem ego mittam vobis à patre. ¶ Et fundamentum huius inuentionis Okanisticæ ruit totum, si aduertimus ex Thom. 1. par. quæst. 32. artic. 3. constituere in diuinis solum esse proprietatum personalium: sunt autem hæ tres, paternitas, filiatio, & spiratio, quæ est in Spiritu sancto. Nanque istæ sunt indiuiduantes proprietates, & singulis personis tribus singulę aptantur proprietates. Cæterum spiratio, communis & si sit notio personarum patris & filij, at non est notio personalis, quia nulli personæ singulariter insita est, ideoq; non constituit neq; personam, neque quartum constitutum.

Proprietates personales tres.

¶ Et vtiq; si rem libratè perpẽdimus, minus est constituere vnam solum personam, quã duas, at vero spiratio communis nequit constituere vnam personam singularem, ergo neque quartum constitutum. Quia si id quod magis videtur inesse, non ineſt, neq; id quod est minus. Quamobrem supra etiam reiecimus Caietanum, qui immemor sui pedagogi. 1. part. quæst. 32. art. 4. dicentis spirationem communem patri, & filio, non esse cõstitutiuam, quia non est proprietas personalis, finxit spirationem hanc constituere patrem & filium vt spirantes. Id quod non longe abest à commenti tio figmento Okanico, vt superius est commemoratum. Et reuera ego aliud intelligere nequeo, præter id quod differo de re hac. Nã proprietas diuina est discretiua personę à persona, vt ex Concilio Lateranensi sub Innocentio III. erudimur, tradit enim personas proprietatibus suis esse discretas, at spiratio communis non discernit patrem, & filium ergo non constituit. ¶ Neq; subterfugias, dicens est proprium patri, & filio spirare, ergo quam quam non sit proprium simpliciter, vt paternitas, & filiatio, at est secundum quid proprium, & hoc abundè erit vt constituat illos vt spirantes. At vero (vt dixi) quod non discernit vnum ab altero non constituit. Nam indiuiduum ita constituitur ex proprietatibus suis discretiuis, vt illarum collectio in nullo alio extare potest. At spiratio quæ in patre, eadem in filio, vt ergo constituit patrem & filium. ¶ Fortasis non conquiescit mens tua, nam obijcies non constituit vt patrem, sed vt spiratorem: imo neque hac constituit ratione, nam esse spiratorem pater commune habet cum filio, & non solum commune, sed idem nam est idem spirator qui filius. Supponit igitur principium in propositione quam nostra versat disputatio, pro duabus personis patre, & filio, confuse tamen, vt in solutione argumentorum patebit, & non pro quarto constituto.

Personæ suis proprietatibus sunt discretæ.

¶ Porrò autem vt illò recurrat, vnde egressa est oratio, super est argumentum impetens vnitatem principij spiratiui proferre. Videtur enim patrem, & filium huius principij vnitate in spirando Spiritum sanctum gaudere non posse. Siquidem pater prius spirat, quàm filius, ergo non sunt vnum principium. Consequentiæ nexus est patens, & antecedens colligitur, etenim filius habet spiratiuam vim à patre. Nanque à patre habet essentiam, & quæ sunt essentiæ, qualis est vis spirandi, igitur prius est vis spirandi in patre quam in filio. Porrò assertio catholica est non prius procedere à patre, quam à filio Spiritum sanctum, sed prorsus vniformiter ab ambobus. ¶ Argumento igitur dicito vim spiratiuam non prius esse in patre quam in filio. Quia eadem est in patre, quæ in filio. Et quanquam filius illam habeat à patre, & communicetur à patre filio per generationem filij, non tamen hæc vis generatur, vt neque essentia, quæ filio communicatur per generationem. Ideò vt non prior est essentia patris, quam essentia filij, ita neque vis spirandi. Prioritas autem in diuinis est personis, quæ vocatur prioritas originis: & hæc vna est patris ad filium, & altera est patris & filij ad Spiritum sanctum. At vis spiratiua non hac prioritate, neque alia est prior in patre quam in filio.

Hoc arg. notabis.

Non prius procedit à patre quã à filio Spiritus sanctus.

Prioritas originis duplex.

Iam vero peragrato tedioso tantæ disputationis itinere, quanuis commodissimo, vtique restat aliud nihil quam argumenta diluere. ¶ Primum autem diluitur negando consequentiam, neque tenet per locum à synonomis, quia non significant eodem modo principians, & principium, hoc nanque substantiuè significat illud, vero adiectiuè. Quamobrem antecedens denominatplu-

Soluũtur argumẽta principalia.

nat pluralitatem personarum spirantium: at consequens pluralitatem principij spirantis. Vnde perinde est atque si colligas sunt plures spirantes, ergo plures spiratores, id quod fusius egimus superius.

Ad.2. ℂ Secundum argumentum absolues, si dixeris, neq; esse vnum principium essentiale solum, neq; esse vnum principium personale, sed esse patrem & filium vnum principium notionale spirandi Spiritum sanctum, vt præscripta te instruent plenius.

Ad.3. ℂ Tertiò dicito cum Thoma loco prænotato principium supponere cõfuse pro duabus personis, neq; collectio est valida, sunt vnum principium, ergo vel pater, est hoc principiũ, vel filius, neganda enim est collectio hæc, cuius vicium est á confusa ad determinatam vt si collegeris, tantum homo est animal rationale, ergo vel hoc animal rationale vel illud: vel promitto tibi librum, ergo hũc vel illum.

Dist.12.in fine. Caietanus & Capreolus non probantur. Exigit porrò Gregorius vnde sibi conciliat prædicatum hoc vnum principium confusionem? & Capreolus, & Caietanus respondent ex coniunctione, &, Et suffragatur illis, quia in hac Parisijs & Romæ venditur piper. Confunditur prędicatum à coniũctione, &, tametsi hoc exemplum nõ confert proposito, quia in hac propositione sumitur &, diuisiuè: cæterum iuxta communem dialecticam, Et, diuisiuè hac confundendi vi potitur, non tamẽ cõplexiuè, vt hoc loco capitur in prænotata propositione. Pater & filius sunt vnum principium Spiritus sancti. Quidquod si præpositio, Et, confunderet prædicatum prædictũ, in conuertente huius non confusam haberet suppositionem? nempe in hac vnum principium spirandi Spiritum sanctum sunt pater & filius. Quippe, Et, præpositio non cõfundit subiectum, imo prædicatum. At vero in conuertente subiectum, confuse etiam supponit, nam q; vtraque vera est conuertens, & conuersa secundum simplicem conuersionem. At vero si determinatè supponeret subiectum pro hac vel illa persona falsa esset. Quamobrem non oportet quærere confusiuum signum. Nanq; ex se habet siue sit prædicatum, siue subiectũ hoc nomen principium, suam confusam suppositionẽ. Etenim vt diximus, notionale est, & non personale. Et quia notio quam denotat est communis patri & filio, inde habet ex sua significantia quam sortitur, ex suppositionis connexu vbi collocatur, communem suppositionem, & confusam. Nisi restringeretur aliũde ad determinatam suppositionem, pro hac vel illa persona, id quod in propositione præhabita non habet. Quamobrem & si dixeris pater & filius sunt hoc principium, etiam veram enunciasti propositionem, modo singulare confusam retineat suppositionem, vt suum commune nomen principium. Quando inquam, demonstrat duas personas confuse patrem & filium. At vero Tho. in. 3. dist.1. q.2.arti.4. communem terminum ex propria natura fatetur habere confusam suppositionem, nisi aliunde restringatur. Vnde principium, quippe quod commune est nomen, habet ex se communem suppositionem, & non eget, confusiua nota. Ego vero magis ad rem solui argumentum, quia dialectici nostrates non sapiunt cum Thoma: nam si dixeris, homo est animal, determinatam suppositionem esse fatentur, etiam si Thom. confusam vocat indifferentem suppositionem, siue pro hoc, siue pro illo supposito de qua re alibi: sat sit dixisse, in præsentia dialecticis nostri æui illam esse determinatam suppositionem, ex qua primo ordiendus est ascensus, vel descensus disiunctiuus, cuius vna vera singularium satis est veritati propositionis? Arguitur ad hæc aliquis, si hæc vera est, pater & filius sunt vnum principium spirandi Spiritum sanctum, ergo pater, & filius, sunt vnum, consequens videtur falsum, quippe videtur quòd si hæc vera est sunt vnum, ergo sunt vnum, & idem, si vnum, & idem, igitur vna sunt persona. ℂ At obseruare oportebit id quod supra commemoratum est, ex Concilio Toletano vndecimo. Hanc esse concedendam propositionem, pater est ipsum quod filius, hæc autem est neganda pater est ipse qui filius. Similiter affirmanda venit hæc pater, & filius sunt vnum in neutro genere, hæc autem neganda pater est vnus qui filius, itidem pater & filius sunt idem vera est: at pater est is qui filius, falsa, sic ergo donanda sunt argumento quæ exigit: quia non significatur in illis propositionibus personæ sed essentiæ vnitas. Tametsi de veritate huius pater & filius sunt vnum & idem principium Spiritus sancti dubitatum fuit á quibusdam, quia relatiuum illud identitatis videtur præseferre personalem identitatem, quod tamen vt diximus non præsefert, sed solum identitatem principij spiratiui. Itaque non alia est vnitas, quam identitas, at vtraq; est principij spiratiui in hoc proposito. Nõ ergo probãda est illatio vltima sunt pater, & filius vnũ, & idẽ, ergo vna sunt persona.

Et, diuisiuè, & complexiuè.

Vnum principium sunt pater & filius producendi Spiritum sanctũ.

Aliter sapit Thom. quam neoterici dialectici.

Dialecti neoterici.

Probantur dialectici recentiores.

DISTIN-

DISTINCTIONIS Vndecimæ, disputatio quarta. Num Spiritus sanctus procedat à patre & filio vt à pluribus, aut vt ab vno?

EST VIDETVR in partem affirmatiuam esse argumentum illam suadēs, spiritus enim sanctus est nexus & charitas patris & filij, at nexus necessario est duorum, ergo procedit ab eis vt plures sunt. ¶ In diuersum est quia si vnum procedit à pluribus, necesse est vt ab illis procedat quatenus in aliquo vniuntur, at Spiritus sanctus procedit à patre, & filio, ergo in aliquo vniuntur, quare procedit ab eis vt sunt vnum.

Argum. in cōtrarium.

Disputatio hæc breuicula erit, quanquam varietas scribentium illam longiusculā plus iusto reddiderit. Scotus igitur dist. 12. huius quæst. vnica testatur Spiritum sanctum procedere à patre & filio quatenus sunt vnum: & S. Tho. 1. par. quæst. 36. articu. 2. & 37. articul. 2. idem contestatur. At vero latum est horum opinantium discrimen. Etenim non eodē modo fatentur hanc vnitatem: ille nanque censuit esse vnum, ideſt, ex vna voluntate patris & filij procedere Spiritum sanctum non vt amat, at vt est in actu primo ad amorem: hic autem non solum ab vna voluntate, vt semota ab actu secundo amoris, imo vt est illi coniuncta. Procedit nanque paracletus ab amore patris & filij, non à potentia volitiua solum, vt Scotus existimat, quæ à me superiori disputatione sunt absoluta. Durandus vero distin. hac. distinctione vtitur, responsurus dubio isto, vel enim sermo agitur, de actu profecto ab agente, aut de modo quem habet actus. Si de actu fit sermo, accidit agēti vnde proficiscitur actus vt vnitas, ita pluralitas, solum est enim necessaria potētia actiua agenti vt agat, & impertinens est vnitas illi aut multitudo. Non enim ignis calefacit quo vnus est, aut plures est, sed quo vim habet actiuam. Sin vero de modo actus differitur vtique vt actus sit vnus, & simplex vnitas causæ est pertinens, quia vnus & simplex effectus ab vna causa progreditur, secundum quam annotationem respondet motæ dubitationi, Spiritus sanctus quia est vnus & simplicissima persona progreditur à patre & filio vt habent vnitatem in vi spiratiua.

Scotus & Thomas in placito concordes in modo explicandi discordes.

At vero si hæc Durandi placita differuntur vberius, altiusque rimantur, non prorsus sunt indubitatæ veritatis. Siquidem aut rem hanc possumus tractare vniuersāliter, aut qua tenus illa solum diuinis accommodantur, q̄ si vniuersalis texatur oratio Durando subscribendum puto: nanq; vnitas & pluralitas agentibus non est essentialis, vt sunt agentia. Nam iam vna causa agit, iam vero plures. Quod si vnitas causalis esset intrinseca causis, plures causæ non possent effecta præstare. Nam reduplicatio hoc exigit, si causa agit in quātum vna, plures ergo agere nequeunt, id quod falsum esse cernimus. Nam sol, & homo generant hominem. Cæterum si ad diuina pedem conferimus hoc indubitatum est, & confessum, vnitatem atq; Trinitatem esse Deo intrinseca, nihil enim Deo accidit, quidquid enim in Deo est Deus est. Cæterum aliud est agere de Deo secundum se considerato, aliud vero de Deo agere, relato ad operationem. Nam hac ratione poterit aliquid esse Deo nō intrinsecum. Quamobrem dixerim secundum operationem, ideſt, vt Deus est opifex vnitas quoque est illi intrinseca: non tamen est pluralitas. Primum mihi est perspicuum, Deus enim cuncta fecit vt vnus, neque possumus intelligere Deū agere sine vnitate, quia dij plures non sunt intelligibiles: implicat nāq; contradictionem plures esse Deos, plures vè esse causas primas agentes. Est ergo vnitas intrinseca primo opifici vniuersorum Deo. Vnde & Paulus. 1. ad Corinth. 12. diuisiones (docet) gratiarum sunt, idem autem spiritus, & diuisiones ministrationū sunt, idem autem dominus, diuisiones operationum sunt idem autē Deus, qui operatur omnia in omnibus. Quo loco multitudinem effectorum ad vnitatem reduxit diuinam. De pluralitate autem personali diuina non idem censeo, scilicet illam esse intrinsecam Deo vt est opifex vniuersorū. Quippe planū est intelligere vnum Deū cūcta operantē, non intellecta Trinitate personarū, quāquā enim is qui operatur Deus necessario est trinus, tamē capi potest mente vnus, nō trinus: vt intellexerūt homines ante fidē Euangelio reuelatā: & nūc Iudæi, & infideles omnes Deū vnū cūcta efficiētē sine personali Trinitate intelligunt. At vero istud est verum in operationibus ad extra. Si reduxerimus porro sermonem ad operationes ad intra plurimū emolumēti ex præscriptis nobis accedit.

Durandus differitur.

Vnitas uel pluralitas est impertinens agenti ut agat.

Considera hæc ut seriò philosopheris de unitate earum.

Deus ut unus agit.

Pluralitas personarum non est Deo intrinseca ut est opifex.

accedit. Dico enim Spiritum sanctum procedere à patre & filio quatenus vnum principium sunt. Etenim si ad extra operatur Deus vt vnus, & intrinseca est sibi vnitas, etiam nũ vt opifex est, quidquod in operatione ad intra qualis est spiratio, duæ personæ operẽtur vt vnum principium? & vnitas principij est duabus personis intrinseca patri & filio & dualitas patri & filio producẽdo Spiritui sancto quoque non est illis extrinseca penitus. Quia nisi essent pater, & filius, duæ personæ non procederet Spiritus sanctus ab eis. Nam siue theologizemus secundum veritatẽ fidei docentis Spiritum sanctũ procedere ab vtraq; persona, siue græcanica fingatur theologia, nõ procedere nisi à patre, semper dualitas patris & filij præexigitur productioni Spiritus sancti, vt suo loco abunde tractauimus. Quanquam autem præexigatur dualitas personarum patris, & filij, ad processionem Spiritus sancti, at non spirant vt duo, sed vt vnũ principium. Ideoq; vnitas principij est illis intrinseca, vt spirantibus Spiritum sanctum. Quia vero pluralitas personarum præexigitur (vt diximus) ideo asserebamus non esse prorsus extrinsecam: cæterum non tam intrinseca est, quam principij vnitas quæ est ratio formalis, producendi paracletum Spiritum sanctũ. Et hoc insinuans Augustinus. 5. de Trini. c. 14. aiebat sicut pater, & filius vnus Deus relatiuè ad creaturam, vnus est creator, & dominus, sic relatiuè ad Spiritum sanctũ vnũ principiũ. Argumento primo dicito Spiritũ sanctum esse nexũ patris & filij, quia ex amore vtriusq; procedit, & quia ab illis vt sunt vnũ principiũ spiratur. Itaq; esse nexũ non arguit pluralitatẽ in principio spirationis, sed solum plura esse quæ principiant, hæc autẽ duo sibi sunt amica, & q plura sunt principiantia, & q vnũ sint principiũ pater & filius relatiuè ad Spiritum sanctũ. Scotus porrò. dist. 12. q. vnica hac negat propositionẽ Spiritum sanctũ esse nexũ patris atq; filij, quia stat in suo dogmate amorẽ mutuũ patris & filij, nõ esse rationem formalẽ patri & filio spirandi Spiritũ sanctũ. Et Richardum. 3. de Trini. illã asserentẽ, mirũ est quam ludit calamo Scotus, vt illũ trahat ad sensum suũ. At vero Richardum ego non tanti facio, quanti Paulum illa efferẽtem verba. Gratia domini nostri Iesu Christi, & charitas Dei, & cõmunicatio sancti spiritus sit vobiscũ, &c. & quid est aliud esse Spiritũ sanctũ cõmunicationẽ, nisi nexum patris & filij? quę omnia differte vt potui superius exacta sunt.

Decisio quæstionis.

In actiõe ad intra Deus agit ut unũ quia pater & filius spirãt ut unum principium.

Dualitas personarum præexigitur ad processionem Spiritus sancti.

Responsio argumentorum.

DISTINCTIO Duodecima, cuius initium est.

Item quæritur cum Spiritus sanctus à patre procedat & á filio, &c.

Disputatio prima. Num Spiritus sanctus prius à patre quam à filio procedat?

PRIMO NANque aspectu si rem cõsideras, videbitur tibi prius procedere à patre, quam à filio. Etenim filius q spiret Spiritum sanctum habet à patre, testante Augustino. 5. de Trini. capit. 14. ergo prius competit patri spirare quam filio: probo consequentiam, quia propter quod vnumquodq; tale est, & illud magis est: vt si aqua calida est ab igne, calidior est ignis. ¶ Contra vero est Concilium Lateranense sub Innocẽtio III. tradens personas tres esse coæternas, & coæquales. Et in Symbolo fidei Athanasio autore, idem decernitur. Vbi autem est coæternitas, & cõæqualitas, nihil est prius, aut posterius. Præter hæc ex Concilio Lugdunẽsi erudimur Spiritum sanctum procedere à patre, & filio non tanquam à duobus sed tanquam ab vno principio, ergo non prius à patre, quã à filio. Nam si prioritatem admittis, vnitatem principij facilè dissoluis.

Argumentum in diuersum.

Disputationem hanc opulenter satis actitauimus, in superioribus, ideoque neque est quòd multis illam agamus in præsentia, ne te diosi simus lectoribus: nam occidit miseros discambre repetita magistros. Cæterum quanquam Magister specialem modo de Spiritu sancto instituerit disputationem, generalior de omnibus diuinis disputatio potest institui. Num sit in diuinis ordo aliquis prioris, & posterioris? sunt autem diuina natura Dei, attributa, notiones, relationes atque personæ. Et quod generaliter de istis disseri potest, idem de singulis differendum venit. Num attributa sint posteriora diuina essentia? nũ essentia sit prior relationibus? & notionibus, atq; personis? Num notiones & relationes priores personis? Num personæ inuicẽ sint priores, aliæ aliis? At vero vt semel dicã, hæc sit certa sententia in diuinis nulla prorsus est prioritas, in quo. Est enim obseruandum geminam tradi à Theologis prioritatẽ alteram

Decisio quæstionis.

Diuina quæ.

Prioritas in quo nulla est in diuinis, sed à quo.

alteram in quo, alteram à quo. Prior harum penitus est profligandæ à diuinis. Non enim est diuinitas huic prioritati subiecta, nanq; attributa, notiones relationes personæq; demũ diuinæ sunt coæterna omnia, ꝓpterea nõ persona est prior persona, neq; relatio relatione, neq; in aliquo priori naturę, aut temporis, aut deniq; originis (vt somniat Scotus in hac dist. & dist. 2.) quę omnia supra abundè sunt dicta. Est porro alia prioritas à quo quam damus diuinis. Est nanq; prioritas hęc originis vnius ab altero, realis prioritas, vt pater est filij pater, & filius patris filius, & Spiritus sanctus spiratoris spiritus. Cæterum est alia prioritas secundum meditationem nostræ mentis, quę realis non est, nam ab opera mentali fabrefit. Et secundum hanc essentia diuina prior est attributis suis: attributa nanque sunt veluti aut quasi qualitates diuinæ essentiæ: autor est Damascenus lib. de fide ortho. c. 3. & non solum conferendo essentiam cum attributis hoc verum est, verum etiam si attributa mutuo conferas, idem conspicies conferas intellectum diuinum, cum diuina voluntate, & prior est iuxta modum nostrum intelligendi intellectus quam voluntas, quippe voluntas fertur ad ostensa per intellectum. Simili quoq; modo si collationem feceris inter essentiam, & relationes, videbis essentiam esse velut fundamentum relationum: ideoq; priorem habere considerationem quam relationes: itidẽ personam priorem esse notione, sublucebit. Nanque patris prior est persona quam sit generatio actio, quæ est velut notio eius. Nam actio posterior venit consideranda, quam persona, vnde actio ipsa processit. Itidem persona, vt persona, quia absolutam habet rationem (vt supra tradidimus) priorem habet cõsideratione quam relatio cuius esse est relatiuũ. Prior enim est consideratio rei secundum se, quam comparata ad aliud. Hæc autem omnia & cætera istis germana secundum meditationem mentis, ordinem sortiuntur prioris, & posterioris: quæ alioqui sunt res vna simplicissimaque diuina natura lege Augustinũ. 6. de Trinitat. c. 2. &. 3.

Dist 6. q 2ª: Prioritas in quo Scotica refellenda.

Ordo rationis in diuinis.

Prior est cõsideratio rei secundum se quã relata in aliud.

Dubium ex Durando.

Porrò autem dubium excitauit Durandus in dist. hac. q. 1. de ordine Spiritus sancti ad patrem & filium. Existimat enim referri ad patrem & filium Spiritum sanctum accidentaliter, & non essentialiter. Itaq; ordinem tertiæ personæ ad patrẽ, & filium testatur esse quasi per accidens. Etenim Spiritus sanctus nõ procedit à patre vt pater est, neq; à filio, vt filius est, sed ab vtroque vt spirator sunt. Nanq; pater vt pater generat, & non spirat, idemq; de filio dicendum: quanquam (ait) ad generantẽ, & genitum consequatur vis spiratiua. At non per se pater spirat, vt pater, neq; filius spirat vt genitus, quia vt genitus est, productus, atvt spirat est producens: at ratio producti non est ratio producentis, vt neq; ratio passiua est ratio actiua, nisi per accidens: vt aqua calefacta abigne, calefacit. Ideo fatetur esse ordinem quasi per accidens in diuinis personis, vt per accidens tamẽ diuinis accommodari potest. Ego vero non huic placito acquiesco, neq; arridet mihi loquutio hæc, esse per accidens, aliquid in diuinis, religiose enim & circunspectè de beata Triade sermo semper est habẽdus. Aduertendum autem est ex Aristotele. 2. Physi. tex. comm. 66. & tex. 50. causam per accidens esse indeterminatam, at vero causam per se esse determinatam. Nanque statuarius per se causa statuæ est: est enim determinatus ad statuam componendam: porrò Policletus est causa indeterminata, ideo per accidens. Non enim habet ex se illam componere, sed ex arte statuaria. Præter hæc causa per accidens est ens per accidens, vt causa per se est ens per se. Et quæ per accidens sunt, reducuntur ad ea quæ per se. Nam ex eo album ædificat, quia domificator ædificat, cui adest albedo. Deus vero est ens primum, ergo necessario est ens per se, & quodcunq; Deus est, per se est, quia primum est & ad aliud reduci nequit, quippe vniuersa reducuntur in Deum quia est alpha, & ω. principium & finis vniuersorum. Secundum quod dicere oportebit patrem esse principium per se spirandi, & hanc esse per se, & non per accidens, pater spirat, idem de filio: nam causa per se est determinata ad effectũ, at pater, & filius sunt determinati ex natura sua producendo Spiritui sancto. Et hanc concessit Concilium Lugduni coactum, pater & filius sunt vnum principium Spiritus sancti. Et Augustinus expressérat ante Concilium libr. de Trini. 5. c. 14. &. 15. non autem traditur credenda fidelibus, tanquam propositio per accidens, sed tanquam propositio per se vera. Et Augustinus loco nuper notato ita fatetur esse principium Spiritus sancti, patrẽ & filiũ vt beata totaq; Trinitas principiũ vnum sunt creaturæ. Nam quanquam Deo accidat creare, quia est operatio extra se, at esse vnũ principium creaturæ, non sibi accidit, imo per se competit Trinitati esse vnam vim cõditricẽ vniuersorum. Porrò autem adhuc considerãdum

Durandus refellitur.

Causa per accidens & causa per se illa est indeterminata, hæc uero determinata.

Pater & filius sunt per se principiũ unum Spiritus sancti.

Aduerte sedulo.

dum supereſt, aliud eſt enim conſiderare patrem relatiuè ad filium, aliud vero eſt ipſam perſonam patris ob oculos mētis habere. Nā ſi de perſona patris ratio habetur, vtrumq; illi per ſe cōuenit, & generare, & ſpirare, vt perſonæ filij, & eſſe genitū & ſpirare. Nam perſona patris generat per intellectum verbum ſuum mentale, quod neceſſario amat, & ad intellectualem hanc generationem neceſſario cōſequitur & per ſe primo amor verbi ſui, & ſimiliter ad eſſe genitam mentaliter perſonā filij, reſultat neceſſar o, & per ſe amor generātis: & ex hoc amore vtriuſque generantis & geniti ſpirat Spiritus ſanctus. Et termino eſt de notionali amore: non ergo accidit perſonæ patris ſpirare, neq; perſonæ filij, imo eſt actus illis intrinſecus, & proprius. Verum Durandus credens non per intellectum patrem generare, vt ſupra admonuimus, ſe coniecit in hanc ſententiam, quam nos reiecimus. At vero ſi de patre ſermo eſt, vt pater eſt, ideſt, relatiuè ad filium, patri non conuenit ſpirandi actio neq; per ſe, neq; per accidens. Etenim relatiuè pater ſolum refertur ad filium, vt filius relatiuè ad patrem. Quod ſi colligas perſona patris per ſe ſpirat, & filij perſona itidem, ergo patri conuenit relatiuè ſpirare, ſaltem per accidēs, eſt argumentum ab identica ad formalem. Quod nullius eſſe roboris dialectici nouerūt: itaq; ſi hæc duo & pater & ſpirator, aut filius & ſpirator iungerentur per accidēs, vt ſtatuarius & Policletus iunguntur in Policleto, patri & filio accideret ſpirare, vt ſpiratori generare: at hæc duo quia ſunt vna ſimpliciſsmaq; perſona, non ſe cōplectuntur per accidens, propterea patri non accidit ſpirare neq; filio, tametſi patri vt pater nō competit ſpirare, ſed vt amanti verbum quod genuit, & filio vt filio item non conuenit ſpirare, niſi vt amat patrem. Nam iſtud amare mutuum patris, atq; filij, eſt ſpirare Spiritum ſanctum: quemadmodum ſupra docuimus, contra Scotum concertantes q; ſi importunè exegeris, quid ergo ſi de intellectu paternitatis aut filiationis, vt ſunt relationes oppoſitæ non eſt ſpiratio, ergo accidit illis ſpiratio, vtiq; puto Durādum intellexiſſe, ita accidere in diuinis, ideſt non eſſe de intellectu alterius, aut quando vnum non clauditur in intellectu alterius. Et Philoſophis ſatis vſurpatur ſermo hic in eundē ſenſum. At vt dicebam pridem religioſius loquēdum eſt de autore naturæ Deo, quam de condita natura. Quamobrem niſi abuſiue extorqueas, nollē cōcedere paternitati, aut filiationi accidere ſpirationem, &c. ſed ſatius eſt ſi dixeris, nō eſſe alterū de intellectu alterius. Accedit porrò iſtis contra Durandū, quod habetur in Cōcilio Florentino, ca. 20. ſpiritū eniꝫ inibi traditur, habere ordinē eſſentialem ad filium, quia de patre extra controuerſiā erat, vbi autē eſt ordo eſſentialis, nullus eſt locus accidentali ordini. Neq; argumentum Durādi vrget: etenim fatemur, rationem paſsiuam, non eſſe rationē actiuā. Neq; enim eſſe calefactū, eſt eſſe calefactiuū, tametſi ad calefactum ſequitur calefactiuum. Cæterum quid ad noſtra, non enim nos dicimus, q; filiatio ſit ſpiratio, ſed q; perſonæ filij neceſſario adeſt ſpiranti actus. Et oportuiſſet demum aduertere inter voluntatem, & intellectum eſſe ordinem eſſentialē, quia voluntas nō poteſt amare, aut odiū habere incognita: & ita inter Spiritum ſanctum, & patrem, & filium ordo eſt eſſentialis, quippe procedit ab ambobus per modum volūtatis. At vt dixi hanc non amās doctrinam Durandus deuiauit ad ordinem accidentalem machinandum. Argumento igitur in principio obiecto dicēdum eſt locum illum topicum in cauſis finalibus, aut efficientibus, plerumq; eſſe verum: vt ſi aſſentio concluſioni ꝓpter principia, magis aſſentio principijs, & ſi diligo creaturam propter Deum, magis diligo Deum: quanquā nonnunquā fallit. Nō enim rectè colliges ille eſt ebrius propter vinum, ergo vinum eſt magis ebriū, vel eſt diues propter pecuniam ergo pecunia eſt magis diues: vt neq; eſt albus propter albedinem ergo albedo eſt magis alba, id quod pertinet ad cauſam formalem, filius ergo ſpirat propter patrem, non tāquā ex cauſa efficiēti, vel formali, vel finali, ſed propter originē: illa igitur admittenda venit in hūc ſenſum, habet filius quod ſpiret à patre, quia omnia quę ſunt filij habet à patre. Pater (inquit) Ioā. 17. omnia tua mea ſunt. Quanquā poteris mihi obtrudere non legi in diuinis ſcripturis filium ſpirare propter patrē, at meminiſſe oportebit Ioā. 6. dominū dixiſſe. Ego viuo propter patrem, in cuius ſermonis analogia dicere fas eſt, filiū ſpirare propter patrem. Quamobrē nō ſequitur. Si à patre habet quod ſpiret, ergo magis ſpirat pater, quippe vna eſt vis amborū ſpirādi: ideo neq; recipit magis neq; minus, q; ſi pater prius ſpiraſſet quā filius, filius non ſpiraſſet, quia iam inueniſſet ſpiratum Spiritum ſanctū à patre. At eadem perſona bis non poteſt ſpirari, vt neq; generari. Et argumētum hæretico rū ſophiſticum eſt, ſi pater ſpirat Spiritū ſanctum,

Obſerua hæc diligenter ut religioſe loquaris in materia hac.

† dist 6. q 2. Vnde Durādus ſibi perſuaſit ſuam ſententiam.

Obiectio.

Deo nihil ad intra accidit ideſt diuina nihil habent per accidēs quæ enim per accidens ſunt certo nō conſtant ordine diuina autem ſunt quam maximē ordinatiſſima.

Spiritus ſanctus habet ordinem eſſentialem ad patrem & filium.

Cenſura loci topici qui docet qualiter ueritate conſtet.

Obiectio.

Filius ſpirat propter patrem ut uiuit propter patrē.

ctum, aut nato filio, aut nondum nato, si nondum nato ergo prius spirat quam filius, si nato, ergo non semper spirat, quia ante natum filium non spirabat, distinguere enim opus facto est hãc, nato filio spirat: vel significat post quam genitus est filius, pater spirat, & illam abnuimus, aut q simul cum nato filio ab æterno spirat Spiritum sanctum, & illam fatemur: ℣. legendus est tibi Magister, vt quædam testimonia sanctorum plana habeas, quale est illud Augustini. 15. de Trini. ca. 17. Spiritus sanctus principaliter à patre procedit, etsi ipse alioqui est sui interpres. Quippe q procedat à filio Spiritus sanctus hoc communicatum est sibi à patre? ℣. An vero mediatè procedat à patre, an immediatè? vtiq; quia vnũ sunt principium pater & filius Spiritus sancti, immediate procedit ab vtroque: quippe vbi est vnitas principij, immediatio est actionis. Non enim procedit spiritus à patre per filium, vt nepos ab auo per filium. Quando licebit dicere auus mediatè per filium producit nepotẽ, vel per nepotem pronepotem, hic enim non est vnitas principij in patre & filio. Neq; enim verè dixeris apud nos pater & filius sunt vnũ principium in generando nepote. Quia sæpe defuncto patre, nepos generatur: non est ergo vnitas in istis principijs. Vnde Philosophis auus causa remota est nepotis. At vero pater, & filius sunt vnum, quod, proximum que principium, vt superius testati sumus, spirandi Spiritum sanctum? ℣. At Durandus. q. 3. huius immediatam processionem testatur à patre & filio, si attendis vim spiratiuam, quæ vna est, at vero si attendis personas spirantes, immediatè á filio procedit Spiritus sanctus, à patre mediatè quia per filium, ego vero obseruato principio quod, spirationis, dixi etiã immediatè procedere non solum quo, vt Durandus censet, vt patet ex prioribus. Sanctorũ porrò nonnulli tradiderunt á patre Spiritum sanctum procedere immediatè: volebãt enim nos docere vim spiratiuam in filio, à patre esse, ideo tradiderunt à patre immediatè á filio vero mediatè tantum. At vero secundum cõsiderationem nostri intellectus, quia prius intelligimus filium genitum esse, quam Spiritum sanctum processisse ab ambobus, propterea quodam fatebimur modo, mediatè processisse, vel procedere Spiritum sanctum á patre, quia mediante filij productione Spiritus spiratur sanctus? ℣. Quod vero Gabriel ait, ad finem huius distinctionis, attento ordine personarum pater & filius non vniformiter spirant, quia pater á se, filius á patre spirat, non omnino probatum habeo. Non enim quia pater á se & filius à patre spirat, ideo non vniformiter spirant, alias dicito non sunt vniformiter Deus, pater & filius, quia filius est Deus á patre: quod impium est. Quanuis enim habet filius à patre esse spiratorem, at vnus sunt spirator: ideo vniformiter spirant.

Verba Augustini ut intelligenda.

Spiritus sanctus immediatè procedit ab vtroque.

Causa propinqua & remota.

Quadã tenus ratione Spiritus sanctus mediatè à patre procedit.

Gabriel non probatur.

DISTINCTIO Decimatertia, cuius initium est.

Post hæc considerandum est, quantum à talibus quales nos sumus intelligi potest.

Disputatio prima. Vt Spiritus sancti processio à filij natiuitate differat.

ET IN PRIMIS argutabitur aliquis illas differre minimè colligens argumento isto. Etenim processio Spiritus sancti vocatur processio, itẽ & filij natiuitas à Theologis vocatur processio (vt te docebit Magister in hac distinctione) ergo non differunt: etenim nominis vnitas vnitatem rei præsefert. ¶ Secundò, Spiritus sanctus tam idem est patri, quam filius, & tam distinctus à patre quam filius: & in idẽ titate hac, atque distinctione nihil discriminis est inter filium, & Spiritum sanctum, age igitur vnde colliges diuersam esse processionem Spiritus sancti à natiuitate filij? ex productis enim vestiganda est qualitas productionis, at producta sunt filius, & Spiritus sanctus, & hæc sunt de substantia patris, hæc patri idem secundum substantiam, distincta secundum personas, ergo productio Spiritus sancti est eadem productioni filij, secundum substantiam, & est distincta tantum secũdum realem distinctionem, quæ autem sunt productiones eædem secundum substantiam, necessario videbitur si altera est generatio vel natiuitas, & altera, similiter: aut si altera est spiratio, altera itidem: sin minus non essent eædem secundum substantiam? ℣. Quod vero ex qualitate productorum, productionis obseruetur qualitas, promptum est exemplum, inspecta enim domo, aut scabello, probè colliges fuisse, horum artificiariam productionem: at visa planta, planum tibi est esse productionem

Arg. 1.

Argu. 2.

ductionem naturalem: porrò autem Spiritus sanctus est productus naturaliter æquè atq; filius, ergo vtriusque productio est naturalis, ergo vtraq; est natiuitas atq; generatio. ¶Quod si argumẽtum diffugias, Augustinum obijciens.5.de Trini.capitu.14.Spiritum sanctum procedere quomodo datus, filium vero quomodo natus. Occinnã tibi ab Augustino adhuc quærendum, cur filius vt natus, & Spiritus sanctus vt datus procedit? & argumẽtum productũ adhuc consistit in suo robore. Hoc enim est quod vertitur in dubium, cur filius, procedat vt natus, & Spiritus sanct⁹ vt donũ.

Replica cõtra solutionem.

Argumẽ. in contrariũ.

In contrariam vero partem est quia si Spiritus sanctus procederet eodem modo quo filius, esset vere filius: & trinitas beata duobus constaret filijs, quod est hæreticum, quia filius Dei appellatur in scripturis vnigenitus Dei patris, Vnigenitus (inquit) qui est in sinu patris, ipse enarrauit nobis. Ioannis.1.

Decisio quæstionis.

Ardua sanè quæstio, & inuestigatu difficillima, & in ea enucleanda Magister non leuiter insudat. At vero neque Magistri sudores, neq; humani ingenij omnes, vt illam explorata vndecunq; habeat homo sat erũt. Quod si Augustinus Ecclesiæ catholicæ clarissimũ lumen se fatetur libr.3. contra Maximinum tanta quæstione premi, & vrgeri, adeò vt suã confiteatur ignorantiam tantæ enodãdæ quæstioni: & Damascẽnus quoque vt secernantur processiones istæ ingenuè se ignorare fatetur. lib.1.de fide ortho.cap.10.in hæc verba generationis, & processionis differentiam esse didicimus, at quis differentiæ modus sit nequaquam. Quidquod nos non pudeat nostrã confiteri insciti am ad tantam quæstionem differendam? laborauit autem Augustinus libr.15. de Trini.ca. 27. vt hanc quæstionem expediret. Et demum in eam se conduxit decisionẽ quæstionis vt Spiritui sancto neutiquam nomen filij competere posse concedat, quia filius à solo patre procedit, at vero Spiritus sanctus à duobus communiter nempe patre & filio, at vero filius à duobus procedere, aut enasci nequit: nisi se se gerãt vt masculus & fœmina: id quod à diuinis abest. Cæterum hæc decisio eluditur à Græcis qui Spiritum sanctũ à patre propriè concedunt procedere, & non à filio. Quidquod mascul⁹ & fœmina apud nos non eodẽ modo se se habent erga prolẽ? Alioqui si eodẽ se gessissent modo, cur hic pater, & illa mater appellitanda foret? Quare nõ eodẽ modo se habẽt, pater enim excutit semen, & mater excipit, illeq; deniq; actiuè, hæc vero in edenda prole se habet passiuè. De qua re alibi erit opportunior locus vt differatur. At vero in diuinis diceret aliquis, Spiritus sanctus eodem modo à patre, & filio procedit, ideoque cessat Augustini argumentum hoc? Quod si Spiritus sanctus generaretur à patre & filio, alter esset vt pater Spiritus sancti, alter vero vt mater. Rursus sexus masculinus, & fœmineus sexus sunt differentię materiales & obid spiritualibus repugnant. At vero ne multis rẽ agamus, & ne deficiamus scrutantes scrutinio conclusionem hanc accipe. ¶Fieri non potest vt processio Spiritus sancti sit generatio, hãc paucis suadebo, quia illam inculcauimus pluribus de generatione filij tractantes distinctione septima. Ex qua desumere oportebit, diuinam mentem produxisse, verbum sibi cõsubstãtiale, quæ productio inscripturis rectè, ritèq; generatio nuncupatur. At vero hæc generatio diuini verbi, totam vim generatiuam diuinæ mẽtis ita absoluit, atq; penitus explet, vt aliam generationem nõ desideret, cum generationis multiplicatio, est vt corruptibilis naturæ lapsus relarciantur, id quod in æternis locum non habet, tum etiam quia vis diuinæ mentis infinita, sese, intelligens verbum sibi simile generat, quo genito in verbo illo vt in termino suæ virtutis conquieścit. Nam tantũ est verbum productum, quanta vis mentalis producentis. Nam si peractis huius mũdanæ machinæ operibus vt narrat diuinus sermo, requieuit Deus ab omni opere quod patrarat, genito verbo æterno an non requiescet pater ex tanto opere producto? non sanè requiescit à labore, mens enim diuina in generãdo verbo sibi homousio, nõ laborat neq; lassatur, at eò requiescit in prole, quò sibi infinitè placuit proles, hic (ait) est filius meus dilectus in quo mihi complacui. Quod si in tanta tamq; magnifica prole sibi complacet, quam maximè, ideſt, infinitè, non est q̃ quærat Deus nouã prolẽ, aut eam desideret. Nõ ergo Spiritus sanctus proles est patris & filij. Nam vt pater nouã aliã prolem nõ desiderat, neq; etiã filius sibi habere filiũ consubstantialẽ amat. Quippè superflueret nouus filius, siquidem genitus à patre filius totam vt diximus vim paternæ mẽtis absoluit. Processio quapropter Spiritus sancti generatio nõ est, neq; potest esse. Vnde scriptura nõ filiũ, nõ prolem, non genitũ, non verbũ, Spiritũ sanctũ appellitat: sed Spiritum sanctũ. At vero hic labor, hoc opus est, discere cur hæc processio Spiritus sancti à patre & filio non sit nũcupanda generatio, tametsi

Cõclusio decisoria.

Productio verbi in scripturis generatio dicitur.

Pater in uerbo producto conquieścit.

Matt.3.

Mens diuina paterna requieścit in prole æterni uerbi.

Cur processio Spiritus sancti nõ dicenda sit generatio.

Ediſſerunt ur ſanctorum placita.

vt præmonuimus illa non est generatio? Cæterum cum Spiritus sanctus sit idem secundum substantiam patri, vt filius, & distinctus à patre secundum personam vt filius, hoc est quod angit mentes disputantium cur non sit filius appellandus? At vero ex scripturis insti tuimur Spiritum sanctum esse charitatem: & amorem patris & filij: propterea illi tribuimus, procedere admodū amoris qui est opus voluntatis. Vt quia erudimur ex sanctis musis filium esse verbum, colligimus procedere instar notitiæ intellectiuæ, quæ est mentale opus. Porrò autem intellectus operatur secundum similitudinem, nam notitia genita est similis intellectui generanti: nam intellectus illam non generat, nisi ex concepta specie obiecti, cuius imaginem notitia genita exprimit: ideo verbum æternum (quod est, veluti notitia genita, ab æterna Dei mente) quia ex productione sua est simile generanti, ideo filius appellatur, & eius productio generatio æquo nomine nominatur. Verumtamen voluntas diuersò modo operatur quam intellectus, quoniam non operatur voluntas secūdū similitudinem, siquidem non ex conceptis rerum speciebus amat voluntas, aut odit: amor enim non est similitudo amantis, & amati, neq; hanc similitudinem exprimit, sed vnitatē amantium. Est nanq; amor amantium vnitas. Et promptum tibi erit hoc si odium quod est operatio voluntatis contempleris, odiū enim non est similitudo rei oditæ aut exosæ: igitur non operatur secundum similitudinē voluntas. Nā si operaretur, omnis eius actus similis esset obiecto vt in actibus mentalibus perspicuū est. Sedulò tamen obseruabis, quod enim tradimus, voluntatem non agere secūdū similitudinē exponendū est, non q̄ actus elicitus à voluntate non sit similis voluntati vnde progreditur, hoc enim fatendum est, omne nāq; agens agit sibi simile, at vero huiusmodi actus non est similis rei volitæ, aut nolitę, vt notitia mentalis similis est rei cognitæ. Propterea diximus non agere secundum similitudinem subaudi vt voluntas est, propterea q̄; non cōcipit species rerū, neq; est duplex voluntas & agens & posibilis, vt de intellectu Aristo. docuit. Quibus adde hanc similitudinem actus eliciti cum voluntate esse tenuem similitudinem quia voluntas libera est, at actus est naturalis postquam elicitus est. Quibus expensis prompte videbis vt Spiritus sancti productio est, vt productio amoris ex voluntate, ideoq; non est similis producenti, vnde generationis nomen nō vsurpat. Generatio enim per se est quæ facit similem esse genitum generāti. Sermo porrò hoc in loco vertitur de generatione proprijssima, quæ est viuentis ex viuentis substantia, secundum naturalem seu specificā similitudinem. Secundum enim peripateticā traditionem libr. de morte & vita, generatio (ait) est quædam participatio animæ vegetatiuæ in calido naturali, & vita est eius permansio cap. 1. & 2. de anima. text. comm. 34. naturalissimam hanc vocat generationem per quā viuens sibi simile producit in specie: cum igitur ex vi productionis Spiritus sancti nō producitur similis producenti, ideo non est eius processio generatio, neque filius in scripturis nuncupatur: vt ergo amor non similitudinem sed vnitatem exprimit amantium, ita Spiritus sanctus non similitudinem patris, & filij, sed vnitatem exprimit amborū: quia ex mutuo amborum amore procedit. Est sanè Spiritus sanctus patri, & filio tam similis, quam filius est patri, at vero hanc similitudinem habet ex diuina substantia, quæ est eadē tribus beatisq; personis. Itaq; ex eo quod habet non productum, est simillimus producentibus. Nam substantia diuina non producitur, neq; est producens: ex eo vero quod habet Spiritus sanctus productum non est similis patri, & filio. Productum vero habet q̄ est spiratiuè amatum, & quod spiratiuè est amatum nō est simile spirantibus, seu spiratiuè amātibus. Et hoc est quod noster præcedēs volebat sermo, Spiritus sanctus ex vi productionis suæ non est similis producentibus. Esse autem spiratiuè amatū est, (vt vtar verbis vulgatis scholasticis Theologis) esse amatum notionaliter: id quod Damascenus lib. 1. de fide ortho. sub alia sermonis expressit forma dicens, Spiritum sanctum processibiliter, & innascibiliter esse à patre. Quandoquidem filius habet esse improcessibiliter quidem, at vero nascibiliter quia eius processio est natiuitas, at Spiritus sanctus, processibiliter sanè, vt filiꝰ enim originem habet à patre, ita Spiritus sanctus à patre & filio: porro innascibiliter, quia Spiritus sancti processio, non est natiuitas. Ideoq; priscis Theologis nomine communi appellabatur processio, at iam Theologis recentioribus est spiratio. Ego vero dixi Spiritum sanctum esse productum, est esse amatum spiratiuè, seu notionaliter. Essentia quippe Dei amata à patre & filio est, at vero non producta, quia non amatur spiratiuè, vt etiam à patre intellecta est, at non protinus obid genita, quia

non

Cur processio filij natiuitas appellatur Spiritus sanctinō item.

Amor exprimit unitatem non similitudinē.

Aduerte diligenter.

Quid est uoluntas non operatur secundum similitudinem.

Non est uoluntas agēs & posibilis.

Quid generatio proprijssima.

Spiritꝰ sanctus ex productione sua unitatem exprimit patris & filij.

Spiritꝰ sanctus ex sua productione non est similis producētibus.

Aduerte diligenter.

Intelligi ex presiuè amari spirati ue est generari, & spirari.

non intelligitur expreſsiuè vt verbum quod exprimit omnia quæ patris ſunt. Porrò autē filius ex eo quòd eſt productus eſt ſimillimus producenti. Nanq; eſſe genitum filiū, eſt eſſe productum, & eſſe genitum, eſt eſſe Deo patri ex ſua natiuitate ſeu generatione quam ſimillimum: ideoq; Paulo filius eſt figura ſubſtantiæ paternæ. Et Græcè legitur, caracther, quam dictionem Hieronymus tranſtulit formam, quippe qui eſt imago inuiſibilis, referens ad viuum Deum patrem. Demū in ſubſtantia ſimiles ſunt filius, & Spiritus ſanctus, imo prorſus idem inuicem & cū patre: at vero filius non ex ſubſtantia ſolum nomen ſibi conciliat filij, aut verbi diuini, neq; Spiritus ſanctus ex ſubſtantia ſola ſibi vendicat Spiritus ſancti nomen. Nam ſi huius ſolius ratio habenda eſſet, nulla cauſa exhiberi poſſet, cur alter filius, alter Spiritus diceretur ſanctus, ſiquidem & filius eſt ex ſubſtantia patris, itidē q; Spiritus ſanctus. Non enim ex nihilo ſunt, aut ex creata materia: ideoq; productionis habenda eſt ſumma ratio. Quia ergo productio ſecundæ perſonę eſt ad ſimilitudinem producentis, hanc Theologia natiuitatem iuſta nuncupatione appellat. Quia vero productio tertiæ perſonæ non eſt ad ſimilitudinem producentium, ideſt, non repræſentat ex vi productionis ſuę eſſentiam amatam à patre & filio, & quæ in ea oſtenduntur non oſtendit, ideo generatio non eſt. Et ad hanc formam intelliges hæc, & alia quæ in hac quæſtione diximus. Habes igitur cur proceſsionē Spiritꝰ ſancti nō natiuitatē, at generali vocabulo, proceſsionē, aut ſpeciali ſpirationē Theologia vocitat, quia germaniorē nomenclaturā deſiderat, quæ accōmodatiſsima eſſet huic proceſsioni ſecundæ in diuinis. Reliqua quæ hūc eſſent acceſsenda ex decima diſtinctione tu petes, inibi enim fuſius tractata cernes. Interim vnū nō te latere volo, patrē enim diximus habere eſſe improceſsibiliter & innaſcibiliter, quia à nullo originem habet: at vero Lactantius Firmianus lib.1. diuinarū inſtitutionū.ca.7. dixit Deū ſe procreaſſe, colligēs illud ex vaticinio Sibillyno vocāte Deū αυτογενήν hoc eſt ſe generātē. Et Seneca in exortationibus Deū teſtatur ſe feciſſe. Verum huiuſmodi ſermones ſunt rectè, & ſanè interpretādi alioqui præcipites nos dabūt in voraginē errorū teterrimā. Deus igitur pater habet eſſe innaſcibiliter, qa neq; ex alio exoritur, neq; ex ſe ipſo ortū habuit. Eſt enim impoſsibile vt quicquā ſemetipſum generet: id qđ ex ore etiā omniū philoſophorū probatiſsimum eſt axioma. At vero eatenus illa dicta ſunt quæ protulimus, quatenus intelligas Deum patrem ex nullo originē ducēre. Habet igitur eſſe ex ſe, quia à nullo habet eſſe, negatiuè inquam expones ſermonem iſtum non affirmatiuè.

Lactantius Sibylla Seneca exponuntur.

Deus cur dicatur autogenis.

Argumētis iam facere ſatis, probatū habebis, ideo primo argumēto reſpōdebis, & productionē filij eſſe naturalē, itidēq; & Spiritus ſancti, at vero quia productio filij eſt ad ſimilitudinē producētis patris, ideo generatio ſeu natiuitas appellatur. Nanq; naturaliſsimū eſt viuentibus ſibi ſimilia generare. At vero quia productio Spiritus ſancti, non exprimit productoris, ſeu producētiū ſimilitudinē, ſed potius amoris vnitatē, ideo non vocatur natiuitas, aut generatio, aut naturalis productio, quā quam re vera ex natura patris & filij producatur. Vocatur autē productio voluntaria, quæ loquutio tanto mihi probabitur quāto nō de voluntate contingentiæ ſubaudiēda ſit: at de voluntate cōplacentiæ quæ naturalis volūtas eſt. Non enim vnquā probatū habui Scoticū placitum tradens liberā eſſe productionē Spiritus ſancti, & habet ſectatores Maiorē in hac diſt. & alios. Et antequā Scotus placitum hoc magnificaſſet eiuſdē Sanctus Thomas autor extitit vt ſuo loco aperuimus. Cætera quæ argumētū in voluit in deciſione quęſtionis abū dē ſunt declarata. Deniq; conſequentiā illam negabis productio filij & Spiritus ſancti ſunt eædem ſecundū ſubſtātiā ergo vtraq; vel eſt generatio vel ſpiratio, ſiquidem tota Trinitas vna eſt ſecundū ſubſtantiam, non tamen tota Trinitas eſt pater, aut filius eſt, aut Spiritꝰ ſanctus eſt: vt commentabatur Sabellius. Productiones igitur diuinæ ſunt eædem eſſentialiter, ſeu ſubſtantialiter, cæterū non ſunt eadē quatenus ſunt productiones. Quia productio accipit, vt talis eſt rationē à termino, ideſt, à producto, vt ergo perſonæ diuinæ productæ differūt, ita & productiones, dixi differūt abuſiuè, quippe proprio loco patefecimus formā obſeruādā in loquutionibus iſtis. Fundamētū vero illud qualitas productorū qualitatē productionis indicat, eſt verū quādo producta à toto genere differūt, aut ſunt diuerſa, quę ſunt artificialia & naturalia: alioqui nō eſt verum fundamētū: nam poteſt accidere vt producta ſint eadē ſpecie, & productiones pluſquā genere diſcrepēt. Nā oculꝰ miraculo reſtitutus, vt videat & oculus ſuapte natura vidēs ſpeciē fortiūtur eandē. At vero creatio, & generatio naturalis, longè latèq; diſcrepāt. Cęterū quod

Reſpōſio argumentorū.

2 de Anima tex. cōm.34

Productio Spiritꝰ ſancti nō exprimit productionem ſimilitudinem, ſecus productio filij.

Scotus Maior non probantur.

2ª Argumēti.

Explicatur prouerbiū philoſophorum.

nostro seruit instituto potius suffragatur nobis hoc fundamentū, quā refragatur. Etenim filius est productus vt intellectus, Spiritus sanctus est productus vt amatus, idcirco quia producta secundum productorū rationem differunt, ita & productiones, vt tales non sunt eędem, scilicet generatio filij & spiratio quę est Spiritus sancti. Quas Theologi quam plurimi appellitant disparatas relationes, quia in uicem non opponuntur: cæterū non sunt tam disparatæ quam vocantur disparatæ à dialecticis. Etenim spiratio quam vocant passiuā, & generatio filij ordine habent aliquē. Nam tametsi non habent directam oppositionem: habēt indirectā: nam vt supra docebam[9], etiā si Spiritus sanctus à filio nō procederet cæterum mediante productione filij necessario procederet à patre. Quamobrem quendam ordinem habet necessarium spiratio ad generationem quæ est in filio.

Generatio filij & spiratio Spiritus sancti quo modo sunt disparatæ.

Generatio filij & spiratio Spiritus sancti in directè opponuntur.

Est autem appendix horū differere sine argumētorū ambitioso tumultu, vt distinguantur istæ processiones filij & Spiritus sancti. Nū seipsis ex proprijs rationib⁹ formalibus vtrusq; , an distinguētur aliūde? Etenim distinctionē diximus harū processionū, quia altera est per modū intellectus, alia vero per modū voluntatis, nō ergo seipsis & ex proprijs rationibus formalibus, siquidē ex intellectu & volū tate suas obtinent distinctiones. Rursum productio filij, seu natiuitas, satis distinguitur à productione Spiritus sancti, quia illa est à patre, ideo enim est generatio, hæc vero nō est à patre solum, ideo nō est generatio, quia est à patre & filio, igitur nō ab intrinsecis rationibus distinguūtur, sed aliunde, vt de huiusmodi re Tho. in. q. de potentia Dei. q. 10. ar. 2. facilè testatur huiusmodi processiones nō se ipsis distingui: Induxit illū fortè in hāc sentētiam argumentum geminum dudum expositū. At vero in. 1. p. q. 37. art. 2. sibi consentire itidē videtur: distinguit enim processiones has diuinas, quia generatio à patre est, at spiratio à patre & filio. At vero producens non intrinsecū est productioni: quare videtur per extrinseca & non per quiditatiua processiones etiam distinxisse. Cæterum in. 1. p. q. 27. ar. 4. processionem filij formalem habere rationem distinctā à processione Spiritus sancti testatus est.

Quæstio appendicia.

Placita Thomæ & Scoti.

¶ Scotus autem distin. 13. huius. q. 1. post longas quas texuit cum vetustioribus Theologis lites, processiones diuinas se ipsis fassus est distinctas esse, siue esse diuersas. Itaq; scisciti cur generatio filij non sit spiratio, responsio est, quia hæc est generatio, & illa spiratio. Cæterum si me arbitrum huius controuersiæ desideras, cēseo processiones has diuinas se ipsis distingui: non tamen ita se ipsis, vt cætera protinus excludas. Itaq; non tota ratio distinctionis, sita est in ipsis intrinsecè, quia hanc distinctionem intrinsecam & formalem intelligere nequimus nisi etiā extrinsecis vtamur. Etenim si ad rerū naturā vertamus sermonē, scimus generationē naturalē esse ab intrinseco diuersam ab alteratione, & alterationē ab augmentatione, at verò hæc diuersitas intrinseca fugiet nos, nisi ad terminos horum motuū recurramus. Etenim generatio est ad substantiam, & alteratio ad qualitatē, & accrecio ad quantitatem, at vero substantia, tametsi definiat generationem, non tamen est differentia essentialis generationis, quia mutatio est, vt neq; qualitas alterationis, &c. ideoq; quia neq; est genus eius, neq; differentia, nō est ratio formalis & essentialis propriæ generationis: imo huiusmodi definitiones exhibentur per additamēta, sine quibus tamē horū motuum differentias, seu diuersitates assequi nō possumus. Quapropter etiā si huiusmodi processiones diuinæ habeāt quidditatiuas rationes, quibus inuicē distingui valeant, at vero huiusmo quidditates latuissent nos, nisi adminiculis quodāmodo extrinsecis ad illas callēdas vteremur. Dixerim extrinsecis, ad quidditatem processionis intellige: alioqui in diuinis extrinsecum nihil est. Et vtiq; prima processio exactè distinguitur à secunda, quia per generationem filius habet omnia diuina à patre, at Spiritus sanctus non per primā processionē, habet diuinitatē sed per secūdam: igitur fieri nequit vt processio Spiritus sancti sit processio filij. Nam hæc prior origine est, illa posterior. Et quanquā Durandi probaremus sententiam, quā tamen alioqui suo loco probatā nō habuimus, filiū, scilicet & Spiritum sanctum nō distingui, quia hic vt amor, ille vero vt verbū procedit, esset nihilominus distinctio inter processiones propter origines distinctas. Nā origo filij à patre, prior est origine, quam origo Spiritus sancti à duabus personis: ideo rectè hoc aduertit Thomas quæst. de potētia Dei. q. 10. art. 2. processiones distingui secūdū ordinationē originis. Et hoc itidē volebat loco indicato. 1. p. q. 37. art. 2. qñ dixit processionē filij distingui à processione Spiritus sancti, quia filij processio est á patre solū, spiritus vero sancti à patre & filio, neq; intellexit vt illi imponitur, q processio filij & Spiritus sancti distin-

Autoris placitum.

Quomodo distinguuntur generatio & spiratio.

Generatio accrecio alteratio, &c. finiuntur per additamētum.

Diligenter considera.

Explicatur Thomas.

† ab Scoto loco prælotato sub litera a.

distinguuntur quia vna est ab vno producente, alia vero à duobus producentibus. Quippe belle aduertebat Thomas hoc per accidens esse productioni quod sit ab vno vel à duobus, ideo hoc tantum volebat q̃ origo filij prior est á patre, & origo Spiritus sancti necessario est posterior origine, quare fieri nequit vt hæc sit illa. At multo mihi probatius est quod Theologi vulgo tradunt has distinguentes processiones, per intellectum & voluntatem. Etenim processio intellectus præexigitur processioni voluntatis. Nam cognitio origine prior est quam amor. Et ideo belissime per intellectum, & voluntatem, ordo originum diuinarum exponitur quantũ fragilitati humani ingenij exponere sinitur. Porro autem vt rem istam in summam redigam, apertius dixerim processiones has diuinas bifariam considerandas, aut quatenus processiones sunt, aut quatenus altera generatio appellatur, alia vero spiratio. Si primam tenueris considerationem, processiones distinguuntur quia altera prior est origine alia. Et ideo fieri non potest vt vna sit alia: quia nihil idem est prius se ipso: ideo processio filij ex se ipsa habet q̃ non sit processio Spiritus sancti, quia illa prior origine est. Et processio Spiritus sancti habet essentialem ordinem ad filij processionem: ideo origine posterior est, vt supradiximus. At si posteriorem considerationem amplecteris, vtiq; prior processio generatio appellanda venit, quia est processio intellectiua: posterior vero spiratio quia est voluntaria, ad sensum iam prætactum. Itaq; nisi fallor commẽtum Durandi falsum hactenus fuit, quia ille tradidit processionem filij esse appellandam generationem etiamnũ circunscripto opere intellectus, vt processionẽ Spiritus sancti spirationem, itidem deducto volũtatis opere: id quod vt suo loco egimus vix intelligibile est. Porrò si de distinctione sermo vertatur, mihi videre videor, potius ordinatione originum processiones has distinguẽdas, quam per intellectum & volũtatem. Vnde D. Thom. q. de potentia Dei paulo ante indicata dixit non sufficere ad processionum diuinarum distinctionem, horum principiorum distinctionem, intellectus, nempe & voluntatis. Siquidem intellectus, & voluntas, est in vtroq; producto scilicet filio & Spiritu sancto: non ergo per intellectum, & voluntatem, distinguuntur tanquam per principia distinguentia productiones quãdoquidẽ in productis ambo principia hæc reperiũtur etiã ex vi productionis. Nã filius ex vi productionis habet diuinã essentiã, intellectũ, & volũtatẽ, itidẽ & Spiritus sanctus. Quamobrẽ puto processionẽ filij vt generatio est, si expendas, habere suã propriã rationem formalẽ ab opere intellectuali, & spirationẽ itidẽ á voluntate: vt prosequitur Tho. 1. p. q. 27. art. 4. At vero si vt processiones, expẽdũtur distinguũtur non per intellectũ & voluntatẽ, sed quia altera est altera origine prior processio. Porrò quia cõmunior est generatione & spiratione, pcessio quia harũ cõparatione est, vt cõmune ad prius, & non vt genus ad speciem, vt testatur Tho. in hac distinct. 13. art. 3. ideo prior est illius consideratio. Et demũ existis Tho. scitè dixisse cõperies, in. 1. d. 13. arti. 2. processiones enim tradit inibi distingui per relationes, & modos originis, nõ autẽ se ipsis, nec per esse á natura & volũtate, subrepit tamen dubitatio, diximus enim processiones distingui, quia altera altera prior origine est, hæsitas vnde altera, altera prior est? quippe in dubium hoc vertere ad manũ est, dico autem est altera altera prior, quia altera est á principio non procedente, nempe patre, altera vero est etiã à principio procedente, est enim Spiritus sanctus à filio, & filius est principiũ Spiritus sancti. At vero est principiũ hoc procedens à principio non procedẽte. Et mea sentẽtia ratio est perẽptoria hæc cur processio filij sit prior, quia est à principio nõ procedente, vel à principio in producto in sancta Trinitate. Nam Conciliũ Toletanũ. 11. hac nomenclatura patrẽ donat. In quã sententiã lego Thomã in quæstio. de potentia Dei iam sæpè indicato loco, itaque processiones istæ non ex se ipsis distinguũtur primo, nã distinctionẽ illarũ venamur à principijs suis: at distinguuntur se ipsis, nõ primo: quãuis Scotus aliter dogmatizet loco iam prẽnotato, at non rectè ni fallor, vt ex prẽscriptis liquidũ tibi erit. At etiã nũ insultabit aliquis colligens Spiritus sancti productionẽ esse generationẽ appellandam, quãdo ex vi productionis producitur producentibus simili, secundum substantiã, seu si mauis idẽ. Nãq; producitur Deus, ex Deo patre & filio: igitur generatur, vt generatio appellatur hominis ex homine. Etenim filius est Deus ex Deo, & Spiritus sanctus est Deus, ex Deo patre & filio: cur ergo subducetur à nomine generationis, eiusdẽ pcessio, siquidẽ ex vi productionis est Deus ex Deo. Nã & si duæ personæ producãt Spiritũ sanctũ, producũt tñ vt vnũ principiũ. At vero si nõ indiligẽtem te præstitisti documentis.

Processiones diuinæ distinguuntur ex intellectu & uoluntate.

Processiones diuinæ bifariã considerantur.

Intellectus & uoluntas nõ sat distinguendis processionibus.

Generatio filij ut processio aliter expenditur quam ut generatio itidem de spiratione Spiritus sancti.

Cur processionum altera est altera prior.

Processiones diuinæ non distinguuntur se ipsis primo.

Cur spiratio non est generatio.

mẽtis hauriendis nostris prioribus, nõ erit ob scurũ, neq; arduũ hunc extricare nodũ. Nam etiam si Spiritus sanctus sit Deus, ex Deo, at eius processio est origine posterior, idcirco fieri nequit, vt generatio sit dicenda. Nanque prior processio, quæ est filij expleuit totã generatiuã fœcũditatẽ sui primi principij. Ideo alia processio generatio nentiquam esse potest. Est sanè Deus, ex Deo Spiritus sanctus, at expleta iam generatiua ad intra Dei fœcunditate. Propterea non generãdo, vel per generationẽ, sed aliũ habet processionis modũ vt diximus. Vnde negabis consequentiam, procedit Deus, ex Deo, ergo generatur. Oportebit enim addere, est Deus, ex Deo, & ex prima processione, at Spiritus sanctus posteriore processione, non ex prima procedit secũdũ originẽ. In creaturis igitur abundè est generationi astruendæ si homo ex homine, plãta ex planta, &c. at non itẽ in diuinis, quæ longè naturam omnẽ transcendũt, aut si hæc nõ capis, dicito vt superius admonuimus Spiritum sanctũ non ex vi productionis esse similẽ productori, aut producẽtibus patri, & filio, quos voco productorẽ, vt spiratorem: & voco producentes, vt spirantes. At ex eo producitur similis, aut idem secũdũ substantiã, quippe ex substantia patris, & filij, & in substantia amborũ producitur: non tamen ex vi productionis, vt supra est annotatum. Superest paucis patefacere nũ Spiritus sanctus sit ingenitus, siquidẽ est, & non est genitus, ergo ingenitus: nam de quolibet alterũ cõtradictorium prædicatur: ergo vel est genitus, aut non genitus, nõ est genitus, ergo est non genitus, si est non genitus, ergo est ingenitus. Scito autem si nomen hoc ingenitus æquè valeat vt innascibilis, Spiritus sanctus non est appellandus ingenitus, nã innascibilitas est patris, pprietas, quæ nulli beatæ Triadis personæ aliæ excepto patre, est cõmunis. Innascibilitas enim autore Thoma. in 1.d.2.q.1.art.2. duo denotat & non habere originẽ ab alio, & generationis esse quasi principiũ & si nõ sit forma eliciens generationẽ, at Spiritus sanctus habet originẽ vt patet. Si vero ingenitus negatiuè capiatur, vt ęquipolleat non genito, Spiritus sanctus est ingenitus: tu cõsule Magistrũ bellè hæc differẽtè. In Concilio tñ Toletano. 11. in Symbolo fidei, cõfessio hæc statuitur fidei Spiritũ Sanctũ neq; esse genitũ, neq; ingenitũ, ne si primum dixeris duos cogaris in beata Triade filios cõcedere, sin vero secũdũ astruxeris, similiter duos esse patres in Trinitate esse conuincaris. Ex quo perspicuũ est, Conciliũ hoc vereri concedere Spiritũ sanctum esse ingenitũ, vsurpans ingenitũ pro innascibili, id quod patris esse propriũ dudum dicebamus. Demum vt finẽ dicendi faciamus, ad normã sermonis quem in hac disputatione habui cætera intellecta volo, quę alias de processionibus diuinis dixi ex dissertis accipe hæreticũ fuisse dogma Raymundi, Lullij tradens Spiritum sanctum esse conceptum ex patre & filio.

Maxime ob serua.

Spiritus sanctus est Deꝰ ex Deo, at non ex prima processione, ideo non generatur.

Productor Producens Spirator. Spirans.

An spiritus sit ingenitꝰ.

Innascibilitas duo denotat.

Spiritꝰ sanctus neq; est genitꝰ neq; ingenitus.

Raymũdus Lullius hæreticus.

EIVSDEM DISTINctionis, disputatio secunda. Num communis spiratio sit re distincta à paternitate, & filiatione.

EXACTIS vtcunq; disputationibus superioribꝰ, quæ de processionibus erant differenda elucidauimus. Opportunã igitur sibi vendicat sedẽ disputatio hæc. ¶Et in primis videbitur res esse distinctas communem spirationẽ, paternitatẽ, & filiationẽ. Siquidẽ hæc propositio neganda venit, paternitas est spiratio, & filiatio, est spiratio, igitur non sunt re idem. ¶Secũdò quia quæ sunt eadẽ vni tertio & inuicẽ sunt eadẽ, at vero si paternitas est cõmunis spiratio & filiatio est cõmunis spiratio, igitur paternitas & filiatio idẽ sunt: id qđ est hæreticũ. ¶Tertiò fieri non potest vt vna res absoluta sit tres, aut duæ res absolutæ re distinctæ sint vna: imo implicat cõtradictionẽ: ergo itidẽ inuoluet cõtradictionẽ vnã relationẽ esse duas relationes realiter distinctas.

1. Argum.

2. Argu.

3. Argum.

¶Contra vero est axioma Theologicum nõ semel repetitũ in diuinis vnũ esse omnia, quæ sibi inuicem relatiuè non opponuntur. Porrò spiratio communis nõ relatiuè opponitur paternitati, neq; filiationi, ergo est eadẽ vtriq;.

In contrarium.

Disputatio hæc introducta est propter Durandum, & quosdam Theologos alios, qui nihil reformidant tradere spirationem communem patri filioque per quam spirant Spiritum sanctum esse realiter distinctam à paternitate & filiatione: id quod cùm ex alijs, tum etiam ex hoc probat. Nam spirari, & generari realiter distinguuntur, igitur generare, & spirare realiter distinguentur, vt enim passio ad passionem ita actio ad actionem. Varro vero in. 1. distinct. 1. quæstione. 2. distinctionem ex natura rei inter has censuit esse

Dist. 13. q. 2.

Durã. Sco. Tho. Henrici, Varronis placita.

esse relationes, de quibus nūc disseritur. At vero Scotus in quodlib. 5. nō longè discessit ab hoc placito Varronis: illud nāq; præcæteris probati⁹ habet Hēricus quod. 5. q. 1. putās relationes has distingui ratione tenus, quā quoq; sentētiā Tho. est amplexus in hoc. 1. d. 27. q. 1. art. 1. & in. 1. p. q. 32. ar. 3. credit enim cōmunem spirationē esse cādē rem cū patre, & filio, subindeq; cum paternitate, & filiatione, tametsi hæc vera est, paternitas nō est spiratio: itidē de filiatione. Quia alia est ratio relationis vnius, & alterius, & vt scalarius triangulus, & æquilaterus, nō sunt vnus triangulus, quippe qui discernūtur proprijs differētijs trianguli, sunt tamen figura vna, quia in ratione figuræ non discernuntur, (quæ est ratio generis secū dū quā conueniunt) ita paternitas, & spiratio diuina secundum proprias differētias relationis nō sunt idem: nam relationis esse ad aliud est, idcirco alia est relatio paternitas ab spiratione, nam huius esse est ad Spiritum sanctū, & illius ad filiū: ideoq; sunt differētes relationes. Porrò in genere rei sunt res vna. Quippe id quod multiplicat res in diuinis nō est essentia ex qua vnitas est personis simplicissima: at est relationis oppositio. Propter hāc enim pater, non est filius, neq; pater, & filius sunt Spiritus sanctus, imo sunt tres relatiuè vt supra etiā sæpè dictū est. Quapropter cū spiratio, & paternitas, & spiratio, & filiatio non se gerant sub oppositione relatiua cōsequēs est illas esse vnam rē. At vero distinguūtur secūdum rationē relatiuā. Et si obieceris, & quid nonnè spirari & generari opponuntur relatiuè? manifestū est dices illa non opponi relatiuè, at nihilominus distinguūtur realiter, respōdet idē autor, hæc duo non inuicem relatiuè opponi, at vero habēt ordinem originis, quippe Spiritus sancti productio necessario præexigit generationē filij. Capreolus porro Thomæ dili gentissimus assertor, Thomam interpretatur, ait enim distinctionē hanc rationis, non esse eam quā pēdentem dicimus ab intellectu nostro; at eam esse quæ ex rationibus quidditatiuis dissultat. Itaq; ratio loco hoc nō significat cōceptū mētis, sed quidditatē, quia ergo propria quidditas, paternitatis est esse ad filiū, & ppria quidditas spirationis est esse ad Spiritū sanctū hac causa distinguūtur proprijs rationibus quidditatiuis, quas vtiq; ex se ipsis sortiūtur: ad quē cōsequitur relationes has ex se ipsis distinctionē sortiri, siquidē ex proprijs rationibus quas sibi realiter vendicant distinguūtur. Et tñ in eadē dist. articul. priori negauit relationes distingui ex se ipsis: & arbitratur placitū hoc esse Thomæ, iuxta quē arbitratur ex principijs aut terminis distinctas esse processiones. Ego vero vtrē apertius & sine scrupo traderē, dixi sanè ex se ipsis relationes seu processiones esse distinctas: tamē nō solū ex se ipsis vt supra demonstrauimus. Caietanus vero voce discrepat à Capreolo, re tamē. 1. p. q. 32. art. 3. idem sapit. Asserit enim esse virtualiter realē distinctionē inter spirationē, & paternitatē, & filiationem. Vocat virtualiter realē, quia æquè est neganda hæc, paternitas est spiratio modo, atq; si essent res distinctæ: & si alioqui vna res sunt. Porrò autē quid sit distinctio formalis præsentis instituti non est aperire: sat fuerit suo loco abundè aperuisse dist. 2. dispu. 2. Diximus enim superius Scoto collibuisse distinctionē excogitare formalē, quā tradidit esse inter spirationē, & paternitatē, & filiationē in quodl. 5. & dist. hac. q. 1. Vt vero differat à Thoma superius patefecimus, & parcēs fastidio, modo prudens hæc mitto. Cæterū ad ea dirigamus stylū ad quæ nos disputatio hæc vocat. Sit ergo hæc cōclusio prima. Paternitas & spiratio actiua, & filiatio sunt vna res, & non tres relationes realiter distinctæ. Hæc ex diametro pugnat cū Durando, & est argumētū ex hypothesi quā ipse admittit, si Spiritus sanctus à filio non procederet, á filio nō distingueretur, quia nō esset relationis oppositio inter vtrūq;: iam ergo inter paternitatē & spirationē cur tu admittis realē distinctionē? siquidem inter hæc non est relatiua oppositio. Item si spiratio cōmunis realiter distinguitur à paternitate & filiatione, sanè esset forma aduenies, vel relatio aduenies patri & filio, ego probo antecedens, quippe spiratio hæc nō cōstituit patrē, neq; cōstituit filiū, ergo illis accedit. Et quanuis Durandus neget aduētitiā esse hanc relationē, cogitur fateri vel ex hoc argumēto, ab ipso iam negata. Et rursum vt effugiet cōpositionē patris & filij, nam pater habet in se ipso duas relationes realiter distinctas: quærā ergo à Durādo vt se habēt istæ duæ relationes, num vt potentia & actus? num vt duo actus cōponentes tertium? num per accidēs vniuntur in eodē vt albedo, & crispitudo in Petro? hoc postremū esset impiū permittere. Nanq; pater per se generat, & per se spirat, vt supra diximus, ergo vt paternitas est per se in patre, ita spiratio est per se in persona patris, itidē dicito de filio: si autē sunt per se nō effugies quæ diximus, alterutrū elige, & accipe quod malueris, si paternitas est

obiectio

Rationis distinctio dupliciter dici potest.

Distinctio realis nir tualis quid Caietano.

Conclusio. ex decisso rijs.

Durandus non probatur.

in potētia ad spirationē, ergo pater componi tur ex duabus istis relationibus: si vero vtraq; actus est, simulq; ambo cōponentes sunt tertiū, ergo spiratio cōstituit patrē vt paternitas. At vero spiratio quippe quæ cōmunis est nihil constituit, & consectariū est, personā Spiritus sancti esse simpliciorem patre & filio. Etenim non constituitur nisi vnica relatione, at pater & filius pluribus: nam vterq; duabus. Quod si illud inuentū Guillihelmi Okan arrideret mihi, ego haud dubium issem in Durandi placitum illud enim quartū constitutū excogitari nequit, nisi paternitas & filiatio, & spiratio sint relationes realiter distinctæ. At vero exploso illo vt par est explodere, ni hil coloris video in Durandi opinione. ℣. Secūda conclusio, huiusmodi relationes non sunt diuersæ, hæc est contra Scotum, qui cēsuit relationes diuersas esse primo & per se. Obserua autē ex Arist. 10. Meta. text. 12. illa possunt dici diuersa, quæ seipsis differunt, & non alio: illa vero differunt, quæ per alia differūt. Quapropter ad Scoti doctrinā oportebit dicere has relationes esse diuersas. Nempe quia ille docet seipsis & non alio esse differētes. Cōtra quem nostra est cōclusio, & apertam habet probationē, si se ipsis & primo differunt, ergo in nullo cōueniūt, at si in nullo cōueniunt, vt ergo spiratio communis est ambabus relationibus scilicet paternitati & filiationi? dices in abstracto non cōueniūt, quippe falsa est hæc, paternitas est spiratio, &c. sed nunquid in abstracto hæc est falsa, spiratio est processio? & paternitas est processio? & filiatio est processio? non sane: igitur conueniunt in processionis ratione, quæ cōmunior est quam proprietates personales patris, & filij, & Spiritus sancti. Et rursum num istæ non sunt veræ, spiratio communis est spiritualis, aut immaterialis? & item proprietates personales sunt spirituales? quomodo ergo sunt diuersæ, per se, & primo, formaliterq; distinctę huiusmodi relationes? ℣. ais huiusmodi abstracta tantū prædicātur de se ipsis, quare hæc est falsa, spiratio est processio, & itidem, hæc paternitas est processio? At vero vt supra tradebatur, abstracta huius generis & si alia p̄dicata à se excludāt, cæterū quæ sunt intra suā quidditatē excutere extra se ne queūt: processio autē ingreditur in quidditatē harum relationū, itidēq; spiritualitas, quāquā ergo has negassem, paternitas generat, & istā filiatio generatur, qa in ratione suā relatio nō vocat actionē aut passionē, at has negare non possum, spiratio est processio, &c. Quia vt spiratio actio est ab spirāte, & passiue, in spirato, ita & processio actiuè est ab alio, & passiuè in alio. ℣. Est autē notandū abstracta ex modo significādi nō admittere prædicata significātia operationē actionē videlicet aut passionē: at vero ex re significata formaliter quædam admittūt, vt sapientia ordinat, iustitia, distribuit ius vnicuiq; quod suum est, sunt nanq; forma lia, priñcipia harū actionū. At vero notiones diuinæ ex vtroq; nomine prędicata huiusmodi non admittunt. Quare istæ sunt negādæ spiratio spirat, aut spiratio spiratur, paternitas generat, filiatio generatur. At vero qui relationes principia actionis ad intra esse testantur, fateri coguntur has, paternitas generat, spiratio spirat, &c. id quod nos supra refellendum esse duximus. ℣. Neq; enim relationes sunt vt abstracta, hæc caliditas, humiditas, frigiditas, siccitas, quæ ex natiua formaliq; ratione sunt actionū Physicarū principia: vnde haud dubiū has fatemur, caliditas calfacit, humiditas humectat, &c. ℣. Tertia conclusio, spiratio communis, & proprietates personales patris & filij in genere relatiuo nō sunt idē, imo sunt plura quasi specificè: vt hāc teneas cōclusionem, meminisse iuuabit Aristotelē dixisse. 5. Meta. c. de vno. Quædā sunt in vno genere vnū, quæ in altero genere sunt nō idē: vt latius per sequuti sumus agentes de vnitate principij spiratiui superioribus disputationibus. Quāobrem paternitas, filiatio, spiratioq; actiua quæ comunis est patri, & filio, si in genere rei expendātur vtiq; sunt vna res absoluta, quippe nullā inuicē habent relatiuam oppositionē: at vero si expendantur secundū esse relatiuū, aliud est esse relatiuum paternitatis, quod est ad filiationē, vt filiationis esse est ad paternitatē, quā est esse relatiuum spirationis, quod est ad Spiritū sanctum, ergo distinguuntur secundū rationē specificam relationis, vel quasi specificam. Itaque fatendum est habere istas relationes aliud & aliud esse relatiuum. ℣. At si colligas ergo habent aliud esse negabo tibi consequentiam, à dicto secūdum quid, ad dictum simpliciter vicium est argumenti. ℣. Insultas etiamnum, si habent aliud & aliud esse relatiuum istæ relationes tres, cur ergo verebimur concedere esse tres res relatiuas? quod si hoc ergo distinguuntur realiter paternitas, filiatio, spiratioque actiua. Etenim patrem, filium, & Spiritum, sanctum, supra non reformidauimus concedere tres esse relatiuas res, quia aliud, & aliud esse relatiuum habent. ℣. Dicendum erit huic insultanti, tres

Secunda cōclusio.

Scotus non probatur.

Notandum documētum de prædicatione abstractorum.

Paternitas generat an sit uera.

Modus significādi alius à re significata.

3. *Cōclusio.*

Paternitas filiatio spiratio communis sunt idem in genere reinon tamen in genere relatiuo.

An paternitas filiatio & spiratio communis dicendæ sint tres res relatiuæ.

personas

perſonas diximus eſſe,tres relatiuas res, quia ſunt tres proprietates,perſonales conſtituentes perſonas tres. At verò communis ſpiratio nullam perſonam conſtituit.Quapropter negabimus paternitatē,filiationē, & ſpirationē prędictā eſſe tres res relatiuas:tametſi aliud & aliud habeant eſſe relatiuum, & re vera Durādus & illi qui placitum eius ante eum ample xi ſunt occaſionem hinc deſumpſerunt ſui placiti,quia aduertebant relationes prędictas habere aliud & aliud eſſe relatiuum,continuoque collegerunt,illas ſpecie diſcrepare:& tandem concludebant,ſi ſpeciem habent diſtinctam,ergo realiter diſtinguūtur. Porrò obſeruare debuiſſent flacido eos inniti argumento.Quandoquidem in moralibus ſæpè accidit duo ſecundum ſpeciem eſſe vnum ſecundum naturam rei,eſt enim actus vnus ex natura,varius ſæpè ex moris ſpecie.Fac hominē,ne hæſites venientem animo colendi Deum ad eccleſiam,at dum iter facit,animum demutat & non accedit animo colendi Deum, ſed innanis gloriæ raptus cupidine, vtique ambulatio ad eccleſiam vna eſt ſecundum rationem naturæ,nam animus varius,actus naturam nō variat,ſed morem. Quippe primò ambulatio illa erat religionis actus,dein verò permutato animo fit innanis gloriæ actus, á qua imperatur. Vides ne vt fieri poteſt, vt vna natura actus duas ſortiatur morales ſpecies? Ita propemodum paternitas,filiatio,& ſpiratio,ſunt vna res,at verò in ſpecie relationis, nō ſunt vna relatio.Quam ob rem nihil mirum eſt ſi filiatio quæ eſt relatio producti, & ſpiratio communis quæ eſt relatio producentis , ſint vna res,cum tamen ſpecie ſint diſtinctæ relationes.Et hoc modo facile deluduntur omnia argumenta Durandi.Et ſimiliter ſolues illud argumentum de duabus paſſionibus quas ipſe putat,fieri non poſſe vt ſint ab vnica actione immediatè.Quaſi verò nos dicamus quòd ſpirare,& generare,ſint in ratione actionis vnū: id quod fefellit Durandum,imò vt in ratione relationis non ſunt relatio vna,ita & in ratione actionis non ſunt vna actio.Generādi enim actio,non eſt actio ſpirandi , cum alioqui ſint vna res:& non diſtinguantur realiter. At vt ſæpè meminimus , quę ſunt in quodam genere vnum, in alio non ſunt vnum.

Quæ idē ſe ſecundum naturæ ſpeciē ſunt non idē ſecundum more.

Vnus actus ſecundum naturā & plura ſecundum ſpeciem moris.

Reſponſio argumentorum.

¶ Argumentis primò obiectis reſpondere,iam non eſt multi negotij,primò dicito,negamus equidem illas paternitas eſt ſpiratio, filiatio eſt ſpiratio:ſignificant enim eſſe relatiua harum relationum non eſſe quaſi ſpecie diuerſa,aut diſtincta,quod verum non eſt.Dixerim quaſi ſpecie diſtingui , etenim in diuinis propriè neque eſt genus,neque ſpecies,vt prędiximus differentes,num Deus ſit in genere.

¶ Argumento ſecundo dices maximam illam veram eſſe in his quæ re & ratione vnum ſunt,nam.3.phyſi.text.20.actio eſt idem motꝰ qui eſt paſsio,at verò actio,& paſsio,non ſunt idem.Et rectè ad hunc modum interpretatur Thomas in.1.part.quæſt.28.art.3. quanquā Capreolus diſt.2.quæſt.2.ſecus exponat,id quod nihil moror,ſat ſit maximā iſtam non probare quod aduerſarius conabatur.Quam ob rem etſi paternitas eſt eadem ſpirationi, & filiatio itidem,at verò nihil probas, extrema eſſe inuicem eadem,quippe non ſunt modis , omnibus idem extrema cum medio . Ex vnitate igitur reali extremorum cum medio, cōficere eſſe extrema idem realiter eſt nihil cōficere.Nanq; extrema aliter ſe ſe gerunt cum medio,quam inuicem ſe gerant: ſiquidem cū medio,id eſt,ſpiratione actiua non opponuntur relatiuè,porrò inuicem opponuntur relatiuè, ideo nihil probat maxima,niſi in cūctis ſe haberent eodem modo identitatis extrema cū medio:tunc enim firma eſſet collectio, extrema eſſe inuicē eadem.At verò nō ita res ſe habet:& ad hanc formam argumentū aliud Durandi ex permutata proportione collectum ruit.Vt ſe habet,ait,generare ad generari , ita ſpirari ad ſpirare: ergo vt generare ad ſpirare, ita generari ad ſpirari,ſed generare eſt ſpirare per te,ergo generari eſt ſpirari , ergo filius eſt Spiritus ſanctus.Nos enim negamus quod generare ſit ſpirare,imo ſunt actiones ſpecie diuerſæ,etſi vna res ſint. Et demum ego cernere nequeo vt ſpiratio communis ſit conſtituens perſonam patris& filij,id quod fateri oportet ſi illam realiter diſtinctam à duabus contenderis.Vnum enim commune non poteſt conſtituere duo indiuidua, at vero ſpiratio communis eſt patri atque filio,vt ergo illas conſtituet?quod ſi dixeris cum Durando conſtituere illos vt ſpiratorem, id quod nec Caietano diſplicuit,itidem & hoc male me habet, quippe eſſe ſpiratorem , non eſt eſſe ſingulare vnius perſonæ , quomodo ergo ſpirator conſtituitur?diſtinguit igitur patrem & filium ab Spiritu ſancto , at non conſtituit, quod enim conſtituit , diſtinguit , non tamen contra , quidquid diſtinguit conſtituit, maximè in diuinis: quam ſanè rem ſupra diſſeruimus . ¶ Argumento poſtremo hæc exhibenda eſt ſolutio. Abſolutum non

Moderatio proloquij illius quæ ſit eadem uni tertio ſunt eadem inter ſe.

Ad argum durandi.

Quidquid conſtituit diſtinguit,non tamen contra.

potest esse duo absoluta, aut plura realiter differentia: itidem relatio vna non potest esse plures relationes secundum esse relatiuum. Vt enim absolutum sub ratione absoluta, non potest esse plura, ita relatio sub ratione relationis (quæ est relatiua ratio) non potest esse plura realiter diuersa. Nanque actiua spiratio, si est paternitas, atque filiatio, non sub ratione vtique relatiua, nam sunt plures relationes specie differentes, aut quasi differentes. Diximus autem semper nos abuti huiusmodi verbis, in negotio isto, vt rē magis exprimamus.

Quæstio. an nexa. de inspirabilitate.

¶ At verò quæstiunculam excitauit Scotus in. distinctio. 28. quæstio. 2. respondens argumento. 3. de inspirabilitate. Agitat nanque dubium, vtrum vt innascibilitas est patris notio, notificans patrem ab alio originem non ducere, ita inspirabilitas sit quoque dicenda notio notificans nobis patrem & filium non esse spirabiles, & Caietanus de re hac. 1. part. quæstio. 32. articul. 4. multa inculcat vt tu ipse inspicere valebis. Scotus autem parum abfuit à sententia vt diceret, scilicet, esse notionem sextam præter vulgatas quinque, inspirabilitatem. At verò si huius rei ratio tanta est habenda quanta est vt quæramus vocabula negantia origines huiusmodi, etiam infiliatio esset notio Spiritus sancti. Quippe non procedit vt filius à patre, cæterum pater & filius satis notificantur notionibus à Theologis enarratis, nanque pater vt pater est, abundè innotescit ex paternitate: at vt est beatę Triadis principium primordiale (vt verbo Dionysiaco vtar) satis claresc it eius primordialis hæc authoritas, seu primitas, per innascibilitatem: itēque filius innotescit sufficienter per filiationem vt ad patrem refertur, & ambo per spirationem innotescunt, vt ad Spritum sanctum referuntur. Ex quibus notionibus liquidū est patrem & filium esse inspirabiles, id est, nequeunt spirari, quia in patris notione opportunum est includi esse inspirabilem, nanque quia est innascibilis, ideo est inspirabilis, itidem in filiatione apertè comprehēditur idē, quia si filius est non potest habere esse à patre per spirationem, alioqui posset bis produci, &c. Scio Caietanum aliò diuertisse dubij huius solutionem, credit enim notiones nō congruere esse negationes, quia negatio per affirmationem notificatur, igitur affirmatio meliori iure est notio, quam negatio, atque priuatio. Cæterum testante Dionysio negationes veriores sunt de Deo quam affirmationes, vt diximus supra. Ideo quanuis quod ipse tradidit verè tradidit secundum absolutam considerationem, aptiores esse affirmationes negationibus, vt præstent notionis munera: at verò ex debilitate nostri ingenij, & excelsitudine diuinitatis diuina sæpè aptius notificātur per negationis ministerium, quam per affirmationes. Proinde vtimur istis vocibus infinitum, immensum, immortale, & id genus plerisque quæ velut essentiales sunt diuinitatis notiones, quibus nobis innotescit Deum secerni ab omni creatura: & innascibilitas denotat aptissimè patris primitatem principij. Nam innascibilitas æque valet atque improcessibilitas, quæ omnem processionem ab alio tollit. Et equidem possent Theologi vti nominibus affirmatiuis vt patris dignitatem, & authoritatem præferrent, qualia sunt hæc primitas, aut primordialitas, & hoc genus alia, cęterum ab istis abstinuerunt, cum vt Arrianæ dementiæ non blandirentur vel voce, tum quia hęc vocabula non ita insigniter exprimunt dignitatem paternam, quæ est quod ex semetipso habet esse, id est, non ab alio, id quod cæteris personis non conuenit, quippe quæ sunt ab alio. Hoc igitur patris insigne diuinū, ex modo significandi saltem neque per primitatem, neque per primordialitatem, quanuis affirmationes sint ita insigniter explicatur vt per innascibilitatem: etiam si alioqui priuatiuum nomen sit. Quod vt diximus videtur strictiorem habere significantiam, quam improcessibilitas. Nam vox illa innascibilitas natiuitatē solum priuat, seu nascibilitatem, at verò pro eodem vsurpatur, vt perinde significet atque improcessibilitas. Et aduerte cęterasnotiones diuinarum personarum affirmationes esse, vt paternitas, filiatio, spiratio, quas diuinæ nos docuerunt musæ. Nam etsi spiratio non extet in diuinis libris, verum satis est nobis Spiritū sanctum expressum esse vt apta sit exprimendæ notioni vox hæc spiratio. Veruntamen innascibilitatem, aut improcessibilitatem, excogitauerunt Theologi: at humanum ingenium illam excogitauit, quia non potuit affirmationem inuenire, quæ tanto arcano exprimendo par esset. Ideo á Theologis sequutum est Dionysij documentum. Quare vt patrem notificassent priuatiuum nomen vsurparunt, quod iam sæpè repetimus. Cæterum inspirabilitas notio non est, quia necessaria non est notificandis patri & filio, quæ proprijs vsitatisque notionibus affatim notificantur, quantum notificari queunt humanæ capacitati. Itemque infiliatio, non est notio, quia

Quæstio. de cisio ex authoris placito.

In innascibilitate includitur inspirabilitas itidem in filiatione.

Caietanus nō probatur

Patris improcessibilitas egregiè per innascibilitatem innotescit.

Innascibilitas æquipolet ex modo Theologico innascibilitati.

quia necessaria non est. Non quia negationē includit, aut quia priuatiua vox est, vt ex prę scriptis patet, sed quia Spiritus sanctus ex sua germana notione satis innotescit. Nam si Spiritus sanctus est, generari non potest, quare neque filius esse quibit.

An processibilitas sit notio.

¶ Est & aliud dubium non absimile prædicto de processibilitate an hæc sit numeranda notio inter iam memoratas? siquidem vt spiratio cōmunis notio recensetur inter reliquas, quippe in ea conueniunt pater atque filius, cum etiam filius & Spiritus sanctus conueniāt in processione, (nam vterque ab alio procedit) consequi videtur processionem recensendam inter recensitas. Porrò huic dubio fiet satis dupliciter, primo enim dicendum videtur processionem vocasse Theologos emanationem Spiritus sancti à patre & filio, quia aliud conuenientius nomen desiderabant: itaque est generale nomen ad generationem filij, & emanationem Spiritus sancti, quia exactius nomen non habetur, quod specialiter Spiritus sancti emanationem explicet, ad sensum supra tactum. ¶ Aut secundo dicito non esse recensendam processionem inter notiones relatas: quandoquidem notio est quæ ducit in specialem alicus rei notitiam, porrò processio cum sit alioqui generale nomen non potest ducere in specialem notitiam personæ alicuius, aut plurium. Quam ob rem processibilitas non est annumeranda in catalogo diuinarum notionum. ¶ Alia desiderantur hic, quæ tamen loco huic non adduntur, expectant enim aptum sibi locum distinctionem videlicet vigesimam octauam.

Processibilitas non est notio & quare.

Notio est nomen speciale non generale.

DISTINCTIO DECIMA QUARTA & decima quinta, quarum initium est. Præterea diligenter adnotandum est, Quod gemina est processio Spiritus sancti æterna videlicet, & cætera.

Disputatio prima. Num Spiritus sanctus mittatur à cæteris personis?

Argumēt. 1.

PRIMVM fortasis videbitur alicui missionem non conuenire, aut repugnare Spiritui sancto, siquidem ex diuinis instruimur documentis Spiritum domini replere orbem terrarum & vniuersa continere Sapient. 1. At verò replenti vniuersa repugnat mitti. Patet collectio, nam nemo mittitur vbi est, sed vbi non est: at Spiritus sanctus est vbilibet, ergo mitti non potest.

¶ Rursum si mittitur, aut á se, aut ab alio, non à seipso, nihil enim se mittit, si ab alio, ergo à patre, & filio, quippe à creatura mitti creator nequit, quod si hoc dederis, ergo Spiritus sanctus est inferior patre atque filio, illorumque minister, id quod hæresis est.

2. Argumēt.

¶ Contra verò est quod sacra eloquia sonant Ioann. 15. cum autem venerit paracletus, quem ego vobis mittam à patre, &c.

Argumenta in contrariū

¶ Disputatio hæc non habet multam concertationem, propterea quę compendiario calamo illam succingendam duxi. Est ergo in primis obseruandum ad missionem multa esse necessaria, est enim mittens, est missus, est ad quem mittitur: est propter quid mittitur, siue effectus aut finis cuius gratia missio celebratur. Ostensio tibi ad oculum est in missionibus quæ sunt apud nos. Mittit Papa legatum ad Hispaniæ, & Galliæ reges, conciliandæ inter eos pacis gratia. Est Papa tum mittens, aut legans, est legatus, qui mittitur, sunt reges Hispanus, & Gallus ad quos legatur, est pax ipsa legationis scopus. Itidem quando filius missus est vt caro fieret pater misit, imò & tota Trinitas misit Christum, nam & ipse Christus vt Deus misit se hominem. En tibi mittentem, missus Christus est, ad quem mittitur mundus est, homines videlicet sunt quos mundum appellat scriptura. Venit autem in hunc mundum vt saluum faceret quod perierat. Et vt ouem deperditam humeris beatis imponens nonaginta ouibus saluis aggregaret. En tibi missionis finalem causam. Itidem tu Theologizabis de missione paracleti. Secundo obseruabis geminam esse missionem visibilem, & inuisibilem, visibilis visibili signo celebratur, vt quando verbum apparuit orbi carne huma indutum, & quando Spiritus sanctus columbæ specie oculis humanis sui ipsius specimen dedit: alia est inuisibilis quæ occulta est, quam nemo nouit nisi qui accipit. Apocalyp. 2. Cuius est inuisibilis finis. ¶ Tertiò obseruabis missionem diuinam & processionem temporalem diuinam se inuicem consequi. Etenim si missio est, temporalis processio est, & contra si processio temporalis est, alicuius diuinæ personæ, eiusdem quoq; missio est, id q; si tibi fortas-

Missio quo includat.

Lucæ. 15.

Secunda obseruatio.

Missio visibilis, & inuisibilis.

Tertia obseruatio.

fortasis non facit fidem, habet eiusdē rei Bedæ testimonium libr. 2. homiliarum. homilia. 11. in hæc verba, cum gratia Spiritus sancti datur hominibus, profectò spiritus à patre mittitur, & á filio, proceditque á patre, procedit que à filio, quia & eius missio est ipsa processio: adeòque apertum est hoc testimonium, vt pluribus verbis opus facto non sit quibus explicetur, vt autem missio dicit originem ab altero, nempè à mittente, ita & processio. Nā quando mittitur persona diuina tum sanè pro cedit temporaliter, etenim processio æterna non est missio, tametsi Magister distinct. 14. non improbabile censuit placitum, quod refert quorundam filium missum esse secundū æternam genituram, itaque generatio filij sit missio. Quanquam rationabilius censuit, non esse missionem generationem filij, sed genera tionem, & itidem existimaret de spiratione Spiritus sancti. Ego verò puto irrationale hoc placitum astruens processiones æternas filij, seu Spiritus sancti esse missiones. Et ne in mul ta euagemur, referamus pedem ad primā nostram annotationem, missio enim actus est à mittente ad missum gratia alicuius: at verò ge neratio filij non est gratia alicuius alterius à se ipsa, nam si esset gratia alterius, cuius supereſt quærere? non est gratia rei temporalis, quia ip sa est æterna, ergo erit gratia Spiritus sancti. Vnde conficitur indigniorem esse processio nem filij, quam Spiritus sancti: quippe quæ ad illam ordinatur. Non ergo processio æterna est missio, siquidem missio necessario est temporalis, temporale autem & æternum, lato discrimine discrepant, quia plusquam genere sūt diuersa? At occinnes mihi, flores emit tuntur ab arbore, & genita á generante, & demum producta à producente, ergo cur effugiemus sermonem istum filium à patre æterno esse missum ex paterna substantia? Dixerim tibi emissionem, & missionem non sibi ex modo significandi consentire. Emissio enim originem denotat, nam emitto est extra mitto, nam emittitur quod aliquo modo inclusum continebatur, vt producta in producentibus. Et emittere idē est quod edere apud Ciceronem libr. 7. epistolarum. Vt etiam si quando, inquit, aliquid nostro nomine emisimus, ingemiscimus. Quare cum pro ducta edantur à producentibus, rectè dicitur emitti. At verò missio authoritatem aut secun dum imperium, aut secundum consilij directionem denotat. Secundum imperium sanè, vt dominus mittit famulum, at secundum cō-

Mißio est processio tẽporalis.

Processio æterna non est mißio.

Emißio, & Mißio.

Emittere est edere Ciceroni.

silium, vt consiliarij regem mittunt, vt bellica verbi causa negotia gerat. Lege Thomam. 1. part. quæstio. 43. articul. 1. Legimus porrò in diuinis scripturis processionem temporalem personarū per verbum hoc emitto significa tam: iuxta illud, emitte agnum dominatorem terræ. Id quod ad mysticum sensum si refe ras, de incarnatione dominica rectè intelli ges. Et rursus emitte spiritum tuum, & crea buntur. Aptissimè autem vtitur hoc verbo scriptura, quod sanè non imperium, aut superioritatem aliquo modo in mittente significat, sed potius originem emissi ab emittente. Vt propagines quæ emittuntur á vite, &c. Emissio igitur, & missio, tametsi (vt dixi mus) in modo significandi differant, porrò in re significata in diuinis literis non discernuntur. Quia quando legimus missum à patre filium, siue emissum, aut emissum siue missum paracletum, non intelligimus in patre maioritatem ad filium, aut patris & filij ad Spiritum sanctum, sed originem tantum personæ missę ad personam mittentem. Et propterea non absurdè dictum puta missionem, temporalemque processionem se inuicem consequi. Neque censeo admodum deuiaturum á religione qui dixisset, diuinum verbum ab æterno emissum á patre, & Spiritum sanctum ab vtroque. Namque vt diximus, emissio aliud est quam missio. Illa enim originis processionem denotat, dum taxat. Et fortasis hoc gestiebant, qui aiebant, generationem æternam esse missionem, vt Magister indicabat, errantes circa vocis proprietatem, non tamen circa sensum. Quia siquid vellent noui debuissent dicere generationem æternam esse emissionem, iuxta verbum Canticorum emissiones tuæ paradisus. Et verè paradisus est emissio verbi ex patre, quæ est verbum beatæ vitæ, & verè est paradisus emissio paracleti ex patre & filio, quæ est Spiritus sancti, quanquam religiosius esse crediderim consuetis vti vocabulis, & noua non introducere. Namque emittere est extra mittere (vt diximus) filius autem dum generatur, non extra patrem mittitur, quia etiā si nō in patre generatur, (ideoq; videbitur alicui ꝙ aliqua ratione extra patrē generatur, vt libuit Thomę Argētinēsi dicēti generatio nē diuinā esse actionē trāseuntem, vel hoc sua sus motiuo prædicto) cæterum qa in substātia patris generatur filius propterea dixerim nō extra patrē generari: ideo hęc generatio exactè si loquaris, nō est emissio, nisi emittere, idē sit

Esa. 16.

Psal. 103.

Mißio originem & nō superioritatem denotat.

Mißio & emißio non sunt idem.

Canti. 4.

Generatio æterna emissio dici potest, non tamen missio item & spiratio æterna generatio filij non est actio transiens.

Filius non generatur extra patrē.

sit quod edere, tunc enim legitimè dices filiū emissum à patre, æternò enim editus est. At hæc puta dicta disputationis gratia occasione accepta ex verbis Magistri. Processiones igitur temporales rectè significamus per verbū mitto, & emitto: at æternas processiones per voces ex sanctis scripturis acceptas significabimus, vel à sanctis vsurpatas, & à nobis abstinendum. Quibus obseruationibus instructi conclusiones subiungendas capere erit tibi perniuum.

Conclusio.1. ¶ Prima conclusio, pater mitti non potest: hæc est Augustini indicante Magistro distin. 15. & patet conclusio, nam missio est idē quod temporalis processio, persona ergo quæ non procedit temporaliter, non potest mitti, aut emitti: pater autem non procedit temporaliter, quia neque procedit æterno. Est enim persona à se habens esse, id est, à nullo recipiēs es se: vnde neq; tota Trinitas mitti valet. Prōpta est hæc etiam propositio, quia persona patris mitti nequit, ergo neq; tota Trinitas. Quippe propterea tota Trinitas à nullo procedit, quia altera Trinitatis persona innascibilis est. Tametsi pater dat semetipsum, & tota Trinitas semetipsam largitur creaturis rationalibus, quando sese illis gratis communicat. Etenim etiam si missio sit datio, tamen datio non est missio, quippe tota se dat sanctis Trinitas, at tota Trinitas nō mittitur, neq; procedit ab alio.

Missio & datio ut se habēt.

2. Conclusio. ¶ Secunda conclusio, filius & Spiritus sanctus, solum ex diuinis personis mittuntur, & inuisibiliter frequentissimè, & visibiliter olim missi sunt: aliquando nanque filius missus est ab arce patris, natus orbis conditor secundum Pauli testimonium, Misit Deus filium suum natum ex muliere factum sub lege. Et de Spiritu sancto. Actor. 2. patet. Dixit porrò Altisiodorensis in. 1. lib. senten. c. 7. q. 2. tertiæ principalis missionem filij triplicem esse, nam mittitur in corda fidelium, & missus est vt caro fieret, & missus est ad prædicandum, & vt miracula diuinitatis orbi ostenderet. Primā missionem solo patre authore esse fatetur: itaque ad sanctificanda corda nostra mittitur à solo patre, vt caro fieret, à solo item patre missus est. Ad euangelizandum porrò pauperibus, á tota Triade. At verò vt ad euangelizandum à tota Triade missus est, seu destinatus est filius Dei, itidem ad sanctificanda corda fidelium à tota Triade erit hæc missio. Nanque si verbum Dei secundum diuinitatem misit se secūdum formam serui, vt prædicaret & miraculis euangelicam illustraret doctrinam, cur obsecro ad sanctificationem nostram itidem ipse met Dei filius non se mittet, ad hanc inuisibilē & nobis congruētē sanctificationem peragendā? Et quid quando dñs adiudicandum venerit, etiā mittetur à beata Triade, siquidē Trinitatis ad extra opera sunt indiuisa. Necessum ergo est vt sanctificatio cordis non solū in patrem sit referenda, sed in filium quoque, atq; in Spiritum sanctum. Porro autem quanuis de filio Dei hoc tradamus se misisse, quādo propter nos homines & propter nostrā salutem incarnatus est, vt ipse sit mittens se, & sit missus propter duas naturas eiusdē in vnā personam coeuntes: cæterum de Spiritu sancto idem tradit Magister in litera in dist. 15. Spiritum sanctum mittere & mitti & se mittere. Mitti sanè in absoluto est, & ex euangelicis literis iam supra ostensum est, mittere quoque Esaias docet, spiritꝰ, ait, dñi super me, &c. Id quod sub nomine Christi Esaias extulit, qui missus est ab Spiritu Dei vt euāgelizaret pauperibus, id est, apostolis, & discipulis suis, qui primi fuerūt qui susceperunt euangelicū sermonē. Itaq; Christus quatenus homo missus est ab Spiritu sancto. Nanq; vt Deus est, ab Spiritu sancto mitti non potest. Quanquam quidam frater Salmanticæ me præsente corā multa celebritate audientium non reformidauit nouum instillare dogma, Christum videlicet vt est homo misisse Spiritum sanctum, id quod neq; à me neq; ab auditoribus alijs probatum fuit, imò reiectū. Etenim Christus non ex humanitate habet mittere Spiritum sanctum, sed ex diuinitate: secundum quam procedit Spiritus sanctus à patre & filio. At cum missio sit temporalis processio (vt diximus) si Spiritus sanctus mitteretur, á Christo vt homo est, ab humanitate Christi Spiritus sanctꝰ procederet: id quod impij esse dogmatis satis impius est, qui diffitetur. Itaq; Christus vt homo missus est ab Spiritu sancto: nō cōtra Spiritus sanctus à Christo vt homo est. Porrò se mittere Spiritum sanctum Magister colligit, quia filius itidem se mittit, authore Augustino. 2. de Trinitate. capit. 5. quo loco se dedisse filium commemorat, si se dat, ergo se mittit. Et rursum non solum se dat Spiritus sanctus, sed se dat à seipso, ergo mittit se, & procedit à seipso. Et tertio quia missio & datio sunt mutuæ operationes, at vero Spiritus sanctus has operationes ex se operatur, quia Deus est, ergo ex se procedit, quod operetur, & quod se mittat, ergo se mittit. Porro autem si abusiua non spernitur loquutio, ferri potest quod

Spiritus sanctus mittit mittitur & se mittit.

Christus vt Deus non potest mitti ab Spiritu sancto.

Exponitur Magister.

Magi-

ad Gala. 4.

3. Missio filij.

Esa. 61.

Altisiodorē sis non probatur.

Magister exponitur.

Magister opinatur, at verò ex proprietate sermonis si verba pendenda sunt vt oportet, non video, vt feramus Spiritum sanctum à se procedere, quandoquidem nihil ex se procedere potest, alioqui idem se generabit, quo nihil esse impossibilius, superiora te docebunt. Quod si Magistrum interpreteris de processione temporali, per quam ipse illabitur animabus, seu spiritibus sanctificandis, etiam num non cohæret benè menti, quòd à seipso temporaliter procedat: nam processio originis est nota siue symbolum, at verò quod originem temporaliter capiat á se ipso Spiritus sanctus, forsitam non prorsus absurditate vacat sermo hic. Nam aliud est Spiritum sanctum sua sponte non aliunde motum, velle sanctificare humana corda, aliud quod á se procedat vt sanctificet, primum fidei pietas tradit, postremum verò horridulus mihi est sermo, quanquam crediderim Magistrũ hoc idem sensisse, quod ego: tametsi vsus sit verbo obscuriore, & non ita apto, dicens procedere Spiritum sanctum à se ipso, & se mittere. At verò si abusum sermonis odis, & proprietatem obseruas sermonis: mittere se Spiritum sanctum ne dixeris, quia mittendi actus originem in mittente denotat. Vnde necesse est vt nulla persona se mittat, quia nulla persona ab se metipsa habet originem sed ab alia, excepta est filij persona, quæ cum gemina constat natura, & creata, & increata, sese misit (vt Augustinus est author) quia ipse vt Deus, se misit hominem, natura humana Christi est creatura, secundum quam ipse missus est á patre, & á seipso, at verò secundum diuinitatem filius etiam non se mittit, sed à patre missus est. Itaque pater mittit, non mittitur, filius mittitur, & mittit, & Spiritus sanctus nõ se mittit. Porrò Spũs sanctus mittitur, & mittit non se, sed creaturas, id est, homines & angelos. Et argumentum Magistri scilicet, se dat, ergo se mittit, fallentiam habet consequentis, vt si colligas est animal, ergo homo, & prompta est fallentia, nam pater se dat, & tamen non se mittit. Nam datio est exhibitio rei, seu translatio in aliam personam, seu in alterius personæ vsum, aut potestatem. Vt qui alteri se dat in Magistrum, aut socium, aut seruum, aut dominum, &c. Et nulla prorsus significatur origo dãtis ad eum cui se dat. Nam idem potest dare seipsum, vt qui se tradit ad vsum aut in potestatem alterius. Ideoque pater se dat nobis, non ad vsum, sed vt illo fruamur, num obscurè & imperfectè per fidem, tum verò quando apparuerit, perfectè se dabit, quando erit omnia in omnibus. 1. ad Cor. 15

Processio est nota originis.

Spiritus sanctus quia nõ aliunde motus sed ex se ipso sanctificat á se procedere dixit Magister.

Filius ut se mittit solus quæ persona filij se mittit aut misit quando caro factus prodijt.

Datio & missio quomodo differunt.

¶ Argumento postremo in fauorem Magistri facto dicito, sanctificationem Spiritum sanctum ex se præstare (quæ operatio communis est toti Triadi) cæterum infirmè colligis, ex se operatur, ergo se mittit, vel ex se procedit. Scotus verò Magistrum alio est interpretatus modo. Putat enim mittere esse adnumerandum inter essentiales actiones, quæ cõmunes sunt tribus personis. Propterea que & pater mittit, atque filius, & denique Spiritus sanctus. Vnde & se mittit Spiritus sanctus. Existimat enim mittere esse manifestare personã procedentem, at hæc manifestatio communis est beatis personis tribus. Et quoniam Spiritus sanctus se manifestat fidelium mẽtibus, ipse enim (ait dominus) fugeret vobis omnia, quæcumque dixero vobis propterea se mittit. Pater autem non se mittit, quia non procedit, ideoque nõ se manifestat procedere. Mitti verò inter personalia connumerat Scotus, quippe est manifestari personam procedere ab alio, & quia connotat respectum in personam missã admittentem ideo non conuenit nisi filio & Spiritui sancto. Nam filius manifestatur à patre, & pater, & filius manifestant Spiritũ sanctũ, existimat aũt Scotus ex placito Augustini rectè se exposuisse Magistrum: quippe Augustinus libr. 4. de Trinita. cap. 20. mitti, ait, est de filio cognosci, quod à patre sit: & de Spiritu sancto, ait, Spiritum sanctum mitti est cognosci quod à patre & filio procedat. Scoticum placitum amplexus est Gabriel distinctio. 15. quæstio. vnica: & alij Theologi itidem sectantur. At verò quale quale hoc Scoti cum glossema, nihil mihi modo curæ discernere erit. Hoc dixerim, mihi nunquam arridebit sermo hic, Spiritus sanctus se mittit, & à se procedit, nisi velis inter abusiuas loquutiones hanc annumerare, vt diximus: imò se manifestare esse procedentem, est mitti & non mittere, vt Scotus putat, nam simulatque manifestatur procedẽs, manifestatur origo ab altero, ideo necessario manifestatur persona missa, igitur mittitur, & quanquam varietur significantia verbi ex actiuo in passiuum, vt manifestare, & manifestari, tamen re ipsa conueniũt. Nam diuinæ personæ missio est tantum secũdum originem, quare se manifestare procedẽtem ab altera est mitti seruatis alijs, quæ posteà subdemus. Quanuis ergo Spiritus se manifestet non se mittit, quia manifestat se procedere. Porrò ne ineptiat aliquis nescies quid

Mittere & mitti quid Scoto.

Mittere est essentiale Scoto.

Mitti est notionale.

sit

sit hæc missio diuinarum personarum operæ crit nostræ illud aperte differere, vt vt licuerit. Equidem de missione visibili, nō est quòd multa inculcemus, vt illam demonstremus, satis enim est, dixisse illam signo visibili olim celebratam. Quæ quidem iam nō celebratur, quippe quę miraculosa est, ideo q; frequens ecclesiæ primitiuæ erat. At verò missio inuisibilis hæc nō est miraculosa, est nanq; ordinaria ecclesiæ Iesu Christi, quādo homo sanctificatur. Sanctificatur autē quando spreta culpa in gratiā Dei ineundam homo se demutat, vt ex inimico fiat amicus, Deoq; gratus. Quando ergo huiusmodi prouectus mentis est, missio est diuinæ personæ: ex Augustino lib. 4. de Trinita. c. 20. Itaq; in sacramento baptismi, atque pœnitentiæ est missio Spiritus sancti, tū enim est pricipua hominis sanctificatio, quia laxantur per ista sacramenta quæ nos Deo reddunt ingratos, id est, facinora nostra. Et quia in sacramento baptismi fides & charitas donātur, ideò & filius mittitur, & Spiritus sanctus, filio quia illi tribuitur mentis illustratio, quia sapiētia Dei est, at Spiritus sanctus quia ex charitatis infusione renouatur humana mens. Et quāquam tradat. 4. de Trinitat. libr. cap. 20. Augustinus filium tuū mitti (inuisibiliter subaudi) cum à quoquam cognoscitur atque percipitur pro captu vel proficientis in Deum vel perfectè in Deum animæ rationalis, non propterea censebis pueris sub baptismo filium non mitti, quandoquidem pueri Christum mente percipere nequeunt. Oportebit autem Augustinum exponere vel actu, vel habitu, quo sanè pueri ex baptismo susceptā fide paratam habent æternæ sapientiæ quando adoleuerint notionem. Neque solum in istis duobus sacramentis diuinarum personarum missio inuisibilis est, quin etiam & in alijs sacramentis, si missionem inuisibilem concesseris non errabis, saltem quando gratiam gratum facientem homini conciliant suscipienti. Illa nanque præstare possunt homini attrito credenti tamen se esse contritum, quæ res in. 4. Sententiarum libro amplius est differenda. Iusto autem nomine Theologi istam missionem tradiderunt inuisibilem. Etenim aduertunt filium vim sanctificandi corda nostra habere à patre, ideoque tantisperdum nos sanctificat, à patre mittitur, quia á patre habet quod sanctificet: & ipse in euangelicis sermonibus in patrem refert vniuersa: similiter Spiritus sanctus vim sanctificatoriam à patre & filio habet. Quam ob rem quando nos sanctificat á patre & filio mittitur sanctificaturus: quia ex ipsis habet vnde sanctificet. Istæ autem filij & Spiritus sancti missiones, se inuicem cōplectuntur, & ab altera altera dirimi nequit. Et earum nulla existit citra humani cordis sanctificationem, quia submota charitate nulla est inuisibilis missio, neque filij neque Spiritus sancti, imò neque visibilis. At vero cum charitate donamur, simul vtramque inuisibilem missionem filij & Spiritus sancti erga nos concedere oportet. Neutra porrò istarum personarum ad creaturas irrationales mittitur, etiamsi miracula prodigiosa operetur nonnunquam circa irrationales creaturas. Etenim personæ diuinæ mittuntur ad mentem quam afficiunt charitate, quia mentem huiusmodi habitat speciali quodam modo Deus. Et quia per intellectum siue per affectum sublimi quodam & speciali modo in huiusmodi mente Deus adest, propterea missionem ad illam concedimus. Cæterum quanuis diuinitas miraculosè operetur in cæteris creaturis, non nouè adest, neque operatio miraculosa signum est nouæ existentiæ diuinæ. Nanque suam generalem existentiam non demutans Deus miracula in illis operatur. Est autem diuina generalis existentia per essentiam, potentiam, & præsentiam.

¶ Porrò autem á rationalibus creaturis quia perspici potest Deus per intellectum, quem Deus suo viuifico radio illustrat, & amari potest item Deus per affectum, quem charitatis suæ inflammat ardore, propterea est alio modo in rationalibus quam in cæteris creatis omnibus, ideo hac missione solæ creaturæ rationales fruuntur, à qua cæteræ orbantur. At verò hæsitabit aliquis, num si fides augetur, aut charitas increscit, mittetur Spiritus sanctus noua missione? nanque si hoc dixeris homo iustus nunquam non nouis missionibus inuisibilibus istis potietur. Nam charitas si adest augetur, si non ad magna incrementa, certè vel paululum augebitur, aut delebitur prorsus. At verò de huiusmodi re consului Thom. 1. part. quæstio. 43. articul. 6. qui missionem inuisibilem hanc concedit, quando charitas ad ardua se porrigit, vt cum vel ad prophetiæ munus leuatur mens, vel ad martyrij palmam se se accingit fidelis, aut quando relictis visibilibus christianam sectari disciplinam animo insedit alicuius, quando igitur ad hæc vel similia magnifica exercenda se profert charitas, tum

Missio visibilis est miraculosa.

Missio inuisibilis est ordinaria.

Exponitur Augustinus.

In sacramentis mittitur inuisibiliter filius & Spiritus sanctus.

Filius nos sanctificat & hæc sanctificatio est eius missio à patre & idem de Spiritu sancto à patre & filio.

Inuisibilis missio filij & Spiritus sancti non diriuntur.

Persona diuina non mittitur ad irrationalia quia si non adest sancti ficatio missio abest, ideo sole re tro cedente sub Ezechiæ aut sub Iosue, aut obscurato sub domini mor te nulla fuit missio.

Notanda dubitatio.

Hæc diligenter obserua ut missionem inuisibilem discas.

tum est filij missio & Spiritus sancti. Vnde videre mihi videor, non quencumq; mentis spiritualis proue&tum aut profe&tum esse ex missione noua inuisibili gratiæ, sed insignem & præcellentem. Quapropter si quis benè merè do charitati suæ incrementa addat, at exigua vt ferè vsuenit plurimis fidelibus, imò bonę parti ecclesię christianæ, crediderim non esse necessariam ad huiusmodi exigua charitatis incrementa missionem nouam. Personæ nanque sublimes ad magna mittuntur nō ad modica, nihil autem diuinis personis sublimius. Quam ob rem quando primo mens mundatur criminalibus sordibus, aut vt verius dixeris, toties quoties ab istis emundatur, missione noua inuisibili potitur. Nam istud magni negotij est opus peccatores ex tenebris peccatorum in lucem diuinam transferre. Posthæc nisi charitas ad magnifica opera se promat, nihil opus facto est nouam tradere missionem, quia vt dicebam, personæ diuinæ non ad modica, sed ad grandia patranda mitti censemus. Porrò modicum est charitatē quæ certo gradu constat, ad vnicum vel duos gradus, &c. promoueri. Quæ si tibi allubescunt videbis, non esse veram Theologiam quorundam fatentium ad quodlibet meritorium opus patrandum nouo nos diuino egere præsidio, etiā vt calicem aquæ frigidæ fratri sitienti porrigamus. Nam si auxilium nouum homini iusto ad præstanda hæc est necessarium, ergo & missio inuisibilis noua esset necessaria, at verò ego hanc submoui, ergo & auxilium nouum præter Dei gratiam gratum facientem, atque charitatem submouendum puto: id quod concedendum annuo, ad opera heroica siue grandia spiritualia exercenda.

Personæ diuinæ missio non est ad exigua opera.

Nō ad quodlibet charitatis opus nouo egem⁹ præsidio.

3. *Conclusio.* ¶ Tertia sit conclusio, missione inuisibili omnes iusti á mundi principio ad finem vsq; potiti sunt, & potientur. Hæc perspicua est, quia vt diximus nullus emundatur à peccati inquinamentis, nisi per fidem, & charitatem Dei, & cætera quæ in istis comprehendūtur: at hæc donantur nobis per missionem filij & Spiritus sancti, quanuis patres antiqui missione visibili siue filij siue Spiritus sancti non fuerint potiti. Quia spiritus non erat illis datus, quousque Christus ascendens tribunal dextrę patris paracletum mitteret, vt Ioannes testatur, Expedit vobis vt ego vadam, nisi abiero, ait, paracletus non veniet ad vos. Et rursum nondum erat spiritus datus quia Iesus nō erat glorificatus. ¶ Porrò non indignè faciet qui dubium in medium protulerit, vbinam in scripturis extat hæc inuisibilis missio? vtramque paginam veteris & noui volue testamenti & nullibi illam assertam videbis. Et equidem nisi locus vnus, alter mihi in præsentia non succurrit. Etenim Sapien. 9. agitur sermo de diuina sapientia vbi sibi illam implorat Salomō, vel quicumq; is fuerit, illius libri author mitte, ait, de regalibus sedibus tuis, quæ mecum sit, & mecum laboret. Vnde hic libri author missionem inuisibilem diuinæ sapientiæ, id est, filij Dei sibi poscit elargiendam, vt tantæ sapientiæ præsentia fruatur: & ad elaborandum Deo placita eadem præsentia foueatur. Hoc enim intellectum velis per collaborantē sapientiam nobiscum. Non enim Dei sapientia laboribus subdi potest, at verò quia laborā tibus suppetias fert, ideo ait mecum laboret: quale illud orat pro nobis gemitibus inenarrabilibus ad Rom. 8. Est autem alter locus Pauli ad Rom. scribentis. c. 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis, at verò datio hæc missio est inuisibilis. Et rursum euangelicis admonemur scriptis. Si quis diligit, ait, me, sermones meos obseruabit, & ad eum veniemus, & mānsionem apud eum faciemus. Aduentus autem patris, etli non est missio hæc inuisibilis, est tamen filij & Spiritus sancti aduentus missio. Quanquam loci hi non exprimunt missionē vt primus, qui ob id est euidentior, cæterum non sunt aspernanda loca alia, quæ produximus, ex quibus colligitur saltem, si non exprimitur inuisibilis missio. ¶ Ex quibus tamen omnibus in absoluto tibi sit beatissimam Triadē nobis dari, nō solum ex donis collatis, sed ex personis. Itaque persona patris, & persona filij, & persona Spiritus sancti habitant insigni quadam habitatione mentes sanctas fideliū. Et hoc est quod Theologi tradunt non solū Deū dari nobis, in dono, sed in persona. Hoc autem promptum est, quippe nulla esset admittenda missio, nisi diuina persona ipsamet occulto quodam nos habitaret modo. Neque Paulus nos diceret templa esse sancti spiritus. Et istis accedat Paulū satis hæc duo insinuasse, dum ait charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, en tibi donum, accipe donantem per Spiritum sanctum, ait, qui datus est nobis. Et illi concinnit, Lucas. ca. 2. Spiritus, ait, sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Primum horum ad personam, secundum ad donum referri videtur: quanquā ego vtrumq; hoc ad personam diuinam referendum iudicauerim. Quippe in transitiua est locutio

Locus. 1.

Loci sacri. colligentes missionem inuisibilem.

Locus. 2.

Ioan. 14.

Aduentus patris ad sanctificandum non est missio.

Dantur dona diuina & personæ diuinæ.

1. ad Cor. 6.

Filiꝰ et Spiritus sanctꝰ patribus nō fuerunt missi uisibiliter. Ioan. 16.

Notandum dubium.

quutio virtus altissimi, id est, virtus altissima aut quæ est altissimus. Nam obumbratio virginis, diuinæ personæ potius tribuenda est quam dono, itaque quod Gabriel primo dixerat Spiritus sanctus superueniet in te, deinde subdit veluti exponens quis sit iste Spiritus sanctus, & indicat virtutem esse planè quæ Deus altissimus est. Neque contendēdum arbitror, cum contendentibus Theologis, ex huiusmodi verbis, duo donari nobis & personam & donum. Cæterum iā alia certiora protulimus loca quæ id probent inconcussa assertione. Clarescet autem euidentius conclusio hæc, si aduertis Deum patribus antiquis multifariam multisque modis apparuisse: at nusquam leginus missam aliquam ad patres antiquos ex Trinitate personam. Vnde apparitio non est missio, quippe patri æterno temporalis apparitio non repugnat, at vt diximus ex Magistri, & Augustini sententia, imò ex ipsa veritate pater non mittitur, neque mitti potest. Tametsi non leuis est disputationis num apparitiones illæ in veteribus illis diuinitatis symbolis, referendæ sint ad patrem, an ad filium, an ad Spiritum sanctum, an verius ad totam Trinitatem, vt commemorat Augustin⁹ lib.3.de Trinita.in libri exordio. Quamuis in lib.2.de Trinita.c.16.temerarium putat dicere patrem nunquam se demonstrasse patribus veteribus. Et in.ca.6 eiusdem libri, & sequēti rem disserit. At Paulo authore dubitare nequimus patrem apparuisse olim: ad Hebræ. enim.1.ait, Multifariè multisque modis, &c. deinde subdit nouissimè loquutus est nobis in filio. Vnde ad patrem referēda sunt priora verba. Cæterum apparitio non prorsus idem est quod missio, pater nanque apparuit sine missione: de qua re aptior sermo erit alibi. Quod autem nullam personarum missam legamus, euidenter & sub nomine proprio expressam hoc sanè consultè gestum esse puta, quia nondum Trinitatis arcanum hominibus innotuerat: ideoque per angelū tum loquebatur Deus Actor.7. donec nouissimè loqueretur nobis per filium suum Iesum Christum dominum nostrum. Hilarius Porrò.2.lib. de Trini. filiū Dei apparuisse Moysi. Exod.3. sub ignea illa rubi visione docet, quod tamē textus non indicat, non ergo visione visibili potiti sunt expressa alicuius personæ patres prisci siue prophetæ, siue patriarchæ, siue reges Israeliticæ gentis, imo neque ipse Abrahā pater fidei, cui toties loquutus est Deus, tametsi missionem inuisibilem omnes iusti obtinuerūt. Neq; solū isti, imò etiā si qui apud gentes amicitiam Dei id temporis adepti sunt. ¶ Quarta conclusio, siue quis fide polleat, aut spe vigeat, siue illustris sit prophetiæ dono, aut nouerit mysteria omnia, aut demū omnia quæ Paul.1.ad Corint.13. magnifica narrat præstet, si charitatis orbetur ardore non propterea missione inuisibili fruetur. Hanc conclusionē superiora & indicant, & probāt. Nanq; vt præscripsimus sublimes personæ nō mittūtur, nisi ad sublimia gerenda negotia, at coram Deo nihil iudicatur sublime, quālibet apud homines heroicū ducatur, nisi ex radice charitatis prodeat: quare neq; fides sola, neq; cætera quę enumerauimus sublimia censentur, quando charitatis societate, seu contubernio destituuntur: ideoq; personæ diuinæ non mittuntur siue pro sola infusione fidei, seu cęterarum virtutum, si charitatis & diuinæ amicitiæ infusio desideratur. Quapropter qui aqua lustratoria sacri fontis intingitur, si charitate nō donatur, ex proposito peccati obiecto, etiam si alioqui fide donetur & spe, missione hac tamen non potietur: quousq; sub moto peccati obice reddita iam charitate missionis huius honorem perditum sibi restituat. Porrò occinnes mihi fortassis Augustinum dixisse in.4.de Trini.c.20. personam mitti quādo à quoquam cognoscitur, & percipitur, id quod de filio commemorat, itidemq; de Spiritu sancto. Per solius igitur fidei infusionem personæ diuinæ cēsendæ sunt missæ. Nāq; per fidē Deū percipimus, atq; cognoscimus: siquidem de cognitione Deitatis quā assequuti fuere philosophi, citra cōtrouersiam est, per illam diuinam non missam fuisse personam. At verò Augustinum intelliges, nō de cognitione nuda fidei, quæ mortua est, at de cognitione fidei viuifica, quæ per dilectionem operatur. Ad illa ergo pectora quæ hac fidei notitia vitali referta sunt, mitti personam diuinam censemus, non ad pectora fidem inertem, & desidem exhibentia. Nam Deus non mortuorū sed viuorū est Matth.22. Quare non habitat Deus pectora hæc mortua, ergo ad illa non mittitur diuina persona, nam si mitteretur illa inhabitaret. Postremā iam (vt finem dicendi de hac re faciamus) accipe conclusionem, Mittere, & mitti, sunt notionalia quædā, & non essentialia: etenim quę indiscriminatim personis tribus nō cōueniūt notioni, damus. Qualia sunt hæc, quæ retulimus: nā mittere patris est, & filij, & non Spūs sancti, & mitti filij & Spūs sancti, & nō patris. Porrò prōpta est insultatio nanque missio est

Apparitio non est missio.

Apparitiones ueteres quales.

Apparitio & missio nō sunt idem.

4. Conclusio

Nihil sublime iudicat Deus nisi ex charitatis radice procedat.

Exponitur Augustinus.

Cognitio Dei uiuifica ex missione inuisibili est filij & Spiritus sancti.

Postrema conclusio.

operatio ad extra, at verò in externis diuinæ personæ non diuiduntur, quippe ex vulgato Theologorũ axiomate didicimus opera Trinitatis ad extra esse indiuisa, est ergo essentiale nomẽ missio, & nõ notionale. Veruntamẽ paulisper mecum pensitabis, verbum hoc mitto, vt diuinis accõmodatum significare originem, aut connotare: itaq; etiam si cordis sanctificatio sit opus Triadis beatæ indiuisum, nam tota Trinitas sanctificat, at quia pater ex se sanctificat, ideo sanctificando nõ mittitur, vt sanctificet, filius verò & Spiritus sanctus mittuntur tantisperdum sanctificant. Quia filius à patre habet vnde sanctificet, & Spiritus sanctus ab vtroque, vnde filius mittitur, & Spiritus sanctus: itaq; propter originis connotationem secundum vnam eandemq; operationem, vna persona mittitur, & alia nõ mittitur: demum cum aio, filius mittitur sanctificaturus in sanctificationis munere patrem non diuido. Quia & pater sanctificat, at connotationem diuido, significo enim filium sanctificare per vim à patre acceptam, quæ tametsi vna est, quę patris, at vero, quia à patre accepta est, ideo missio est filij idem de Spiritu sancto dicito. Quam ob rem sensatè diximus hæc esse notionalia, non ad intra, sed ad extra, quãquã si pensiculatius rem obseruas, huiusmodi non sunt ad intra, vt paternitas, & filiatio, &c. neque prorsus ad extra, vt creatio, iustificatio, conseruatio, sed mediam obtinẽt sedem, quippe quæ originem personarum quæ intranea est personis connotant, & simul operationem exteriorem denotant. At vt ad vmbilicũ deducatur hæc disputatio, supereſt exponere id quod tradebamus in exordio huius disputationis, visibilem scilicet aut sensibilem missionem (pro eodem enim hæc duo vsurpamꝰ in disputationis huius progressu), at vtimur hac visibilis voce, quia visus dignissimus sensuum est, & refert nihil si signo visibili, aut audibili, aut quouis alio sensili missio fiat. Nam flatus quem dominus insuflauit Ioan. 20. signum fuit non tamen visibile, aut audibile, sed tactile vt sonus ille vehemens qui exonuit in celebri die Pentecostes fuit audibile signum, &c. Diximus igitur vt ad cœpta nos referamus, visibilem missionem esse gratia inuisibilis, at forsitam hærebis, quippe ad Christum missus est Spiritus sanctus, in specie columbæ Matthæ. 3. verum Christus non egebat inuisibili missione. Quia spiritus illi simulatq; conceptus est, est datus non ad mensurã. Si nõ ue sanctificabatur Christus interius, missio visibilis non est semper gratia inuisibilis. At verò obserua diligenter illam missionẽ Spiritus in columbina specie, nõ solum gratia Christi fuisse celebratã, imo etiam Ioannis Baptistæ gratia. Nam apud Ioannẽ habetur, super quẽ videris spiritum descendentem, & manentem ille est qui baptizat, ergo illa missio propter Ioannem erat, vt perhiberet de Christo testimoniũ, quod perhibuit illud, ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mũdi. Et etiã propter Christum exhibita fuit missio illa, vt testatissimum esset cunctis Christũ fœcundaturum aquas regenerandis spiritualiter hominibus. Porrò autem hæc missio Ioannẽ Baptistam verius sanctificauit, non tamen Christum, quia Christus illa missione opus nõ habebat. Neq; Spiritus sanctus ad Iordanicas vndas apparuit vt Christum sanctificaret, sed vt aquas vt dixi fœcundaret, & Christi baptismum hominibus commendaret. Propter Christũ igitur visibiliter missus est Spũs sanctus, nõ sanè propter Christi personã sed propter eius mẽbra, quæ Christo incorporanda erant per baptismũ. Verè igitur fassi sumus visibilẽ missionẽ esse gratia inuisibilis sanctificationis. Nec me fugit Theologorum nõnullos tradidisse missionẽ visibilem esse gratia sanctificationis præsentis, aut iã quondã exactè, ideo Spiritus sanctus sub columbæ specie Christo imminẽs sanctificationẽ plenissimã, quam sub conceptu habuit significabat. Cæterum hoc opulenter & luculẽter vox paterna quæ sonuit demõstrabat, at Spiritus sancti missio illa quid velit locus ille ostendit, super quẽ videris spiritum descendentem & manentem ipse est qui baptizat Christum, igitur baptismi esse authorem, & verum animarum sanctificatorem, illa missio Spiritus sancti portendebat quã maximè: cætera tamen si velis cõsequẽter significata nõ refragor. Et obserua per sanctificationẽ me subaudire nõ solum gratiæ infusionẽ depulsa culpa, sed gratiæ quoq; insignẽ plenitudinẽ, seu donationẽ, vt aliquando docebimꝰ. Aduerte ad hęc visibilem missionẽ esse in vtilitatem publicã reipublicæ christianæ. Paulo authore. 1. ad Corint. 12. manifestatio Spiritus vnicuiq; datur, ait, subaudi ad vtilitatẽ aliorũ. Missio porrò inuisibilis est ad vtilitatem suscipientis. Quãquã ergo verba Pauli non ita puto intellecta vt hactenus ex aliorũ sensu indicaui intelligẽda, nẽpe ex Ioanne Maiore hac dist. Etenim Paulus nõ de missione sensili Spiritꝰ sancti inibi cõmemorat, sed de gratijs gratis datis, vt sunt gratia prophetię, gratia doctri

næ,

Notionalia ad intra & ad extra.

Omnis missio exterior visibilis cur dicatur.

Hæc omnia nota.

Missionem visibilem esse gratia inuisibilis quo modo sit accipiendum.

Visibilis missio est ad bonum publicũ inuisibilis uero ad priuatum recipientis.

næ, miraculorum & id genus alia, quæ in eodem denarrantur loco: ideo arbitror missionē visibilem etiam esse in gratiam suscipiētium, ad illorum in quam sanctificationem vt ostē sioni tibi erit missio illa celeberrima Spiritus sancti, Actor.2. Et item Acto.10. Quando loquente Petro Spiritus sanctus lapsus est super audientes Petrum: & hoc genus alia. Quanquam missio visibilis non solum prodest suscipientibus quin etiam & aliorum videntiū, scilicet crēdit in profectum. Quare celebratur visibiliter quam ob rem ad plura se producit visibilis quam inuisibilis personæ diuinæ missio? Rogitas cur Spiritus sanct⁹ pluries est missus visibiliter, at filius semel missus est, quādo in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. Non contemnenda quæstio hæc meo iudicio est, neque quæ promptam habet solutionem. Nisi dixeris patrem iane non missum esse, quia originem non habet, ab alio nanque non est: at filius semel missus visibiliter quia à patre solum est: spiritus verò sanctus pluries legitur missus, non quia pluries habet originem, sed quia à pluribus, id est, à patre & filio procedit: tu aliam si vales inuestigato certiorem dubij huius dilucidationem, mihi nanq; alia commodior in præsentia à domino nō donatur? Argumento quod in fronte disputationis huius obiecimus, iam supereſt respōdere, cui si annotasti sedulò quæ inter differendum tradidimus paratam habebis solutionem: Spiritus enim sanctus orbem terrarum replet secundum generalem diuinūq; soliq; Deo germanum essendi modum, per essentiam nempè præsentiam, & potentiam, secundum quē modum mitti non potest persona diuina. Nā ad missionem necesse est vt aliquo modo sit persona diuina alicubi, quomodo prius non erat: cæterum in creaturis vniuersis nō potest alio esse modo quam est iuxta suam generalē existentiam. Quam ob rem ad irrationales creaturas nulla persona mitti potest: at secus ad rationales se habet Deus: in quibus alium & alium essendi modum secundum gratiam potest Deus habere. Vnde ad has missas diuinas personas credimus? At verò si arguteris, filius & Spiritus sanctus creando creaturas habēt vim creatiuam à patre, à quo enim habet diuinitatem, ab eodē & creatricem potentia, igitur mittuntur quando creant, & quando gubernant rerum vniuersitatem. Respondeo tibi, certum esse filium à patre habere vim creatricem, & Spiritum sanctum ab vtroque, at verò quia personæ istæ non possunt alio modo esse in rerum machina nisi secundum generalem existentiam ideo mitti, aut destinari ad irrationales creaturas non possunt. Nanque non sat esse puta missioni celebrandæ originem personæ: imò adde & quod possit aliquo modo esse in termino ad quem mittitur, quo modo prius non erat: id quod desideratur in rationalibus creaturis: quas vt semel implet Deus sua præsentia, amplius implere nequit. At creaturas rationales potest magis, atque magis sua replere gratia, vt de quibusdam, legimus repletis Spiritu sancto: id quod de alijs non legimus. Mittuntur igitur diuinæ personæ non secundum operationem naturæ, sed secundum gratiæ operationem, gratiæ in quā gratum facientis.

Maior non probatur.

Non spernenda quæstio.

Argum. soluuntur.

Persona diuina secundum generalem essendi in creaturis modum non mittitur alias damnatis mitteretur.

Ad missionem non sat est origo, sed nouus existendi modus

DISTINCTIO DECIMA SEXTA, CUIUS INITIUM EST.

Nunc de Spiritu sancto videndum est, &c.

Disputatio prima. Num visibilis missio Spiritus sancti sub speciebus veris an fictis extiterit.

ET primum videbitur alicui visibilem missionem Spiritus sancti sub vera non ficta specie extitisse celebratam, nanque æquè digna est persona Spiritus sancti, atq; persona filij, at vero missio filij fuit sub vera specie hominis, ergo & missio Spiritus sancti, itidē extitit sub vera specie columbæ, & sub vera specie ignis, &c. ¶ Secūdo idem conficiendum videtur, nanq; Spiritus sanctus sub specie nubis lucidæ in transformatione dñi apparuit, itidem sub specie flatus Ioan.20. cæterū fuit nubes illa vera, & flatus verus, ergo & colūba fuit vera colūba, & ignis verus sub quibus apparuit Spirit⁹ sanctus Matthæ.3. & Acto.2. Et rursum ignis qui visus est ille in die Pētecostes verè apostolis apparuit, illum enim viderunt apostoli, ait enim Lucas. Et apparuerunt illis dispertitæ linguæ: at verò si viderunt ignem, ergo fuit verus ignis visus, nāq; apostolica nō fuit falsa imo vera visio illa. ¶ Tertio in diuinis operationibus nulla est impostura, nulla fallentia, nihilq; deniq; illis adest præstigij, istud enim diabolicis vanitatibus est familiare, id quod & longè abest à di-

1. Argum.

2. Argum.

3. Argumen.

uina veritate, ergo cum missio Spiritus sancti sit diuina, & non vulgaris, imò miraculosa, & planè stupenda operatio, veracissima igitur fuit, & quod præ se gerebat intus continebat.

4. Argumēt. ¶ Et tandem Sapient. 1. cap. traditur Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum, ergo etiam omnem aliam fictionem diffugiet Spiritus sanctus.

Argumenta in contra. ¶ In contrarium est Augustinus lib. 2. de Trinita. cap. 5. & 6. qui ignem illum Pentecosium tradidit fuisse imaginarium ignem: colligens ex verbo Lucæ. Actor. 2. visæ sunt illis dispertitæ linguæ: non ait, viderunt, sed visæ sunt, quam sermonis proprietatem obseruamus, quando cogitationes nostras exponimus: vt hoc dicimus mihi visum est, aut illi visum est. Quod enim realiter videmus, non esse visum à nobis loquimur: sed potius illud nos vidisse, ergo si ignis ille non fuit verus authore Augustino, neque cæteræ species, quibus se mortalium oculis obtulit videndum Spiritus sanctus, fuerunt veræ species rerum, quas præ se ferebant: sed tantummodò illas referebant oculis mortalibus exterius. Anceps satis est disputatio ista, & quid certi statuat incertum habet, neque mirum est si hac dubitatione fluctuemus, siquidem Augustinum in ea differenda non sibi constitisse cernimus. In tertio nanque libro de mirabilibus scripturæ columbam illam, quam spectandam dedit Spiritus sancti missio visibilis non fuisse veram columbam tradidit, sed imaginariam. Cæterum in libr. de agone Christiano. cap. 22. decernit fuisse verum columbæ corpus, quanquam non fuit columba illa progenita ex ouo, vt cęteræ columbæ, sed miraculo ex diuina ve opera, repente extitit formata, totumque Augustini columen est vt Christus verum hominis corpus assumpsit, & nō fictum, quia diuinam veritatem non decet fallere quenquam, ita quoque Spiritus sanctus verum accepit columbæ corpus, ne fallentiæ esset locus, quippe Spiritus est veritatis Ioann. 15. quanquam vbique fatetur non assumpsisse Spiritum sanctū in vnitatem hypostaticam corpus columbæ, vt verbū quod est caro factū. Nāq; Spiritus sanctus non est columba, neque colūba est Deus, neque Deus columba. Etenim non venit Spiritus sanctus, vt columbas redimeret, & beatificaret, ideo non assumpsit columbam: sed tantum apparuit sub columbina specie, vt mortalibus ostenderet innocentiam esse Spiritui sancto quam maximè amicam: at verbum Dei veram carnē assumpsit, quam quoque beatificauit. Quia hominem venerat redimere, cui præstando effectui, necessaria ex diuino ordine erat veritas humanæ naturæ. Et demū ad missionem visibilem celebrandam nō est necessaria columbæ assumptio, quia vera missio Spiritus sancti exhiberi quiuit sine huiusmodi hypostatica aut suppositali columbæ assumptione. Quod dixerim, quia columba persona nō est, cur autem speciem colūbinā Spiritus selegerit ex auium tam lato genere, prēter exhibitam aliam quoq; demonstrat Augustini rationē lib. de mirabilibus indicato. Quippe vt accepit formam nubis Spiritus sanctus vt vbertatem diuinorum donorum ostenderet à se, ceu à fonte dimanare: idem ex columba etiam ostendit. Nanque vt nubes naturam aquosam habet, ita & columba vt & cæteræ aues, nam ex aqua in mundi exordio formatę sunt, vt historia Geneseos. c. 1. te docebit. In. 2. autem de Trinitate locis paulo ante citatis ignem illum, aut linguas igneas illas commemorat, non fuisse veras sed imaginarias, id quod studet colligere vt diximus. Quia Lucas cōmemorat esse visas linguas igneas, id q̄ ad imaginationis vel imaginariæ visionis opus referre Augustino non displicuit. Quanquam reuera nostra editio non legit cum Augustino, visæ sunt eis, sed apparuerūt eis. Actor. 2. Porrò verbum apparere in scripturis etiam realibus visionibus tribuitur, & non solum imaginarijs atque fictis. Apparuit, ait, Paulus benignitas & humanitas saluatoris nostri Dei, at istud fictioni tribui non potest, quod summæ est veritatis, scio Vallam in annotationibus ad acta Apostolica. c. 2. etiam legisse cum Augustino. Et Erasmus Rotherodamus itidem legit, siue legendum censet. Nam verbum quod Græcè scripsit Lucas est ophtisiam, quod ipsi interpretantur visæ, aut potiùs authore Erasmo conspectæ sunt illis dispertitæ linguæ. Nam Græcum verbum, idem est atque conspicio, & video, id quod ad veritatem visionis esse referendum dubitat nemo. Quapropter si nostram obseruamus editionem vulgatā, Augustini argumentum non cogit, at si Augustini lectionem quispiam credat fideliorem adhuc non cogit. Nam visæ, non refertur apud Lutam ad actum mentis, sed ad actum sensus externum, vt perinde sit dixisse, visæ, atque cōspectæ si vertas, vt liquidum est ex significantia verbi Græci, opto, Thomas porrò in. 3. part. quæstio. 39. articu. 7. Augustini placitum est amplexus, ex libr. indicato de agone Christiano, ideoque decernit illam fuisse columbam

Quæstio satis implicita & obscura.

Spiritus sanctus non accepit columbā uel ignē in unitatem personæ.

Cur columbam accepit Spiritus sanctus.

Aduerte diligenter.

Lectio uaria scripturæ ex uulgata & Augustini lectione.

Fuit columba uerū animal in qua Spiritus sanctus apparuit.

ad Titū. 2.

bam verum animal quod formatum fuit subito, & peracto mysterio ad quod miraculose formabatur, columbam solutam fuisse in aliamque substantiam sub interitu commutatam subito, idemque etiam si non ita aperte vt modo tradidit in.1.part.quæstio.43. articul.7. Durandus verò diuinæ subiacere potentiæ has rerum species quas Spiritus accepit sanctus veras res esse quales demonstrabantur fatetur, at verò factum latere eum confitetur. Quanuis probabilius duxit non esse tales rerum species quales demonstrabantur: sed tantum columba illa referebat apparentia tenus veram columbam, & ignis ignem. Quibus tamen addit vnum quod me non bene habet, factum illud quod commemorat Ioann. 20. capit. non esse proprie missionem visibilem Spiritus sancti, sed solum flasse Christum apostolos, vt subindicaret collatam eis potestatem esse relaxandi peccata, vt moris est etiamnum episcopis, quando sacerdotes creant. Verumtamen vt paucis absoluam disputationem istã, primam habeto conclusionem. De quibusdam speciebus à Spiritu sancto acceptis celebrandæ missioni visibili veras rerum fuisse species dubitare nequeo. Perspicuam tibi facies conclusionem istam si dispexeris in vniuersas quas Spiritus sanctus missioni suę visibili deputauit rerum species. Nam apostolis in cœnaculo residentibus sub multiformi se dedit specie: et sub specie flatus. Nam spiritus vehemens Augustino libro de origine animæ primo ad Renatum, & in libr.2.de Trini. c.5. flatus est, nã Augustinus sic legit, factus est de subito de cœlo sonus quasi ferretur flatus vehemens, & sub hæc sub specie ignis, & sub specie linguarum quæ tria in propatulo sunt legenti Acta Apostolorum. capit.2. Et rursum sub dominica transformatione sub specie lucentis nubis Spiritus sanctus sui ipsius demonstrationem apostolis tribus exhibuit. Et antequam dominus scanderet tribunal dextræ patris, etiam sub flatu Spiritum sanctum ostendit, vt Augustinus libr.3.de Trinitat. capit.21. &.2.capit.5. &.6. demonstrat, non quod substantia flatus sit Spiritus sanctus, sed per illam substantiam flatus Spiritum sanctum donauit suis contubernalibus apostolis Ioan.20. Et vt flatus ab ore flantis progreditur ita Christus Spiritum sanctum à se procedere subnotabat. Augustino authore, itaque non video cur Durandus offenderit ad hunc lapidem, siquidem in die Pentecostes verti in dubium non potest, quin sub specie flatus, proprie sit missus Spiritus sanctus. Nam hoc scriptura docente quis refragari audebit? ergo ante domini ascensionem cur in dubium reuocat Durandus sub specie flatus missum sensibiliter Spiritum sanctum apostolis? Porrò redactis iam in summam speciebus, visibili missioni Spiritus sancti seruientibus, mihi videre videor nubem illam fuisse veram, & substantiæ eiusdem consortem cum alijs nubibus. Nam hæc visibilis erat & obumbrauit apostolos vera obumbratione, & lucem micabat in apostolicos sensus, quæ omnia manifesto arguunt iudicio nubem illam veram fuisse, & non phantasticam. Idem censeto de sono, & flatu sub quibus missum asseruimus Spiritum sanctum. Nanque sonus ille qui factus est de cœlo repente procul fuit auditus; nam facta hac voce, id est, edito illo mirabili sono, vt Lucas commemorat, conuenit multitudo populi, scilicet, Ierosolimitani, igitur verus fuit sonus, siquidem audibilis fuit. Et rursum sonus hic repleuit totam domum vbi erant sedentes, replere autem domum opera tio realis non imaginaria est. Ad hæc fuit vehemens quoque ille flatus, vehemẽtia autem ad flatum realem pertinet. Et demum flatus ille vehemens sua vehementia seu violentia, (vt græca sonant) edidit sonum terribilẽ. Instar fortasis tonitrui, aut alterius soni vehementis, fuit ergo verus sonus. Linguas verò illas non puto veras fuisse linguas, quas habent animalia: sed formas illarum gessisse, tametsi quas videbant apostoli verę res erant, referentes humanas linguas, quia etsi diuina non exprimat scriptura quales erant linguæ illæ, num boum, aut hominum, aut auium, &c. Cæterum intellectum iri puto, anthonomaticè linguas humanas esse subaudiendas. Nam linguæ huiusmodi sacra erant symbola in omnem nationem, scilicet, quæ sub cœlo est effundendam esse doctrinam euãgelicam linguæ apostolicæ ministerio. Nam lex Mosaica ad vnum tantum idioma se porrigebat, Hębraicum nempè: at vt denotaret Deus euãgelicam sapientiam ad omnia mundi idiomata quæ vulgo appellantur linguæ esse dilatandam, ideò formas expresit linguarum humanarum. De igne verò quibusdam collibuit non fuisse verum ignem illum, qui tunc emicuit, sed igneam gestasse formam. conduxerunt se in sententiam hanc, nam si verus esset igniş apostolica capita quibus

Sententia Durandi de quæst.hac.

Durandus non probatur.

Decisio quæstio.

1.Conclusio.

In cœnaculo se dedit spiritus sanctꝰ apostolis sub multiformi specie.

Carpitur Durandus.

Authoris placitum.

Flatus Pentecostes seu spiritus qui uehementer flauit uerus fuit.

Linguæ Pentecostes quales.

inſedit deuiſſet, niſi miraculoſo præſidio à combuſtione defenderentur. Admonet nanque ſcriptura de igne iſto ſeditque ſupra ſingulos eorum. Ego verò non vrgeor argumento iſto, quo credam illum non fuiſſe verum ignem. Etenim græco Lucæ conſulto codice, ignis habet genitiuum caſum πυρὸς non eſt igitur nominandi caſus quod legimus tanquam ignis, quam ob rem non conſtituitur cum verbo ſedit: imò referendum eſt verbum ſedit ad aliud nomen quod illi tribuat ſuppoſitum. Et Valla retulit ad Spiritum ſanctum. Porrò in antecedentibus capitis verbis Spiritum ſanctum non videmus ſcriptum idcirco ad ſonum oportet referri verbum ſedit. Vt ſit ſenſus ſonum illum vehementem qui oppleuerat domum vbi erant conſedentes apoſtoli, & diſcipuli domini conſediſſe ſupra apoſtolicos vertices. Atque huiuſmodi confeſsio, planè plenitudinem gratiæ præ ſe ferebat, collatam apoſtolis, vt munere fungerentur apoſtolico: ideo ſupra apoſtolos inſedit diuinus Spiritus ſub ſpecie vehementis ſoni. Quod ſi exigis à me num ſedere eo dicetur quò à ſuo impulſu, & vehementia flatus ille ceſſarit? Nanque Hiſpano ſermone dicimus ventos ſediſſe quando vehementiam ſuam deponunt, *e aſsidezimos aſsentado ſe a el viento*. Hoc equidem me latet, quærat & inueſtiget qui volet, ſatis ſit dixiſſe huiuſmodi diuinam Spiritus ſeſsionem ſuper apoſtolos plenitudinem ſpiritualium donorum illis & alijs conſedentibus collatorum adūbraſſe. Vides ne vt argumētū enarratum flacidis conſtet viribus? nam ſi ignis, etiam ſi verus eſſet apoſtolis non erat hærens, vt combuſiſſet? Neque enim litera ſacra hoc docet iuxta veritatem græcam, nam græcis differentia eſt inter nominatiuum pyr, & genitiuum pyros, quæ latina neſcit diſtinguere vox. Et vt diximus Lucas genitiuum ſcripſit, & noſter interpres tranſtulit tanquam ignis, quam verſionem in genitiuo oportet itidem hàbere. Quod ſi ignis tunc micans erat in cœnaculo coruſcans apoſtolico, at verò non tangens apoſtolos: ſed illis imminens citra miraculoſa præſidia, illos deurere nequibat: hæc dicta volo ſub meliori cenſura. Voco autem meliorem cenſuram, quam Auguſtinus meliorem eſſe probat. 3. de Trinitate in capit. 10. libri, quam non opinio, aut liuor excogitat, ſed quam diuina lectio aut ratio inconcuſſa præſtat. Nam ex iſtis duobus arguentem aliorum ſcripta oportet illa arguere, atque corrigere. Porrò autem obiter aduerte tria obſeruanda precipuè in diuino ſono iſto à Luca commemorato. Ait enim factus eſt repente de cœlo ſonus tanquam aduenientis Spiritus vehementis: fuit ergo hic ſonus repentinus, fuit cœleſtis, fuit quoque vehemens. Repentinus vtique quia neſcit tarda molimina Spiritus ſancti gratia, authore Gregorio. Cœleſtis præterea quia à ſummo cœlo eſt Spiritus ſancti egreſſio, nanque à patre & filio procedit: vehemens denique quia vim infert hominibus & compellit intrare citra coactionem ad dominicam cœnam deguſtandam. Vehemens rurſum quia regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Quibus accedat hunc eundem ſonum oppleuiſſe ſacrū illud cœnaculum, vbi beata illa Sanctorum apoſtolorū & diſcipulorum domini turba cōſedebat. Vt planè intelligas extra eccleſiam Ieſu Chriſti (quam præſignabat venerandum illud cœnaculum) non eſſe quęrendum Spiritum ſanctū. Porrò autē his interim miſsis ad priora ſe volua t oratio noſtra. Ignis igitur ille qui formauit linguas illas ab apoſtolis conſpectas fortaſsis fuit verus ignis, & non apparens duntaxat, Nanque ſi vera fuit columba illa Auguſtino, ne ſpiritus veritatis quidquā fallentiæ admitteret, quam rationem probat Auguſtinus lib. de agone Chriſtiano indicato. Vtique eadem ratione conficitur, ignem illum fuiſſe verum. Quippe Spiritus ſanctus diſciplinæ vt effugit fictum, ita omnem fictionem. Quamobrem iuxta Auguſtinianum hoc decretum omnes ſpecies ſenſibiles quas Spiritus ſanctus accepit, id erant quod præſeferebant; quamuis lib. 2. de Trini. aliter differit, vt præſcripſi: at verò quod de columba tradidit in lib. 3. de mirabilibus ſcripturæ fortaſsis non tanto ſuadet cōtrarium quanto ab aliquo cenſebitur. Nam liber hic authoritate laborat, & multa ſane in eo traduntur, quæ Auguſtiniani ingenij celſitudinē non ſapiunt, quæ tamen perſequi nō eſt præſentis inſtituti. Secundā iam annectamus cōcluſionem hanc, probabilem etiam duco ſententiam columbam illā quā ſæpè memorauimus fuiſſe verū corpus aëreum, miniſterio angelorū coaptatū: at non fuiſſe verū columbæ corpus. Ignem quoq; illū ſpeciē igneam retuliſſe, at verò verā non eſſe ſortitū ignis ſpeciē. Hanc arbitror eſſe Chryſoſtomi homi. 12. ad Matthæ. Quibuſdam nanq; contendentibus Spiritum ſanctum eſſe minorem filio, quippe Spiritus columbinam accepit ſpeciem, at filius

Ignis Pentecoſtios an fuerit uerus.

Exponitur Lucas.

Quid ſeſsio Spiritus ſuper uertices apoſtolicos deſignabat.

Qualis cenſura ſcriptorum & notandus Auguſtinus.

Lucas exponitur Spiritus ſanctus repentinus cœleſtis, & uehemēs eſt.

Cœnaculum apoſtolicū myſtice quid ſignificabat.

Ignis apparēns in die Pentecoſtes fuit uerus ignis.

Concluſio. 2

lius humanam: columbina autem est inferior humana, specierum igitur differentia harum, personarum quoque assumentium colligebat apud illos superioritatem, & inferioritatem. Quibus facit satis Chrysostomus dicens Spiritum sanctum non accepisse naturæ columbam, sed speciem seu similitudinem. Et paucis interceptis subdit, Aliud est rei veritatis, aliud est temporalis visionis submissio. Ex quo nisi lipias, satis lucescet tibi quid Chrysostomus senserit de proposita quæstione: quantumque affirmet prædictam conclusionem. Et præter testimonium Chrysostomi faciet etiam probabilem nostram conclusionem, quod subdam, quippe columbam non accepit Spiritus sanctus propter columbam at propter ministerium, vt inquam significaret Spiritus sanctus oportere esse columbini moris eos qui volunt Spiritualium donorum participatione gaudere, & nullam ideo auium accepit, nisi columbam, quippe columba magis congruebat ministerij prædicti significationi. Et multa alia denarrantur de columba ab scriptoribus, quæ referre piget. Quod si ad mysterium repræsentandum columbæ species accepta fuit, quid opus est facto, vt sit vera columba? non videtur vtique clara necessitas veritatis columbinæ naturæ huic negotio peragendo. Rursum de igne idem tradere non est improbabile, siquidem satis erat repræsentatio ignee formæ citra veritatem naturæ igneæ. Namque ignea species congruit missioni visibili Spiritus sancti, ignis enim illustrat, purificat, & ardet, & alta cœlestia-que petit: quippe qui in cœlesti concauo conquiescit. Et Spiritus sanctus sua præsentia tenebras nostras illustrat, corda algentia incendit, sordes peccatorum expurgat, & mentes à terrenis sedibus ad cœlestia expetenda, & assequenda promouet. Neque tamen est fallentia aut in postura in huiusmodi repræsentatione, namque angeli sancti sine impostura sibi aptant corpora; vt hominibus appareant. Vt angelus Tobiæ, qui Azariam se nominat, & corpus sibi induit visibile vt iuniori Tobiæ, se socium itineris, atque ducem præberet. Et angeli apparuerunt mulieribus sub triumphali domini resurrectione, sub vestibus fulgentibus, exterrentes quoque custodes sepulchri. Rursum dominus non imposuit Magdalenæ formam hortulani illi obijciens, Ioannis. 20. & Lucæ. 24. Nam citra mendacium finxit se longius ire, cur ita obsecro? quippe angeli beati non eò sibi consuunt corpora (vt ita dixerim) quo corporales credantur, sed vti ministerium ad quod legantur à Deo peragendum exequantur. Vt Gabriel angelus, qui missus est ad Mariam virginem, & Raphael, qui conuescebatur cum Tobia, non illi imponebat, aut præstigio aliquo spectantis oculos obducebat, at corpus accepit vt amantissimum se socio exhiberet, & vt colloqueretur conuescereturque cum Tobia socio. Item dominus fingens longius iter non mentiebatur ex ipso opere, nam non eo tendebat Christi intentio, quo decideret, at illò tendebat quò sua quam præ se ferebat absentia ardentius discipulorum erga magistrum excitaret corda, vt excitauit. Aiunt enim, Mane nobiscum domine, quoniam aduesperascit. Itaque erat fictio sine fictione. Demum qualis qualis fuerit visio columbæ siue veræ columbæ siue apparentis, equidem citra fallentiam fuit. Nam Christo & Ioanni qui soli aderant, alios nanque adfuisse tum non legimus Matthæ. 3. plusquam satis compertum erat esse veram aut apparentem columbam iliam, igitur nulla prorsus poterat esse deceptio. Item qualis qualis erat ille ignis, apostolis lucens die Pentecostes, apostolis promptum erat, & alijs confidentibus, Spiritu enim sancto imbuente illorum pectora, hoc non esset illis occultum, qualis inquam erat ignis ille, qui extabat. Vt Moysi Exod. 3. videnti dominum sub ignea illa rubi visione, qualis ille ignis fuerit siue verus, siue apparens, non abscondebatur. Quapropter nulla esset id temporis deceptio etiam si apparentes credamus fuisse has species rerum, quas Deus ministerio angelico formauit id temporis authore Augustino. 3. de Trinitate capit. 11. quod autem Exod. 19. Legimus montem Synai fulgoribus coruscantem, & tonitruis obstrepentem, & ignibus micantem, clangoreque bucinæ personantem, eo quod descendisset dominus super eum in igne, puto & fulgura illa fuisse verissima, itemque tonitrua, & ignem verum de repente à Deo formatum. Quippe fumabat totus ille mons, fumus autem non resoluitur ex igne apparente sed verò hæc nanque omnia propterea formauit Deus, miraculo repentino, vt terribilem redderet montis legiferi aspectum, legemque illam quam iam iam erat laturus, terribi-

Chrysostomi placitum de columba euãgelica.

Ignis proprietates illustrare purificare ardere altaq; petere.

Angeli corpora sibi aptant sine mẽdacio.

Lucæ. 2.

Fictio aliquando sine mendacio.

In apparitionibus diuina arte factis nulla impostura.

Ignis mõtis Synai & fumus, &c. vera fuerunt.

lem futuram violantibus demonstraret, vt frequenter Paulus commemorat, non tamen subinde existimes nostras in illo monte sonuisse buccinas quia longè erant præclariores nostris. Præter hæc autem quæ suadendæ conclusioni nostræ protulimus, est quoque glossa ordinaria illi quoque fauens Matthæ. enim. 3. docet Spiritum sanctum accepisse verum corpus habens speciem columbæ: quod tamen vera columba non erat. Et de hac, inquit, figura idem sentiendum est quod de alijs, in quibus Spiritus sanctus apparuit, quæ expleto ministerio resoluebantur. Itaque problematicam relinquo disputationem propositam, quantum ad columbæ speciem & ignem apparentem die Pentecostes. Nam de cæteris meam iam accepisti sententiam, quanquam mihi probabilius est non fuisse veram illam columbam, at ignem illum verum fuisse: verisimilius decerno. Puto namque hunc ignem cœnaculum sua illustrasse diuinitus luce, at illustratio veri ignis est. Neque multi duxeris quod Lucas non dicit ignis simpliciter sed tanquam ignis, vt similitudinem indicet. Etenim dictio, tanquam, non semper imitationem, aliquando namque veritatem denotat in scriptura. Vt dictio quasi Ioann. 1. Vidimus gloriam eius quasi vnigeniti, &c. Vocem autem insonantem patris, hic est filius meus dilectus, etiam si videbatur humana vox non tamen erat, neque ob id continuò colligas aptè ergo deceptionis occasio erat in diuino sacramento, vt satis constat aduertenti, quæ adhuc fusè persequuti sumus. Porrò autem pro disputationis huius coronide hanc accipito sententiam, nunquam missio visibilis personæ diuinæ extitit nisi noua formata creatura sensibili, & quamquam illa creatura appareret esse aliud quam erat, vt columba, aut ignis, erat nihilominus verè quod erat, Namque missio visibilis est vera missio, & non imaginaria. Quamobrem administranda venit per veram atque sensibilem formam perceptibilem á sensibus humanis. Quia ad angelos hæc sensilis missio non celebrabatur, quippe qui illa non indigent. Missione verò inuisibili, quando diuina gratia gratum faciente in sæculorum exordio, sub mundi ve natalibus donabantur angeli potiti sunt. An verò sine infusione alicuius doni, vel habitus noui, missionem visibilem non esse repugnantem credibile sit, ego in præsentia differere non statui.

Problematice potest defendi. q. hæc.

Authoris placitum.

Vox paterna quæ sub domini baptismate exonuit non fuit verè humana.

Summa prædictorum.

Angeli non egent missione Dei visibili, sed inuisibili.

¶ Primo argumento dicito, æquè dignum esse Spiritum sanctum atque filium, at filius venerat redimere hominem, ideo accepit veritatem humanæ naturæ, id quod Spiritui sancto non conceditur: Spiritus enim sanctus nō est redemptor. *Ad argumẽta.* *Ad. 1. argu.*

¶ Ad secundum respondebis latum fuisse discrimen. Nam de columba nulla legitur sensibilis operatio, quæ nobis indicet illam veram fuisse columbam: secus de illis est quæ argumentū commemorat. Tā verò quæret aliquis cur cæteras rerū species à Spiritu sancto acceptas in missionis visibilis administrationē veras esse putem, talesq; quales se sensibus offerebant? At vero columbam cur excipiam fortasis non est indigna seu inepta scisitatio, cui ego dixerim cæteras res vt nubes, flatus, tonitruum, ignis, & alia iam denarrata non habere certam, & præscriptam periodum, durationisq; propriæ præfixum à natura non habent terminum: at verò columba propriæ vitæ vt cætera etiam animalia, certam sortita est periodum. Quamobrem illa priora, etiamsi diuinitus de repente emergant in lucem, vt nubes, tonitruum, fulgur, & de repente etiam soluantur, à naturæ ordinato cursu non discedit ad modū, quippe in ortu suo neque in corruptione, seriem illam mirabilem obseruant, quā animalia inuiolatè seruare cernimus. At si columba de repente soluatur multo magis ab hoc naturæ discedit ordine, quippe quæ certa fruitur periodo à qua plurimum discedunt & miraculosus ortus, & interitus: Deus autem quo ad licet secundum sapientiam suā naturæ ordinem maximè seruare amat. Si nō arrisserint tibi hæc mea, quæras alia mihi & tibi aptiora: cætera patent ex discussione quæstionis. Locus supereſt enodandus sacer, & tu aduerte fictum esse, est in vicio, at fictio, non semper vicio vertenda est, nisi quando mēdax & fallax est, qualis non est de qua in præsentia agitur sermo. ¶ Porrò autem non erit parergon, siue extra rem, si annotauero circa Spiritus sancti missionem non nihil præter ea quæ hactenus disseruimus. Et arbitror annotatione dignum, cur dominus Iesus antequam ad gloriam Dei patris ascenderet Spiritum sanctum dederit humiliter, at postquam corpus suum syderibus inuexit, imò etiam supra sydera collocauit maxima pōpa, maximoque rerum apparatu, Spiritum sanctum destinauit discipulis suis, factus est enim de cœlo sonus tanquam Spiritus vehemētis, &c. quæ sæpè cō memo- *Ad. 2. argu.* *Aduerte hæc sedulo.* *Sapien. locus exponitur.* *Appendix diligenter notanda.*

memorata à me ex Luca sunt. Equidem arbitror dominum agentem apud mortales (quāquam iam à resurrectione sua potiebatur ipse vita immortali) dedisse ob id Spiritum sanctum citra pompam, & apparatum illum cœlestem quem Lucas denarrat: nanq; insuflando in Apostolos illum tribuit, flatus autem humanus exiguus est apparatus. Humiliter igitur dedit primo spiritum suum Iesus Christus dominus, at secundo illum tribuit nō humiliter sed magnificè & splendidissimè, quippe iam magnifico splendidissimoque patris throno gaudebat, iam q; opima spolia sanctorum patrum secum ouando in cœlum retulerat: ideoq; ex consummata iam gloria spiritus quoq; descendit, apparatu quoque magnificentissimo. Quare legimus ex secunda missione repletos esse omnes Spiritu sancto: at quando dominus insufflauit non legimus repletos per illam discipulos alios ab Apostolis Spiritu sancto, id quod attestatur magnificentiæ secundæ missionis. Quibus tamē adde flatum primum natiuum fuisse domino, quietumq; proinde fuisse, nihilq; vehemētiæ, aut violentiæ habuisse: at flatus alter qui in die Pentecostes vehementer ferebatur, sub quo Spiritus sanctus collatus est, domini discipulis, non natiuus erat, sed supra naturam, non quietus, & sedatus, sed vehemēs; & veluti violentus. Etenim prior flatus domini per quem datus est Spiritus sanctus erat ad conferēdam facultatem remittendorū peccatorū, id quod sub silentio agitur, alter vero flatus donabat Spiritum sanctum prædicando & diffundendo in orbem Euangelio. Ideo vehemens fuit, & miraculosus, quippe Euangelica lex vehementer concussit orbem, & summi miraculi est, fidei christianæ inuisibili, totum mūdum dedisse nomen: & etiam si alijs miraculis fidē non habeas, hoc abundè est miraculo grandi. Bis ergo Christus misit Spiritum sanctum quod legamus primo ante ascēsum, in cœlos, dein post ascensum. Prior quidē missio humilior, posterior vero, magnificentissima fuit, legimus porrò Acto.10. Petro verba sacra faciē te, cecidisse Spiritum sanctum super eos qui auditores erant Euangelicæ concionis. Et rursum actorum decimonono commemoratur, per manus Pauli impositas, datum fuisse Spiritum sanctum: at vero quanquam reuera hæc missio fuit à patre, & filio, at scriptura non commemorat à filio esse Spiritum tum sanctum missum, vt de prioribus exprimitur Ioan.15. & Ioann.20. Cæterum exhibitus fuit Spiritus sanctus siue per verbum Petri, siue per manus Pauli impositionem, aut aliorum Apostolorum, sub plenitudine donorum. Etenim scriptura commemorat linguarum munere ditatos fuisse fideles tunc in primęua Ecclesia, vt prius in die Pentecostes discipuli dominici. Obseruabis autem nusquam scripturam commemorasse per Apostolos Spiritum sanctum missum, quanquam per impositionem manus Apostolicæ esse collatum, acta Apostolica denarrant capitul. 19. vt diximus, aut per verbum Apostolicum. Adhuc (ait) loquente Petro cecidit Spiritus sanctus super eos qui audiebant verbum, missio enim autoritatem in mittente denotat, qua non possunt potiri homines supra Spiritum sanctum: ideoque Apostoli nusquam mittunt Spiritum sanctum, cæterum quia instrumenta sunt creaturæ diuinæ operationis faciūdæ, ideo per impositionem manus Apostolicæ donabatur Spiritus sanctus, sunt enim homines cooperarij Dei, vt & Angeli, & in vniuersum operationum naturalium sunt causæ naturales, cooperariæ diuinitatis: & operationum sacrarum Apostoli & illorū successo res attestante Paulo. 1. ad Corinth. 13. Dei adiutores sumus.

Lege Gregorium Nazianzenum in oratione de sancta Pēntecoste qui ter datū autumat Spiritum sanctū à Christo Apostolis. At duplicis tatum quod ego sciam mentio fit.

Gemina collatio spiritꝰ quid denotet.

Spiritus plene datur ab Apostolis.

Apostoli nonmisserūt aliquando Spiritū sanctum.

Creaturæ sunt cooperariæ Dei in naturalibus, & super naturalibus.

DISTINCTIONIS Decimæsextæ disputatio secunda. Num pater maior sit filio atque Spiritu sancto?

ET primū videbitur alicui patrem affirmatiuam veram esse huius disputationis, nā filius ipse Ioan.14. fatetur, pater maior me est. Et capit.17. hæc est vita æterna (ait) vt cognoscant te solum Deū verum: & agitur de patre sermo. Et.1. ad Timoth.6. quem ostendet suis temporibus beatus, & solus potens Deus, qui solus habet immortalitatem: si ergo pater est solū Deus, est maior filio & Spiritu sancto. Rursum ad Coloss.1. filius Dei recensetur in creaturarum numero, vocatur enim primogenitus omnis creaturæ. Præter hæc mittens maior est mittente, at pater filiū mittit ad Gala.4. misit Deus filiū suū. Adde qui ab altero pendet minor est, at filius à patre pēdēs videtur Ioā 5. nō potest facere filius à se quidquam nisi quod viderit

1. Argu.

2. Argu.

3. Argu.

4. Argu.

5 Argu.

6. Argu. patrem facientem. Et rursum. 1. ad Corinth. 15. cum autem subiecta illi fuerint omnia,
7. Argu. tum & ipse filius subiectus erit ei, qui subiecit sibi omnia. Si ergo pater filio subiecit omnia filius non est superior cunctis rebus ex natura, sed ex patris dono, non ergo sunt æquales. Et demum Lucæ. 20. beatius est dare, magis quam accipere. at pater dat filio Dei, pater (ait) quod dedit mihi maius omnibus est,
8. Argu.
9 Argu. ergo pater est beatior filio. Adhæc de Spiritu sancto nullus est locus qui expresse testetur eiusdem deitatem. ¶ Contra vero est ego & pater vnum sumus. Ioan. 10.

Argumentum in contrarium.

Disputationem hanc nō agitassem in præsentia, quia plusquam satis erat acta & ad nauseam usq; (vt prouerbio fertur) rem istam supius tractaui, nisi Hilarius verba scripsisset duriuscula de re ista. 9. de Trini. prope medium, quæ indicat Magister in litera, inquit enim, secundum autoritatem patrem esse maiorem filio, & itidem diceret de Spiritu sancto.

Verba duriuscula Hilarij.

Quanquam subdit filium non esse minorem patre, id quod videbitur tibi intellectu asperum: si enim maior est pater filio, vt filius non est minor? nam maior relatiuè se habet ad minorem. Porrò leui calamo disseram rem hanc, quia occidit miseros, discambre repetita magistros: ideo per transenam accipe primum Arrium, patrem asseuerasse esse maiorem filio, atque Spiritu sancto. Nam patrem credebat verum esse Deum & plusquā æternum, filium vero Deum æternum, spiritum vero sanctum orizonta æternitatis appellabat, quia in Spiritu sancto complebatur diuina æternitas. Itaque Arrius tres deos introduxit non veros tamen Deos, quia illi solum pater erat verus Deus. Hoc autem virulentum dogma accepit ab Origene, in libr. periarchon autor est Epiphanius Cyprius Episcopus in Epistola ad Ioannem Hierosolymitanum antistitem. Quapropter Origenes fons Arrianæ sectæ & princeps traditur. Origenes vero à Platone hausit hæc venena, quippe Plato tres Deos introduxit qui erant Platonica Trinitas, Deum nempe patrem cūctorum opificem, & mentem vnam per quam cuncta condiderat primus omniumque parēs Deus, & animam mundi, quæ fouebat & animabat vniuersa: velut spiritus quidam vitalissimus vniuersis rebus elargiens vitam. Quamobrem & mundum animal esse quoddam diuinum Plato decreuit enarrante Augustino libro de ciuita. Dei. 10. capit. 29. & Iustinus Martyr in admonitorio contra gentes aduertit Platonem tradidisse Deum patrem esse vniuersorum opificem, non tamen dixisse creatorem. Quippe ex subacta materia Deum cuncta formasse Plato dogmatizat, non tamen ex nihilo. Arrius igitur ab hac Trinitate Platonica, sensu modicum declinauit, quanquam verbis vtitur alijs quam Plato vsus est. Sabellius vero ex diametro pugnat cum sancta Trinitate quæ vnus est Deus, finxit enim Trinitatem voce tenus distingui non rebus ipsis. Nam ex operibus nomina Trinitatis secreuit. Nanque tria sunt opera diuinitatis insignia, primum est esse, quippe vniuersa à Deo hauriunt esse: at intelligere est alterum insigne diuinitatis opus, & postremum est amare. Ob hæc tria, quæ primæ dotis sunt opera Deum censuit appellandum patrem, filiumque & Spiritum sanctum, quia est vniuersis principium essendi, & intelligendi, & amandi. Ad hunc propemodum Sabelliana sunt deliramenta multo peiora quam Arriana fabulamenta. Nam Arrius Triadis consubstantialitatem exuflat, at Sabellius totum arcanum pessundat beatæ Triadis. Et insidiatur non solum sacerrimæ Triadi, imo omnia sacramenta Christianæ fidei prorsus euertit. Nam si filius non est, redemptor humani generis non est. ¶ Et commentator Auerroes hoc Sabellianum deliramentum censuit esse Christianam de sancta Trinitate fidem quarta disputatione cōtra Algazellum, & deceptus est, quia Christiana fides non nominibus duntaxat credit distinctam Trinitatem Dei, quin & personis distinctis in concusa fide fatetur, & aduersarias hæreticorum sectas exibilat, ceu pestiferas, & illis acquiescentes hæreticos mucrone anathematis ferit. Quibus autem testimonijs ad id credendum ducatur catholica Ecclesia, supra patefecimus amplissimè. At vero ex veteri instrumento sunt quædam quæ illud idem probāt, Christum æqualem esse patri secundum diuinitatem. Esa. enim capitul. 9. paruuli orbi tunc nasciturí in orbis salutem, multa insignia præconia plæclaraque nomina scripsit, in quorum numero est hoc. Et vocabitur Deus, tu lege dilucidationes nostras ad eum locum & Esa. 7. Emanuel vocatur Christus, idest, nobiscum Deus, quæ Hieronymus in libr. 3. commen. in Esaiam diuinitatem Christi putat esse testantia. Et septuaginta interpretes, nonnulla diuinitatis Christi testimonia abrasisse à sua versione docet alibi Hieronymus, ne gētes offenderētur ex sacra lectione si hausissent Deum patrem

Deus pater mens diuina mundi anima Platonica Trinitas.

Sabelliana hæresis.

3. diuinitatis opera esse, intelligere & amare.

Sabellius pestilentior Arrio.

Auerroes sinistre intellexit beatā Triadem.

Testimonia sacra veteris scripturæ Trinitati suffragantia.

patrem habere filium sibi coæqualem,in quē lapidem nostro seculo impegit impius Caluinus,tradens filium esse de patre, non tamē de substantia patris,sed de seipso. Et ridet Symbolica illa verba vt bathologiā inanem, Deū de Deo,lumen de lumine, &c. sed hic miser non aduertebat,nihil posse esse à seipso. Et eadem vecordia Lucas Sternbeger dixit, insaniens Trinitatis appellationem esse inanē, quia non erat in scripturis:planeque Trinitatem negauit. Porrò si nomen non extat, extat res in scripturis scilicet pater,filius, &c. Et ante hunc Photinus beatissimæ detraxit Trinitati credens Deum more Iudaico esse solitarium sine personis,ob eandem rationē præfatam,quæ tamen inanis est vt diximus. De qua re alibi aptior erit disputandi locus. Hilarij vero verba ipsa sibi sat sunt vt exponantur. Etenim Hilarius secundum autoritatem tradidit maiorem patrem filio, non quòd filius putetur minor diuinitate (vt Arrius censuerat filium esse creaturam.) At vero quia pater est vnde filius habet esse diuinum,& in creatum, inde dixit patrem maiorem , autoritate intellige principij, non naturæ excellentia.Quippe eadem diuinitas numero, quæ est patris sine origine est filij secundum originem. In quem propemodum Damascenus libr.1.de fide orthodo. capitul.9. patrem vocat filio maiorem esse secundum causalitatem,vt ipse se interpretatur. Asserit autem patrem esse causam filij græcanico more, quem latini non recipiūt.Qui patrē nō causam filij, sed principiū esse confitēturvt supra tradidimus.Quod si adhuc occinnis ,si pater dat esse filio,ergo est maior filio , benè colligeres , si aliud esset patris essentiale esse atq; filij,nunc vero idē prorsus diuinū esse est dātis patris & accipientis filij. Quādo vero est penitus naturę vnitas,nihil maius neq; minus,prius,aut posterius in ea intelligi potest. Propterea Athanasius dixit in Symbolica fidei cōfessione, in hac Trinitate nihil maius aut minus, &c. Et D.Augustinus lib.2.contra Maximinum patris & filij æqualitatem probat , inde quòd in creaturis quædam extant coæua citra æqualitatem tamen , alia vero non coæua, æqualia alioqui.Est ostensio ignis & lux sibi cum disparitate naturæ sunt coæua.Ostensio est secūdi pater & filius in humanis quæ cum naturæ æqualitate coæua non sunt:nam pater necessario tempore prior est filio : at vero in diuinis pater & filius sunt coæui quia coæterni,& sunt æquales quia vnus Deus : vt quod perfectionis est creatis rebus Deo tribuamus , & quod imperfectionis est à Deo submoueatur.Præter hæc autem si rogitas cum in patre sit paternitas quæ in filio non est , quomodo ergo coæquales sunt pater & filius, itidem colliges de Spiritu sancto. Et rursus in pluribus conueniunt pater,& filius inuicem quam cum Spiritu sancto,nam ambo sunt vnū principium spirandi Spiritum sanctum , spiritus autem sanctus non spirat.Porrò autem vt primo horum obiectorum fiat satis scito apud Theologos quosdam paternitatem , filiationem,& spirationem formaliter nullam habere perfectionem infinitam. Etenim perfectio formaliter infinita est de se communicabilis pluribus,vt est diuina essentia: cæterum proprietates personales sunt indiuiduales & incommunicabiles,ideo non sunt formaliter infinitæ.Habes apud Scotum quodl.5. quo loco negat has propositiones paternitas est infinita,filiatio est infinita , spiratio est infinita formaliter,quanquam sunt aliquod infinitū, quia sunt diuinitas, non tamen sunt infinitæ formaliter relationes originis. Et argumētum si colligas , sunt infinitum aliquod , ergo sunt infinitę,ipse negat collectionis bonitatē,laborat enim secundum fallaciam figuræ dictionis, aut quod est vicium apertius ab identica ad formalem. Hanc tamen disputationem in alterum cōmodiorem reponito locum , sat sit dixisse modo eandem perfectionem essentialem esse in tribus personis quanquam paternitas,non est in filio,est tamen filiatio illi opposita,& spiratio in Spiritu sancto. Quid quod ego non video vt paternitas , vel vt relationes istæ originis non formaliter sint perfectæ.Etenim cōstituunt personas formaliter infinitē-q; perfectas. Neq; arbitror communicabilitatē esse necessariā ad formalitatē perfectionis. Infinitas enim huiusmodi nō est petēda à cōmunicabilitate. Sanè si diuina essentia nō esset cōmunicabilis tribus vt Iudæi intelligunt vnū esse Deū & nō trinū, itēq; Saraceni imo & Arriani intellexerūt,veram diuinitatē esse incōmunicabilē,nihilo secius deitas esset infinitè formaliterque perfecta. Neq; humanitas idealis quā commētus est Plato, perfectionis essentialis maioris erat tunc , qñ vna numero fundebatur in multa indiuidua , q̄ modo quæ vna numero non funditur. Itaque formalitas hæc,infinitasvè formalis perfectionis, nō ex cōmunicabilitate exquirēda venit imo potiꝰ ex cōprehēsione omniū perfectionū possibilium & imaginabiliū. Ideo essentia diuina est forma-

Lege Nicephorum li.9 cap.ecclesi. historiæ.

Elucidatur Hilarius.

Pater est maior filio autoritate principij nō naturæ excellentia. Damascenꝰ exponitur.

Coæua quædam disparis tamē naturæ.

Notanda regitatio.

Scoti cōmentum de diuinis relatto nibus.

Eliditur Scotus.

1. Ratio cō. Scot.

Scotus refellitur.

2. Ratio.

Obserua un deſit infinitas formalis perfectionis.

formaliter infinitèque perfecta, quia omnes quas diximus perfectiones in propriam rationem vocat. Cæterum relationes originis, ſeu proprietates perſonales tametſi ob hanc, quam dudum præſcripſi cauſam non ſint formaliter infinitæque perfectæ, non propterea non ſunt dicendæ formaliter non perfectæ. Etenim quod diximus de formali & infinita perfectione locum habet in ente abſoluto, at in relatiuis non item relatiua, nanque entia non ſunt dimetienda ex canone abſolutorum imo diuerſum ſibi vendicant canonem ſeu regulam, quippe ſunt entia alterius generis, nempe quia ſunt ad aliud. Decerno igitur quantum mea fert ſententia proprietates perſonales eſſe perfectiones quaſdam relatiuas.

Argument. contra Scoti placitum.

Et in genere ſuo relatiuo formaliter ſunt perfectæ, nam vnumquodq; ens in ſuo genere formaliter eſt actus quidam & habet ſua formaliter perfectionem: abſtrahas nanq; quamlibet paternitatem, à ſuo tamen intrinſeco eſſe abſtrahi nequibit: at vero eſſe ſibi intrinſecum perfectio quædam eſt, quia actus quidã

3. eſt. Et mirum mihi videtur ſi paternitas humana ex contentione alicuius perfectio negetur eſſe, etenim aliquid eſt formaliter relatio, ergo formaliter eſt perfectio quædam relatiua, quam neceſſario ſibi vendicat ex proprij generis natura, vt paulo poſt hoc exponemus. Et nihil mea refert quod paternitas in

4. humanis eſt communicabilis multis, & diuina perſonaliſque paternitas ſit incommunicabilis. Nam finge etiam paternitatem Petri eſſe incommunicabilem, nihilominus perfectionem ſibi intrinſecam qualem, qualem habet, quia eſſe quoddam relatio eſt, ideo ſibi natiuum perfectionis gradum, neceſſario &

5. formaliter vendicabit. Quaſi vero proprietates indiuiduales creatæ, qa indiuiduales ſunt, ideo ablegant à ſe ſuas indiuiduales perfectiones id quod ego non arbitror. Quamobrem relationes originis quæ ſunt proprietates perſonales, & indiuiduantes (vt ſic dixerim) diuinas perſonas, formaliter ſunt perfectiones quędam relatiuæ. Et quia vltra hoc habent, quod

Relationes diuinæ ſunt perfectæ perfectione relatiua formaliter.

conſtituant perſonas formaliter infinitas. Nã paternitas cõſtituit patrem, & filiatio filium, & demum ſpiratio paſsiua Spiritum ſanctũ, propterea ſunt formaliter infinitæ, quæ perfectæ, aliàs vt ſecundum Scoticum commentum planè intelligemus iſtam conſtitutionem perſonalem? Nam qui fieri poterit vt relatio originis, quæ de ſe non eſt infinita formaliter conſtituat perſonam formaliter infinitam? nanque patris perſona eſt formaliter infinita, itidem & perſona diuina filij, &c. Neque ſubinde pater eſt perfectior filio, quippe etiam ſi aliqua relatiua perfectio ſit in patre quæ non eſt in filio, item aliqua in patre & filio quæ non eſt in Spiritu ſancto non propterea perfectior eſt vna perſona alia etiam relatiuè. Quippe ſi paternitas eſt in patre & non eſt in filio, item filiatio eſt in filio, & non in patre, item ſi ſpiratio actiua eſt in patre & filio, ſpiratio paſsiua eſt in Spiritu ſancto. Itaque nulla abſoluta perfectio eſt in vna perſona, quæ in altera deſideretur. Cæterum relatiua perfectio eſt quædam in vna perſona, quæ non eſt in alia, at eo non eſt vna perfectior altera, quia in altera eſt alia æqualis ſibi correſpondens perfectio, forte tamen adhuc hæc non abſoluunt mentem tuam, quia promptum eſt in patre & filio eſſe plures relatiuas perfectiones quam in Spiritu ſancto, nam ſunt paternitas & filiatio, & ſpiratio actiua, quibus omnibus nulla correſpondet perfectio relatiua in Spiritu ſancto niſi ſpirationi actiuæ, at dices huic obiecto paternitatem & filiationem, & actiuam ſpirationem, realiter & eſſentialiter idem eſſe, & non eſſe plures relationes, niſi ratione vt ſupra oſtendimus.

Admodũ notato ad relationes diuinas.

Porro obſeruabis vt in abſoluto ſit tibi quid hactenus voluerim, & ne hęreas in ambiguo, & calumnieris forſitan quod non aſſequeris, relationes originis bifariam expendendas aut ſecundum quòd ſunt proprietates perſonales conſtituentes perſonas relatiuas, aut quatenus habent eſſe relatiuum duntaxat. Si primo conſiderentur modo, illas cenſui eſſe formaliter infinitèque perfectas, quia conſtituunt perſonas formaliter infinitas, & nihil finitum conſtituit infinitum, aut quod neque eſt finitum neque infinitum conſtituit quod eſt formaliter infinitum. Sin vero ſecundo expendantur modo non qua ratione conſtituunt, ideſt, ſi conſiderentur vt ſunt relationes, eſt aduertendum in relatione eſſe duo, & eſſe eius, & rationem eiuſdem. Quod enim habeat eſſe promptum eſt, quia non eſt nihil, igitur eſt aliquid. Nam ens deſcendit in decem prædicamenta, quorum alterum eſt ens ad aliquid, & cum dico ens relatiuum, aut ens ad aliquid, duo ſignifico, primo ens deinde ad aliquid, quod perinde eſt atque ſi dixeris ad aliquid ad aliud. Et quia ens & bonum conuertuntur vt ens deſcendit in decem prædicamenta, ita &

Relationes originis bifariam expẽdendas.

In relatione ſunt duo.

bonum

bonum, quapropter ens ad aliquid bonū est. Et quia bonum & perfectum se mutuo consequuntur perfectum etiam, est ad aliquid, quia ergo relatio habet esse & secundum suum esse necessario est aliquid quia non est nihil, propterea relatio secundum esse secundum quod est aliquid bonum est, aut bona est, proinde perfecta est secundum genus suum. At vero ratio relationis non est esse aliquid, sed esse ad aliquid. Vnde aliud est esse relationis, & aliud ratio eius, vt scitè tradidit Thom. 1. part. quæstione. 28. articulo. 1. & in hoc. 1. sentent. distinctione. 20. articulo. 1.

Aliud esse relationis aliud ratio eiꝰ nocatur esse relationis existere.

Quapropter secundum rationem sibi propriam relatio non est denotans perfectionem aut imperfectionem, quia secundū hanc non est aliquid sed ad aliquid, quæ si cluceris tibi sublucebit veritas quam venamur: & probè intelliges quæ diximus. Etenim relatio diuina secundum esse suum est in aliquo, & non ad aliquid. Est rursum proprietas personalis vel indiuidualis, vt paternitas est in patre, & filiatio in filio, &c. Et secundum hoc esse relationis secundum quod est aliquid & in aliquo, nempe singula relatio originis in singula persona est prior se ipsa secundum rationem relationis. Vnde docuit Thom. relationem captam absolutè esse consequiam ad se ipsam vt constituit personam in. 1. par. quæstione. 40. articulo. 4. id quod subaudi esse priorem secundum modum intelligendi nostrum (vt sæpe censuimus) & mea sententia vocat relationem absolute ideſt secūdum quòd est ad aliquid: id quod relatiua ratio est. Vocat autem relationem vt est constituens relationem consideratam secundum quod est aliquid vel in aliquo. Et prius est iuxta nostram considerationem relationem esse aliquid quā ad aliquid vt diximus. Quare diuina relatio secundum quod est ad aliquid non est perfecta aut imperfecta, non propter Scoticum placitum, quia indiuidualis & incommunicabilis est, sed potius quia relatio sub ratione relatiua non est aliquid, sed ad aliquid. Idcirco ratio relationis vtrumque excludit & perfectum & imperfectum vt ex Thoma colliges in. 1. par. quæstione. 28. articul. 3. quo loco relationem scitè autumat non significare perfectum, id quod verum est de relatione secundum relatiuam rationem, vt non semel meminimus. Et denique non est figendus scopus in huiusmodi negotio, videlicet ad incommunicabilitatem proprietatum, vt propter hanc causam dicamus illas non esse formaliter perfectiones, vt Scoto arrisit loco indicato: sed ad rationem relatiuam. Etenim spiratio communis patri & filio, communis equidem est patri & filio, & est relatio originis, igitur si communis duabus personis infinitis, quid ni erit formaliter infinita, si argumentum Scoti viribus plenis constitisset? Et interest, nihil si contenderit quod non est communis tribus, nam istud quantum est vt eius ratio sit habenda? quandoquidem satis est spirationem communem non esse proprietatem personalem, quippe quæ eadem est patri & filio, est igitur perfectio formaliter infinita. Id quod Scotus non recepit de relationibus originis, at nostro hoc argumento trahitur, quantum mihi videor vt recipiat.

Aduerte argumentum contra Scotum.

Quibus libratis ad amussim omnibus, non est operosi negotij aduertere relationes diuinas secundum primam relationis considerationem esse sane perfectiones relatiuas & non absolutas, diuinarum personarum. Neque video quid terriculi hæc habeat concessio. Etenim citra scrupum est si tatearis in patre esse proprietatem relatiuam quæ non sit in filio, cur ergo reformidabimus itidem esse relatiuam perfectionē in patre quæ non sit in filio? itidem de paracleto. Quando vt diximus, huiusmodi proprietates personales esse perfectiones siue indiuiduantes personas siue relatiuas. Neque propterea vt commemorauimus, pater est perfectior filio, quia filius etiam habet suam relatiuam perfectionem realiter, & formaliter, quam non habet pater. Et re vera rem hanc pensiculatam exactius hæsitabit catholicorum doctorum nemo. Rationem scilicet principij actiui esse formaliter perfectionem: at in patre est ratio principij actiui quæ non est in filio, ergo aliquam perfectionem fateri oportet in patre quæ non est in filio non equidem absolutam, quia omnes tres personæ vna & eadem sunt absoluta essentialisque perfectio: at relatiua est hæc perfectio. Et rursum generandi actio nonne perfectionis est? & spirandi similiter? Quis enim audebit inficiari generare filium æternum, & homousion generanti neque esse perfectionis aut imperfectionis? itidem & spirare, igitur si generare perfectionis est & hoc competit patri & non filio, itidem & spirare perfectioni tribuendum est, quia est producere personam Spiritus sancti infinitam, & congruit sane patri & filio, & non Spiritui sancto

1. *Ratio.*

2. *Ratio.*

3. *Ratio.*

Exponitur Thomas.

Scotus elidi tur.

Exponitur Thomas.

sancto. Quid ergo mirum si dixerimus aliquam perfectionem relatiuam esse in patre & non in filio? Neque quia pater generat & non filius, (etiam si generare tribuendum sit infinitæ perfectioni) proinde verum est patrem esse perfectiorem etiam relatiuè filio. Nam si pater generat filius generatur, & tanta est in filio perfectio generari à patre generatione æterna quanta in patre generare. Item & de spirare dicito. Et quod dominus dixit referēte Luca, beatius est dare, quam recipere in actionibus ad extra verum est, in quibus nobilior est conditio agentis, quam recipientis: at in diuinis æquè beatus est pater dans diuinitatem filio, atque filius recipiens vel quasi recipiens. Adhæc relatio diuina est subsistens. Vnde in edicto Papæ Ioannis secundi transmissio à Iustiniano Augusto est confessio fidei Iustiniani quæ fatetur in sancta Triade tres esse subsistentias: & vnam naturam. Nam natura (ait) communem habet denotationem, at vero subsistentia indiuidualem seu specialem, id quod probatum habet ex decreto orthodoxorum patrum, habes in Tomo primo Conciliorum ad finem. Docemur igitur tres esse subsistentias diuinas, quia sunt tres proprietates personales. Itidem in Epistola Sophronij annexa Constantinopolitanæ Synodo sextæ eadem est confessio. Si ergo relationes istæ diuinę sunt subsistētes, & subsistere haud dubiū perfectio est, igitur proprietates istæ relatiuæ perfectionem habent, vt tales. Non equidem vt penduntur secundum relationem relatiuam, quæ est ad aliquid, quippe hoc modo non subsistunt vt sunt ad aliud: sed subsistunt vt sunt aliquid & in aliquo, quia non sunt in personis vt accidentia illis cohærentia, sed vt subsistentia. Quare persona diuina non est aliud quam relatio diuina subsistens, & quælibet persona sua singulari & indiuiduali relatiuaque gaudet subsistentia. Et demum personales istæ proprietates relationesvè diuinæ subsistentes adorandæ sunt adoratione latriæ: canente Ecclesia in festo beatissimæ Triadis vt in personis proprietas, & in maiestate adoretur æqualitas. Si autem istæ proprietates multius essent perfectionis aut imperfectionis cur essent adorandæ? Neque euasio iusta est si dixeris, quia sunt Deus verus adorandæ sunt, rectè quidem ob eam causam sunt adorandæ: at Ecclesia Iesu Christi inter proprietates personales, & maiestatem diuinitatis distinxit, & vtraque iubet adoranda. Quia proprietas personalis etiam secundum proprietariam rationem adoranda est, quæ tamen ratio distincta est à maiestatis diuinæ ratione, quia hæc communis est, illa vero particularis seu singularis, si mauis vt correctior sit sermo, quemadmodum ex Iustiniana confessione fidei paulo ante referebam. Vnde tibi excipe argumentum Caietani in. 1. part. quæstione. 28. articulo. 3. iunceum esse ex eo (ait) relatio diuina non est perfectio, ne si istud astruamus aliqua perfectio erit in vna persona, quæ non in altera. Quia re vera etiam si perfectio relatiua patris non sit in filio, hoc non indicat imperfectum filium, quia filio illa perfectio non deest, neque illa caret, quia illi competere non potest, ideoque nullius est imperfectionis in filio illam relatiuam patris non habere perfectionem: vt nihil detrahit humanæ perfectioni quòd alis non donetur. Nam alis potiri, auium est non hominum, quidquod vt sæpè diximus perfectioni relatiuæ vnius personæ, alia correspondet in altera persona, neque sunt plures relatiuæ perfectiones in patre, aut filio quam in Spiritu sancto. Nam quanquam in patre sit paternitas, atque spiratio actiua, non sunt plures relatiuæ perfectiones quia vt sæpe admonimus realiter sunt vna relatio: itemque filiatio & spiratio actiua: idcirco sunt vna relatiua perfectio realiter, & essentialiter, tametsi secundum rationem distinguantur, vt suo loco demonstratum est. Decreuit porrò Durandus in. 2. sentent. libr. 34. quæstione. 1. respondens argumento primo relationem conuenientis esse formaliter perfectionem. Nanque perfectio rei est quædam habitudo conuenientis, & perficientis rem. At vero nullæ conuenientiores sunt relationes quam diuinæ: nihil mirum igitur, si illas dixerimus esse perfectiones relatiuas ad sensum denarratum, & Gabriel in. 1. distinctione. 19. quæstione. 1. ad finem audentius ad huc loquitur, aliquam magnitudinem esse in patre, quæ non est in filio: quia est proprietas relatiua in vna persona quæ non est in alia. Magnitudo autem in diuinis non molis est, sed perfectionis, & ex vsu loquendi sanctorum ad essentiales & absolutas perfectiones refertur. Ideò dixi audentiorem fuisse Gabrielem. Quanquam autor hic de magnitudine relatiua quæ est relatiua perfectio sub intellexit iuxta ea quæ hactenus disseruimus. ℂ Iam vero vt rem hanc pro modulo nostro absoluamus totam exqui-

Pater neq; relatiuè neq; absolutè est perfectior filio.

Quarta ratio.

Relationes diuinæ sunt subsistentes.

Subsistentia & natura.

Diuina persona est relatio subsistēs.

Quinta ratio.

Proprietates relatiuæ adorandæ.

Argumentū Caietani futile.

Durādi placitum probatur.

Vt intelligendus sit Gabriel.

Aduertendum dubium de infinitate relationum.

exquirere breuiter opportunum erit, si istæ relatiuæ perfectiones sint simpliciter infinitæ. Et dubio procul ne multis morer lectorem, sunt simpliciter infinitæ, quippe quæ diuinæ sunt. Et perfectio simpliciter infinita est quæ nullam claudit imperfectionem, & equidem perfectio est quædam in tali aut tali genere, vt esse hominem, aut equum, cæterum quanquam hæc in genere animalium optima sint, non tamen simpliciter sunt optima, est igitur simpliciter perfectio quæ est optima simpliciter. Quia nullam secum conuehit imperfectionem vt esse, viuere, intelligere & hoc genus alia. Quapropter cum diuinæ relationes nullam secum conuehunt imperfectionem sunt pronunciandæ simpliciter infinitę. Etenim infinitæ est perfectionis generare personam infinitam, aut generari consubstantialem infinito, itidemque spirare personam infinitam.

Perfectio simpliciter quæ.

Locorum sacrorum elucidatio.

Porrò autem si hæc quæ longo sermonis abcessu protraximus mente concepta tenes, argumenta ex locis sacris petita obrues facile. Nam rigor illorum lentescit totus, nã primus locus est ab Hilario intellectus, patrem esse maiorem filio, secundum autoritatem paternam. Nam pater à nullo recipit, at diuinitatis in filio, & in Spiritu sancto fons est. Ideo censuit sanctus hic patrem esse maiorẽ filio, vt inter differendum exponebamus. Neque fuit Hilarius huius rei assertor primus, quippe apud Dionysium eandem sententiã quanquam magnificentioribus verbis experieris vt sæpè commemorauimus supra. Porrò Augustinus noluit intelligere locum istum nisi secundum formam serui, & non secundum formam diuinitatis. Pater igitur maior est filio quatenus filius est homo, & literæ contextum si exploratum habueris perspicuum hoc tibi videbitur, dominum sermonem habere de se ipso quatenus homo est. Præcedentia accipe, si diligeretis (ait) me gauderetis vtique quia vado ad patrem. Subdit quia pater maior me est. At vero abire ad patrem erat Christi, non vt Deus, quippe vt Deus non poterat ire ad patrem: nam erat simul ab æterno cum patre: ego in patre (ait) & pater in me est Ioann. 14. Superest igitur vt locum intelligamus de Christo vt homo est. Nam vt homo cœlestia triumphans, de mundo petiuit regna, rectè igitur Augustinus libro. 83. quæstion. docuit circunstantiam scripturæ illuminare sententiam. Secundus locus dilucidabitur facile si consideras tres personas diuinas esse vnum verum solumque Deum. Quamobrem & pater est solus Deus, & filius est solus Deus, & Spiritus sanctus. Quapropter cum patrem appellat solum Deum non se filius poterat excludere: qui est vnus Deus cum patre. Imò se expresit Deum esse subdens, Et quem misisti Iesum Christum filium tuum vnigenitum subaudiens. Et paucis interpositis clarifica me pater tu (inquit) claritate ea quam habui apud te antequam mundus fieret. Id quod cœternitatem filij cum patre nõ obscurè docet. Tertius locus ex Paulo expletus iam est ex respõsione secũdi loci, nam solus potens est pater, & filius est solum potens, nam solus non excludit coessentialia sed forinseca. Quarto respondetur Apostolicum esse sensum Christum esse genitu à Deo patre ante omnem creaturam. Et ad hunc modum elucidauit locum hunc Ambrosius. Et circunstantia loci locum illuminat, subdit nãque Paulus in ipso condita sunt omnia, idest, per ipsum, idest, Christum Deus pater vniuersa condidit Ioan. etiam cõtestante. c. 1. omnia per ipsum facta sunt. Quinto loco respõdebis vt respõsum est dist. 15. & 16. missio enim qñ ad diuina transfertur, non superioritatẽ denotat in mittente, sed originẽ. Sexto testimonio dices filium nõ pendere à patre, quia patri est homousius: at vero quia diuinitatem & potentiam à patre susscepit, ideo se non facere quidquam nisi quod viderit patrem facientem testatur. Nam opera Trinitatis ad extra, idest, quæ circa creaturas administrãtur, diuidi aut secerni nequeunt. Ideo quod filius facit & pater cum Spiritu sancto itidẽ faciunt. Septimo vero loco dicito secundum regulam Ticonij ab Augustino probatam pleraque multa de Christo leguntur quæ membris Christi sunt conuenientia. Post diem igitur illum nouissimum Christus traditur subiectus Deo patri: non quia vt homo aliquãdo fuerit filius patri rebellis: at quia tunc membra Christi pace fruentur æterna, & plenissimè Deo subdẽtur, quia mors erit absorta per Christi victoriam. Modo enim nõ tanta gloriantur subiectione erga Deum, quia Apostolus clamat. Infœlix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius ad Roman. 7. & secunda ad Corinth. 12. expostulat cum Angelo Satanæ quod ab illo colaphis cederetur. Octauus absoluetur locus patrem sane non esse beatiorem filio quia vna beatitudine ambo cum Spiritu sancto fruuntur etiam si filius à patre habeat diuinitatem. Ideoque locus

Ad. 4.

Ad. 5. locũ.

Ad. 6.

Ad. 7.

Notabilis reg. Tico nij.

Ad octauũ.

Intelligẽtia secundi loci.

ille

ille quem dominus Iesus docuit de actionibus externis intelligendus venit, nō de actionibus diuinis ad intra. Nono argumento supra responsum est pleraque esse testimonia diuinitatem Spiritus sancti indicantia: quæ supra congessimus, sat sit illud indicasse modo ex veteri pagina, spiritus domini repleuit orbem terrarum. Nam replere omnia diuinitatis est solius. Et de quæstione hac hæc commemorasse satis sit, nam cætera patent. Scito tamen vetus esse quod retulimus hæreticorum argumentum non extat in scripturis, ergo orbatur fide. At vero Lutherus, & Philippus Melanchthon peccatum originale fatentur, & doceant ipsi vbi est expressum hoc nomen in scripturis originale peccatum. Est sanè vnde clare colligitur non tamen vbi exprimitur: ità dicito quod & si vox persona, non exprimatur in scriptura Dei, at exprimitur vnde clarè colligitur scilicet ex nomine patris, & filij, &c.

Ad.9.

Vetus argumentū hæreticorum retorquetur in hæreticos.

DISTINCTIO DECIMASEPTIMA, cuius initium est.

Iam nunc accedamus ad assignandam missionem Spiritus sancti.

Disputatio prima. Num charitas infusa seu creata nobis sit necessaria.

1. Argu. 1. Ioan. 4.

IN PRIMVM VIdebitur alicui fortasis nō esse necessariā, etenim ꝙ creator sit creatura esse non potest, at charitas est creator Ioan. testāte Deus charitas est, ergo creari non potest. Non solum igitur non est necessaria charitas creata, imo fieri nequit vt creetur. ¶ Secundò idem colligendum videtur, nam beati vident Deum, non per aliquam speciem intelligibilem creatam, sed Deo illabente in mentes sanctorū potentes redduntur qui beata visione Deum cernant, similiter igitur Spiritu sancto illabente in viatrices mentes habiles reddentur, quæ Deum super omnia ament. ¶ Tertiò prophetæ non ex prophetico habitu prophetizant, sed ex assistentia duntaxat sancti spiritus, illustrante suo dono, illorum corda, igitur & qui diligunt Deum non ex habitu charitatis hoc præstabunt, sed satis illis erit si Spiritus sanctus illis assistens, illorum liquet corda in diuino amore. De prophetis vero quod diximus opertum est in scripturis. Eliseus enim dixit se nescire sunamitidis negotium. Nempe quia dominus retraxerat propheticum lumen ab Eliseo, ergo non ex habitu prophetāt prophetæ, quia si ex habitu prophetarent ad manum illis esset prophetare, quando animo insedisset: nam habitibus vtimur cum volumus. 3. de anima comm. 18. ¶ Cui quoque simile est fideles quamlibet si capias diuinorum amantissimos, sæpè conari ad diuina dulciter affici, & nequeunt, imo sæpè tepidos esse se conqueruntur, at si charitas habitus esset, & ex charitate habituali amarent super omnia Deum, promptum illis esset quando volent, ad diuina feruenter affici, id quod non experimur. Et confirmantur hæc quia Apostoli non depellebant dæmonia exhabitu, aliquando enim operam dederunt vt depellerentur, & non præstiterunt. Quibus dominus ait Matth. 17. genus hoc dæmoniorum non eijcitur nisi in ieiunio, & oratione, quòd si hæc & similia non præstantur ex habitu, sed ex diuina assistentia, de charitate idem iudicium videtur proferendum.

2. Argu.

3. Argu.

4. Reg. 4. & 4. Reg. 3 4. Argu.

5. Argu.

¶ In contrarium est Pauli oraculum ad Rom. 5. charitas (ait) Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis. Vbi duo sunt notanda, & Spiritum sanctum dari & charitatē diffundi: igitur præter assistentiam Spiritus sancti est habitus infusus charitatis collatus à Deo nobis.

Argumentū in cōtrariū.

Disputatio hæc ortum sibi cœpit à Magistro senten. cuius placitum in dist. hac extat, charitatem qua diligimus Deum esse Spiritum sanctum, qui humanæ menti se se copulans illam facit diligere Deum super omnia, tanti nanque fecit amorem diuinum Magister quantum creatori, & non creaturæ esse tribuendum decreuerit. Et argumenta quæ fecimus in principio hanc suadent sententiam, & illi suffragatur locus Pauli qui adhæret domino vnus spiritus est. 1. ad Corint. 6. ergo per Spiritum sanctum nos hæremus Deo per charitatem. Et Magistri fautores eiusdem explicant sententiā propositā ostensione hac. Lux enim in se ipsa lux est, at in corpore opacco infixa aut residens, aut vt rectius dixeris, illi vnita color est, alioqui vna lux est, ita secundum se consideratus Spiritus sanctus, Spiritus sanctus est, & non est charitas, qua Deum diligimus, at vero vt mentibus copulatur humanis est illarum charitas. At citra mutationem eius.

Magistri placitum de charitate.

Magister exponitur.

eius. Nam lux non mutatur propterea q̃ corpori opacco vniatur. Ego verò aptius exemplum petam ex Auerroe. 3. de anima, & in. 2. disputatione contra Algazellum. Auerroi enim vnus est intellectus omnium hominũ: & hic intellectus est substantia separata in seipsa quidem inuariata, at vero vnitur humanæ phantasiæ, & quia varia est phantasia, seu hominum imaginatio, ideo variæ sunt intellectiones, varijque gradus intelligendi. Ad quem propemodũ vnus est Spiritus sanctus qui mentibus sociatur humanis, verum quia voluntas humana varia est ideo actus nostri diligendi Deum varij sunt. Nam alij feruentius amant, alij vero segnius, & si motor ad amorem vnus sit Deus. Et vt Marsilius tradidit hoc magistri decretum longo tempore potitum est assertoribus, & patronis. Et Scotus hac distinctione fixum non habet si ita senserit Magister, vt verba Magistri sonant negantia charitatem creatam in nobis. Et Durandus distinct. hac quæstione. 2. indicata sententia Magistri & rationibus illi adiectis à fautoribus, conclusionem neque probat, neq; improbat: at rationes suffragantes ostendit non esse validas. Et Bonauentura distinct. hac quæstione. 1. non audet placitum Magistri de errore arguere, ait enim Magistrum defecisse & non erasse.

Intellectus exemplum aptissime exponens Magistri placitum.

Scotus Magistrum beneuole exposuit.

Iam vero opus facto esse arbitror vt explo ratam habeas hanc sententiam, illam quoad licuerit discernere. Nam qui malè discernit placita autorum, de illis non potest benè decernere. Primum igitur Magistri placitum non de actu nostro amandi Deum meritorio audiendum venit, neque vnquam censuit Magister actum hunc amoris qui à nostra voluntate procedit, esse Spiritum sanctum, nam actus hic creatura est, & augetur & minuitur. Nam scriptura docente gradus sunt dilectionis diuinæ. Lucas enim testis nobis est irrefragabilis, cui plus (ait) dimittitur plus diligit, at Spiritus sanctus gradibus istis distingui nescit. ¶ Secundò obseruandum est apud Magistrũ Spiritum sanctum non esse formam inhærentem nobis vt amemus Deum. Nanque si ita sensisset diuinæ simplicitati planè detraheret, quæ non sinit Deum componi ex aliquibus, aut alia à se componere. At si Spiritus sanctus esset charitas nostra, seu forma nobis inhærens, nostram componeret mentem: id quod hæretica est assertio, si quis assereret. ¶ Tertio annotabis apud Philosophos celeberrimos non esse durum sermonem affir-

Decisio. q.

Luc. 7.

Gradus dilectionis in actu sunt nõ in Spiritu sancto.

Obserua Magistri ut exponeatur placitum ex obseruationibus quatuor.

mantem Deum esse rerum formam extrinsecam, vt dominus est forma, & perfectio, extrinseca famulorum: id quod affatim monstrauimus agentes supra de diuina simplicitate. Vnde ratus est Magister nos diligere Deum non ex aliqua forma intrinseca, idest, cohærente nobis, at ex Spiritu sancto, qui erat nobis veluti forma extrinseca simul cum nostra voluntate producens actum diligendi Deum. Nam actus dilectionis necessario Magistro est credendus voluntarius, quippe qui meritorius est. ¶ Quarto aduertes de charitate Magistrum hæc commentum fuisse, non tamen de fide, aut spe, aut de gratia gratum faciente: vt Durandus sibi persuasit quæstione. 2. huius distinct. asserens proculdubio gratiam habitualem infundi à Deo ex Magistri dogmate in. 2. sentent. Et Durandus locum non indicat, tu lege Magistrum. 2. sent. distinct. 26. quo loco planè videtur gratiam concedere infusam, legebat enim Magister Deum esse charitatem, non tamen esse gratiam, aut fidem, aut spem. Item aduertebat gratiam non esse operatricem, charitatem vero excellentissimo frui munere diligendi Deum super omnia: multisque alijs decoratam esse dotibus quas Paulus prosequitur. 1. ad Corinth. 13.

Gratia gratum faciens est infusa apud Magistrum.

¶ Ad hanc porrò Magistri opinionem cõsequium est omnes homines Angelosque Deum amare eadem numero simplicissimaque charitate, quia omnes diligunt charitate quæ est Spiritus sanctus, & non est firma collectio, si aduerseris, ergo omnes Deo æquè sunt chari, quia vnam & eandem charitatem habent, diceret enim Magister aut qui ferre illi volet patrocinium, non esse æque charos. Nam differentia amoris non ex Spiritu sancto est captanda, qui vnus est: at ex differentia liberi arbitrij. Nam actus actiuorum sunt in patiente benè dispositio. Et quanto dispositio est aptior, tanto actio est vehementior, vt ex Auerroistico dogmate si memoria non excidit, diximus, variam esse intellectionem non ex intellectu agente, qui vnus est, at ex susceptientium varietate. Aut postremo dicet, Spiritum sanctum non vno modo vniri mentibus nostris, nanque pro sua mirabili dispensatione varie seu multifariam vnitur, vnde quidam promouentur ad excellsiorem erga Deum amorem, quam alij. Contra Magistri hoc decretum mirum est quam inludant Theologi curantes illud euertere, ego tamen nullam adeò cornutam rationem, aduerto

Agitur contra Magistrũ ex multis rõnibus.

quæ hoc placitum prorsus impetere, & prosternere valeat. Nanque sunt qui buccinant illud argumentum, non potest homo ex non charo fieri charus nisi media mutatione, hæc autem mutatio, non est in immutabili Deo, ergo erit in homine. Rursus homo iustus dormiens est Deo charus, & actu non diligit, ergo habitu diligit per charitatem habitualem. ¶ Præter hæc si alios habitus infusos concessit Magister, charitatem cur negat? Et ad hanc formam si vacat, multa numerabis argumenta. Primo autem argumento vt Durandus tradidit loco indicato dici poterit, vt homo fiat ex non charo, charus Deo, nihil opus facto est quòd mutetur voluntas ex non habente habitum charitatis in habentem, nã esse charum est denominationis extrinsecæ. Vnde esse fidelem & sperantem, fieri nequit citra habitus intrà hærentes penetralibus nostris: de charo vero non item. Solum nanque quia diliguntur à Deo illi sunt chari. Nam prior est dilectio diuina natura saltem quam charitatis aut donorum infusio, quia propterea infundit Deus dona quia diligit, prius igitur est diligere Deum, quam nos affici cœlestibus charissimatibus. Ego vero Durando non acquiesco hac in re: nanque charitas est amicitia quædam Dei erga homines, & hominis erga Deum, quapropter fieri nequit vt sit charus vel amicus aliquis, ex denominatione solum extrinseca. Probe enim Aristotel. censuit amicitiam esse non latentem mutuam beneuolentiam. 8. ethicor. capitulo. 2. Et necessariò amicus est amico, amicus. Aliud nanque est esse dilectum, aliud esse charum, siue amicum; nam multa sunt nobis dilecta quæ non sunt chara. Iubet enim dominus diligite inimicos vestros: sunt ergo inimici dilecti nobis, non tamen chari, quia charitas est amicitia, quæ est mutua beneuolentia: si ergo non sunt amici, neque chari. Esse ergo dilectum, aut amatum, denominationis sæpè extrinsecæ est, vt amamus vina, & sunt nobis amata alimenta, & ab extrinseco hæc dicuntur amata, vt inimici sunt etiam amati ab extrinseco, aliud nanque est beneuolentia sola, aliud est amicitia, quæ est beneuolentia mutua non latens. Et non omnes erga quos beneuoli sumus, sunt amici, vt patuit. Quamobrem alia est argumento adhibenda aptior solutio, cui dicito hominem fieri ex non charo, charum Deo, quia etiam si non esset infusio charitatis, est tamen noua dilectio ex voluntate hominis recens iustificati, & ex Spiritus sancti assistentia procedens. Paruulum vero lustratum aqua baptismi si obiecteris fieri ex non charo, charum Deo, at dilectio in paruulo desideratur. Respondetur paruulum & adultum donari gratia habituali, quam Magister non negat infundi, ideoque fit transitus tunc de contradictorio in contradictorium: est mutatio tamen in creatura, quia perfundetur gratia habituali qua prius homo expers erat. Iuxta quem ritum argumentum solues de iusto dormiente, qui lata differentia discrepat ab iniusto. Nam iustus est gratus Deo tantisperdum dormit, quia gratiam habitualem sibi conciliatam habet: quam iniustus non conciliauit. ¶ Similiter & argumẽtum aliud quod in Magistrum torquent neotherici Theologi, si charitas infusa tollitur, iam non esset meritum in potestate nostra, nam principium merendi est Spiritus sancti assistentia, & hęc non est nostri iuris, prompta nanque est huius obiecti dilutio ex præscriptis. Quia gratia gratum faciens est iustis hærens, & hæc satis est merito. Quidquod Spiritus sanctus se facit esse nostri iuris vt per nos stet si volumus non mereri, non per illum. Demum hæc argumenta non sunt tanta quanta sat sint euertendo Magistro. ¶ Iam vero quale quale fuerit quondam Magistri placitum, mihi modò curæ non est: quodque non fuerit olim improbabile non inficior. At post decretum Concilij Tridentini non esse probabile neque tutum hanc Magistri defendere sententiam mihi videor. Quæ omnia vt in absoluto seu numerato habeas accipe quas teneas conclusiones.

Prima conclusio, si potentiam Dei absolutam consideres, illi subiacet hominem & Angelum facere sibi gratum citra habitum infusum. Hæc recipitur à bona parte Theologorum quibus ego astipulari non dedignor. Et promptum est argumentum, quippe nihil inuoluit contradictionis, cogitare hominem Deo gratum citra infusionem alicuius habitus: Deo quoque charum esse citra charitatem infusam, per solum actum diligendi supernè donatum: quanquam citra habitum infusum charitatis, vel actum poterit à Deo fieri hominem sibi esse dilectum, at charum vel amicum neutiquam. Nanque charum illum dixi superius, qui amicitia cum Deo nectitur, at amicitia sine correspondente actu dilectionis vel habitu (nisi abusiuè loquaris) nulla est. Vnde paruulis adest charitas habitualis,

Obiectio soluitur in fauorẽ Magistri.

Soluitur aliud argumẽtum.

Post decreta Tridentina non est probabile dogma Magistri.

1. Conclusio.

Nihil repugnat hominẽ fieri Deo charũ citra habitum infusum.

Diluuntur obiecta contra Magistrum.

Durandus carpitur.

Aliud dilectus aliud charus.

Inimici sunt dilecti propter Deum non tamen amici.

tualis, ex qua actu non extante Deo grati sunt, atque chari. Et Lutherus pessimè philosophatur, & multo peius Theologizat, asserens in paruulis ex sacro prolatis fonte, actū fidei, etenim si actum fidei illis donat, cur nō actum charitatis? Et vbi hoc ipse inuenit in scriptis sacris? Etenim quod dominus ait, qui crediderit & baptizatus fuerit paruulis istis commodè aptabitur, si dixeris paruulos credere eatenus quatenus per anadochos credūt, aut quatenus suscipiunt fidei sacramentum, aut quatenus habitu infuso credunt: vt quartus sententiarum liber Christo duce docebit te. Et equidem hoc miraculo esset dandum, paruulos credere, & amare, & sperare, vt de Ioanne Baptista creditur, porro miracula vera amat Theologus, ficta ridet. Gratum igitur esse denominationi extrinsecæ, fieri potest vt tribuatur, quemadmodum dilectum esse. Vnde prædestinati ante mundi constitutionem diliguntur à Deo, at non sunt Deo amici antequam mutuam reddant Deo dilectionis vicem. Vnde Paulus ait, Ephesijs scribens capitul. 1. elegit nos ante mundi constitutionem. Et electio hæc diuina est dilectio, & demum vt colligebam prius nos diligit Deus quam diligamus Deum. Ioann. attestante. 1. Ioann. 4. prior(ait) dilexit nos: ergo saltem natura prius est Deum nos diligere quam q habitibus cœlestibus perfundamur: ergo separari dilectio Dei ab infusione habituum poterit.

Secunda conclusio ex ordine præscripto à Deo, charitas creata afficit ita Angelicas vt humanas mentes: hanc autem exquirere conclusionem illiusque rimari veritatem non leue est. Scotus enim. 3. sentent. distinctione. 23. credit ex fide probari non posse hæc habituum infusorum traditio. Conabimur tamen vtcunque, illam planam facere, & ante omnia cœlestes consulamus musas, vt veritatem illis consultis audacius proferamus. Et sanè legimus Ioann. 4. dominum dixisse Samaritanæ fiet(ait) fons in eo aquæ viuæ salientis in vitam æternam. Quæramus quis est fons hic qui in nobis diuinitus fit? & omnibus lustratis nullus aptior est quam charitas, qua perfundimur, & imbuimur ex cœlesti munere. Neque Spiritui sancto aptabis nisi proteruè. Nam in concinne dixeris, Deum in nobis fieri fontem aquæ viuæ salientis in vitam æternam. Charitati vero satis concinna est oratio. Est enim charitas meritorum fons, vnde merita saliunt in vitam æternam: quia Deus illa tandem remunerabit coronis æternis. Neque iuuat si dixeris fontem hunc esse gratiam gratum facientem, nam gratia ex propria ratione non est fons fluidus intrinsecus, gratia enim hoc solo contenta est ex nominis ratione reddere gratum habentem, charitas vero communicationem mutuam bonorum operum denotat, id quod dominus suo sermone insinuat: dicens fiet in eo fons, idest, in generabitur in iustis fons quidam intrinsecus sancta manans opera. Gratia demum ex se non est operatoria, vt ergo est fons aquæ viuæ salientis in vitam æternam? Nam fons viuus bullit & iugiter in altum prosiliens fundit aquas. Præter hæc Ioann. 7. cum sermo ageretur de credentibus, subdit. Qui credit in me, flumina fluent de ventre eius aquæ viuæ. Quis sit hic venter, perspicuum est, non esse hunc quem gerimus cibis distentum aluum, at venter hic est mens intus condita. De mente igitur credentis fluent flumina viuentis aquæ. At quale est hoc obsecro? nisi quòd ex charitate nobis donata cœlitus, nobisque hærente, vt fons intro conditus, meritoria opera, vt riuuli largi fluuij, defluunt in vitam æternam. Obserua autem dominum dixisse de ventre credentis, at vero Spiritus sanctus non est venter fidelium. Adhæc quid est quod Paulus ad Roman. 13. docet, Induimini dominum nostrum Iesum Christum? quale arbitraris esse hoc indumentum, num est hominis exterioris, qui corrumpitur? non iudico, sed interioris est hominis, qui renouatur de die in diem. At vero indumentum cohærens est induto, ergo qui induit Christum, eò induit quia virtutibus infunditur supernis, at omnes virtutes sub mota charitate, non sunt Deo gratæ, ergo charitas præcipuum & maximum est hominis interni indumentum. Est enim vestis nuptialis diuidens filios regni à filijs perditionis. Autor est Augustinus. Quibus accedat Paulus. 2. ad Corinth. 1. tria tradens Spiritus sancti erga fideles opera dicens. Qui signauit nos, en tibi primum & vnxit nos, en secundum, & dedit pignus in cordibus nostris, quod est postremum. Et primum si pendis rem istam ostendit, & cætera similiter. Nam qui vngit, in rebus vnctis, non nihil hærens olei, vel aliorum quibus fit inunctio, relinquit. Si ergo Spiritus sanctus vngit mentes fidelium hæc inunctio infusionem habituum præfert. Et quia maxima est, quæ per charitatem fit inunctio, charitas qua inungitur fidelis,

Gratia non est habitus operatori?

Ad Ephe. 4.

Aduerte hæc loca sacra quibus colligas habitum creatum esse charitatem nostram.

hærens illi est. Est enim charitas oleum lætitiæ, cuius ille meminit, qui aiebat, vnxit te Deus oleo lætitiæ præconsortibus tuis. Et re hac libratè expensa, vt Deus oleo creato iusſit Prophetas, & Reges, & vasa sacra vtensilia que templi Salomonis inungi, vt sibi consecrarentur, templa etiam sacratiora quæ sumus nos oleo longè præclariori charitatis infuso superne, satis consentaneum est rationi si credamus inuncta. Quod vero ait & signauit nos, signaculum hoc impressionem in mentibus signatis alicuius formæ inditæ denotat aperte, id quod quidam ad caractherem referunt: quanquam si ad fidei impressionem hoc referas, non errabis. Pignus autem datum in cordibus nostris, manifestò indicat, infusam charitatem, quæ est pignus vitæ æternæ. Imò vt verius dixerim charitas est hæc signatura, quia illa est præcipuum sanctorum signaculum. Sola enim charitas est sanctitatis nota. Itaque Paulus. 3. charitati adscripsit, & quod vngat, & quod signet, & quòd sit vitæ æternæ pignus. Cum quibus annumerabis etiam. 1. ad Corinth. 13. charitatem in numero referri virtutum Theologicarum. At vero si charitas Deus esset vt Magistro collibuit, Spiritus sanctus non esset annumerandus inter creatas virtutes, quas non negat Magister creatas esse, fidem scilicet, & spem. Et ad Galat. 5. fidem docet à Deo probari, quæ per charitatem operatur, sed si Spiritus sanctus est charitas nostra, fides nostra per Spiritum sanctum operaretur, imo per totam sanctam Trinitatem: nam Ioannes Deus dixit, charitas est: & non solum Spiritus sanctus. Porrò abusio est non exigua si dixeris fidem creatam operari per Trinitatem in creatam. Ad hunc planè modum cætera poteris aduertere testimonia. Quod si hæc non te cogunt, cogat Synodi Tridentinæ decretum Sess. 6. capit. 5. decernitur enim hoc loco nos esse iustos per iustitiam formaliter, & exponit hanc iustitiã esse charitatem fidelibus hærentem, quando iustificantur: cæteraſq; virtutes infundi fatetur, & rursum in Concilio Florentino, & nostro Tridẽtino, idẽ traditur sacramẽta Euãgelica causare gratiã: cæteraſq; virtutes per illa fidelibus donari. Cur ergo excludes charitatẽ ab hac sacramentali operatione? Quapropter non arbitror Magistri placitũ iam vertendũ esse in problema, aut relinquẽdũ placito opinãtiũ, quia etiã si in Cõcilio Vienẽsi de Summa trinitate, & fide catholica in. 6. & in. c. maiores extra de baptismo & eius effectu, vt probabilius decernatur charitatẽ cæteraſq; virtutes infundi à Deo: & non dãnetur placitũ cõtrarium: at verò autoritas Tridentini Cõcilij certiorem rem istam fecit, submota dubitatione tradens, charitatem nobis esse hærentem & reperies præter hæc D. meminisse Basiliũ. 2. Homilia ad prouerbia Salomonis virtutes infusas & dona tradidisse quæ vocat salutaria nostræ salutis subsidia.

Charitas ungit, signat & arrhabo est uitæ æternæ seu pignus.

Magistri placitũ non est iam problematicum ut olim erat.

Sunt autẽ quædam rationes quæ idem colligant apud autores sparsæ, quanquã meo arbitratu tenuiter illud præstant. Nam argumẽtum illud actus perfectus est ab agente perfecto, actus autem meritorius est perfectus, & formatus actus, ergo proficiscitur à voluntate non nuda, sed formata habitu infuso charitatis. Non tantum est, quantum erat necessariũ conuincendæ huic conclusioni, tametsi Tho. illo vsus est cõtra Magistrum in. 2. 2. q. 22. ar. 2. Nam eluitur hoc argumẽtum si dixeris, Deo subesse donare actũ perfectũ sua assistẽtia, & motione, sine forma media. Nanq; actum propheticũ quis vetat donari Prophetis excellẽtissimũ sine aliquo habitu infuso medio? imo reuera prophetis nullus adest habitus propheticus. Et tamẽ pleriq; cõpotes fuerũt excellentissimo actu prophetandi, vt Dauid & Esaias, &c. itaq; Deo subest modus, etiã si nobis occultus leuãdi mentẽ ad actus meritorios: imo ad heroycos actus citra habitũ infusum. Quãquam ex stabilito ordine de facto adsit infusus habitus meritis obeundis: videor autẽ mihi methodum philosophicam aduenãdas formas in præsentia non esse nobis auxilio: quia nulla est operatio euidens, quæ colligat charitatem nobis adesse infussam. Etenim si hæc operatio cõspicua esset nobis, conspicuũ quoq; esset nos esse Deo gratos: quod tamẽ latet. Cæterum quædam est mihi satis plausibilis ratio, quæ huic instituto admodum conducit. Et est hæc in actionibus naturalibus istud obseruatur inuiolatè generationem vnius conse qui necessariò ad alterius contrariæ formæ corruptionem. Depulsa nanq; vna forma alia introducitur: vt sensibilis est ostensio in tenebris, quibus depulsis lux micat suo splendore medium illustrans. Iam ergo peccatũ, & charitas ex phrasi scripturæ sunt tanquam lux & tenebra, inuicem nanq; pugnant vt cõtraria, igitur depulso peccato ceu contraria forma inducetur forma contraria charitatis, quam Deus infundit suo munere. Vel vt rectius dicam, ad depulsionem peccati nouo charitatis habitu perfundemur, & ad introductionem

Prophetia donum est transiẽs non habitus permanens.

Methodus Philoso.

ductionem charitatis peccatum explodetur. Hæc quidē ratio satis germana est methodo Theologiæ,quæ ex sensilibus scandere iubet ad spiritualia,& inuisibilia:cui accedat etiam Philosophica schola quæ virtutes acquisitas nostro marthe tradit, vt operationes morales elaboratiores sint,& perfectiores. Præstat nā q; nobis virtus acquisita faciliori & delectabi liori & stabiliori actu potiri.Quæ tria si virtutem subduxeris, desiderabit moralis operatio.Quapropter non abhorret à morali Philosophia , si Theologia etiam tradiderit huiusmodi habitus cœlitus donatos esse nobis, vt operationes meritorię formatiores,seu perfectiores sint.Quanquam reuera facilitas, aut promptitudo,seu delectatio, quam præstant nobis habitus infusi & maxime charitas non est in propatulo. Nam si esset, vt dudum aiebam,propatulum nobis etiam esset charitate hac infusa gaudere,id quod non est in propatulo:imo latitat nos. Et si paruulum baptizatum inter infideles, aut barbaras alias gentes nutrias,nihil ad fidē & cæteras virtutes exercendas se promptiorem fatebitur, imo propositis fidei articulis hæsitabit,aut plane dissentiet,& qui excitatur à culpa Deo propitio, & charitate donatur ad Dei amorem non gratu latur sibi promptitudinem,imo cum Apostolo de sua expostulabit concupiscētia dicens, infœlix ego homo quis me liberabit à corpore mortis huius ad Roman.7. Itaq; non patet oculis nostris perfectio hæc quā actus nostræ voluntatis sibi cōciliant ex charitatis infusione,quāquā credam? illā cœlitus nobis impartiri,vt nostra voluntas illa gaudēs,opera Deo perfectiora pariat , quam pareret illa sublata: & hoc non ex necessitate absoluta, sed ex ordine à Deo taxato. Qui pro sua ineffabili sapientia Sap.1.attingit à fine, vsq; ad finem, & disponit omnia suauiter.Et qui rebus vniuersis indidit sub primordijs mundi formas quibus perfectè se se gererent inobeundis naturę functionibus,is ipse disposuit formas alias lōge sublimiores,rationalibus creaturis donare, vt opera præstarent digna vita æterna : & hasce formas Theologi nostri habitus appellauere infusos,quos Ecclesia satis insinuat voce illa,accende lumen sensibus infunde amorem cordibus:infirma nostri pectoris virtute firmans perpetim. Equidem si amorē infundit, & hæc verba de actu amoris sunt habenda, & non de habitu charitatis,voluntas nostra habet se purè passiuè excipiēs hūc amoris actū, ab Spiritu sancto,hæc autē passiua actus exceptio dilectionis,admodū detrahit voluntario actui & libertati volūtatis , quæ magis actiua est quam intellectus.Quod si ex volūtate nō est,volūtaria nō est dilectio nostra erga Deū, vnde neq; meritoria. Sin verò hæc dilectio à voluntate nostra progreditur vt à principio actiuo vt infundatur non video .Nā quæ à nobis sunt,non infundūtur supernè. Quod si nō infunditur occinnit tibi Ecclesia celebri illo hymno qui canitur solenni die Pentecostes iam indicato. Et in hymno itidem de beatissima Triade idē traditur,Iam sol recedit igneus infunde amorē cordibus.Neq; me latet Henricum Gandensem voluntatem nostrā passiuā esse voluisse ad huiusmodi diuinas operationes excipiendas,& merito tribuit, nō agere dilectionē,sed illam liberè excipere , quia poterit ex sua libertate illi repugnare id quod mihi non probatur,at habet locum hęc disputatio alibi magis idoneū,quod si infusio hæc ad actum non est referenda restat vt de habitu amoris diuini intelligatur qui charitas appellatur.Porrò autē exiistis blaterātes hæreticos nostri temporis ridebis,aiunt enim Christum esse iustitiam animæ nostræ , nō charitatē aut aliū habitum.Et idcirco blaterāt multa insana,scilicet quia hominē pessimū credunt iustificatū,si credat certissimè donata illi peccata ex gratia Dei.Et scisciti qua iustitia sceleratus hic est iustus, respōdēt Christus est huius iustitia.Imò addūt beatos ex sola diuinitate esse etiam iustos.Ad hāc vesaniam desipuit Osiander cū suis Osiandricis : verū apud hos sola fides iustificat, si ergo Christus est iustitia nostra erit etiā fides nostra, per quā credimus. Et siquidem fides est imperfecta notio Dei,Christus erit imperfectus. Imò cū iustitia nostra sit imperfecta idē sequitur si dixeris Christū esse nostrā iustitiam formalē. Dixerim formalē quia meritoriā nemo diffitetur. Quia est iustificatio nostra.1.Corinth.1.

¶Iam verò post prolixā cū Magistro contertationem , supereſt argumētis in principio obiectis satisfacere:& primo dicendū est charitatē esse de numero aliorū nominū quæ de Deo dicūtur,atq; de creaturis,vt sunt sapientia,bonitas,& hoc genus alia.Est autē Deus sapiētia increata,& nostra creata:itidē & charitas quę est Deus est increata & creator:nostra vero est creata. Analogicè autem prædicatur charitas de Deo & creaturis.Ideoq; ab Augustino dictū est.8.de Trini.c.7.qui proximū diligit cōsequēs est vt ipsam dilectionē diligat. Deus enim est dilectio & amor increatus,quē

Tria uirtutis munera.

Virtutes Theologicæ quid seruiūt habentibus.

Habitus infusi unde colliguntur.

Infusio amoris ad actū nō refertur.

Henrici placitum.

Osiandrici reprobātur.

Argumenta soluuntur.

Exponitur Ioannes.

diligit qui proximum propter Deum diligit.

Declaratur Augustin⁹. Et profecto nō solū Spiritus sanctus est hæc dilectio increata vt Magister cōtendit in litera, sed tota beata Trinitas. Nam Ioānes nō dixit solū Spiritus sanctus est charitas, sed Deus charitas est. Quare essentiale nomē est charitas apud Ioannē, tametsi notionaliter Spiritui sancto tribuatur, quatenus est ex amore productus, patris atq; filij. Tametsi in eodē lib. c. 8. impēdiò Augu. videtur fauere Magistri placito. Ait enim in ipsa dilectione fratris vult Ioan. intelligi Deum, & rursum ante hæc verba dixerat magis nouit dilectionem qua diligit, quam fratrem quem diligit. Cæterū hæc & huiusmodi alia non secūdum sermonis proprietatem sunt accipienda, at secundum mitiorem sensum. Nempe ex dilectione Dei fratrem esse diligendum, propterea, ait, Deum esse dilectionem qua fratrem diligimus.

Charitas est essentiale nomen.

Ad secundum. Argumento secundo dices beatitudinē sanctorum, ex specie creata non prodire vt multis Theologis arrisit, quia species nulla creata est quæ Deum exactè repręsentare queat: at vero est prodiens ex lumine gloriæ creato: quod est velut habitus quidam diuinitus elargitus confortans mētes beatas vt capaces sint diuinæ visionis, seu si mauis vt potentes reddantur ad agendam Dei visionem.

Ad tertium. Tertio dices prophetis non impartiri habitū propheticū diuinitus, siquidē prophetię donū inter gratias gratis donatas recēsemus, quæ sunt ad vtilitatē Christianæ reipublicæ. Quare habitus propheticus nō impartitur mā suus, quia tunc demum afficit propheticum lumen quando exigit illud aliorum vtilitas, quæ non semper illud exigit. At verò charitatem necesse est ex diuino ordine habitum stabilem impartiri nobis. Nam exhibetur in bonum proprium habentis id quod semper est necessarium. Nempe vt simus Deo chari, atq; amici: quod si nonunquā euanuerit habitus hic, nō vicio tribuas habitui, sed habenti: qui sponte noluit tam egregio frui hospite.

Ad. 4. argu. Quarto dicito dulcedine affici erga diuina non est opus necessario procedens à charitate, quāquā hæc dulcedo ad diuina est actus feruidæ charitatis, & illā conseruās, & augens: vt rectè Tho. differit. 2. 2. q. 82. ar. 2. cæterū non nunquā charitas hac dulcedine destituitur & feruorē deponit. Et accidit etiā citra charitatē peccatoribus quibusdā vt dulcedine hac afficiātur introrsus, ex particulari auxilio diuino illis impēso. Et demū euidēs nō est huiusmodi dulcedinē ad diuina (quæ vulgo est deuotio) charitatis esse actū. Nā si euidēs hoc esset planū esset qui huiusmodi perfunditur dulcedine in diuino amore, charitate infusa potiri. Id quod vt nō semel tradidimus minime constare poterit. Et demū hæc deuotio religionis est actus germanus: & nonnunquā à charitate imperatur infusa, iā vero ab acquisita, nonnū quā aūt ex aliquo auxilio particulari illa potimur. Itaque charitas habitus est sanè, & illo vti possumus pro arbitratu nostro, ad ea quæ illi sunt germanissima munera: quæ sunt dilectio Dei, atq; fratrū. Cæterū quantū ad alias, quæ non sunt huius notæ operationes, nō illa vtimur pro nostra voluntate ad sensum hunc, vt liberū sit nobis aut nostri sit iuris deuotos nos Deo exhibere, quādo animus illud tulerit. Quippe contra experimur vt argumentū probè colligebat. ¶ Postremo argumento aperta est solutio ex præscriptis, nāq; miraculorū edēdorū gratia est gratis data, vt de prophetia hactenus diximus. Idcirco gratia miraculorū nō est habitus stabilis: at vero charitas aliā legē subit: quippe ad gratiā gratū reddē tem pertinet. Et tandē vt rei huius supremum vmbilicum attingamus, ego non video vt pauuli sanctificantur ex baptismo Iesu Christi, si Spiritus sanctus est charitas illorum. Siquidem nullum proprium motum amoris diuini obtinere possunt, sub infantilibus crepundijs agētes. Nam si patronus Magistri dixerit sat esse pueris gratiam infusam, vtiq; illi obijciam Paulum docentem paruulos natos esse filios iræ, si ergo nascuntur inimici, & ex sacro fonte leuantur amici Deo, quomodo constituti sunt noui amici, si charitate quę est amicitia quædam habitualis fraudantur? siquidē dilectionis actum obire nequeunt, quousque adolescant, & in Concilio Triden. Sess. 6. Cano. 10. hæc habentur, siquis dixerit homines sine Christi iustitia per quam nobis meruit iustificari, aut per eam ipsam formaliter iustos esse anathema sit. Anathematizatur igitur is qui asseruerit Christi iustitiam esse nobis iustitiam formaliter vt dudū referebā ex Osiandri hæresi. Vnde videtur itidē iudicādum de eo qui Spiritū sanctum dixerit creaturis esse rationalibus charitatē. Et expresse eadē Synodus in Sess. 6. Canone. 11. tradit charitatem iustificantem cordibus nostris inhærere. Qua propter si Magistri Sententiam formaliter intelligas charitatem sanctorum esse Spiritum sanctum, mihi videtur iam sub anathemate iacere: cæterum vt dixi, fortè Magister non intellexit formaliter.

Quid deuotio.

Et undecompos sit mens illius.

Deuotio interna ad diuina ex multis prodire potest cauſis.

Ad ultimū.

Rursum colligit Spiritumſanctum non esse nostram charitatem formalem quia de effectiua res est in dubitata deum esse nostram charitatē in quem modum poteris testari etiam esse nostram fidem & spē. Quia hæc operatur in nobis.

DISPV-

DISPVTATIO

Secunda num charitas sit principium merendi vitam æternam?

1.Argu. IT primum videbitur non esse principiū vnde mereamur apud Deū, siquidem Esaias clamat omnes iustificationes nostras esse vt pannus mulieris menstruatæ.c.64. id qđ opera nostra testatur esse sordentia secūdum diuinū cōspectum, igitur procul absunt à merito, etiā iusta opera. Nā si hæc dānantur vt sordida ab Esaia, quid quod iniusta opera dānetur?

2.Argu. ¶Secūdo Lucas docet.c.14.cum feceritis omnia, quæ præcipio vobis dicite serui inutiles sumus. Si iustorū ergo opera sunt inutilia, vbi sunt meritæ nā merita vtilia sunt, quippe quibus debetur præmiū.

3.Argu. ¶Tertio Paulus suffragatur Lucę, ait enim. Nō sunt cōdignę passiones huius tēporis ad futurā gloriā quæ reuelabitur in nobis: at vero optimū quod Deo homo præstare potest pati est pro eius honore & gloria, si huiusmodi igitur opera quæ inter heroyca recensentur, nō sunt condigna vt futura donētur mercede, vtiq; non sunt meritoria, quia vbi meritum ibi quoq; condignitas. Et prorsus cōsequi videtur quod si passiones non sunt cōdignę, neq; actiones sanctorū esse meritorias.

4.Argu. ¶Quarto nō retribuere merita cuius interest retribuere est iniustitiæ, at quanuis Deus nō retribueret mercedē iustis, præscriptā nō esset Deus iniustus. Nō enim repugnat iustitiæ Deum non retribuere si volet, at repugnat diuinitati iniustitia. Ad hæc est August. lib. de natura & gratia.c.5. Qui per gratiā (ait) liberantur non vasa meritorū suorū, sed vasa misericordiæ nominātur. Et in lib. de Spiritu & litera.cap.10. per ipsum, ait, iustificatur gratis, idest, nullis operū suorū præcedētibus meritis: & pleraq; alia tradit in hūc modum.

Confirmatio prima.

Cōfirmatio secunda. Præterhæc Paulus ad Roman. 11. Quis (ait) prior dedit ei, & retribuetur ei: si ergo Deus omnibus donat quæ habēt, iusti ergo si grati sunt Deo; hoc Dei est muneris gratis iustificātis, si gratis iustificat gratis ergo præmiat. Probo consequentiam, quia præmium datur propter meritum, at meriti radix est ipsa diuina gratia. Merita omnia igitur in gratiam Dei sunt referēda, si ergo gratis omnia donantur, nullum est meritum nostrum coram Deo.

2. Ad Timoth.4. ¶In diuersum est qđ Paulus tradidit. Reposita est mihi corona iustitiæ quā redderet mihi dominus: quod si præmiū sanctorum corona est iustitiæ, ergo debita est sanctis. Et rursum idē talibus ait, hostijs promeretur Deus, ergo merita sunt opera iustorum apud Deū.

Charitati palma datur omnium uirtutum.

Disputatio hæc vnū habet quod in cōcussam habet veritatē, charitatem esse cui palma datur virtutū omniū: & quæ parens est cœlestiū fructuum, & quæ nos constituit Dei amicos, & quæ est verus thesaurus diuinæ amicitiæ: qua deniq; submota vana sunt omnia quę homo præstare potest vt Deo placeat. Habes hæc ex Pau.1.ad Cor.13. Porro grauissima est quæstio quæ tractetur hoc æuo quā maximē, quo perfidus Lutherus euomuit letale venenū in orbē negās merita sanctorū: imo vniuersa sanctorū opera maculat, & proculcat. Credēs & dogmatizans illa esse peccata vt habes apud Roffensem art.31. cōtra Lutherū. Porro autē hic hæreticus plusquā vecordi, & temerario ausu, hoc effudit dogma cōtra Eccle sia Iesu Christi. Et volens diuinā Christi magnificare erga nos gratiā, meritorū se exhibet hostē acerrimū: cæcutiens reuera, pessimeq; magnificās gratiā, cū illam potius euertat. Et Caluinus etia stolide dogmatizat docēs merita, at negans illa esse vitæ æternæ, sed solū bonorū spiritualium, vt virtutū, & temporaliū reclamante Matth.5. beati pauperes spiritu, quoniam ipsorū est regnū cœlorū. Et reliqua quæ seqquntur sunt contra hanc hæresin. Et rursum quid aliud sonat illud, centuplū accipiet & vitā æternam possidebit. Matth.19. & Mar.9. nisi opera nostra esse meritoria vtriusq; mercedis temporalis, & æternæ: & verius æternæ. Et enim tēporalia nō sunt verè & propriè præmia virtutum. Quippe præstantiores sunt quā tēporanea omnia. Idcirco si æterna non meremur, nihil proprij supereſt meriti. Ex diuinis autē præter hæc scripturis non est arduū hostes hos meritorū de tua cōuincere hæresi. Et enim præmia sanctorū iam corona iustitiæ.2.ad Timot.c.4. iam merces laborum Gen.15. iam retributio Lucæ.14. appellātur in scriptura, iam vero præmiū Tobiæ.4. thesauri zas tibi præmiū, &c. quæ vniuersa meriti exigūt, & meritis respōdet. Cæterū si omnia opera bona inquinat Luther⁹, respōdeat mihi qđ sit illud quod dns (ait) iam vos mūdi estis propter sermonē meū. Ioan.13. Si mūdi erāt Apostoli ex domini sermone, quomodo tu ais, omnes sanctos in operē quod libet peccare tanti sperdū vniuntur. Et rursum quæ dā sunt opera interiora vt fides, charitatis, & spei actiones, at si fidei actio etiam est inquinata vt per ipsam

Hæresiarcha Lutherus refellitur.

apud te iuſtificatur homo? Et quomodo dominus ait, hoc eſt opus Dei vt credatis in eum quē miſit ille Ioan. 6. & de cæteris operibus Theologicis eadē ratio eſt habēda. At vero ſi de operibus alijs exterioribus ſermo habeatur, vtiq; ſi orare peccatū eſt vt ergo impetrat oratio famulorū Chriſti apud Deū? Et ſi orare eſt peccatū vt iubetur à Deo? nū Deus peccata iubet? & ſi dare eleemoſynā peccatū eſt, nō dare erit bonū, ſic ergo eſſe miſericordem eſt peccatū, at dñs ait beati miſericordes quoniā ipſi miſericordiā cōſequētur: & in cætera ſi lubet excurrere poteris. Et equidē ſi opera bona peccata ſunt, & opera cōtraria etiā peccata ſunt perplexa eſſet lex Dei. Nanq; nec opera mala ſunt faciēda quia mala, neq; bona quia qui illa facit peccat. Hāc autē inanē hęresin Concil. Triden. Seſſ. 6. reijcit. c. 16. & Diuus Paulus fideles cōtulit paleſtritis certantibus in paleſtra, quibus ab agonotheta ſunt ſtatuta prēmia vel brauęa. Vnde intellectum voluit fideles Chriſti eſſe ſpiritualiter paleſtritas, quia militia eſt vita noſtra ſuper terram. Chriſtus autē eſt ſupremus agonothetis qui legitimè certātibus ſtatuit æterna brauęa. Habes in Pau. Epiſtola ad Corin. 1. c. 9. Quæ ſi pēdis librata lāce aduertes quā cęcutiant Lutherani dicētes ſanctos etiam Martyres peccaſſe colla carnificibus pro Chriſto ſubdētes. Quia in omni opere fideliū miſcēt cōcupiſcētiam, quæ propriè eſt illis peccatū. Porro refellitur dogma hoc in Concil. Tridē. Seſſ. 6. Et quidā frater ordinis S. Aug. dogma hoc retractauit in Eccleſia Bruxelenſi Iacobus præpoſiti nūcupatus. Iam verò hoc veſano placito cum ſuo autore neglecto, vt negligēdū docet Concil. Trid. Seſſ. 6. c. 11. & firmata veritate catholica, ſancta videlicet opera merita eſſe apud Deū, reliquum eſt cōſiderare qualia ſint hæc merita, nū ex cōdigno, quod vocant an ex cōgruo? & ante omnia in abſoluto ſit meritū eſſe actionē cui retributio debetur, & funditur eius ſignificatio, ad iniqua opera, quę ſunt mala merita. Vnde & latinè dicimus extrema idololatria verbi gratia, meretur ſupplicia: itē ą; ad bona opera, quæ in alterius gratiā præſtātur. Quāquā vſus theologicus obtinuit illa vocare merita, quæ bona ſunt ex charitate opera: & ita vſurpabimus in præſentia. Eſt autē ſecundo aduertendū diſceptanda eſſe multa volenti hæc planè diſſerere, quæ mota quæſtio inuoluit: primum an peccatores poſſint mereri quicquam apud Deum, & hoc dubiū extricandum venit primum. Si agatur enim de bonis temporalibus alia quæſtio eſt, quam ſi tractetur de bonis ſpiritualibus, & iſta dubia perſpicuā habēt ſolutionē peccatores de cōdigno nihil prorſus præſtare poſſe ve meriti. Eſt porrò multis in cōfeſſo de cōgruo eoſdē corā Deo mereri poſſe. Geminū igitur aduertes meritū & condignitatis, & congruitatis. Primum meritum eſt cui ex lege vel expactione, &c. præmium debetur. Et iſtud meritum ex iuſtitia, & æqualitate originē habet, & ſiquidē iuſtitia æqualitas quædam eſt ethico. 5. hoc meritum ex iuſtitia ſibi poſcit æqualitatē prēmij. Dignus eſt enim operarius mercede ſua. Meritum autē cōgrui, nō ex lege eſt exortū, autex cōuētione, &c. ſed eſt ex quadā æquitate, & expediētia idcirco nomē ſibi cō parauit. Meritum enim cognominatur hoc cōgruitatis, vt ſi cōduxeris operarios in vineā tuam ex denario diurno, at vero operarius nō ſolùm debitas exhibuit colendæ vineæ operas, imo & ſuperauit, æquum eſt vt illi rependatur vberius, quam fuerit conuentum, quan quam iuſtitia ad illud non conſtringit: ſed ſolum vt pactum pretium ſoluatur. Vt dominus in Euangelio meminit. Nonne conueniſti mecum ex denario diurno, tolle quod tuū eſt & vade. Quibus præiactis, vt dicebamus apud plærоſq; Theologos confeſſum eſt pec catores mereri ex congruentia gratiam gratum facientem: vt is qui attritus eſt, & dolet de peccatis exactis, & nouam inſtituit in poſterum ducere vitam Deo placidam, tametſi vt hoc prēſtet ſtimulatur non ex diuino amore, at ex timore æternorum incendiorum, qui huiuſmodi ſunt præparant ſe imperfecte vt gratiam Dei capiant. Quæ præparatio Tho. in. 2, diſt. art. 3. meritum de congruo eſt gratiæ diuinæ excipiendæ. At vero in prima. 2. q. 112. diſtinxit præparationem liberi arbitrij ad obtinēdam Dei amicitiam in perfectam, quæ contritio eſt verbi gratia, alia vero eſt in abſoluta quæ eſt attritio: & hanc diffitetur eſſe meritum, quippe à gratia non eſt, & in. 1. 2. quæſt. 114. art. 4. meritum ait, condignitatem habet quia eſt ex motione Spiritus ſancti, at vero meritum congruitatis eſt quatenus eſt ex libero arbitrio: itaque idem opus meritorium eſt de condigno & de congruo iuxta placitum hoc. Vt enim eſt à gratia gratum faciente, habet condignitatē ad cœleſtia reportāda prēmia, at vero vt eſt actus liberi arbitrij de congruo eſt meritum: cōgruit enim vt qui condignè vtitur ſuis viribus à Deo iuuetur. Et Capreolus in. 4. diſt. 14. quęſt. 2. duxit hoc eſſe placitum

Veritas catholica de meritis.

Geminū meritum condigni & congrui.

Matth. 10.

Matth. 20.

Meritum de cōgruo quid Thomæ.

Cornelius meruit de congruo illuminari at hic fuit fidelis quia Deū precabatur & eleemosynas erogabat propter Deum. Acto.10. Censura authoris.

placitum Thomę dispositionem illam inabsolutam quam commemorauimus, non esse meritum decongruo, nisi valdè improprie, sunt tamen qui etiam in infidelibus probatū habent posse reperiri hoc meritum vt in Cornelio actor.10.tamen Augustin.libr.2.ad Simplicianum Cornelium fidelem putat fuisse ex fide implicita, at Bernardus sermo. 67. ad Cantica nolo, ait, meritum quod gratiam excludit, verum hoc accipe de merito condigni.

¶Ego verò quando mecum voluo dictata ab Spiritu sancto in codicibus sacris, inuenio meritum de congruo negandum non esse. Etenim legimus Iesum postquam vidit fidē quorundam dixisse paralitico tolle grabatum tuū & ambula. Marc.2. igitur fides aliena meritoria fuit, siue promeruit paralitico salutem animæ & corporis, hoc autem de condigno esse penitus Theologica reprobāt dogmata. Christo nanque hoc vni reseruatur, vt alijs de condigno mereatur: est igitur meritum congruitatis. Adhæc dominum tradidisse legimus vt oremus pro persequētibus nos, hæc igitur oratio meritoria erit vt inimici nostri reuereātur iam Deum: & cessent à diuexandis fratribus. Et rursum ipse quoque dominus iubet dimittite, & dimittetur vobis, aut dimittemini Matthæ.6. & Luc.6. fac ergo peccatorem quēpiam offensum remittere iniuriā, quia obseruat domini prædictum mandatum, hic remittit, ergo meretur de congruo vt sibi dimittatur ofensa cuius Deo debitor est. Nam supponim⁹ hūc esse sub noxa criminalis culpæ. Quid qđ Paulum habemus ex precib⁹ Stephani vt Augustinus docuit. At verò non illi meruit gratiam iustificantem de condigno, ergo meruit de congruo. Itaque ego non verto in dubium meritum de congruo esse concedendū. At Lucæ.7. legimus de Cēturione dictum dignus est vt hoc illi præstes, diligit enim gentem nostram & ædificauit nobis synagogam. Qui locus colligit bona tēporalia cadere sub merito condigni. Ex eo enim dominus donauit salutem seruo Centurionis de quo agit Lucas propter Centurionis merita & beneficia collocata in Iudæos: Quanquam mereri bona temporalia non est simpliciter mereri sed secundum quid. Theologis enim vsurpatur nomen meriti ad ea duntaxat opera quibus promeretur vita æterna, & quæ ad istam adipiscēdam promouent. Vt probè Thom. tradidit. 1.2.q.114.art.10. sub merito autem de congruo legitimè cadunt bona tēporalia. Idcirco falsus est Caluin⁹ tradēs nullū opus mereri vitā æternam sed solū Spiritualia alia, & tēporalia bona. At hic nō aduertebat Gene.17. dominū dixisse Abrahæ ego merces tua magna. Et Matth.5. Beati pauperes spiritu quoniā ipsorum est regnū cœlorum & reliqua. Et Matth. 19. & Mar.9. vitam æternā cadere sub merito apertè insinuatur dū ait, cētuplū accipiet & vitā æternā, &c.

Meritū congrue & condigni.

Matth.6.

Fideles merentur de condigno ali quando bona temporalia.

¶Obstetrices verò Aegyptiæ pientissima demonstrantes viscera circa infantulos Hebræos promeruerunt vt ædificarentur illis domus: & benè à Deo gestū est cum illis. Et Augus.5. de ciui. Dei. c.12. Romanos scripsit primatum tenuisse orbis terrarum quia coluerūt iustitiā. Erat enim congruum vt cultores eximij iustitiæ imperio orbis potirentur. Nā imperia citra iustitiæ obseruationē, quid nisi tyrannides immanissimæ sunt? At vero etiamsi non sit arduum credere iustum hominē alijs mereri posse de congruo iustificationē, at fortasis arduū videbitur quod peccator sibi de congruo promereatur iustificatoriā gratiam. Nā non est fructus bonus qui de radice charitatis nō procedit author est Aug. de spiritu & litera. c.13. Porrò autē statue tibi peccatorē conantem iustitiā Dei consequi dolendo, & timendo, &c. hic quanuis de peccato doleat, & timeat, diuinā supplicia vniuersi isti conatus, nō de radice charitatis surgunt, quippe adhuc charitate nō est donatus, si ergo non sunt boni fructus, nō ergo meritorij erunt, neq; de congruo neq; de cōdigno. At verò mihi videreviderit, huiusmodi præparationē ad gratiā quā præscripsimus, tametsi inabsoluta sit, cōeternum ab Spiritu sancto est, timor nāq; seruilis etiā inter dona supernaturalia recēsetur, igitur præparatio hęc diuini est muneris: quare videtur mēs elcuatior hoc affecta munere, quā si in naturali tantū dispositione cōsisteret. Ideo aliquid cōgruitatis est illi aptandū vt à Deo vehemētius excitetur ad gratiam, quam Iudæo, aut Saraceno, dolentibus de peccatis suis. Quā congruitatem meritum de congruo si dixeris non inepties. Quod verò Augustinus tradidit intellige nō esse fructum bonū, id est perfectè bonum. Sed occinnes mihi fortasis, meritū de cōdigno ex lege descēdit, vt diximus at verò ex lege Dei est vt qui facit quod suum est Deus illi præsto adsit, at hic qui atterit ut facit quod suū est. Et adde hūc arbitrari inuincibiliter se esse cōtritum & sufficiēter præparatū diuinæ hauriēdæ gratiæ, hic ergo qui ex inuincibili ignorātia putat se esse contritum præstat q̄ suum est, ergo De⁹ illi infundet gratiam

Hæreticus Caluinus qui Galliam peruertit fidem meritā æternæ uitæ negat ut sua præ est commemoratum

Hæc obseruata de meritocongruitatis.

Timor seruilis donum Dei est.

Augustinus exponitur.

Nota ut explicatur celebre prouerbium facienti quod in se est &c.

tiam ex merito de condigno. Respondebis huic obiectioni, hunc hominem quem argumentum offert nihil posse mereri de condigno, quia charitate Dei orbatus est: quod verò ignorantia premitur inuincibili, nõ facit illũ digniorem sed inculpabiliorem. Itaque si nõ surgit à culpa qua obruitur non noui criminis est, idest, si non bene conteritur non noue illi ascribitur culpæ, quippe ignorantia inuincibilis illum venia donat, idest facit illum excusabilem à noua culpa. Quapropter non facit totum quod suum est, etenim poterit illam deponere ignorantiam, & verè conteri de peccatis suis. Neque sat est præstare hominẽ quod suum est Deo, nisi totum præstet vt gratiam Dei conciliet, solum ergo is præstat totũ quod suum est qui conteritur, at qui atteritur non item. Neque possumus præstare totum quod nostrum est, nisi manu diuina auxiliatrice iuuemur. Vnde qui atteritur credens inuincibiliter se contritionem habere, non potest sic affectus mereri de condigno, quia non præstat quod potest, nam conteri potest, & non conteritur. Instas adhuc vehementius, hic non tenetur ampliora præstare, credit enim se sufficienter esse paratum ad diuinam conciliandã amicitiam, & non tenetur ignorantiam deponere, quippe quæ inuincibilis est. At respondetur tibi superiora dabunt, nã ignorantia quæuis neminem potest facere ex attrito contritum: quanuis tantisper dum illa afficit meretur homo ex congruo excitari à Deo ad meliorem frugem. Quippe aduertit Deus hominem hunc ad meliora non prouehi, quia arbitratur sat esse quod dolet & timet, vt Dei sit amicus. Absoluto igitur sermone de merito congruitatis ad meritum de condigno manũ admoueamus, & disceptatio est non leuis, an nostrum erga Deum sit condignum meritũ, propriè & stricta sermonis obseruata proprietate. Etenim turmatim à Theologis asseritur nullum tale meritum esse creaturæ erga Deũ. Vt Durandus in hac distinctione tradidit: & cæteroruin Theologorum non minima turba. Etenim quid habes quod non acceperis, et si accepisti quid gloriaris docet Paulus. Quod si omnia quæ habemus Dei sunt, si illa auferat, aufert qđ suũ est: ideoq; etiã si merita non coronaret sanctorum nõ esset sanctis iniurius: quia cum merita nostra muncrat, munera sua coronat author est Augustinus ad Sixtũ scribens. Porrò alumni Sanct. Tho. plausibilius duxerunt meritum fateri strictum, vnde Caietanus comme. ad Thom. 1.2. quæstio. 114. articul. 3. Deum fatetur vertere sanctos in nihilũ sine iniuria posse, verum illis nõ annihilatis necessarium illis concedit præmium Paulo testãte Deus negare seipsum non potest: at negaret seipsum si iustis propositam negasset mercedem. Capreolus porro in. 4. Sentent. distinct. 14. rem hanc concluſit dicens, ex præscripto legis necessarium esse præmium destinatum meritis sanctorum siue iustorum, etsi Deo subest absolute illis non concedere præmia: vt figuli est arbitrium ex massa figulina vas facere seu honori seu contumeliæ: cæterum postquam finxit vas honori non est expediens contumeliæ deputare. Vt vas quo potamus infundere sordibus non expedit: quibus excipiendis matulla efficta est. Caietano porrò ego fidem nõ adhibeo, etenim si Deꝰ potest annihilare cœlestes sanctos citra iniuriam eò est, quò ipse gratis dedit illis naturam & non ex meritis. Et liberè datam naturam conseruat, at verò gratis quoque donauit sanctis gratiam, & gratis quoque illos leuat, & promouet vt sint dignivita æterna. Vt ergo sine iniuria annihilare põt ita & poterit deponere beatos à celsitudine beatitudinis, quid quod annihilãdo illos quoque priuat etiam proprio illorum merito & præmio? Imò si quæ iniuria esset maior esset annihilare quã à beatitudinis gradu deijcere. Nanque maior iniuria est quæ pluribus damnis afficit patientem, alioqui damni indignum. Adhæc natura prior est rebus, quam gratia, quæ est super naturam, illa enim est germanissima rebus, hæc verò est supra rerum naturam, si ergo fatetur Caietanus annihilationem, quæ est euersoria naturæ, nõ esse iniuriã sanctis si à Deo patraretur, cur ergo difiteretur priuationem præmij nõ esse iniuriam. Quod vero ex Paulo indicatur. 2. ad Timothæ. 2. Negare seipsum non potest, prõptam habet solutionem secundum ordinem statutum à Deo Deus non negabit se, à quærentibus se. Quale illud quoque est sine fide impossibile est placere Deo. Quamobrem obseruandum est merita sanctorum bifariam expendi posse, aut secundum naturam suã, & hac ratione nihil habent cõdignitatis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis: etenim natura non meretur supernaturalia, at vt ex gratia mouente Spiritus sancti prodeunt, ita sane potiuntur condignitate: cæterum ista condignitas quia est supernaturalis subest Deo illam abrogare, id est, valorem meritorum omnium euacuare. Itaque sanctos iã donatos fœlici statu citra iniuriã poterit si volet Deus orbare

Quid est præstare Deo totam diligentiam ad obtinendam Dei amicitiam.

Meritum de condigno quale.

2. Tim. 2.

Placita aliũ. norum diui Thomæ.

Caietanus refellitur.

Merita sanctorum bifariam considerari.

Sedulo obserua.

Deus potest cœlicolas de turbare à se de cœlesti ci tra iniustitiam.

orbare cœlesti quo gaudent præmio. Neque est cur expostularent cum Deo de iniuria recepta, quippe vel per vnum instans frui clara Dei visione, satis illis fuerit ad retributionem laborum suorum amplissimam. Sanctos vero nondum promotos sed qui adhuc candidati sunt vitæ æternæ, si illos prohiberet ab emeritis coronis nulla esset iniustitia, quia subest Deo valorem meritorum abrogare. Siquidem meriti valor supernaturalis est & de cœlo descendens, ideo qui concessit merendi valorem, subtrahere quibit: at verò meritū de cō digno apud creaturas aliam subit legē. Nanq; hoc meritum ex natura sua sibi arrogat valorē suū, vt qui suas apud me collocat operas, vel ędificando, vel colendo agrum, &c. ex natura operis sibi poscit rependi, & quanquam possem de facto operas has non rependere, cæterum nulla creatura potest valorem quem sibi ex sua natura vocant abrogare. Meritū ergo erga Deum prorie est de condigno, non tamē ita propriūm vt meritū apud creaturas. Quippe hoc meritum ex natura sua sibi valorē vendicat: at illud mēdicatò habet, quia supernaturaliter habet. Dices fortasis imo etiā ab intrinseco valorē habet hoc, vt reliquū meritū. Nā procedit á principio intrinseco, id est, charitate, & ita cēsuit Caietanus, cui ego nō suffragor: nā charitas supernaturaliter infunditur & nō est forma naturalis. Et ego arbitror diuinis literis esse aptiorem meam sententiam. Nam & veteres, & nouæ hoc est euangelicę musæ hoc præseferunt, ò homo tu quis es (sonat illa euangelica tuba) vt respondeas Deo, &c. quæ anectuntur ad Ro.9. idēque prædixerunt Esaias. 45. & Hieremi.18. Quod si adhuc obijcis eūdē mihi Paulū Hebræis scribentem, non est, ait, iniustus Deus qui obliuiscatur operis vestri cap.6. equidem nunquam est iniustus Deus, neq; erit siue memoretur siue obliuiscatur nostri, at Paulum intellige secūdum ordinē præscriptum à Deo. Nam iustum est præmiare labores sanctorū: & durante illo ordine esset iniustitia. At Deus vniuersa quæ statuit diuina statuta abrogare valebit, ex potētiæ suæ plenitudine. Et re vera æquè iustum est malis retribui mala á Deo, vt bonis bona, at haud dubiū est Deum posse damnatos à damnatione eripere æterna, & nulli tum esset iniurius, ergo si militer si non retribueret sanctis vt diximus, nulli esset iniurius. Tametsi inuiolabiliter stabilitum ordinem seruaturus est Deus, hæc tamen ex eo differuntur vt maiore luce donentur Theologica dogmata.

Meritum de condigno apud homines & apud Deum differens est.

¶ Supereſt autem alterum diluere dubiū, num ſatſit ad meritum quod ex charitate procedat, an ſuperueniens exigitur ordinatio diuina ſtatuens huiuſmodi merita donanda eſſe vita æterna. Equidem Caietanus. 1.2.q. 114. art. 3. arbitratur ſat eſſe merito vitæ æternæ, quod ex charitate prodeat: neque aliam excogitare ordinationem, quippe hoc ſat eſt vt mereatur opus vitam æternam, ſi ex charitate & gratia Dei prodeat, atque ex motione Spiritꝰ ſancti ſubmota quauis alia ordinatione. Conduxit Caietanum in hoc placitum locus apoſtolicꝰ ad Rom.8. Quod ſi filij, & hæredes, at per gratiam conſtituuntur filij fideles, ergo per eandem hæreditabunt lucem ęternam, Scotus autem diſt.hac.q.2. aliam arripuit viā, exiſtimat enim non ſufficere actui vt mereatur ęternum gloriæ pondus, quod ſit à charitate Dei: addē dam enim cenſuit acceptationem diuinā æternam, ſeu ordinationem qua voluit ordinare in vitam æternam opera amicorum ſuorum. Itaque cōpletiuum meriti noſtri apud Deum, eſt hæc Dei ordinatio diuina, quanquā habet aliud principium meritum noſtrum, quod eſt formalis cauſa meriti, quod eſt gratia, & charitas. Quia etiam poſſet Deus actum liberi arbitrij bonum, nudum tamen regia veſte, ideſt, forma charitatis ordinare ad vitam æternam, tamen noluit: decentius enim erat actum noſtrum iam ſublimatum, ex nobiliſsimaque forma charitatis ditatum, ordinare ad vitam æternam, quam nudum actum. Ego verò mediam ingrediar viam. Cenſeo enim ſat eſſe merito noſtro apud Deum, gratiam, & charitatem ſine alia ordinatione vt tamen mereatur aliquod ſupernaturale premium: at vt mereatur viſionem Dei beatam, puto ſubſcribēdum eſſe Scoto. Etenim niſi fallor dixerim paruulum luſtratum aqua ſalutari ex fonte ſacro baptiſmi, non mereri vitam æternam ex ſola charitate, qua induitur infans noue regeneratus in Chriſto, niſi ordinatio diuina ita diſpoſuiſſet illa. Qui autem crediderit, & baptizatus fuerit ſaluabitur. Adhæc dominus, ait, nolite timere puſillus grex quia complacuit patri veſtro dare vobis regnum: & hæc complacentia patris diuina eſt ordinatio, ſeu acceptatio, quæ facit vt noſtra vel infirma quæquæ opera, qualia ſunt porrectio calicis frigentis aquæ, & hoc genus alia promereantur æternam vitam. Et niſi ad tantam ſublimitatem gloriæ aſſequendam ordinata eſſent, putaſne quantumlibet hæ

Quid neceſſarium præter charitatem ad meritum de condigno.

Scoti placitum charitati addens Dei ordinationem ut meritoria ſint opera.

Authoris cē mediam inter Scotum & Thomam.

porre-

porrectio amici esset, credendum fore illam æterna gloria esse donanda non puto. Et diuus ita putat Thomas: & quamlibet Caietanus illi alias hæreat at in hac re non illi hæsit, imò ab ipso desciuit. Quippe. 1.2. quæstio. 114. articul. 1. aperte tradit meritum nostrum apud Deum non potest esse, nisi secundum præsup positionem diuinæ ordinationis, & probe, quippe. 2. ad Corin. 4. quod in presenti momẽtaneũ, ait, & leue est tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur. Leuia igitur sunt, vel magnifica quæq; Deo prestam⁹, vt ergo si leuia sunt collata ad tantum præmium, nihilominus æternum operantur gloriæ pondus, nisi ex diuina ordinatione? num qualitas vna infusa, vel charitatis vel gratiæ tantis pollet viribus vt hoc tantum operetur gloriæ pondus? non arbitror equidem, vnum accidens, vel alterum tam ineffabili frui potentia: sed potius ex ordinatione diuina hæc tam magnifica charitati accedit operatio. Porrò si occinnis motio Spirit⁹ sancti promouet charitatem vt hoc opus operetur, quod Paulus dixit. Respondebit tibi dubium mox eluendum. Adhæc legimus in Paulo ad Hebræ. 6. Volens Deus ostendere policitationes hæredibus immobilitatem consilij sui interposuit iusiurandum, vt per duas res immobiles quibus impossibile est mentiri Deum fortissimum solatium habeamus, qui confugimus ad tenendam spem. Vbi considera Deum promisisse legitimis suis cultoribus vitã æternam, & rursum iureiurando idem stabiliuit donandum. Vt fortissimum esset solatium, idest, certitudo certissima de adipiscenda hæreditate regni æterni: igitur necessaria fuit ordinatio diuina ad firmandam spem bonorum æternorum in nobis. Quod verò Paulus dixit. Quod si filij, & hæredes, de filijs adoptiuis mentionem habebat, quibus non ex natura, sed ex voluntaria ordinatione adoptantis, hereditarium ius tribuitur, & hac ratione Paulinus locus Caietanum non iuuat.

Caietanus à Thoma discessit aliquando.

Ex diuina ordinatione merita nostra non se tantopere attollunt quantopere æterno beentur.

¶ At verò postquam semel cœpimus, vniuersas hæsitationes, quæ præsentem concernunt hæsitationem planas reddamus. Percontabitur, enim aliquis, num vt præstemus merita erga Deum præter charitatem & gratiam Dei (quibus imbuitur mens iusta) sit necessaria diuina Spiritus sancti motio mouentis mẽtem, ad vitam æternam. Et Thom. 1.2. quæstio. 114. articul. 3. & 6. motionem Spiritus sancti fatetur necessariam meritis: ab hac enim motione putat sibi actum liberi arbitrij conciliare valorem merendi de condigno. Et rursum Thom. in. 1.2. quæstio. 109. articul. 9. ex placito Augustini libr. de natura & gratia decernit hominem etiam iustificatum indigere auxilio diuinæ gratiæ: idest, diuino præsidio.

Egregia quæstio.

Specialis motio Dei an sit necessaria ad meritum.

¶ Huius placiti etiam meminit Scotus distinctio. 17. quæstio. 2. & sunt multa quæ hanc sententiam suadere valebunt. Primo est locus ad Romanos. 8. qui filij sunt Dei Spiritu Dei aguntur. Secundò. Quid oremus nescimus spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Tertiò Ioann. 4. Fiet in eo fons aquæ viuæ salientis in vitam æternam: & hic saltus aquæ videtur motionem Spiritus sancti præseferre.

¶ Præter hæc in concilio Arausicano. 2. Canone. 9. idem tradi videtur: & hæc loca etiamnum rationum fulcris iuuantur. Etenim instrumentũ duobus agit. & forma & agentis motione principalis. Nam non solum ferra acutiem habet in formam, per quam secat, sed etiam & motitata ab agente secat. Itidem & voluntas nostra non solum eget vt meritoria exhibeat acta charitate imbuente, quinetiam & Spiritu sancto motitante eam: est autem hæc motitatio inclinatio quædam specialis ad operandum merita vitæ æternæ gratia. Quibus item accedat formas naturales egere generali influxu, vt sibi germanas obtineant functiones, ergo formæ supernaturales egebunt itidem supernaturali influxu, vt in merita erumpant. Atqui hunc supernaturalem influxum motionem vocant Spiritus sancti. Scotus porrò ab hoc abhorret placito, satis nãque arbitratur generalem influxum esse charitati vt ad merendum inclinet.

Instrumentũ duobus agit.

¶ Hos autem disides authores libet ad cõcordiam reuocare. Merita nanque quædam sunt ardua vt fiat, vt est martyrij obtinere palmam, vel sæcularia prorsus contemnere, ex Christi amore, vel inimico cruentissimo veniam donare: & id genus alia. Ad huiusmodi præstanda merita puto charitatem non sat esse nisi motione speciali Spiritus sancti iuuetur. Charitas nanque contenta est si hominem vtcumq; perducat ad æternam vitam: & meritò hoc satis est. Cætera verò quæ sunt supererogationis hæroicaque opera, noua motione Spiritus sancti, indigent: ex cuius præsidio homo leuatur vt actum charitatis in Deum sublimem exerceat. Itaque ad actus excellentes charitatis præstandos motione speciali & sublimi

Decisio quæstionis.

Placita authorum conciliantur.

Motio Spiritus sancti quando est necessaria.

blimi Spiritus sancti indigemus. Legimus nãque in martyrum chronicis quosdam ex idololatria raptos ad martyrium. Et de Paulo scriptura testatur ex peccato subito promotum ad insignem Christi amorem: qualem nos præstamus minime, etiam post longam in via Dei exercitationem. Nunquid ergo Martyres isti, aut Paulus, tam subito tamque de repente summam adepti sunt charitatem? non iudico: at motioni Spiritus sancti actus illorum insignes tribuo, qui potentissimè excitauit illorum mentes vt Christum præexcelsè diligerent: & intensiorem exhiberent dilectionem Christi quam pro habitus infusi charitatis exigentia. Nempe quia quod infusus fortasis nõ donabat habitus, roboratus cœlesti Spiritus sancti insigni motione præstare valebat. Et quãtum ad huiusmodi gesta, Paulus illam celebrem protulit sententiam. Filios Dei agi diuino spiritu: siquidem nõ ego existimo verba Pauli hæc audienda esse vt ad quæuis opera patranda iusti agantur Dei spiritu, id est, moueantur speciali diuini spiritus motione. Nam quis dicat ad eleemosynam vnius asis erogandam, esse hanc motionem, aut vt eant cubitum, vel vt gustent prãdium, Dei amicos egere motitante spiritu. Verum si totius ductum vitæ amicorum Dei consideras, vt illa tandem felici fine donetur, & vt offendicula spiritualis vitæ grandia quę intercurrunt superentur, filios Dei agi spiritu ductante speciali ter, ne dubita. Itidemque ad orationes fundẽdas pro occultis negotijs rectè gerendis, quæ sese offerunt nonnunquam. Nam in vitæ curriculo sæpènumero latet nos quod sit nobis eligibilius, adquæ collimanda indigemus itidem Spiritus sancti magisterio. Ideoque Paulus ait, Quid oremus nescimus. Et vt tibi huius rei sit ostensio, fac fidelem hominem (exempli gratia) anxium esse de delectu status, nempe quis sit sibi aptior coniugalis, aut monasticus, vt tandem sibi paret vitã æternam. Vtique anxietas hæc superari nequit, nisi speciali eruditione Spiritus donemur: & ita de cæteris iudicabis, at dices consilij donum adest iustis, non ergo est necessaria motio hæc, nanq; dono consilij instituimur in agendis. Respondeo, Spiritum sanctum per donum cõsilij instruere hominem in gerẽdis arduis, at sua motione confortat instructos vt idem præstent quod ipse docet, ad cætera autem generalia quæ diuina expressit scriptura, non est opus facto: aut ad ea quæ ratio naturalis aut experientia oculate ostendit. Nam vt Deus non deest in necessarijs, ita in superuacaneis non redundat.

Paulus exponitur.

Consilij donum est ad instructionẽ at motio spiritus ad corroborandũ est.

¶ Iuxta hæc similiter arbitror fidem & spem ad actus sibi familiares, & communes non egere motione noua Spiritus sancti: sed sufficere ipsas sibi cum generali Dei motione. Cæterum ad sublimes non sibi sufficiunt, nisi speciali motione Spiritus sancti iuuentur. Voco autem sublimes actus fidei, & spei, quando ad insolitam quandam certitudinem fidei habendam fides excitatur, aut ad vehementem quandam spei firmitatem, spes prouehitur quam vulgariter fideles non habent. Et per hæc absolutam expeditamque habes hæsitationem inductam, nanque ad communia vulgariaque merita, motionem specialem non desiderat charitas, ipsa enim sibi tunc sufficit, cum generali motione Dei, cum cæterisque virtutibus infusis, atque donis. Neque te turbet cogitatio quomodo charitas alioqui supernaturalis forma, non fruetur etiam motione sibi correspondente, scilicet, supernaturali? Cæterum si aduertis formas naturales etiamnum motione supernaturali potitas, vt quando dominus ex paucis piscibus, atque panibus immensam auxit piscium & panium multitudinem, non mirum tibi erit quod forma supernaturalis donetur generali concursu, seu motione quæ est quasi naturalis, quandoquidem forma naturalis, contra, supernaturali motione aliquando donatur. Generali igitur concursu concurrit Deus cũ omnibus virtutibus Theologicis, fide nempe, spe, & charitate, vt proprij fungantur muneribus. Nam tametsi sint supernè infusæ, habent tamen naturaliter actiones suas, vt formis naturalibus adesse cernimus: cæterum nonnunquam altiori concursu donantur, vt prædiximus. Et nisi me mea fallit opinio crediderim Thomam non longè abfuisse ab hoc nostro placito in.1.part. quæstio.43. articul.6. quo loco docet missionem inuisibilem Spiritus sancti, non esse quærendam in quouis merito, sed solum in arduis operibus charitatis. At verò hæc motio specialis Spiritus sancti, profectò est missio inuisibilis eiusdem Spiritus sancti. Quare arbitror temperandum esse Thomæ sermonem in.1.2. quæstio.indicata, ad libellam sermonis exacti in prima parte, imò si consulis eundem in.1.2. quæstione.109. articul.9. reperies nobiscum facere; lege nostra supra distinctione 14.&.15.

Ioan.6.

Virtutes Theologicæ generali gaudent concursu.

Thomas moderandus.

¶ Ar-

¶Argumentis iam vt fiat satis exigesá me, & locis sacris iã satisfecimus, excepto illo ex Ioan. Fiet in eo fons, &c. puto autem fontem hunc commodè significare charitatem infusam vt distinct. superiore tradidimus, & non erit operosum ex prescriptis intelligere Aug. libr. de natura & gratia. Vt oculus, ait, sanus eget luce ita anima iusta eget diuino lumine, vt rectè viuat. Plusquã satis enim liquet quid velit Augustinus si priora obseruasti.

Augustinus exponitur.

¶Argumento primo dicito instrumenta egere motione agentis principalis, at charitas causa est efficiens suam operationem, non instrumentaria: quid quod eget diuina motione, non tamen semper speciali? Et eodem modo argumentum postremum enerue redditur & lucidè fulget, demum quæstioni propositę in exordio responsio, est enim charitas forma le meriti principium.

¶Iam verò vt ad vmbilicum perducatur disputatio hæc argumenta primo obiecta soluenda veniunt. ¶Ad primum dicito locum illum Esaiæ referendum esse ad iustificationes legales, quas ex vatidico spiritu præuidit Esaias futuras sub gratia euangelij reuelata sordidas, atque immundas. Hieronymus est expositor aliter tamen Hebræi, lege nostras diluciationes ad. 64. Esaiæ. ¶Secundo loco dicito opera nostra verè Deo nihil vtilitatis afferũt, quia ipse non eget, docente Dauid, bonis nostris: ideo rectè sumus serui inutiles: quia seruitus nostra Deum non facit meliorem aut ditiorem. Cæterum nobis sunt quàm vtillima merita nostra. ¶Tertio dices merita nostra vt sunt ex nobis, vtque sunt ex nostro arbitrio non sunt cõdigna vitæ æternæ: at vt à superiori causa mouentur, idest, charitate, ex ordinatione Dei condignitatem sibi parant. ¶Quartò dicito, seruato ordine stabilito à Deo necessario Deus retribuet iustis merita præmia. ¶Augustino respondebis primam gratiam intellexisse iustificantem, non esse ex condigno promeritam: ideo, ait, iustos non esse vasa meritorum, sed misericordiæ. Simili modo quoque licet quid velit secundus Augustini locus. ¶Loco Pauli subinducto dicito nullũ esse meritum nostrum coràm Deo ex natura suaat verò gratia eius leuantur opera nostra vt sint meritoria vitæ æternæ. Cæterum etsi inire diuinam amicitiam mereri ex cõdigno non possimus initæ tamen amicitię incremẽta mereri datur ex condigno. Et præmia huius diuinæ amicitiæ, quæ sunt vita æterna simili mereri merito licet.

Argument. responsio.

Opera sancta cur dicãtur inutilia Deo.

DISTINCTIONIS decimæseptimæ, disputatio tertia. Num charitatis & gratiæ munera iuxta mensuram naturæ seu capacitatem minis trentur?

Argumen. 1.

IN PRIMIS videbitur alicui huiusmodi supernaturalia munera exhiberi á Deo, secundum singulorum propriam capacitatem naturalem. Nam talenta legimus apud Matthæ. distributa á domino secundum recipientium propriam virtutem: propria autem virtus est singulorum, propria capacitas. ¶Secundo Deus non est acceptor personarum, ergo munera sua administrabit secundum recipientium proprium valorem. ¶Tertiò, Esaias nobili stylo prophetiam suã scriptis mandauit, vt Hieronymus in prefatione ad Esaiam commemorat, quia nobilem duxerat prosapiam ex stirpe nanque regia ortũ duxit: at Amosrudiori stylo scripsit, rusticus enim pastor fuerat, & Sicomoros vellicãs vel rũborum mora discerpẽs, vt verbis Hieronymi vtar in galeato prologo, ergo iuxta capacitatem naturæ elargiuntur diuina charismata. ¶Rursum Lucas euangelista elegantiorem & venustiorem scripsit euangelicum chronicõ, quam cæteri Euangelistæ scriptores, quia Lucas Græcanicum idioma callebat exactius. ¶Idem de Paulo arguteris, qui dissertior est cæteris, quia doctus iam à Gamaliele cœlesti doctrina imbuitur: alij verò apostoli ex piscatione, ad scholam Christi subducuntur.

Cap. 25.

2. Argum.

3. Argum.

4. Argum.

5. Argum.

¶In contrariũ verò est locus ille ad Ephesios. 4. vnicuique nostrum data est gratia secũdum mensuram donationis Christi, non ergo obseruanda est naturalis capacitas, siquidem donatio Christi est quæ Dei dona mensurat.

Argum. in diuersum.

¶Disputationis huius titulus primitus est exponendus, nam in aperto non est quid velit per capacitatem nostram. Etenim capacitas naturalis significare potest ipsam naturam rei. Vnde sensus erit disputationis num Deus distribuens dona sua creaturis rationalibus obseruat naturæ cuiuslibet proportionem, & mẽsuram. Vt scilicet, ij qui sublimiorem naturã sunt sortiti, etiam ampliore donentur Dei gratia. At hic sensus si in disputatione seruatur, quæstio hæc negatiuã habet decisionẽ, nam angeli

Quid est naturalis capacitas.

Matth.22. angeli sunt multo sublimioris naturæ quã homines, at admonemur ex diuinis oraculis futuros esse homines æquales angelis in gloria æterna.

¶Quod si capacitas naturalis significet acumen ingenij, & nobilitatem intellectus, vsurpamus enim sæpè vocem hãc capacitas vt ingenij dexteritatem, & judicij soliditatem denotemus. Vtique non est onerosa disputatio hæc, cernimus enim plerosque rusticos præpolere diuino amore qui doctioribus negatur. Quod si capacitas naturalis seu naturalis mensura liberi arbitrij denotet præparationẽ, quã ex naturalibus homo poterit sibi concisere viribus, iam turgentior redditur quæstio hæc. Siquidem videmus paruulos hac naturali præparatione orbari, non enim sunt expediti liberi arbitrij compotes, vt sint inquam sui iuris vt velint & nolint: at verò nihilominus gratia diuina perfundi ex baptismate credimus. Et beatissima Dei genitrix sanctificationem in vtero materno condita obtinuit, & Ioannes domini præcursor nondum editus ex materni visceribus Spiritu sancto potitur, vt & Hieremias ante hos, antequã ex vulua exiret Spiritus sancti gratia donatur quorum si exquisieris præparationẽm inuenies propriã illis nullam fuisse. Porrò autem si de adultis agatur sermo, qui iam sui iuris sunt, & liberum arbitriũ expeditum habent, & non impeditum vt infantes, equidem siquid præparamenti habent, aut illud ex proprijs viribus est, & hoc iuuat exiguè, quippe charitas forma est supernaturalis, & talem amat dispositionem qualis ipsa est: idest, supernaturalem. At verò si præparatio liberi arbitrij qua adornatur suscepturus diuinam charitatem est ex gratia Dei, ex munere quidem diuino descendens, iam vtique non ministratur nobis charitas iuxta capacitatem liberi arbitrij nostri imò secundum diuinã gratiã præuenientem nostram volũtatem. Quod vero Durandus.q.3. huius distinctionis induxit charitatem donari secundum capacitatem nostram, idest secundum intensiorem conatũ nostri arbitrij, qui enim plenius conatur ad diuina ille plenius diuinis donandus videtur, certè rem istam non absoluit. Etenim adhuc quærendum superest, quid sibi velit conatus iste. Etenim conatus hic ad charitatem Dei excipiendam præparans, nõ est aliud quam præparatio seu dispositio quædam voluntatis nostræ sese adornantis Deo. Vt virgines illæ sapientes quæ ornabant lampades suas excepturæ Christum: ita ergo præparatio hæc, seu conatus, aut est purè ex viribus naturalibus, & secundum mensuram huius minimè administratur gratia Dei, fuit enim dogma pelagianum sufficere hoc tradens: & est dogma Christianum hoc respuens. Vnde rectè tradit articulus Parisiensis b.9.ca.3. Qui dixerit gratiam Dei dari secundum naturam error. Si verò conatus hic excitatur à gratia præueniente, aut est conatus imperfectus qualis est attritio, & hic etiam num non hac gaudet prærrogatiua vt secundum rationem eius charitas infundatur in corda fidelium, quia potest adesse citra charitatem, etenim etsi sit dispositio præuia charitati excipiendæ, cæterum nondum plenè elaborata qualis est cõtritio: quę est perfecta præparatio, perfectusque conatus charitati ineundæ diuinę. At verò secundum huius conatus mensuram, ingenuè est fatendũ administrationem esse charitatis, & diffundi in corda nostra charitatem per Spiritũ sanctum: cæterum hic conatus non est ascribendus capacitati naturali, quippe charitatis est opus. Nãq; contritio charitatis est effectus: dolor siquidè peccatorum si de charitate Dei nõ proficiscatur contritio non est, quamlibet illum vehementissimum finxeris.

Gratia Dei non datur secundum naturam.

ad Rom.5.

¶Quãobrem siquidẽ triplicẽ distinximus arbitrij nostri conatũ ad diuina, alterũ ex naturalibus viribꝰ nostris, qualẽ habẽt infideles quando dolent de male gestis, & animãt se ad virtutis officia. Alterũ verò quẽ vocamus attritionẽ, quæ solum fidelium est. Postremum perfectũ, quẽ appellauimus cõtritionẽ. Primꝰ equidẽ horũ necessariꝰ est iustificationi, quia sine nobis nos nõ iustificat Deus: at est admodum remotus á iustificatiõe, quia nihil habet diuinum. Secundus verò quia à Spiritu sancto excitatur iam nõ nihil diuinitatis participat. At verò etiamnum imperfecta est præparatio: quippe non plenè amat Deum, qui extimore culpam odit. Tertius autẽ conatus elaboratus est sufficienter, quippe contritus ex amore diuino culpam odio habet. ¶Iam verò si hæc ita se habent promptum est quod nõ secundum capacitatem natiuam nostram charitas exhibetur. Nanque tametsi secundum rationem contritionis donetur, at contritio ex charitate ortum habet, quamquã consideretur prior charitate secundũ dispositiuam rationem. Quapropter si quem volet Deus excitare vehemẽter ad amorẽ suum ineũdum, hic vehemẽter conabitur, & quãquam conatus sit liberi arbitrij actio, at pręuẽta est á Spũ sancto qui diuidit singulis prout vult. 1.ad Corint.12.

Triplex conatus ad diuina naturalis, attritio quæ est conatus inelaboratus & contritio, quæ est perfectꝰ conatus.

Alium

Charitas dispositionem amat supernaturalem.

Conatus liberi arbitrij quid.

Matth. 25.

Luc.1. Ierem.c.1.

Alium verò excitabit segnius Spiritus sanctus, qui & segniorem reddet conatum, tamet si Deo etiam stimulante liberum est nobis nō reddere conatum. Quis autem scrutabitur arcanum istud, cur istum vehementius excitat, illum verò segnius? vtique nemo: satis sit cum Paulo sciuisse diuidit singulis prout vult.

Conclusio. 1. ℂ Conclusio igitur certa esto gratia non administratur secundum naturalem capacitatē. Hæc liquet abundè ex præscriptis, & est in aperto illam ratione conuincere, quia charitas donum est supernaturale, at verò forma cū sit charitas supernaturalis, eget dispositione sibi germana, id est supernaturali, secundum cuius rationē exhibebitur à Deo charitas: ergo non secundum naturalem dispositionem nostri arbitrij dispensabitur gratia, aut charitas Dei. Adde ex Ioan. 4. nos erudiri diuino sermone. Vbi vult ait, Spiritus spirat, ergo ex volūtate Dei pendet dispensatio suorū donorū. Et Thom. in. 2. 2. quæstio. 24. articul. 3. ita cēset vt nos hactenus prosequuti sumus. Etiamsi in primo senten. distinct. hac. aliud sibi arrisisse præsegerat. Ait enim dona Dei dispensari secundum proportionem naturalium, non quod in natura sit dispositio natiua ad has supernaturales formas sibi conciliandas, vt est in materia quæ habet insitas dispositiones, vt quidam existimant. Et in. 3. parte. quæstio. 7. arti. 9. tradidit plenitudinem gratiæ in anima Iesu Christi adesse secundum capacitatē creaturæ. At verò D. Thom. in hac parte, fortasis non dissidet à seipso in summa. Itē Deus prouidet hominibus iuxta rationem suæ naturæ, paulatim, & sensim eos trahendo, & sensim illos prouendo ad maiora & vberiora gratiæ incrementa, & per sensilia illos manu ducens ad amorem suum. At angelos aliter promouit non sensim, sed subito in amorem suum euexit: ideoque ad hunc sensum non abest à verò si dixeris in dispensatione diuinorum donorum proportionem naturalium obseruari à Deo. Anima verò Iesu Christi plenissima est omni vbertate gratiæ, quantum creaturæ capacitas exigere poterat, quanquam non propter natiuam animæ capacitatem plenus est gratia, & veritate, sed ex verbi cū carne vnione hypostatica: id quod vberius. 3. sententiarum disseret liber.

Thomas uarius.

Prouidet Deus rebus secundum rationem propriæ naturæ

2. Conclusio. ℂ Secunda conclusio naturæ capacitas etsi secundum rationem eius non dispēsentur Dei dona, iuuat tamen naturalium bonitas vt aptiores reddamur diuinis excipiendis muneribus. Hæc aperta est conclusio, experimur enim, promptiores esse fœminas quā viri ad pœnitentiam delictorum: quia sunt ex propria natura molliores, ideoque faciliores, & proniores ad lachrymas fundendas.

3. Conclusio. ℂ Tertia conclusio fortasis angelis donata sunt diuina charismata iuxta proportionē suorum naturalium. Angeli enim non attritione, aut contritione intercedētibus, diuinis fuerunt imbuti donis nam innocentes erant: at per amorem diuinum se retulerunt in Deum, at verò qui præclarioribus fulgebant naturalibus præclarius quoque hæserunt per amorē Deo, ideoque maiorem à Deo gratiam obtinuerunt & qui non tanta fulgebant claritate naturæ non adeo feruenter Deum amauerūt, quarè & minori dotati sunt gratia. Cæterum quia etiam angelis est supranaturalis gratia Dei, alioqui non esset gratia. Ideo qualis fuerit dispositio angelorum vt gratiam exciperent num etiam supernaturalis? alibi est differendum. At non ex operibus sibi à natura germanis gratiā Dei de condigno poterant promereri: ad Roman. enim. 4. Paulus conspicuo sermone docet, Si ex operibus non est gratia: idcirco amor ille quem sancti angeli Deo prę stiterūt ex viribus naturæ sublimibus quibus erant præditi, etsi meritorium crediderim de congruo, congruum enim erat diuinæ que bonitati, & largitati quam maximè expediens, vt in amicos suos sanctos angelos reciperet, & beatitudine supernaturali donaret, quippe qui propius naturalibus egregiè vsi erant in creatoris sui gratiam, verum de condigno meritorius non erat. Cæterum dissertiora horum si amas precare dominum vt dignetur me vita & salute, quò dissertius illa doceam in. 2. sententiarum libr.

Angeli sancti non promeruerunt de condigno primam gratiam.

ℂ Restat autem Pauli locum proferre prę dicta concernētē ad Roman. nanque. 12. Non plus, ait, sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem vnicuique sicut diuisit Deus mensuram fidei. Qui locus indicat dona Dei distribui iuxta mēsuram fidei. Et paulo post, siiue prophetiam, ait, secundum rationem fidei. Ex quibus fortasis arbitrabitur aliquis, dona Dei dispensari secundum mensuram fidei: at verò fides sæpè iners est, & mortua & charitatis societate destituta: vt peccatores fideles sunt tibi exemplo. Nam exibilamus Lutheri sententiam fidem decernentem esse charitatem. Ne ergo tibi imponat Lutherana vafricies, scito, Paulum intelligendum esse sapientiam nostram quæ fidelium est, moderandā esse mensura & moderamine fidei. Ita

Pauli obscura loca exponuntur contra Lutheranam uecordiam.

que

que cum sapimus diuina,aut docemus,aut loquimur de diuinis,ne effundamus oportet liberè sermonem. Sed secundum fidei mensuram est metiendus sermo noster, & intellectus noster. Id quod alibi senserat quoq; dicens,captiuantes intellectum nostrum in obsequium fidei. Istud ergo est sapere ad sobrietatem secundum mensuram fidei. Et quod adiecit ad eum propemodum expones. Nanque Paulo prophetia nō solum est præuisio aut præsensio futurorū quinetiam interpretatio diuinarum scripturarum: ideo (ait) Siue prophetia secundum rationem fidei,quia sermones sacri sunt elucidandi non phanaticè vt hæretis vsu venit:at ad libellam catholicæ fidei. Scio Theophilacto aliud arrisisse cōmētum. Nempe prophetiam variari ex maiori aut minori fide, quę maior,ideſt,est prophetia, ex maiore progredi fide, cui expositioni multa aduersantur, quæ persequi non est huius instituti.

Dilutio argumentorum

¶ Ad argumenta igitur, Primo dices Matheum per propriam virtutem recipientis talentum, intellexisse conatum proprium nostri arbitrij, non tamen nudum Dei gratia excitāte,& iuuante:ideoq; etiamsi exhibeatur gratia Dei secundum conatus nostros,cæterum non propterea rectè colliges, ergo secundum capacitatem naturæ, quippe conatus isti quibus donatur charitas Dei diuinitus adiuuantur. Diximus nanque contritionem esse conatum hunc,at contritio ex charitate & libero arbitrio ortum habet.

¶ Secūdo dicito Deus nō est acceptor personarum, nihilominus non dispensat sua dona ad mensuram & proportionem mensuræ naturæ nostræ,quia vbi vult spirat & diuidit vnicuiq; vt vult & gratis iustificat. In gratuitis autē acceptio nulla est personarum: imo probe dominus dicet nō iustificatis, Amice non facio tibi iniuriam tolle quod tuum est.

¶ Tertio dicito nō nos negauisse capacitatem naturalem iuuare quam plurimum dona Dei disponentis omnia suauiter, ideoque Esaias illustrē edidit prophetiā. Non solum mysterijs locupletē propheticis, quinetiam & venustissimo coruscante sermone. Item Lucas germanan Græcis seruauit dialectū. Et Paulus qui supra oēs suos coætaneos floruit disertissimas scripsit epistolas. Quod autem negauimus est non esse regulam obseruandam à Deo in dispensatione suorum donorum ipsam natiuam nobis capacitatem. Substantialis enim capacitas naturæ vna est,

Capacitas substantialis & accidentalis.

cunctis hominibus:quod si hæc à Deo inspicienda est, omnes homines erant à Deo ex æquo sanctificandi, & ijsdem prærogatiuis spiritualibus essent potituri: contrarium cuius experientia testatur abundè. At alia est accidentalis capacitas naturæ,quæ est in nobilitate ingenij, & animi candore.&c. At vero neq; hanc curari à Deo semper cernimus. Quandoquidem in apostolos elegit rudes,et non præclarissimos philosophos. Et oraculis instituimur de hac re diuinis. Confiteor ait, tibi pater,rex cæli & terræ,quia abscondisti hæc à sapientibus,& prudētibus, & reuelasti ea paruulis, & respice causam, quam subdit, Quia sic placitum est ante te, itaq; non erat dispositio naturalis præuia in apostolis, maior quam in mortalibus cæteris, imò potius remotior,quippè qui idiotæ erant:Porrò euecti sunt in tantam culminis celsitudinē, quia sic placitum fuit Deo, vt rudissimi homines, Magistri crearētur etiamnum sapientissimorum,& infirma denique mundi, & quæ non sunt elegit Deus vt fortia cōfundat. Non propter capacitatem naturalem infirmorū quia plusquam maximè infirma erat, sed quia sic placitum est ante Deum. *Secunda capacitas.*

¶ Et diuina sanè ad hunc geruntur modū, humana vero non ita sunt gerenda: nanque in Dinastas Magistratusve populorū creandos plurimum est aduertenda naturalis vtraq; capacitas, quam docuimus: & secundum harum mēsuram electio est facienda, vt qui præsunt capacitate & virtute, præsint quoq; munere. Nam homo nequit idoneū facere, ideo idoneum eligat: at Deus facit quem eligit idoneum. *Obserua.*

DISTINCTIONIS Decimæ septimæ, Disputatio. 4. Num certitudo charitatis alicui fidelium contingat.

IT sunt sanè non pauca, quæ hoc ipsum quod hęc disputatio differendum offert præ se ferāt:est enim locus in primis ad Roma.8. Certus (ait) sum quod neque mors,neq; vita,neq; angeli,neq; principatus,&c. poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Chro Iesu.igitur Paulus certitudmē habebat esse se in charitate Dei. *Argum.1.*

¶ Secundus locus est euāgelicū illud,Gau- *Argu.2.*

dete, quod nomina veſtra ſcripta ſunt in cælis. Lucæ. 10. Si hoc conſtabat diſcipulis prædeſtinatos eſſe, & dominus iubet illos gaudere ob eam cauſam, at ſi extra charitatẽ eſſent

Argu. 3. non iuberet illis vt gauderent. ¶ Tertio Paulus ait, Bonum certamẽ certaui, curſum conſummaui, de reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ. 2. ad Timoth. 4. igitur certa erat Paulo ſua erga Deum charitas ſine qua bonum decertari certamen nulli cõtingere po

Argum. 4. teſt. ¶ Ad hæc ſancti martyres euidens & exploratiſsimum habebant quãdo ſub tormentis agebãt eſſe ſe charitate diuina inflãmatos Nam maiorem charitatẽ nemo habet, quam vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Prætereaverè pœnitẽtibus nota eſt euidẽter ſua contritio, ergo & certa eſt ſua charitas: quia certum eſt contritionem eſſe ex charitate Dei.

Argum. in contrariũ. ¶ Contra verò eſt ad Philip. 2. in abſentia mea cùm timore, & tremore, ſalutem veſtrã operamini: ſi ergo ex apoſtolico præcepto operanda venit operatio ſalutis cum timore & tremore, nulla eſt charitatis habitæ certitudo. Quia certitudo timorem depellit, &. 1. ad Corin. 8. Qui ſe exiſtimat ſtare, videat ne cadat. Nulla ergo ſtãdi eſt certitudo, vbi tãta caſus imminentis trepidatio afficit.

¶ Diſputatio hæc digna eſt ſanè quæ tractetur: ſunt enim quidam turgidam & flatuoſam oſtentantes ſanctimoniã, qui confidũt ſe eſſe iuſtos, vt cæteros deſpicẽtur. ¶ At verò certitudo duplex eſt, altera fidei, altera euidentiæ, fidei vtiq; certitudo eſt contẽtorum in canonicis ſcripturis, aut ex illis euidenter deductorum: euidẽtiam autem duo præſtãt, aut experientia facti, aut demonſtratio.

¶ Quamobrem primam accipe cõcluſionem, certitudine fidei nullus ſibi certam habet aut habere poteſt Dei charitatem ipſum afficere. Hæc eſt decreta in concilio Tridẽtino ſeſſio. 6. c 9. & ſunt multa in ſcripturis, quę ſat ſunt perſuadẽdæ huic cõcluſioni. Eſt Iob illam docẽs. Si ſimplex (ait) fuero hoc ipſum ignorabit anima mea. c. 9 Et. 1. ad Corin. 4. nihil mihi conſcius ſum: ſed in hoc iuſtificatus non ſum. Quanquam mirari ſubit verba hæc Pauli, qui enim in tertium cœlum raptum ſe fuiſſe teſtatur. 2. ad Cor. 12. & qui ad Rom. 8. certiſsimam ſe profitetur Chriſti habere charitatem, adeoq; ſibi hęrentem, vt vniuerſitas rerum illũ euellere non poſſet, cur verbis prę dictis ſe vſqueadeò demittit vt dicat ſe ſibi non eſſe conſcium? Nã quod Philippenſibus ſcripſit. c. 3. ſe nondum accepiſſe, nihil derõgat prioribus. Siquidem viatoris ſunt verba ad vitam æternã inhiantis, qualis Paulus erat Philippenſibus ſcribens. Priora igitur iam in dicata verba ſi cum alijs cõferantur inductis difficilia videntur, quæ intelligãtur cæterum ex tractatu Aug. ad pſal. 41. aduertere oportebit Paulũ nos docere voluiſſe verbis iſtis, nihil mihi conſcius ſum. &c. Profundam eſſe hominis mentem, & nemini patere prorſus niſi ſoli Deo: adeò vt homo ſibi plenè ipſi nõ pateat: niſi tantum oculis diuinis. Ideoq; alio rum laus non eſt multi facienda, quando propria incerta eſt, & multi exiſtimant ſe ſtare qui alioqui lapſi corã Deo ſunt, ideoq; ſe conferens ad diuinam ſcientiam Paulus, ſe ignorare veraciter confitetur: neq; propterea doceteſſe ſe iuſtum corã Deo, quia mali nihil in ſua conſcientia gerebat. Quia propria conſcientia non eſt rectus iudex ſui, niſi ſolùm Deus. Cæterum qui cõſcientiæ ſtimulis non vrgebatur, charitatem tamẽ Dei ſe certo habere fatebatur propterea q; Paulo ſatis apertum erat ſe crimine vacare, nam certam ſibi habebat Chriſti charitatẽ adeſſe, & citra fallentiam erat hæc fides Pauli de propria charitate: certum quoq; ſibi erat culpa criminali vacare, ſubindeq; ſe iuſtũ eſſe, & gratũ Deo. At verò cæteræ leuiculæ culpæ ſine quibus vita humana etiã ſanctiſsimorũ non tranſigitur, latebant Paulum, ideo aiebat, ſed in hoc iuſtificatus non ſum: ideſt prorſus liber ab omni labe mortalis, & venialis culpæ. Porrò inſultabis iã noſtræ cõcluſioni. Paulus enim Sibi certus erat de ſua charitate, at concluſio aliud docet nemini hoc cõtingere, intelliges tamen cõcluſionem excepto ſpeciali præuilegio, quo potitus eſt Paulus, & cæteri: item apoſtoli qui certo ſciebãt ſe cõfirmatos eſſe in gratia Dei: & ad hunc modum etiam intellexit concilij Tridentini indicata ſeſsio. ca. 9. Concluſio igitur eſt intelligenda, ſecundum ordinem, aut ordinarium curſum, quẽ obſeruat Deus in gubernandis fidelibus. Et præter indicata loca venit in vſum locus alter, quem crediderim non ſatis eſſe ex vſu: prouerb. enim. 20 traditur. Neminẽ ſcire an amore, an odio, ſit dignus. Qui locus aptius referendus videtur ad prædeſtinationem æternan Dei quæ latet omnes fideles, niſi quibuſdam ſit patens, ex ſpeciali priuilegio, vt apoſtoli de ſua prædeſtinatione ſunt edocti Lucæ. 10. Gaudete (ait) quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis, quod vero incerta ſit nobis prædeſtinatio

Paulus ea ponitur.

Paulus certus erat de ſua erga Deum charitate.

Locus prouerb. exponitur.

destinatio concilium Tridentinũ sessione.6. cap. 12.te instruit apertè.Porro autem rationibus rem istam agere opus facto est. Diximus autem certitudine fidei nemini constare posse se esse Deo gratũ, & charũ. Etenim fides est de contentis in sacris libris: quod verò hic aut ille sit gratus Deo modo, non est contentum in canonicis libris. Quod fuerint olim grati Deo quidã vt Abrahã, Iacob.&c. Vtique traditur in sacris Biblijs, non tamen quod viuẽtes nunc, sint Deo chari & itidem de alijs. Neque rursum potest euidenti argumẽto colligi ex canonicis scripturis hũc vel illum esse Deo charum. Quamobrem non est sub fidei certitudine, neque potest esse propositio hæc: hic homo est in charitate Dei:fides nanque hoc solo contenta est si doceat hoc,siquis rectam duxerit vitã ille Deo placidus est: at verò quod hic vel ille ducat ex scriptura non erudimur nisi solum coniectando, quod hic qui præstat quæ scriptura commemorat ille Deo charus est. Neque lutheranum tibi imponat fallax commẽtum, tradens fidem iustificantem & certificãtem non esse fidem historiæ sacræ,sed fidem particularem, ex qua homo credere tenetur se esse iustificatum dubio procul ex Dei munere.Sed quid si fides historiæ quę est diuina & certissima,non iustificat,fides tua quæ est humana & ideo fallax te iustificabit lutherane? nevtiquam.Lutherus ergo fidem Dei quam videtur extollere,potius deprimit,siquidem fides scripturæ apud illum non iustificat,sed fides quam cuiusvis cerebrũ excogitat, quo quid absurdius?facessant igitur nugæ istæ.

Rationibus suadenturcõ clusio.

2.Conclusio

Secunda conclusio.Neq; certum erit certitudine euidentiæ.Euidentiam enim pariũt duo, & experientia facti,vt quod ignis vrit tangentem,aut demonstratio: at vero experientiam nullus habet se esse amicum Dei. Nemo enim videt suam infusam charitatem, & experimentum formæ ex operatione captatur,nam operatio indicat formam at nulla est operatio in nobis,quæ hoc certo & euidenter colligat.Nam si qua esset,dicas ferũ tissimum esse amorẽ Dei: at hic prodit nonnunquam ex charitate acquisita:quæ est tanquam simia infusæ,in eademq; videtur gesti re in quæ infusa. Idcirco nullus potest euidenter scire se contritum esse.Etenim contritio nulla est sine charitate infusa:at vero infusionem charitatis nemo experitur. Sed neq; demonstratione illud colligi potest:quia demonstratio vniuersalium est:at istud singulare est,te esse in charitate Dei. Sunt porrò nonnulli qui sibi falso hoc tribuũt vt sibi gratulentur se esse amicos Dei, vt Pharisæus ille qui Deo gratias agebat, se præferens cæteris hominibus: & veniente domino iudice viuorum & mortuorum dicent huiusmodi homines nõ ne in nomine tuo prophetauimus,& virtutes fecimus multas?quib⁹ iudex æternus respondebit. Amen dico vobis nescio vos. Et huiusmodi qui sibi arrogant puritatem & vitæ sanctimoniam, sunt vt virgines illæ stultæ quæ credentes lampades gestare refertas oleo,delusæ sunt tamen illas gestãtes vacuas coram iudice Christo,qui nouit nihil mystici esse olei in conscientia vanè confidenti sibi.Tutius igitur erit illa Iob memorari verba. Verebar omnia opera mea sciens quod non parceres delinquenti.cap.9.Et ante hæc alia præmisserat quæ humanum sanctimoniæ fastum contundunt quã maximè.Etiam si habuero (ait) quidpiam iustum non respõdebo, sed iudicem meum deprecabor. Si vir sanctissimus & spiritu diuino plenus, Deo respondere non audet, etiam iusta proferens opera,quid respõdebimus igitur Deo increpanti scelera nostra? ¶ Quod si nulli patere potest sibi esse donata,peccata ergo neque patere poterit nos esse in charitate: imò neque patere nobis potest originalem culpã esse dimissam. Quia de baptizante quis nouit qualem habuit animum tantisper dum baptizabat?fides equidem docet ritè baptizatum Deo esse charum, at non docet hunc paruulum fuisse ritè, & rectè baptizatum: animus nanq; & intentio baptizantis occulta est: idest, ineuidens:quanquam probabile ducimus illum rectam concepisse pro suo munere intẽtionem. At non est euidens nisi Deo,& habenti. Itidem dicito de confessario cuius intentio, etsi ecclesiæ nota est probabiliter:at vero euidenter est ignota. Vt ergo patebit nobis nostra erga Deum charitas infusa? de hac nanque sermo agitur? Nam quam nobis nos nostro marte paramus, nota nobis est euidenter per operationes suas: at vero infusa arcana res est,& viatoribus nõ patens. Imò Paulo autore. 2.ad Timo.2. nouit Deus qui sunt eius:lege Augustinum tractatu.41.ad psalmos. Et demum quale illud est Psalmographi ab occultis meis mũda me domine,& ab alienis parce seruo tuo:& illud delicta quis intelligit? Si nobis certa est peccatorum donatio? Osius hoc argumentum versat,si satis tibi nõ sunt nostra autorẽ lege.

Duo pariũt euidentiam.

Charitas ac quisita simia est infusæ.

Math.25

Nemini notum donatũ esse crimen.

Nemini clare notum est suum donatum esse crimen.

Charitas infusa arcana est.

Osius lib. 1. de hæresib? nostri temporis.

¶Iam verò istis institutis sermonibus, perui sunt argumenta, loco Pauli dicito ex speciali reuelatione contingit certitudo charitatis aliquibus. Vt ex concilio Tridentino suprà edocti sumus. Conclusiones autem nostræ intelligendæ sunt secundum vulgatam Dei cõsuetudinem, quę hoc negat nobis infirmis: ne

Luc. 18. erigamur contra Deum, & tumeamus contra fratres instar pharisæi prænotati.

¶Secũdo loco dicito similiter Dominum

Luc. 14. reuelasse apostolis arcanũ, dixit enim illis. Iã vos non dicam seruos, sed amicos, & rursum

Ioann. 15. iam vos mundi estis omnes. Et apostoli verbo domini infallibili præstabant fidẽ: ideoq; tum certò ex fide se credebant esse amicos

Ioann. 13. Dei. Vt & Petrus certo sciebat se edoctum mysterium Iesu Christi: idest esse Deum &

Ex diuina institutione quidã se habere Dei charitatem sciebant. hominem. Matth. 16. caro (ait) & sanguis non reuelauit tibi: sed pater meus qui in cœlis est: vt etiam prophetæ se donatos lumine prophetiæ certò sciebant. Nanque si hoc certò non experirentur non esset cur dixisses illos prophetas. At (vt diximus) specialia nõ sunt trahenda in consequentiam: quippe quæ nõ derogant generali iuri, quod discutimus modo: & alter locus Pauli eadem donandus est solutione.

¶Quarto argumẽto dicito Martyres sub tormẽtis fortasis ex speciali reuelatione sciebant se esse amicos Dei. At vero hac submota dixerim illos nesciuisse se esse charitate infusa præditos. Etenim etsi mori propter Christum est certum argumentum diuinæ dilectionis, at vero tantisper dum agebãt sub tormentis nondum animam egerant pro Christo: vt sua erga Christum dilectio sibi pateret euidenter. At diem postremum agentes seu vltimum spiritum Christo reddẽtes, iam certam habebant suam charitatem, quia extraviam sunt. ¶Postremo dicito nulli patere posse se habere cõtritionem formatam, quæ est perfecta præparatio ad charitatis infusionem vt diximus. Etiam mecum considera

Taxatur Luterus. quam debaccatur miser Lutherus, qui ratus

Lutherus exploditur. est nos fore certissimos de cõtritione nostra, si infallibiliter credamus nos esse absolutos, atque contritos. Porrò ridendum est in sanũ hominis caput. Quærendum nanque est ab eo quomodo pœnitens credet infallibiliter se esse contritum & absolutum? quãdo vt absolutio sacramentalis celebretur intẽtio confessarij exigitur necessario. Porrò hanc intentionem exploratissimam pœnitens habere nequit, ideoq; pœnitens probabilitatem tantum habebit de intentione absoluentis, non tamen certam fidem. Quid ergo ex probabili fide colligit Lutherus certitudinem summam charitatis? idest certam esse infallibiliter in pœnitente charitatem Dei? malè equidem colligit, & pessimè dogmatizat, ex probabili enim infallibile neutiquam bonus dialecticus collegit vnquam. Lege Rophensem contra Lutherum. 11. & 12. articulis, & concilio Tridentino sessio. 6. cano. 13. anathemati subditur Lutherana ista vecors doctrina: itidem cano. 14. Et dogma insanũ hoc vt meminit Caluinus, Osiãder, & hæreticorum nostri temporis viperæa progenies cum primis amãt. Et illò se produxit hæc temeritas quo affirmet vel pessimum quemque & sceleratę vitæ hominẽ securum de vita esse æterna asse quẽda modo credat Deũ illi donasse peccata certissimè. Et isti postquam fidem solam dixerunt iustificare, cogebãtur concedere ꝙ certus de sua fide, certus est de sua iustificatione. Et hãc fidem non vocant fidẽ historiæ sacræ, sed fidẽ particularem de propria iustificatione. At hæc fides fallax est, ideo non potest iustificare. Ideo sapiẽs dixit de propitiato peccato noli esse sine timore. Et isti propriæ fidei plus tribuunt, quã diuinæ: quia hęc nõ iustificat, sed illa secundũ hos iustificat.

Lutherus, Caluinus, Osiander re felluntur le ge Osium de expresso dei uerbo.

DISTINCTIO DECIma septima, Cuius initium est, Iam nunc accedamus ad assignandam. &c.

Disputatio Quinta, Num charitati sint tribuenda incremẽta & qua ratione augescit?

Argumentum primum

ET in primis forsam videbitur alicui charitatem infusam augeri non posse, siquidem actio & diminutio qualitatũ sunt intensio, & remissio, at verò intensum & remissum sunt opposita, & intẽsio similiter & remissio, vt accretio & decretio in quantitatibus continuis sunt motus oppositi: at vero contraria nata sunt fieri circa idem, ergo quod augeri ex quantitate valet continua item & diminui, & quod potest itidem intendi potest & diminui & remitti, sed charitas diminui nequit aut remitti, ergo neque augeri. Probabis minorem, nanque si dimi-

Argumentum in diuersum.

diminueretur mortalis culpę admissio in causa esset, at hæc quando adest totam charitatem euacuat, at totius euacuatio, totius non est diminutio, sed potius absumptio. ¶ In diuersum verò est Paulus suos Ephesios monens, vt in charitate crescant. cap. 4. & Philippensibus cap. 1. scribens vt charitas nostra magis atq; magis abundet hortatur.

Disputatio hæc vnum habet citra controuersiam à catholicis credendum, charitatem per bona opera augeri in nobis. Id quod Tridētina Synodus edocuit, sessione. 6. Cano. 24. si quis dixerit iustitiam acceptam non conseruari atque etiā nō augeri coram Deo per bona opera, sed opera ipsa fructus solūmodo & signa esse iustificationis adeptæ, non autē ipsius augendæ causam, anathema sit. At vero totum belli pondus in disputatione ista illo inclinat discernere modū accrecionis charitatis: id quod philosophorum est discutere. Cæterum theologis item familiaris tractatio est. Quippe de charitatis incremento agitur, charitas autem non est forma physica: sed transcendēs omnes naturales formas: quippe quæ cœlestis forma est. Verū tamen siniſtrè discutietur de charitatis incremento nisi altius repetēdus sit sermo, vt de qualitatū omniū intēsione disputetur. Quæ, scilicet, sunt intensibiles. Nā nō omniū est intensio: namq; figura vt bicubitalis, aut triquetra, aut deniq; aliæ huiusmodi qualitates, non suscipiunt magis & minus. Nam sunt instar numerorū qui liberi sunt ab intensione. Nam verbi causa ternarius intensionē experiri nequit: nāq; siquid apposueris aut detraxeris ternarius non est. Sunt namq; hæc instar formarū substantialium, quæ incrementi aut decrementi capaces non sunt. De quibus in præsentia nihil discernēdum venit. Est autem quæstio hæc de intensione formarum (vt inquam increscant) latebrosa satis, & sinuosa quàm maximè: quàm semel si existimas prędidisse dictu mirū quam elabitur instar anguillarum. At duce Christo breuiculo sermone rem istā enodabimus, multa interim mittentes philosophis, quorū interest hæc exactè decernere: ideoq; placita horum succinto sermone pertransibo. Solummodo que in probabilioribus pedem figam, fuit igitur calculator ille Suisset qui multa ingenio accutissimo elaborauit, inutiliter tamen mea sententia. Nanq; vt assequaris peripateticam aut Platonicam disciplinam conducunt nihil. Et dum abstractissimè loquitur & nimis remotè à rerum natura inutiles edidit calculationes, quanquam si quem iuuat ruditatem ingenij exercere illas meditetur, & hoc nomine vtiles illas esse pronuncio. Hic ergo tradidit intensionem esse obseruandam per elongationem à non gradu: & remissionem per accessum ad eundem non gradum. Quam nudè scribo sententiam, ne te morer argumentis friuolis. Cæterum hæc sententia non est ad normam peripateticam: quæ docet negationem esse diiudicandam per affirmationem, ergo cum non gradus sit mera qualitatis priuatio, est enim non gradus, non quale, nō arbitror egregiam esse philosophiam qualitatem esse demetiendam per non qualitatem. At est quod illi suffragari censebis, nam mensura est minimum in quolibet genere, & simpliciſsimum, vndè medici à granis ordei suas exordiuntur mensuras. Et magnitudo mensuranda venit per punctum, qui indiuisibilis est & non quātus. Item & apud Arithmeticos vnitas est mensura numerorum, quò ergo quantum magis accedit ad non quantum, id est, punctum diminuitur vehementius. & quanto magis recedit à non quanto tanto maiori magnitudine cōstat. Item de vnitate, nam numerus qui magis elongatur ab vnitate est maior numerus, quò verò illi propius hæret minor redditur numerus. Vt binarius minimus est numerorum, quia propinquiſsimè vt ità dixerim accedit vnitati. Cæterum hæc nihil ad non gradum, quippe hæc sunt positiua & affirmationes. Porrò non gradus nihil est. Ad hæc consequitur hanc sentētiam quemlibet gradum qualitatis esse infinitum, probabis consequētiam, nam quilibet distat in infinitum à non gradu. Vt quale à non quali quæ duo nō sunt comparabilia. Accedat istis esse nugatoriam hac opinionē, nam quæras cur gradus vt quatuor est intēsior quam vt duo, dicet quia magis elongatur à non gradu, adhuc si insistit opponens, cur elongatur magis à non gradu gradus vt quatuor, quam gradus vt duo, non habet quod respondeat, nisi quia iste est vt quatuor, & habet quatuor gradus interuallo à non gradu, alter verò duorum interuallo discedit duntaxat. Crediderim tamē si author hic voluisset tantum asserere cōsequentiam esse bonam elongatur magis à nō gradu qualitatis, ergo est intensior qualitas, item appropinquatur magis non gradui, ergo est remissior rectum esse dogma. At vero si voluit vt præ se fert mensuram physicam ad dignoscēdum intensionem, aut remissionem qualita-

Non omnes qualitates sunt intensibiles.

Quæstio dē intensione si nuosa.

Calculator reijcitur.

Quid sit nō gradus.

Discutitur calculatoris placitum.

Moderatur Calculator.

tis, esse non gradum pace illius dixerim ego illi non acquiesco. ¶ Alijs collibuit intensionem fieri per accessum ad summū gradum, & remissionem per recessum ab eodem summo hęc ascribitur à Marsilio Ficino. 11. lib. suę theologiæ Platoni in Philebo tradēti id esse durius quod magis durissimo accedit, & Aristoteli hoc arrisisse placitū fortasis legēs scripta eius putabit. Primo. n. de cœlo & mūdo, tex. 110. rerū perfectionē dimetitur à summo principe Deo. Quæ nanq; Deo magis accedūt in naturæ dotibus vt angeli, sunt præstantissimi: qui verò discedunt ignobiliores arbitrantur. Et. 2. Meta. illud docet esse calidius quod magis accedit calidissimo, vel summè calido, &. 10. Meta. tex. 7. in quolibet tellatur genere esse vnū metrū quod est aliorū mēsura perfectionis. Et demū hac Methodo venatur. Arist. Elemēta esse quatuor. Quippe qđ est elementum imperfectè calidū reducendum est ad calidissimū: & ad hunc propemodum in cæteris qualitatibus. Sed ais Aristo. si hoc sensit, nō de intēsione formarum sensit, imo cum intēsio sit quædā perfectio formæ, quod tradit Arist. de perfectione rerū dimetienda, extendēdum videtur ad intēsionem qualitatū. Arbitrātur itidem hoc esse Augu. placitū. 11. cōfessionū: quo loco duo ait fecisse Deū alterū prope Deum. i. angelos, aliud prope nihil. i. materiā primā. Et Diuus Dionysius non semel lib. de cæsti Hierarchia seraphinos tradidit esse omniū angelorū præclarissimos quia sunt invaluis diuinitatis. Veruntamen hac disputatione non agitur neq; quæritur mensura extrinseca, ex qua dignoscitur perfectio, at quod curat est inuestigare intrinsecam mensuram intensionis, qualis sit inuesti tatum. Deus enim est mensura sanè extrinseca, & non intrinseca rebus, vt in proposito loquimur. Et gradus summus est item extrinsecus cæteris gradibus, nanque sine illius consideratione potest aliquis scire gradū: vt gradum, vt quatuor esse intēsum vt quatuor. Et præter hæc vnde dignoscetur gradus summus cur sit summè intēsus? nanq; si proximitas ad gradū summū est in causa intensionis ipse sibi proximus non est non ergo intensus erit. ¶ Fuere alij qui intensionē fieri crediderunt per additionem gradus gradui: at vt hæc additio fiat, nō sibi consentiūt authores. Quidam enim dixerūt aduenięte nouo gradu caloris verbi causa priorē discedere & corrūpi. Itaq; etiamsi alteratio sit cōtinuus motus, at vero si gradus vt quatuor caloris generatur, grad⁹, vt. 3. qui erat remissus corrūpitur. Fuit Gofredus huius placiti autor, & Burlęo idem tribuitur: & Durandus hac dist. q. 1. manibus & pedibus init in hanc sentētiam. Non enim potuit intelligere quomodo multi gradus caloris vnirentur in aqua vel ligno. Nam si vnirentur, vel vt materia & forma, & hoc non, quippe sunt omnes gradus formales, aut vnirentur per associationem, at associatio nō faceret veram vnitatem formæ: neq; magis calidum, sed maius calidū. Neq; vniuntur quia vnum transit in aliud, quia corrūperetur gradus transiens in alterum. Vt quando transit in ignem aqua, & ita intensio esset qualitatis corruptio, nō tamen accretio. Præterea quia intensio est motus, cuius terminus ad quem est qualitas intensa, & terminus, à quo qualitas remissa, at vero terminus à quo in motu, & terminus, ad quem sibi repugnant vt experimur in motu locali, vbi corrumpitur aut desinit esse terminus, à quo & huius deperditio est termini ad quem acquisitio, ergo itidē dicendum est de alterationis motu, qui est intensio. Rursum in remissione gradus intensus corrumpitur, ergo in intēsione gradus remissus. Porrò autem hæc sententia explodē da venit. Nāq; intēsum & remissum nō sunt cōtraria vt calidū & frigidū. Nam sunt intensum & remissum in qualitatib⁹ vt magnū, & paruū in quantitate molis: quæ tamen cōtraria non sunt sed relatiuè oppositа. Quare intēsum & remissum extāt in eadē specie, vt in specie albedinis, caloris, saporis. &c. Porrò si cōtraria essent in eadem specie specialissima nō extarēt, ideoq; sunt modi qualitatū non qualitatis species. Vnde quando intenditur calor, modus ille remissus qualitatis desinit esse: iam enim nemo dicet esse remissum calorem aut frigorem, postquam agens vincēs passum illa adauxit, itaq; si promoueatur calor, à duobus gradibus in. 6. duos priores gradus illi nō sunt elapsi neq; corrupti, alioq; calor, vt sex nō cōstaret ex illis vt cōstat. Nam etiāsi numerus augeatur vnitates priores non dissoluūtur, cæterū remissio illorū desiuit esse, quia quādo erāt solitarij remissionē habebāt: at auctis illa remissio cessauit. Vt in motu locali etiāsi vbicatio desinat esse, at locus non desinit esse qui est vbicatio. Itaq; terminus à quo formaliter desinit esse in motibus, nō tū necesse est vt materialiter desinat esse, nisi in generatione substantiæ. Et quærendum est ab istis vnde calor remissus corrumpitur aduenięte maiore calore, num ab igne pro-

Plato. ī Philebo de modo intensionis ex Marsilij opinione.

Vnde colligitur quaternarius e lemētorum numerus.

Mensura intrinseca in tensiōis qua lis sit inuestigandum est.

Gofredus. Burlæus. Durandus.

Durandus quid de quæstione.

Durandus. Gofredus. Burlæus refellūtur.

producente? ignis autem non corrumpit calorem suum quem producit sed seruat quo ad licet: neque ab alio quouis producente calorem calor ille remissus corrumpetur, siquidem producens non corrumpit effectum suum: imò summopere si potest augere curat. Et rursus si priores gradus corrũpuntur nihil est quod intenditur. Nanque gradus corruptus non intenditur, quia in instanti secundum Durandum deficit, gradus autem producendus quia nondum existit, paulatim enim producitur, etiam non augetur, at verò vt aliqua qualitas augeatur, necesse est ipsam manere vnam numero ab exordio ad finem vsque intensionis. Ad hæc si gradus caloris in aqua, quæ incalescit corrumpuntur igitur non disponunt aquam ad maiores feruores: at verò ex vera philosophia didicimus gradus priores præparare subiectum vt capacius sit maioris intensionis suscipiendæ Rursum me latet cur Durãdus formidat concedere imo planè negat gradum vnum non transire in alium in intensione: nam eo autore corrumpitur remissus, & ad illius corruptionem cõsequitur intensus, hoc autem est transitus vnius in aliud. Vt quando ex aqua fit ignis, transit ignis in aquam: imo re vera iuxta ipsum ita fatendum est intensionem non esse aliud nisi transitum minoris qualitatis in maiorem. Id quod verum esse existimassem fortasis si intensum atque remissum essent contraria, id quod falsum esse dubio procul fige in corde tuo. Quare nullus est transitus, quem solum reperias (exactè si loqui amas) in contrarijs vt quando ex calido fit frigidum. &c.

producens corrumpit opus quod producit.

Istis accedat lucẽ in instanti effundi at verò paulatinè susçipit sua incrementa: vt nos ipsi occulatè cernimus sub meridiem furente sole lucem multo vberius multiplicatam. Ecquid ergo corrumpitur lumẽ matutinum sub solis exortu succedente lumine meridiano? det ipse à quo dissoluetur, nunquid autor lucis sol, opus suum dissoluet? non arbitror, neque fidem habeo Durandi placito de charitatis augmento. Ait enim si successiuè increscat, priores gradus remissi collabuntur aduenientе infusione intensioris gradus, secus si in instãti augeatur, cur ergo gradus priores corrumpentur à Deo? ego ignoro ipse est autor charitatis, & conseruator & potens est seruare illæsos priores gradus, cur non seruabit? num quia Durãdo ita placuit?

Durandus non probatur.

non existimo. Imo consequium est ad Durandum charitatẽ per bona opera corrũpi & augeri. Et promptum est argumentum nam corrumpuntur gradus priores, & augentur posteriores, itaque eodem opere charitatis quo meretur homo augmentum charitatis, itidem meretur corruptionem, quia nisi corruptio sit priorum, incrementum non dabitur à Deo posteriorum graduum charitatis ex Durando. Idem de actibus colliges fidei, spei, & cæterarũ virtutum infusarum quod alienum iudico à sana theologia.

Obserua cõtra Durandum.

Porrò Durandi argumenta post hæc soluentur, fuit & alia opinio antiqua cuius meminit Simplicius in comm. ad cathegorias Aristot. enarrans prædicamentum qualitatis, quæ intensionẽ tribuebat qualitatibus ex participatione subiecti maiore, & remissionem minori dabat participationi. Et hæc est vna secta quatuor sectarum à Simplicio indicatarum loco enarrato. Quam post modum auxit Diuus Tho. in. 1. 2. quæst. 52. artic. 1. credens intensionem qualitatibus intensibilibus congruere ex maiori radicatione in subiecto. Etenim accidentis esse, est inesse propterea igitur magis exempli gratia est intensus calor, quia magis inest, & minus intensus, quia minus inest. Et quantum colligi datur ex Thomæ sermone loco indicato, formæ huiusmodi vt sunt primæ, & secundæ qualitates, secundum se ipsas non sunt intensibiles, aut remissibiles: at illud sibi conciliãt à subiecto. Quippe ipsæ submotæ à subiectis inuariabiles essent: neq; possent recipere magis & minus. Quare quam primũ ignis verbi gratia in subiectum patiens, calorem producit, tum totam formam producit caloris, tametsi tantisper dum agit magis radicatur in subiecto: & redditur intensior. Itaq; negat additionem gradus gradui, ita vt nouus & nouus gradus superaddatur patienti, ad hunc sensum quod noua, & noua, forma producatur caloris, cæterum nouus & nouus gradus caloris, concedendus est à Tho. quia est noua & noua radicatio. Itaque qui additionem graduum inuexerunt nouitatem formæ concesserunt, quandiu alterationis motus perseuerat: at Thomas non item. Concedit sanè gradus in radicatione, non in forma. At vero suffragatur huic placito secundum corticem saltem verborum Arist. in. 4. Physi. text. comm. 84. quo loco clara fatetur voce ex calido fieri magis calidum,

Quatuor sectæ de intensionis modo quem habẽt qualitates.

Exponitur placitum S. Thomæ.

Noua & noua radicatio est nouus, et nouus qualitatis intensionis gradus Tho.

nullo facto in materia calido quod non erat calidum, quando minus erat calidum, vt vertit Boetius & ferè eodem ſenſu cæteri. Et obſerua ſedulò Ariſtote. non dixiſſe nullo facto calore, ſed nullo facto calido. Et quanquam locus hic videatur magnificus, hanc que magnificans ſententiam, cæterum ſi Ariſtot. ſenſum curamus ex prioribus eruere verbis, haud dubium nihil ſuffragatur opinioni iſti. Tu igitur benè aduerte Ariſtotel. loco indicato agere contra philoſophos quoſdam antiquos, quibus hoc erat placiti vacuum eſſe: vnde exiſtimabant rareſcere corpora, quia corpora quædam difflabantur ex corpore, & vacuitate noua interueniente rareſcebant corpora: denſeſcere vero, quia illas vacuitates noua ſubintrabant corpora. In quos tamen animaduertit Ariſtoteles dicens vnum eſſe numero corpus rarum & denſum, & quod prius erat denſum poſtmodum rarum: & contra: & vna prorſus erat materia prius ſubdita denſitati, & poſtea excipiens raritatem. At vero ſi corpus aliquod recederet, vel ſubſtantia aliqua efflaretur quæ prius aderat, non eſſet idem numero ſubiectum raritatis & denſitatis. Et vna materia non eſſet eadem numero excipiens contraria & fuſius rem oſtenſurus proponit in medium ex frigido fieri calidum eadem materia manente numero, quæ ſucceſſiuè manens eadem capit duo contraria. Et rurſum adiecit ex minus calido fit magis calidum nullo adueniente foris calido, ideſt, nullo adueniente corpore aut nulla adueniente ſubſtantia calida nouè ſubintroducta, ex minus calido fit magis calidum. Imò ſicut fit calidum non propter accedentem aliunde ſubſtantiam calidam, ſed quia ex potentia ſubiecti fit calor nouus: ita & fit magis calidum citra acceſsionem nouæ ſubſtantiæ calidæ, quæ ſi accederet non eſſet eadem materia numero quæ prius erat calida, cum ea quæ nouè eſt magis calida, id quod falſum eſt vt diximus. Porrò audi commentatorem Auerroem in eodem comm. vt mihi fidem habeas, cuius verba ſubiungam. Dicamus (ait) quod additio caloris agẽtis in calore, non eſt ſecundum additionem partis in toto & vniuerſaliter ſecundum additionem ſubaudi partis materiæ in materiam, ſed ſecundum additionem agentis in paſsionem patientis, ſcilicet, quod quando calor agentis vigorabitur, creſcat calor patientis, hæc ille. Videſne quam tenuiter facit Ariſto. locus cum opinantibus intenſionem non fieri per additionem gradus gradui: ſed per radicationem vehementiorem in ſubiecto, ſiquidem Ariſtot. hoc tantum docet intenſionem non fieri per additionem nouæ ſubſtantiæ, vel materiæ, vt expoſuit commentator. Porrò qui additionem gradus gradui confeſſam habent, non additionem eſſe materiæ, ad materiam tradiderunt imò formæ ad formam.

Locus Ariſt. difficilis inſigniter explicatur.

Idem corp' numero rareſcit et denſatur.

Auerroes exponitur, et obſerua inſigniter locum.

Nec locus alter, quem ad ſuum fauorem ex Ariſtotel. petit hæc opinio, admodum iuuat. Nanque quod in .5. Met. capit. 9. tradi aſſeuerant in textu, cui non eſt Arabicum Auerrois adiectum commentum fieri ait non poteſt, vt duo accidentia ſolo numero differentia ſint in eodem ſubiecto. Vtique non iuuat vt dicebam, Etenim in primis Ariſto. lucidè non dixit ſed ex illo collectum iri credunt. Adhæc ſunt multæ fallentiæ in prouerbio hoc philoſophico quod circunfertur. Etenim à duabus candelis duo producuntur lumina in medio quæ ſolo differunt numero: at ſimul coexiſtunt in eodem ſubiecto. Quod verò ſint duo lumina producta ſi aduertere voles ad oculum cernes. Nam ex opaco obiecto corpore luminibus productis duas demitti cernes vmbras, quando non ex diametro illa lumina, idem latus opaci contingunt. Id quod non fieret niſi duo eſſent lumina. Et itidem tria lumina tres vmbras reddunt. &c. Nam vnum lumen ex corpore vno ſibi obiecto vnam duntaxat emittit vmbram. Et hoc te item docebit Cantuarienſis in ſua perſpectiua. Ad hæc notitia Petri & Pauli ſunt duæ in mente Ioannis, & ſolum differunt numero. Rurſus & ſpecies duorum alborum in viſu & viſiones eorundem, ſunt ſolo numero differentes: at coexiſtunt ſimul duæ ſpecies in oculo, & prius in medio coextiterunt. Et mea refert nihil quod in inſtanti hæc producantur, modo ſimul exiſtant, vtcunque producantur. Porrò autem locus hic, quem iam philoſophi ex Ariſtot. indicant verum habet in accidentibus quæ ſuapte natura apta non ſunt, quæ intrinſecè vniantur, at verò gradus caloris, vt calor, a, & calor, b. &c. qui componunt vnam formam caloris intenſam ſunt accidentia quæ ſuapte natura perfectè vniri valent: partialia enim ſunt, & partes graduales vnius formæ, id eſt, caliditatis intenſæ ideoque coexi-

Locus Ariſto. alter exponitur.

Prouer. philoſophicum fallit.

Lumina in medio non confunduntur neq; faciunt unum lumen et eſt petitio quædam apud cãturienſem.

Moderatio prouerbij philoſophi-

coexistunt simul tanquam vnius perfectæ formæ partes. Secus autem de lumine censeto : quippe duo lumina etsi se penetrant non tamen intrinsecè vniuntur. Aduerte tamen lumen vnum ab altero perfici quia occultè cernimus ex duobus luminibus illustrius reddi medium, quam ex vno : cæterum non perficitur vnum ex altero intrinsecè, vt inquam, reddatur vnum essentiale lumen, vt ex duobus gradibus caloris fit vnus calor. Et in notitijs & speciebus,&c. adhuc minor est vnio quam in luminibus prædictis. Nam notitia de Petro non perficit notitiam de Paulo. Imo quauis illarum ablata superstes, perfecta in mente residet. Et huius rei si causas petis,à natura rerum petas oportet, alia enim non est nisi rerum natura. Neque hoc ab Aristotel. reiectum videmus. Nec certe meo arbitratu fulcrum est solidum prænominatæ sententiæ,quod ferunt accidentis esse, est inesse, ideo quod magis inest, est magis intensum. Puto enim inhærentiam accidentis subiecto non suscipere magis & minus, vt neque per se existere suscipit magis & minus. Nam ita proprium est accidentis inhærere vt substantiæ per se existere. Et vt hoc no suscipit magis neque minus, ita neque illud.

Quisyncerã amas philosophiã hæc obserua.

Omnia accidentia ex æquo hærent suis subiectis.

¶ Quare arbitror vniuersa accidentia exæquo inhærere suis subiectis: nanque inhærere est dependere à suo subiecto, at vniuersa accidentia æqualiter dependent ab illis. Adde istis accidentia esse intensissima,quæ parum dices radicata in subiectis. Nonne lumen solis intensissimè diffusum aspicis in sereno aëre? at vero sub occasu quam cito deficiat quis non videt? & calor ignis intensissimus est, & intensior quam calor etiam num feruentissimæ aquæ, at vero ille ocyus deficit,quam aquæ feruentissimæ calor. Nam seruata proportione aquam infunde vtrisque feruor tepescet aquæ, & calor extinguetur ignis. Et alia huiusmodi plera que multa sunt naturæ exẽpla : nõ ergo ex maiori radicatione aucupãda est maior intẽsio. Item radicatio contingit sæpe ex ipsa subiecti conditione, vt calor quem obtinet materia solida vt pix,aut calx,etiam si fieri potest vt minor sit intensione, quam calor palearum, at illic fixior & radicatior est. Vt calor itidem est aquæ feruentior quia materiam adeptus est grossiorem & diutius perseuerat & magis resistit corrumpenti, quam calor ignis, qui sua subtilitate corrumpenti facilius cedit.

Quædam minus radicata in subiectis sunt intẽsiora.

¶ Quod si adhuc nos impetis illo argumẽto,ex denso fit rarum siue ex minus quanto magis quantum,nulla iniecta noua quantitate, ergo ex analogia quantitatis ad quantitatem trahendo argumentum, ex minus calido fiet calidius, nullo gradu caloris nouè producto. At vero dicendum est non æquè esse censendum de rarefactione, atque de intensione, nanque rarefactio vnde fiat habet manifestam causam, est nanque accidens corporibus rarefactio, quia pori extenduntur, qui ante rarefactionem erant compressiores, ideoque nihil opus facto est aduentitiam quantitatem ingerere, quæ si ingereretur non esset rarefactio sed coagmentatio, quædam quantitatis quantitati. Rursum rarefactio etsi augeat secundum extensionem quantitatem, vt si ex pedali facimus bipedale, vt in cera,quam liquamus experimur, at vero debilitat vires & virtutem rarefactorum, vt nos ipsi in nobis aspicimus quãdo caloribus æstiuis laxamur enerues reddi: at vero intensio vires auget, & nõ extenuat. Vnde tibi discerniculum cape intensionis at que rarefactionis. Porrò magis refert augmẽtatio vera,quæ est viuentium,intensionem. Nam in augmentatione vitali materia additur materiæ, vt in intensione gradus gradui: nisi quod in vera augmentatione materia nõ producitur,quia iam producta est. Alimentũ enim est q̃ forinsecũ est q̃ viuẽs sibi capit in vsum suũ: at in intẽsione, gradus qui additur ex potẽtia materiæ extrahitur nouus, itaque ex potẽtia actiua agẽtis fit gradus hic, & ex potentia passiua patiẽtis qui prioribus adijcitur, vt intẽsior cõsurgat forma, q̃ prius erat. Quamobrem vt in auctione propria materia adijcitur seu vnitur materiæ, quippe materia cibalis vnitur post defecationem suam humido radicali in partes maiores seu grandiores: ita & in intensione gradus adueniens non deforis,sed qui subducitur ex potentia materię vnitur in intensiorẽ formam quã prius erat.

Rarefaciut ab intensione discrepat.

Rarefactio uires eneruat,intensio uero easdem roborat.

Gradus intẽsionis ex potentia materiæ educuntur non deforis ueniũt

¶ Nec me fugit Thomam quando charitatis commemorat augmentum in. 2. 2. quæstion.24.articul.3. dixisse essentiam charitatis esse variabilem ex augmento, siue quod idem est esse augmentabilem: cuius verba sunt hæc sic ergo charitas augetur per hoc quod intenditur in subiecto: & hoc est ipsam

Tho.expenditur.

augeri ſecundum eſſentiam. Et in. 3. par. quæ ſtion. 7. artic. 9. &. 10. ſummum in forma vel qualitate ex duplici conſiderat capite, aut ſecundum ſeipſam formam, aut ſecundū capacitatem ſubiecti. Cuius rei prōpta eſt oſtēſio in calore qui ſecundum ſe habet ſummam latitudinē facillā eſſe exempli cauſa vt. 8. gradu quā potitur ignis ſolis: at vero ratione ſubiecti erit aliquando, hac latitudine etiam nūorbatus. Nāque in mixtis corporibus poteſt eſſe ſummus, non ſanè ſecundum latitudinē ſuam totam, qua potiri nequeūt mixta, quia planta non poteſt habere calorem vt. 8. neq; alia hoc genus mixta ſeu viuentia, ſeu non viuētia, at iuxta capacitatem mixtorum poteſt habere ſummam latitudinem in quodam vt 4. in alio, vt. 6. in alio, vt. 7. &c. ſecundū cuius libet mixti rationē. Quare ait gratiā gratū facientem habere ſimiliter hāc duplicem ſummam latitudinem, & ſecundum propriam rationem & ſecundum capacitatem ſubiecti, quæ duplex ſummitas adfuit animæ Chriſti at creaturis cæteris gratiæ ſumma latitudo obtingere poterit iuxta capacitatē ſubiecti: non tamen ſecundum gratiæ latitudinem.

Calor ſummus in mixtis ſecundum quid non ſimpliciter.

Hęc ad mentem dixi Sancti Thom. etiamſi ego expreſsius illius reddidi mentem. Igitur ſi hæc pendis habent gratia, & charitas ſecundum ſe latitudinem formalem, & non ſolum ſecundum reſpectum ad ſubiectum. Quod ſi de gratia & charitate nobiliſsimis formis hęc credidit Thom. neſcio cur de cæteris neget: gradus ergo qui admouētur ſunt formales gradus & non tantum radicationis formæ in ſubiecto. Et rurſus ſi radicari eſt magis ineſſe ſubiecto, & hoc ineſſe, eſt eſſe accidentis, ergo radicatio maior eſt maius eſſe accidentis: at eſſe eſt formæ, & non materiæ, ergo quo magis radicatur forma magis habet de accidentaria forma ſubiectum. Et quale quale fuerit quod dixit. in. 12. quæſt. indicata hoc quod poſtremo decreuit dubio procul vere decreuit quantum mea fert ſententia.

Placitum aliorum.

¶ Iam vero antequam patefaciam quam amem ſententiam ex iſtis, ſupereſt & illā cōmemorare, quam nōnulli peripateticam eſſe credūt, intenſi onēſcilicet fieri per minorē admixtionem cum ſuo contrario. Nam Ariſt. in lib. topicorum. 3. illud eſſe albius tradidit quod eſt nigro impermixtius: &. 5. phy. in eādem ſententiam alia commemorat. Cæterum hæc opinio ſi vt nudè proponitur nudā quoque ſortitur intelligentiam falſa eſt. Nā ſunt multæ qualitates intenſibiles, & remiſsibiles quæ contrarijs non afflictantur: & aliæ habentes contraria cum illis non permiſcentur: ſcientia enim non permiſcetur errori, nec virtus vicio. Aut dicas ſi veram putas ſententiam hanc, virtutem eam eſſe remiſſam quæ nonnihil vicij ſecum permiſcet, & ſcientiam illam remiſſam, quæ errorem ſecum habet coniunctum. Et ſpecies intelligibiles & ſenſibiles nihil habent contrarietatis, vtque mentis & ſenſus notiones: & lumen contrarium non habet, at hæc intenſione fruuntur, & remiſsionem patiuntur. Et rurſum ipſa contrarij permixtio & ſi obtundit contrarij vires vt frigidum ſi miſceueris calido, illud temperabis, & linteum maculatum ſordibus obſcurum reddes, quibus deterſis illuſtrius & candidius oſtenditur, cæterum ſordes non remittebant candorem lintei: namſi remiſiſſent detorſio & emaculatio non feciſſet illud candidius, & frigidum temperans calidum illud remiſit non tamen hoc ſemper eſt neceſſarium ad remiſsionem parandam. Etenim ignis non habet ſummam ſiccitatem ſed citra ſummum, cæterum non remiſſam illam habet, quia commixtam habet humiditatem. Eſt enim corpus ſimplex & non mixtum. Et vt ſemel dicā hæc ſententia ad legitimum ſenſum temperari poterit, illud eſſe ſcilicet intenſius calidum quod minus depriuatione caloris ſibi commixtum habet: itaque per contrarij admixtionem non verum contrarium ſubaudias ſed priuationem. Qui mos eſt Ariſtotel. ſæpe vocare contrarium quod priuatio eſt. Et reuera ita eſt calorem illum eſſe imperfectū qui plus habet ſecum de priuatione caloris iuxta quem ſenſum Ariſt. dixit illud eſſe albius quod eſt nigro impermixtius. 1. quod minus priuatur albedine eſt albius: & hoc ſanè eſt quam veriſsimum: at vero cauſam non exhibet cur priuatur minus albedine hoc albius, quam illud minus album, ideoque ſemper pendula eſt quæſtio quærens cauſam, cur hoc eſt illo candidius, aut calidius. Nam ſi hoc eſt illo candidius quia minus ſecum permiſcet nigredinis, & rurſum erit minus nigrum quia plus ſecum permiſcet candoris, & eſſet circulatio in cauſis, quæ repudianda eſt. Quod autem ſatagimus inueſtigare, eſt cauſam ſcire proximam, & per ſe vnde formis conueniat intenſio, quippe hoc ſemel explorato prōptum erit ſcire cur remiſsio

Multæ qualitates ſunt non diuexatæ cōtrarijs

Sētentia quorundam temperatur

Priuatio vocatur contrarium aliquādo.

remissio conueniat.

Decis. quæstionis et obseruabis sedulo.

¶Et reuera lustratis vniuersis mihi videre videor intensionis causam per se intrinsecam esse additionem gradus gradui. Est autē prænotandum intensionem iam significare motum qualitatis, à paucioribus gradibus ad plures. Est enim intensio analogiam habens cum accretione, quantitatum. Et vsurpamus sæpe nomen accretionis vt intensionem designemus, imo sæpe vocibus istis promiscuè vsus sum supra. Vt ergo in continuis quantitatibus est motus ad incrementa qui accretio appellatur, & est motus ad decrementa, qui diminutio, nuncupatur: ita qualitatis est alter motus ad augmentum eius, qui est intensio: alter ad decrementū, qui diminutio est.

Intensio et remissio uaria significant.

¶Porrò autem intensio vt vsu venit verbalibus alijs nominibus etiam num pro ipsa qualitate intensa vsurpatur, vt remissio pro remissa qualitate. Nam verbalia hæc iam actionem denotant iam rem actam vt visio pro re visa prophetis est familiarissima: & creatio pro re creata, vt contrà, creatura pro creatione, non est insolens scripturis vsurpatio, verum in decisione huius disputationis nos promiscuè vtemur hoc nomine intensio, ne cui sit offendiculum in sermone.

¶Præterhæc obseruabis per additionem gradus gradui, non eam intellecturos additionem, quam cernimus quando additur granum frumenti grano frumenti, quæ est propriè additio. Non enim gradus qui additur gradui est præexistens, vt granum quod actu sanè existit prius quam addatur grano alteri, veruntamen gradus, qui additur non præerat actu antequam adderetur. At subductus de potentia materiæ accedit gradibus existentibus. Quæ vniuersa si attentiusculè meditaris, viam tibi iam strauimus venturis conclusionibus.

1. Conclu. ¶Primam igitur accipe conclusionem formæ intensibiles & remissibiles, ab intrinseca ratione sua sibi vendicant intensibilitatem (vt sic dixerim) & remissibilitatem. Hāc conclusionem confessus est Alexander in summa de collatione virtutum. collatione. 69. articul. 2. volumi. 3. Non quod hanc conclusionem ipse expresserit, sed quia ait charitatem esse augmentabilem ex essentia sua vel si maius ipsam secundum essentiam suam docet augeri. Ex quo satis liquet formis competere augmentum secundum essentiam suam. Hanc quoque Scotus fusò prosequitur sermone hac distinct. quæst. 2. credens calorem & frigorem ex propria natura vendicare sibi intensibilitatem & remissibilitatem. Quippe sub mota omni aptitudine ad subiectum si illam deduxeris per intellectum qualitas intensibilis videtur, &c. At vero Caietanus dixit conclusionem esse cōtra Thom. loco indicato. 12. quæstion. 52. articul. 2. & Capreolus hac distinct. Etenim in accidentibus duo est considerare, & quod pertinet ad rationem eorundem specificam, & hoc formale est, & formæ tribuendum: aliud vero quod est infra hanc rationem specificam. Quod autem est suscipere magis & minus infra speciem est nonenim in diffinitione formali accidentis seu formæ intensibilis istud locatur quod est susceptiua magis & minus: ergo non hoc tribuendum est formæ sed materiæ. Quamobrem conuenit qualitatibus intendi aut remitti ex subiecto, illius ergo consideratione submota nulla restat intensibilitas, &c.

Thomistarū placita.

¶Veruntamen idem Caietanus suum asserens principem ab asperginibus scoticis, censuit qualitatem tantisperdum intenditur acquirere aliquid absolutum reale: & huius modi absoluti acquisitio est intensio. Quanquam huius realis & absoluti conquisitio, nō est qualitati germana, nisi ex habitudine ad subiectum, id quod Scotus inficiatur, vt præmonuimus. Itaque iuxta huius Tho. eximij defensatoris mētē intēsio nō est acquisitio respectiui imo realis, & absoluti. Et rectè mea certè si non aliorum sententia Thomam Caietanus hoc in loco exposuit. sed sciscitari à Caietano non pigebit & quale tu putas esse hoc absolutum reale, quod qualitas vt calor in suis incremētis sibi parat? dicat ipse & quātum meus fert animus aliud commentari ne quibit, etiam si subtilia satis nonnunquā elaborat machinamenta, nisi gradum esse qualitatis nouum, calor verbi gratia nouus acquiri ex intensione. Nam quod aliud fingat aut fingere valeat absolutum reale & quale non subit. Ergo intensio hæc, absoluta realia multiplicat in qualitate: fit ergo intensio secundum Thom. si vera enarrat Caietanus per additionem gradus gradui, cur ergo ipse Caietanus declinat à secta communi? quam tamē vt vidisti vel inuitus cogitur amplecti.

Commendatur Caietani interpretatio.

¶Porrò autem conclusio nostra vetusta est satis & trita, & antiquioribus nobilitata

Sẽtentia cõmunis de intensione formarum anti quitate donata est.

tata est progenitoribus, quã Alexander fuerit & Scotus & trita iam olim in scholis philosophorum etiã num ante Platonas & Aristoteles. Nam Architas ille tarentinus qui in glorioſissimo philosopha batur olim throno, autor fuit primus (qui sciatur) huius nostræ cõclusionis. Autorem habes huius rei Simplicium in commen. cathegoriarum Arist. exponens prædicamentum qualitatis. Quo loco non obscurè docet ex Architæ mẽte qui primus prædicamenta excogitauit, susc ipere magis & minus cõuenire qualitatibus ex propria sibi ipsis ratione. Id quod ego argumento colligo. Nam simile & dissimile sunt competentia qualitatibus ex natiua illarum intrinsecaque ratione vt proprietates intrinsecæ rebus, vt est homini risibilitas propria, at vero simile & dissimile sunt secundum intensum & remissum, siquidẽ albedines ex æquo intensæ sunt similes, secus intensa vero & remissa dissimiliter dissimilitudine dissociãtur, ergo intensibilitatem & remissibilitatem ad proprietates qualitatibus intrinsecas referre oportet.

2. *Conclusio*

¶ Secunda conclusio huiusmodi proprietates pendẽt nihilominus à subiectis, hæc per uia est, nanque natura accidẽtis pendet à subiecto, quippe quę imperfecta est natura: ergo etiam eiusdem proprietas. Nam si principale est pendens etiam sibi connexum pendens erit. Itaque intensibilitatem non habent nisi dependenter à subiecto, & secundum huius aut ad illius habitudinem, vt enim risibilitas est proprietas rationalis, at hæc proprietas dependet à corpore, quia citra corporis contubernium exercere ne quibit, anima enim rationalis, si solam illam mediteris, ridere non potest, quanquam ex propria natura non ex corpore risibilitatem sibi vendicat: cæterum dependenter à corporalibus instrumentis risibilitatem habet, ad eundem prope modum puta intensibilitatem & remissibilitatem ex natura qualitatũ prouenire: at vero sine subiecto exerceri non possunt, ideoque à subiecto pendent. Quamobrem inter Scotum & Caietanum mediam excogitaui viam, Scotus nanque existimat subducta comparatione ad subiectum qualitates sortiri intensionẽ ex proprietate nature: quia in gradibus intensis contrariã se inuicem depellunt, an remissis se inuicem admittunt: Caietanus verò existimat intensionem esse conditionem competentem ratione materiæ & non formaliter. Ego vero dixerim intensibilitatem esse conditionem formalem. i. proprietatem cõpetentem formis ex propria ratione, vt enim substantia ex semetipsa habet non suscipere magis neque minus, quia essentia substantiæ ex intrinseco habet quod non sit multiplicabilis, ita qualitates hoc sibi germanum & amicum ex seipsis habent, quod sint multiplicabiles suscipiendo magis, atque minus. At vero hanc proprietatem intraneam exercere nequeunt aut illa non possunt potiri, nisi intercedente subiecto vt prædiximus. Et argumentum scoticum nihil detrahit nostræ doctrinæ. Nam quod se excludat in gradibus intensis, vel se inuicem non compatiantur, negatio est, & non proprietas intrinseca de qua loquimur, hæc enim duo sunt intensibilitas, & incompatibilitas cum contrario. Primum sanè est proprietas intrinseca, & absoluta qualitatum de qua vertitur sermo: secundum verò est negatio quædam, quæ necessario consequitur ad affirmationem. Nam prius est qualitates esse intensibiles, quam se excludere in gradibus intensis. Item hæc negatio est relationem involuens, & non est absoluta. Nam non compati cum alio in eodem, relationem denotat manifestariam. Quid quod neque negatio hæc intelligitur citra subiecti consignificationem. Itaque nihil facit ad rem argumentum Scoti. Et hæc aptior est solutio quã Caietani. Nec Caietanicum commentum firmum est, nanque vt diximus nõ est materialis proprietas intensibilitas. Quippe quæ formam consequitur & speciem. Cæterum intẽsibilitas, & remissibilitas, speciem cõsequitur, & non materiam ad sensum iam præhabitum. At dices quid ergo si ita decernendum est, essentia ergo accidentis est intensibilis, & remissibilis: id quod falsum esse vulgatum est apud Aristote. essentias rerum tradentem esse tanquam numeros, qui in indiuisibili consistunt. Obseruabis igitur ne te remorentur huiusmodi scrupi, essentiam rei esse id quod significatur per diffinitionem essentialem: & hoc propriè essentia est. Et hoc sanè non variatur neque incrementis neque decremẽtis, & æquale est in cunctis, qui eadem specie fruuntur. Albedo nanque summè intensa & albedo remississima quæq; eandem prorsus quidditatẽ habent neque gradus adiectio, aut detractio, quicquam adijcit diffinitioni essentiali aut illi detrahit. Et iuxta hanc rationem omnes species sunt vt numeri: at vero essentia etiam ipsam rei naturã existentem in rebus

Media uia autoris inter Scotum & Caietanum.

Argumentum Scoti cum diluitur

Obiectio et solutio notãda.

Essentia duobus modis exponitur.

Essentia ut augeri potest.

rebus significat: & hæc essentia augeri potest & minui, si sermo sit de qualitatibus & quantitatibus. Tametsi vt diximus non de omnibus qualitatibus verus est sermo, sed de primis atque secundis. Imo vt natura hæc est quantitatis crescere & decrescere ita qualitatis est intendi & remitti, vnde vel hoc discrimine secernitur à substantia, cuius natura est non intendi aut remitti, imo prorsus vt ratio in variabilis est substantiæ, ita eius natura. Quapropter in substantia non sunt gradus, qui sibi copulentur, vt vnam perfectam reddant substantiam: imo continuo à generatione lapis verbi causa vna est substantia, habens substantialem essentiam perfectam. Nam quanquam paulatim crescant viuentia illud sanè incrementum ex ratione quantitatis est, non ex essentia vel ratione substantiæ. Neque adijcitur nouus gradus substantię ad substantiam, vt ipsa substantia multiplicetur, vt paulatim multiplicatur nouo accedente formæ gradu calor, aut sapor, aut humor, &c. Probè igitur dictum est ab Alexandro Allensi vt supra commonefacimus, essentiam charitatis esse augmentabilem, post quem Sanctus Thom. eundem sermonem repetit: & vt sibi probatum docet charitatis essentiam esse augmentabilem: disce locum ex prioribus. Quid ergo per essentiam intellexerunt non vtique genus, & differentiam essentialem, quæ diffinitionem quidditatiuam constituunt, sed naturam qualitatum primarum, & secundarum variabilem intensione & remisione esse docent. Nanque cum Planta augetur rectè dicemus quantitatem illius augeri, at quando quantitas increscit, vtique dicemus essentiam quantitatis increscere. i. naturam quantitatis increscere. Nanque hæc quantitas augetur & hæc quantitas est hæc essentia, quantitatis ergo, &c. Itidem de qualitate philosophare. Et demum calor quo vehementius intenditur habet suam essentiam perfectiorem, quo vero remittitur imperfectiorem. Et ita de alijs censeto, & ita qualitatum harum essentia intrinsecè est perfectibilis. Et vt semel dixerim intensibilitas aptitudinem denotat. Quapropter etiam submota à subiecto qualitate ipsa sanè gaudet sua dote intensibilitatis: at vero intendi nequit, nisi in subiecto resideatur, excepto diuino miraculo, Deo enim ordo rerum subditus est. Vnde Deus intendere potest qualitates submotas à subiectis si volet: & in instanti aut motose pro sua voluntate. Est autem intensibilitas proprietas generica, nam tangibilibus qualitatibus vt frigiditati calori, &c. Et secundis etiam quæ ex illis prodeunt vt sunt calor, sapor competit itidem dicito de remisibilitate, itidem spiritualibus qualitatibus conuenit.

Exponitur Alexander et Thom.

Intensibilitas aptitudinem denotat.

Intensibilitas, et remissibilitas generica proprietas.

¶ Tertia Conclusio intensio fit per adiectionem gradus gradui eiusdem speciei, & remissio gradum à gradu detrahit, hanc promptam habebis ex prescriptis, hanc conclusionem amplexus est Alexand. Allensis lib. de collationibus virtutum collat. 69. articul. 2. & vulgata est in Scholis atque à multis recepta: & mea sententia probanda venit. Etiam diu est quod illam probatissimã habuerim, aduerto enim qualitates has esse ab intrinseco perfectibiles, aut mittere posse perfectionem intrinsecam & istud est intensio acquisitio huius qualitatiuæ & intrinsecæ perfectionis. Nam si calor nouo gradu caloris augetur intrinsecè augetur & perficitur, quod si gradum remittit perfectionem intrinsecam. i. formalem mittit. Et scitè dixeris hanc copulationem graduum intrinsecam: nam ex illis conflatur vna per se qualitas. Nam calor intensus non est vnus per accidens, imo per se vnus. Quippe locatur in prædicamento qualitatis: in prædicamento autem etiam per accidens sedem non habent. Item & quantitas intrinsecè augetur, & minuitur, substantiaue ro intrinsecè perfici nequit: sed extrinsecè perficitur, & nobilitatur accidentibus. Itidem neque intrinsecè minui potest, sed solũ corrumpi: & ideo non suscipit magis & minus. Nam quanquam materia recepta forma substantiali perfectior vadat formali perfectione, & ita intrinsecam adipiscitur nobilitatem, at vero sermo hic non infirmat id quod nos decreuimus, de substantijs enim actualibus subintelligimus, non de materia quæ est in potentia ad has formales quas retulimus excipiendas perfectiones. De quibus verum est quod diximus nullam substantiam actu entem aliquo nouo gradu substantiali perfici, vt qualitates recipiunt nouos gradus formæ. Porrò autem etiamsi placitum hoc offendicula subtrahat in quæ cætera labuntur placita, verum quia nihil est ex omni parte beatum, habet hoc commune multorum placitum & nostrum scrupum vehementem in quem impegerunt viri alioqui doctissimi. Est autem scrupus, vt se habent gradus qualitatis isti, fac calorem constare quatuor gradibus

3. Conc.

Quid sit intensio.

Etiam per accidentia non sunt in prædicamento.

Substantia curuon suscipiat magis et minus.

isti-

istí vt vniuntur? num vt materia & forma? nũ vnitate associatiõis quæ est per aggregationẽ vnitas? & demum discurre in omnes vniones & nulla extat quæ istis aptetur gradibus, id quod Durandum coegit vt in mentem induceret suam accedẽtibus nobis gradibus priores dilabi. Et ante durandum Altisiodorensis lib. 3. tractatu. 6. opinionis huius meminit vt supra commonefecimus. Obseruabis autem Arist. 2. de anima dixisse text. 7. cur anima & corpus vnum sunt siquis quærat, à natura rei vnum esse. Quippe corpus ex natura habet quod sit ad animam potentia, vt anima corporis forma. Itidem dicito quod gradus qualitatis vniantur, & in vnam redigantur perfectam formam, ex natura graduum est, quod perficiantur quidam ab alijs. Nanque quod qualitas suscipiat magis atque minus naturæ tribuas qualitatum oportet, vnde igitur sortitur susciperе magis atque minus, sortitur quoque vnibilitatem graduum, priores igitur gradus qui producuntur sunt veluti in potentia, quippe qui perfectibiles sunt à posteriorib⁹: & posteriores sunt tanquam actus. Quippe qui perficiunt priores. Quare vnio corũ est tanquam actus, & potentiæ, & ad hanc vnionem reducuntur intensiones vt innumeris ostensionem paratam habes huius rei vtcunque. Nam prior vnitas perficitur à posteriori: quanquam non me latet exactè non esse dicendum priorem gradum esse potentiam passiuam posterioris: imo graduum omniũ ipsum subiectũ est vere potentia passiua, cui insunt, vel hærent, veluti accidẽtia subiecto. Cæterũ quatenus se in vicem perficiunt gradus isti subeunt rationem potentiæ, & actus. Et per hæc durandi argumentum planè solutum relinquitur.

Durandus soluitur.

Cur multi gradus coalescunt in unam qualitatem.

4. Conclu. ¶ Quarta conclusio quæ quæstionem decidit hæc esto, charitas augetur per adiectionem gradus charitatis gradui: hæc corollaria est ad priores. Et quidem si sacra aduertimus volumina, charitatẽ augeri prõptũ est. Etenim parabola illa ex euãgelici seminis cuius fructus alter tricesimus, alter sexagesimus, denique alter centesimus traditur, charitatis triplicem esse statum. Notaturenim charitas incipiens, & charitas proficiens, & charitas perfecta. Quę etiam Paulus insinuat, nã quosdam ait, paruulos esse qui potandi sunt lacte & non alendi solido cibo: alios vero docet perfectos esse, loquimur ait, sapientiam Dei inter perfectos. Et in Concilio Tridenti. sessio. 6. decernitur idem can. 24. Ex quibus omnibus vt colligas expedit charitatis incremẽta esse concedenda. Nam vbi initium, & profectus, augmentum esse est necesse: exactior de hac re disputatio in tertio senten. donabitur. Quodsi dixeris huiusmodi profectus charitatis ad opera esse referenda nõ ad habitus internos, nõ rectè dixeris. Nam si charitatis opera quędam sunt auctiora siue maiora alijs ex maiore charitate esse profecta quis negabit? nam si vehementius Deum amas nunc quàm olim amabas, habitum charitatis augustiorem quam prius habueras habes. Nanq; operatio quò perfectior est, eò à perfectiori progreditur forma. Quid quod Paulus admonet charitatem nunquam excidere, si vero quæ de charitate extant oracula augmentum eius denotantia ad actus referas, vtique actus excidunt: sunt enim actus nostri labiles & deficiunt, vt experientia quotidiana testatur abundè. Ad hæc legimus dominum etiã fidei incrementa hortatum fuisse: illaq; apostolos à domino eflagitasse, domine aiunt, ad auge nobis fidem. Et rursum, si habueritis tantam fidem vt granũ sinapis, dicetis huic monti, &c. Et præter hæc Petrus increpatur quia modica premebatur fide: & omnibus apostolis (ait) adhuc in vobis modicum lumen est. Et sexcenta hoc genus alia tu congeres si ex ocio libuerit. At vero vbi modicum est & magnum quoq; poterit esse, quia modicum refertur ad magnum, si igitur est fides modica erit fides etiam maior: fides igitur augeri potest: nempe per actus fidei, itidem igitur de charitate & spe censendum venit. Nec dominus dicens adhuc in vobis modicum lumen est de actu intellexit, imo potius de habitu fidei. Quæ si conferas omnia habitus infusos theologicos esse concedendos ex diuinis scripturis facilè cernes. Tradidit porrò Altisiodorensis libr. 3. tractatu. 6. cap. 5. charitatem nostram non esse puram, ideoque illam autumat esse maiorem charitatem quæ minus miscetur cum suo contrario: & rursum illa est maior quæ magis elongatur ab odio, Dei, & accedit ad Deum feruentius. Quippe Deus est ipsa summa charitas, Cæterũ charitas misceri nequit, cum suo contrario: nã qui manet in charitate in Deo manet & Deus in eo, igitur expellit prorsus sibi cõtraria charitas. Nam illi contrarium crimen est, seu mortiferũ peccatũ est, cum quo nulla cõmixtio est charitatis. Nã quæ cõuẽtio lucis ad tenebras, & Christi ad Belial quæ societas? itaque quanquam propter venialia peccata inter

Mat. 13.

1. ad Cor. 3.

1. ad Cor. 2.

1. Luc. 17.

Matth. 17.

Matth. 14.

Ioan. 12.

Habitus infusi exscrip.

Altisiodorẽsis refellitur

1. Ioan. 4.

ter turbantia charitatis feruorem, probè dixerit aliquis charitatem viatorum non esse puram, cæterum hæc impuritas nō est quod misceatur cum contrario suo. i. peccato mortifero. Quamuis si verba Altisiodorensis ad sensum benignum temperentur fortassis vera sensit. Non enim intellexit hanc mixtionem vt verba præse ferunt, cum peccato in quam mortali: sed concupiscentiā vocat contrarium charitatis. Iuxta Augustinianum loquendi ritum tradentem lib. 83. quæst. cōcupiscentiam esse venenū charitatis. Nō quia ipsa concupiscentia de se sit peccatum proprie quia de se non est libera, sed ex participio volūtatis, ideo vtcūque participat peccatū & si alio qui de se naturalis est: nihilominus tamen est radix & initium peccati: vt Iacobus ait, concupiscentia cū conceperit peccatum parit. c. 1. quia ergo charitas premitur interdum ex concupiscentia, ne attollat se in Deum quantum eius ferunt vires, propterea charitas nostra impura est, ex concupiscentiæ contubernio: quæ est peccatum in potētia, non actu. i. materialiter, & nō formaliter, vt diximus. Cæterum quale quale hoc fuerit non est exactus Altisiodorensis sermo, quia contraria nata sunt esse in eodem, & concupiscētia nō est in voluntate, sed in sensu: in voluntate vero charitas est. Hinc disces vt blaterent neohæretici testantes testatissimè omnem concupiscentiam esse propriè peccatū superstitem quæ esse in renatis ex baptismo contra Paul. ad Roma. 8. probantem nihil esse damnationis ijs qui sunt in Christo.

Exponitur Altisiodorensis. Et libr. 3. de doctr. Chr. et lib. de perfect. iustitiæ

Concupiscētia quomodo dicit peccatum.

¶ Post nimiam disputationem quam deduximus, aut protraximus hucusque super est iā argumento in principio obiecto respōdere. Et responsio prompta est, charitatem esse augumentabilē, & diminuibilem ad sensum hunc, vt enim non repugnat illi accretio itaque neq; repugnat diminutio. Deo nanq; charitatem subest & augere & diminuere, vt infundit gradum nouum, si volet posset subtrahere antiquum. At vero quę diuina est clementia, auget sanè illam, tamen nunquā minuit. Nam per leuiculas offensas illam nō diminuit, at per grauiores i. criminales illā prorsus aufert, & illud statuit se facturum ex legis suæ præscripto. Conceditur nihilominus à quibusdam vetustioribus theologis vt ab Altisiodorensi lib. 3. tractatu 6. c. 5. & à quodam Climetonio, cum Richardo, diminutio charitatis ex venialibus: ita tamen vt primū veniale detrahat iuxta Alti. gradum vnum

Non repugnat charitati diminutio

verbi gratia charitati habitæ, at secundū veniale non alterum gradum sed dimidiū gradus, & ita seruata proportione de cęteris. Vnde nūquā ab sumetur charitas ex venialibus. Richardus verò prædictus vltimū veniale credidit esse mortiferū: quia absumit totam charitatem quā priora venialia paulatim inminuebant. At hæc placita iam sunt exoleta, & non habēt patronos, & iurè ideoque vno ictu vtrūque confodiam placitum. Quærā enim ab auctoribus istis num venialis offensa est contraria charitati, an non? si contraria est, ergo mortifera est, etenim quod cō trarium est charitati illi repugnat, & hoc letale est, si nō est contrarium ergo illi repugnat minimè, vt ergo tollit vnum vel alterum gradum charitatis. Etenim sicut cum charitate duorū graduum veniale simul inexistit, ergo cum charitate. 8. graduum cur nō in existet? & demū quando quidem nulla est repugnantia venialis & summæ charitatis, nullum veniale quā libet fingas grauissimum tollet vel minimū charitatis, & prēter hæc omnes gradus charitatis eandem subeunt rationem cur magis repugnat vnicquem tollit peccatū veniale, quā alteri, has ergo, sententias obsolescere sine. Peccatum igitur veniale, quia non est contra charitatem, ideo illam neque ex toto, neque ex parte, tollit: at quia est prēter charitatem, ideo nimia illorum assiduitas charitatem impedit, quo minus Deo feruentius hæreat. Vnde tepidam reddunt mētem: qui tepor præparat ad lapsum. Peccatum vero mortale est contra charitatem, ergo illi est inimicum, & simul atque mētis nostrę hospicio recipit nobilissimus hospes qui est amor Dei infusus, totus abcedit. Actus vero meritorius est pro charitate illiq; amicus vnde illā auget: actus vero indifferens iners est nec contra est nec pro neque prēter charitatem. Hęsitas num ex fide prescriptum est hoc scilicet charitatem sortiri incrementa? dixerim ex fide adhunc sensum, seu acta charitatis seu habitus esse augmentabilia fidei est decretū: an vero habitus infusus charitatis vt & cæteri sit ex fide tradendus, suo loco supra disseruimus. Adhuc si dubitas num augetur in instāti an per tēporis interualla? vtiq; charitas quā donant sacramēta in instāti donatur, quādo vero per actus nostros paulatim aliquādo, nō nūquā subito. De qua re alibi, in prętentia autē res hæc incerta est, nū Deus augeat sensim charitatē, ideſt vt hō sensim mereatur ita Deo paulatim infundat charitatē. Et vt Deus paulatim

Veniale nō diminuit sub stantiā charitatis.

Altisiodorēsis placitum de diminutione charitatis.

Veniale tepidam charitatem facit mortale illā absumit.

latim cooperatur cum causis creatis ita paulatim cum meritis nostris sese habeat? an potius in principio meriti charitatis augmenta donet, an fortasis absoluto merito continuo charitatem augeat pro meriti dignitate? hæc scrutari quis poterit? cum res hæc sit valde arcana mihi tamen probabile est quod primũ proposuimus existis.

DISTINCTIONIS Decimæ septimæ, disputatio. 6. num ex omni actu suo mereatur charitas incrementa.

1. Argu. IT in primis videbitur ex omni actu charitatis charitatem augeri, siquidem omnis actus à charitate prodiens est Deo gratus, quia ex amicitia Dei ortus est, igitur grata si Deo est omnis charitatis operatio, meritoria est & gratiæ & gloriæ. ¶ Secũdo minimus cõsensus in peccatũ mortale abundè est vt charitatem euertat, ergo minimus actus prodiens à charitate poterit illam fulcire & augere.

2. Argu. ¶ Ad hæc. 2. ad Corint. 5. omnes manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisq; propria corporis prout gessit seu bonum seu malũ, ergo quilibet actus bonus prodiens ex charitate mercede propria donabitur: ergo meretur præmia æterna. Quid quod augmentum charitatis mereatur? quando quidem maius est vita æterna quã vnus aut alter charitatis gradus, qui illi accrescere poterit.

4 Argu. ¶ Præter hæc dominus nihil meminit de intensione actuum, vos ait, amici mei estis, si feceritis omnia quæcunque præcipio vobis Ioan. 15. non dixit si feceritis intense, igitur qui operatur ex charitate, etiamsi nõ intense non fraudabitur premio æterno. Quippe rectè, & iuxta Dei præceptum operatur, ergo merebitur augmẽtum charitatis, siquidem legitimè vtens Dei amicitia dignus

5. Argu. est, qui dotetur ampliori. Quibus quoque accedat, siquis ex charitate remissa participat sacramẽtum sinaxeos aut quoduis alterum, ille dubio procul augebit charitatem suam & ex actu remisso vt argumentum supponit. Quod vero augeat suam charitatem patet, nã sumptio sacramenti quãtumlibet ex remississimo actu, necessario gratiam auget & charitatem sumentis: nam nullum est obsistens & præparatio idonea est suscipientis. Nam quouis charitas etiam num remississima sacramẽto satis est. ¶ In cõtrariũ vero est omne agẽs agit ex proportione maioris inæqualitatis, supra passim, at vero actus charitatis remissus, non habet proportionem maioris in æqualitatis supra charitatem intẽsam, verbi gratia actus remissus vt duo, supra charitatem intensam vt quatuor, ergo illam augere nequibit. *Argu. in cõtrarium.*

¶ Disputatio hæc vtique si circa formas naturales ageretur, non esset onerosa: at vero quia circa charitatem est, ideo obscura satis est. Neque peruiam doctrinam ad manũ, habebis quæ de instituta quęstione exactè te instituere possit. Etenim tot volitant vltro citroque authorum placita, vt nescias alterutrum eligas, vel affirmatiuam quæstionis partem an negatiuam. Proferamus ergo primũ Tho. qui sibi constantem & in distinct. 17. & in. 22. q. 24. art. 6. & . 12. q. 52. art. 3. doctrinã habet charitatis incremẽta non esse ab actibus remissis, aut æqualibus, sed ab actibus charitatis auctioribus ipsa charitate augenda, esse petenda. Etenim nihil agit vltra suam virtutem, si vero actus remissus charitatis vt duo augeret charitatem vt. 4. & illam augeret ad 6. gradus, iam charitas remissa se faceret augustiorem seu intensiorẽ, & ageret supra virtutem eius, quæ gradibus quatuor est terminata. Ait præterea actus remissos charitatis meritorios esse vitæ æternæ: quanquam igitur nõ augeãt charitatẽ præsentẽ augent tamen vitam æternam. Rursus actus huius modi disponũt ad charitatis augmentũ id quod etiamsi tum non exhibeatur, quando actus remissos præstat charitas, cæterum tunc exhibebitur, quando per actus illos remissos se disponit & parat vt aliquando conetur vehemẽtius ad actum intensiorem sua charitate. Itaque trifariam charitas segerit in exercitio actuum suorum, aut enim actus remissiores producit, aut sibi æquales, aut intensiores. Quod si primum præstiterit, non augebit: itidem si secundum, quanquam se seruat in columen sic agens. Etenim actus illi quos præstat illam non lędunt imo præparant ad maiora. Quanquam autem illam seruent non tamen intendunt: non enim conseruare parta est illa augere, cineres enim calidi ignem cõseruant: at non augent. Cæterum actum intẽsiorem quando præstiterit ex nimio conatu voluntatis tunc demũ augetur, quod augmẽtum magis tribuendum est voluntati se ferentius agente in diuinos amores, quam charitati. Etenim charitas non tanta erat, quãta

Thomæ placitum de augmento charitatis.

Actus charitatis remissi uitam æternam cumulant, non tamen charitatem unde prodierunt.

Charitas trifariam se gerit in producendis actis.

suffi-

sufficeret tanto actui diuinæ dilectionis edē do. Nam si ipsa gradibus cōstabat quatuor, & elicuit actū amoris vt.6.vel.5.huic actui eden do par non erat charitas.

Richardi opinio de charitatis incremēto.

Richardus vero distinctione hac etiā con cessit actum charitatis augentem esse oporte re auctiorem ipsa charitate augenda. Quan quam si multi edantur actus remissi coniūcti sanè æquipollebunt actui intenso. Vt actus al ter sit vt vnum, alter similiter vt vnum & sic repetiti actus. 6. tantas habebunt vires simul coaceruati quantas vnus actus solus, qui gradibus sex constabat. Et vt hic augere charita tem scilicet vt.5.potens est, ita & illi. 6. actus. Nec arbitror istud commentum admodum alienum esse à placito Thom cui est in decre

1.2.q. 24. ar.6. tis actus plerosq; remissos, tametsi sigillatim habitum seu virtutem non generent, at vero

Resp.2. argum. simul cōglomeratos generare. Vt guttarū cadentes singulæ sanè non excauant lapidē, at postrema agēs in virtute priorum excauat lapidem. Ita quoq; siquis traderet de augmento charitatis secundum Tho. fortasis non errasset. Nanq; actus remissi poterūt coaceruatim si collegeris æquam habere vim cum actu intenso, ergo vt intensus auget, & illi simul augebunt. Et vt gutta postrema non ex se sola sed ex vi aliarum guttarum suffodit lapidem, ita postremus actus etiā si sit remissus ex prio ribus tamen sibi captans vires, tantundē effi

Durandi decretum. ciet quantum vnus solus intensus. Porrò Durandus distinctione hac.q.8. decernit duo de re hac alterum est habitus nostro marte comparatos quales virtutes sunt morales, ex quo uis actu virtutis augeri, vt temperātia ex quo uis actu temperato, siue is remissior fuerit siue intensior siue virtuti aut habitui operanti æqualis. Probat nam virtus ex eisdem auge tur ex quibus proficiscitur, at vero ex operationibus studiosis multiplicatis, etiam num re missis proficiscitur, ex eisdē igitur augebitur. Alterum vero quod decernit est actus charitatis si sint charitate augenda remissiores, illā non augent, neq; promouent. Etenim charitas ex actibus nostris non ingeneratur in nobis, sed ex cœlesti infusione: ideoq; actus nostri meritoriè charitatē augēt. Quamobrem si præstamus actus remissiores, quam pro chari tate in nobis concepta, indignos nos exhibemus Deo vt ipse augeat. Quippe charitate cō cepta nō benè vtimur, & qui non benè vtitur acceptis, indignus est vt amplioribus donetur. Porrò si charitas ea præstet officia, quæ pro sua exiguntur ratione, idest, si ipsa est vt quatuor & actus sui illa eadem donentur intē sione, aut maiore tunc augebitur charitas. Quippe munere accepto legitimè vtitur, qui iuxta illius mensuram operatur, aut illud toto mētis adnisu curat excedere vt ampliori do netur. Arbitratur rursum actus hosce quos charitas flaccidiores reddit quā pro suis viribus, dignos esse vita æterna: promereriq; vitæ æternæ augmentum. Quanquam mirari subit dum hæc narro Durandi placita, quid illi ve- *Durādus re* nit in mentem, vt actum remissum impoten- *prehendi-* tem credat augendæ charitati, quia qui illum *tur.* præstat non benè vtitur acceptis: at nihilomi nus meritorium facit vitæ æternæ, ecquid si non benè vtitur acceptis cur donabitur præmio æterno, qui actum remissum præstat? si indignus est charitatis augmento, quia nō benè vtitur charitatis facultate qua potitur. Cui accedat exigendum fore à Durando cur hic qui habet actum remissiorem nō benè vtitur charitatis facultate qua gaudet? ais forte, quia flaccidiores actus exhibet quā pro facultate charitatis essent exhibendi, si ergo non benè ob hoc vtitur, ergo male vtitur, siquidem vti tur, si male igitur vtitur charitate, vt ergo est dignus præmio æterno? Adhæc vel hic tene tur æquales, aut auctiores, actus præstare aut non, si non tenetur ergo remissiores producēs non malè facit, neque malè vtetur, quia nihil præstat contra præceptum, sin vero tenetur remissionis, ergo crimen vel culpam admittit remissiora exhibēs quam vires suæ charitatis suppeditabant. Vnde non erit meritorius vitæ æternæ (vt ipse autumat) imo potius meritorius supplicij.

Qui acceptis abutitur indigne est ampliori bus honora ri.

Nominalium Theologorum secta in aliā *Secta nomi* se deuoluit partem prioribus satis diuersam, *nalis.* vniuersaliter enim decernunt infusas æquè atq; adquisitas virtutes ex actibus suis quales quales ij extiterint augeri: & de acquisitis illis est confessum quippe ex remissis frequentatis actibus studiosis virtus moralis paratur, nā ex multis actibus fit habitus, vel ex vno intenso æquipollenti pluribus remissis. De infu sis vero virtutibus etiam idem docet. Lege Almain in tracta. 2. de augmento charitatis capit. 10. quem habes in libr. moralium ab eo edito & Ioan. Maioris, & cæteros huius clas- *Censura de* sis in hac dist. At vero si me iudicem consu- *authorū Phi* lis, super quæstione ista, primo tibi dixerim *citis.* in actionibus Physicis ita esse vt Thom. decreuit. Nihil enim intenditur nisi ab intensiori operatione: lego enim apud Aristote. 1. de generatione text. commen. 48. actionem non

esse inter omnino similia, aut prorsus dissimilia. Ait enim si esset inter omnino similia idē pateretur à seipso. Quare inibi ait. tex. 51. actionem celebrandam inter similia genere, & dissimilia specie. Verum hoc recipiendum est in actionibus Physicis, quæ sunt corruptio vnius & alterius productio: vt corrupto calido emergit frigidum. Intensio autē non hanc subit legem, non est enim actio corruptiua sed perfectiua. At priorem legem seruat quā præscripsit Aristotel. intensio enim inter similia specie est, & non vertitur inter contraria, ideo obseruat legem actionis secundum suam rationem, quæ est vt hæc similia specie non sint omnino similia, quia omnino dissimilia non sunt, siquidem sunt similia specie. Quare calidum vt quatuor, & alterum calidum vt quatuor, non se possunt intendere. Et etiam si penetratiuè se habeant, arbitror non se auctura. Quia prorsus sunt similia. Quidquid Ioannes Maior, commentetur in hac distinctione, credens penetrabilitatem intensiorem facere qualitatem. Id quod ego non amplector: non enim penetratio satis est qualitatibus, vt se intendant, nisi adsit nonnulla dissimilitudo inter intendens, & intensum. Quidquod intensio non est sola penetratio graduum sed illorum vnio, secundum quasi potentiam & actum: vt duo lumina in medio diffusa sunto tibi exemplo, quæ se penetrant & non se intendunt. Vt præmonuimus proxima disputatione. Itaq; necessaria est dissimilitudo vt intensionem qualitas aliqua consequatur. Nam dixit Aristotel. 1. de generat. tex. 51. agens contendit assimilare passum. Calidum igitur vt quatuor postquam calorem suum impressit passo & effecit illud calidum tanto calore quantum ipsum affectum erat, amplius non calefacit quia iam agens & passum sunt prorsus similia. Poterit sanè si passo adhuc agens adsistat conseruare calidum effectum, at cessabit ab actione siue intensione. At vero remissa qualitas etiam si non sit prorsus similis qualitati intensæ, non propterea poterit agere remissum in intensum, nō enim eatenus intelligas nos dixisse dissimilitudinem esse necessariam nonnullam inter agens & patiens quatenus hæc dissimilitudo sat sit actioni ministrandæ. Quippe non satis est, nisi adsit potentia & victoria agentis, supra passum. 4. Physicor. commen. 84. Et quantum coniecto hæc apud se voluens Thom. docuit morales virtutes augeri ab actibus intensioribus: & theologizans ex naturalibus

Exponitur Aristot.

Peripateticus canon quē seruant actiones physicæ.

Maior carpitur quia penetratio non satis est intensioni.

vestigijs, charitatem etiam docuit augeri ex actis intensioribus quam ipsa sit. Et quāquam Almain illi tribuat esse augendam charitatem ex actu charitatis intensissimo, quem homo præstat secundum totum seu maximum quem potest conatum, ego vero illi non suffragor. Nam Thom. sufficit actus intensior hic enim, & est aliquatenus dissimilis charitati augendæ, & est potentior illa quippe illam potestate excedit, quippe qui est intensior illa. Neque arbitror apud Thomam necessarium esse resurgenti à fęce culpæ ad gratiæ splendorem, totum conatum exhibere, ideſt, maximum quem potest, iuxta vires suas, imo sat erit si maximum præstiterit quē debet. Siquidem etiam apud Thom. minima contritio est sat gratiæ diuinæ ineundæ, at ad minimam contritionem obtinendam non maximus conatus posibilis exigitur, de quare alibi. Sinistrè igitur existimat Thomæ esse placitum vt charitatem augeamus necesse est vt actum reddamus secundum totam charitatis habitæ inclinationem & secundum totum liberi arbitrij conatum: imo satis sit actū præstare intensiorem ipsa charitate etiam si totum conatum non impēdamus. Non enim dixit Thom. actum esse exhibendum intensissimum augendę charitati, sed intensiorem. Intensissimus enim est rarissimus hominibus & vix esset qui suam augerent charitatem si hic actus exigeretur. Quod verò sit rarissimus & difficillimus, in nobis ipsis ostensio est etiam libris non docentibus. Porrò Bernardus te docebit libro de consideratione ad Eugenium. Et difficultatem huius actus obseruantes Lutherani tradiderunt Deum obligasse homines ad duo impossibilia nempe ad amorem sui exactum, & ad non concupiscendum, verum blasphemant isti, quia Paulum non audiunt docentem, se omnia posse in Christo confortante. Et rursum, spiritus est qui adiuuat infirmitatem nostram. Quæ docebit tertius sentent. vberius.

Lib. moral. tract. 2. c. 10

Almain refellitur.

Thom. elucidatur.

Lutheranū dogma despicitur.

Iam vero vt propius rem istam differamus prædictis addendum est actiones animæ non esse moderandas iuxta regulam præscriptam ab Aristote. actionum Physicarum. Anima enim est forma longe transcendens formas Physicas, siue mixtorum siue elementorum, vt nos disertè tradidimus in commentis nostris ad. 2. de anima Aristotel. vnde Physica actio cessat assimilato passo, vt Aristotel. dudum docuerat: at vero actio

Actiones animæ non sunt moderandæ ut physicæ.

animæ

animæ assimilatione fit, imo hæc præexigitur ad actionem. Oculus enim excepta similitudine obiecti non cessat à visu imo tum demum videt quando similitudine obiecti formatur. Vides ne vt actio animæ à physica cæterorum agentium discrepat actione? Præterhæc inter obiectum & potentiam nõ est dissimilitudo contrarietatis, nec disimilitudo intensi, & remissi. Non enim obiectum & potentia sunt contraria imo conuenientia. Neq; se habent sicut intensum & remissum. Imo si visus remissas habet vires & obiectum intensas non augebit obiectum potentiæ actionẽ, imo languidiorem faciet. Id quod non experimur circa actiones physicas siquidem intense calidum auget calidum remissum. Et rursus actiones animæ sunt immanentes, nam anima agit intra semetipsam: & ipsa est propriarum actionum conceptaculum. At Physica agentia extra se agunt, vt externa sibi assimilent, anima verò non item vt diximus. Quæ vniuersa & alia quæ poteris tecum voluere si in caput redegeris vnum videbis non temerè me dixisse, actiones animæ non esse moderandas iuxta regulam Physicarum actionũ. Vnde nihil miraberis si alia contingant in actionibus animæ, quæ Physicis actionibus sunt aduersa. Quapropter hæc esto prima cõclusio. Ex actibus remissis aliquid ingeneratur in anima. Itaque ex actu voluntatis temperantiæ etiam remisso, qualitas quædam ingeneratur in voluntate: vel ex actu quouis iustitiæ, &c. si temperantiam nolis recipi in voluntate, sed in concupiscibili. At in hac re non sit controuersia, nam idem colligas de concupiscibili. Conclusionem igitur ostendo nam dispositionem & habitum Aristote. voluit eò distingui, quò dispositio est remissa quædam qualitas, & ideo instabilis: at verò habitus qualitas est intensior animæ defixa, illique stabiliter hærens: iam ergo si dispositio est remissa, qualitas vtique generabitur ex actibus remissis, actus igitur remissi imprimunt animæ dispositionem antequam generetur habitus. At verò toties replicabis hos actus remissos vt ex dispositione emergat habitus, igitur remissi illi actus paulatim augent illam dispositionem, fac enim dispositionem animæ ad temperantiam esse vt duo, replica iam actus quorum singuli sunt remissiores dispositione præhabita, vel ex illis replicatis diu, dispositio promouebitur in habitum, aut non promouebitur, si primum annuis ergo actus remissiores, illam dispositionem augebunt, quod probare erat institutum, sin vero non promouebitur actus igitur diu repetiti nihil imprimunt, nihilque efficiẽt in anima, at contra experta hoc asseres, siquidem ex illa diuturna actuum frequentique exercitatione etiam remissiorum quilibet se promptiorem ad exercitia similia virtutis, vel vicij, semetipsum experitur, quod si promptiores nos sentimus & habiliores necessum est aliquid ex illis actibus fateri imprimi in animã, quæ impressio non est ob aliud nisi quod dispositionem auxerunt in habitum. Et hoc est quod vulgo circunfertur ex pluribus actibus fit habitus. Sed cur obsecro ex pluribus? nẽpe quia sunt modici actus, nam ex feruentioribus pauci si sunt, sat sunt habitui ingenerando. Iam ergo postquam habitus ingeneratus est, in nobis ille habitus ad actus sibi æquales inclinat, qui sanè præstiti à voluntate augebunt eundem habitum. Quanquam enim similes sunt in intensione, cæterum quia actus agit in animam in qua est, est enim immanens propterea aget. Quanuis propriè non agit, sed potius anima vtitur actu suo ad intensionem proprij habitus. Quamobrem etiam si gradualis sit æqualitas inter actum & habitum, at vero quia actus est veluti instrumentarius & non est agens principale, sed anima ipsa quæ potentior est quam conceptus habitus, propterea sufficit quiuis actus augendo habitui: siue æqualis sit habitui, ideſt, ex æquo intensus, siue inæqualis, ideſt, remissior. Anima igitur suo vtens habitu producit actum pro sua voluntate intensiorem, aut remissiorem, & auget habitum suum vtens habitu & actu suo. Vnde nonnunquam pro suo arbitratu etiam intensiorem producit actum, quam sit habitus sibi infixus: nam potentior est suo habitu. Non ergo Physicarum actionum sequuntur normam animæ actiones. Illæ enim non producuntur nisi proportionem maioris inæqualitatis habeat agens supra passum, si enim æqualis sit proportio, aut minoris inæqualitatis, non se prodit actio: cæterum in animæ actionibus, à proportione æqualitatis fit actio, nanque obiectum oportet esse commensuratum & proportionatum potentiæ. Nam excellens sensile corrumpit sensum, itaque quod Physica actio desiderat excellentiam, scilicet, agentis supra passum, hoc animæ actionem corrumpit. Et quãquam excellens intelligibile mentem perficiat, non tamen ita excellens desideratur vt menti sit improportionatum. Nam hoc Deus est, qui à

Prima conclusio decisoria.

Hæc obseruada de intensionis modo in qualitatibus animæ.

In actionibꝰ animæ â proportione æqualitatis fit actio non in physicis.

mente creata ope diuina destituta cerni nequit. Cur igitur miratu erit dignum si dixerim habitus augeri à sibi æqualibus actibus, aut etiam à remisioribus: isti nanque omnes sunt proportionati habitui imo menti ipsi vn de prodeunt, cessat igitur vrgens illud argumentum, non intenditur ab æquali actu habitus aut à remisiore, quia à proportione minoris inæqualitatis aut ex æquali nō fit actio. Id quod verum in physicis actionibus esse demonstrauimus. Et aduerte per actiones animæ, nos nunc subintelligere animales actiones, aut intellectuales, & liberi arbitrij operationes. De naturalibus enim & vitalibus nullam exigimus modo rationem. Quamobrem hac pensiculatius librata à proportione æqualitatis est animæ actio. Nam ipsa agit in se ipsam, & est sibi, vt ita dixerim, æqualis ipsa inquam vt agens, est sibi æqualis vt est patiens. Nam habitus & actus quasi instrumenta illi sunt vt sua absoluat munera: vnde ipsa anima est quæ vtens actus sui ministerio etiam num remisioris, auget suum habitum, vt se promptiorem reddat ad actum suum peragendum. Quod si occinis actus remissus est inæqualis, ergo non augebit, quia à proportione minoris inæqualitatis non paratur actio, responsum tibi iam est animam esse præcipuum agens, quæ sibi quodammodo æqualis est.

Argumentorum solutio.

Porrò autem argumenta quæ in fronte disputationis obiecimus, hoc idem probant, quare quod exigunt hoc donamus. Et profecto apud Aristotel. legimus virtutem parari ex actionibus studiosis secundum rectam rationem libratis. 2. ethicorum capitul. 2. & primo ethicor. non semel tradidit, & frequenter idem aliàs commemorat: at vero quod memi nerim nusquam dixit ex actionibus intensis, aut remissis. Si ergo ex qualicunque actione studiosa moderata secundum rectam rationē generatur virtus, ex eadem potest augeri. Nam ex quibus fit, augeri quis vetabit? Nec argumentum Thom. viribus tantis pollet vt hanc nostram dissuadeat conclusionem, ait enim, effectus non excedit vires causæ, igitur actus remissus non augebit habitum intensum. Dico enim actum remissum augentem habitum non excedere vires augendi habitus, neque enim auget actus ille vt excedens: at vero si actus est vt duo, & habitus augendus vt quatuor iunctus huic promouet habitum in gradus alios duos. Quid quod anima est, quæ est præcipuum agens & illa est quæ

Obserua locum Aristotelis.

auget habitus suos, vtens actibus suis quos ex suo arbitrio producit: vt habitus increscant, & vt prædiximus ista excellentia agentis supra passum quærenda est in actionibus physicis: in actionibus nanque animæ alia actionū sunt moderamina.

Iam nouissimam accipe de re hac conclusionem, charitas augetur itidem ex suis actibus remisioribus, nedum ex æqualibus, aut auctioribus. Hæc conclusio ex prioribus pendentem habet intelligentiam. Et præter illa omnia habet vnum sibi singulare seu peculiare quod alijs non conuenit. Etenim charitas est infusa diuinitus, & non fit ex nostris actibus. Quapropter etiam si augeatur ex meritis nostris, non sanè effectiuè augetur. Nanque merita nostra impotentia sunt creandæ charitati, quam solus Deus creat. At vero meritoriè parant augmentum vt est plenus consensus doctorum Alexandri, Thomæ, Scoti: & demum omnium Theologorum hoc firmat calculus, merita nostra non effectiuè sed meritoriè augere infusam charitatem: alioqui si effectiuè propriè augerent, nos essemus creatores gratiæ, & charitatis imo fidei & spei: id quod est dogma impiū. Quamobrem si meritoria & non effectiua est accretio charitatis, quiuis actus charitati germanus siue tepidus sit siue feruentior sit, fontis vnde processit promeretur augmentum. Etenim actus ille gratus Deo est atque placidus, cur ergo non promerebitur charitatis increscentiam si gloriæ promeretur? Et rursum isti actus apud Thom. disponunt ad actus feruentiores charitatis, & vtique egregiè disponent, si paulatim per illos succrescit. Et multo vberius ita disponent quam si per illos nihil accrescat charitati. Et in Concilio Trident. Sessione. 6. canone. 24. Iustitiam traditur augeri per bona opera: nihilque meminit per feruentiora. Et hanc indefinitam Concilij Tridentini æquiualentem puto vniuersali propositioni, idest, vniuersa opera meritoria charitatem conseruant, & augent. Nam iustitia hoc loco ipsam charitatem iustificantem significat: vt ex eadem sessione perspicuum est. Quibus tamen adde charitatis increscentiam duplicem esse, est altera quæ sensibilior est, alia vero quæ insensibilis. Ex charitatis igitur actibus tepidioribus non excrescit charitas sensili incremento: id quod adipiscitur ex feruentioribus actibus. Quanquam vt diximus, neque charitas, neque eius incrementa sentiri possunt, nisi solum ex coniectibus.

2. Conclusio Charitas incrementa excipit etiã ex flaccidioribus actis.

Quiuis actus charitatis charitatem auget.

Charitas infusa est nostra iustificatio.

Charitas ex coniectatione sentitur solum seu ex probabilib⁹ rationibus.

iectibus. Tandem ne turbet te quod dixi paulo ante habitus esse quasi animæ instrumenta, cum tamen sint formæ animæ : & forma non est instrumentum agentis, ideoque dixi quasi. Alioqui non sunt formæ habitus instar physicarum, quia sine habitibus potest agere anima : at agens physicum sine forma agere nequit, cæterum habitus parantur vt anima expeditius agat ideo sunt formæ.

DISTINCTIO Decimaseptima, disputatio septima. Num charitas viæ ad infinitam se potest porrigere accretionem vel excrescentiam?

ET in primis videbitur fortassis alicui charitatem ad infinitum supercrescere non posse. Etenim si excrescit in infinitum, ergo continget viatori diligere Deum infinito amore: at vero amor infinitus non potest progredi nisi ex notitia infinita ergo in via poterit homo Deum infinita assequi notitia, id quod inficiatur Paulus in hæc verba. Ex parte (ait) cognoscimus & ex parte prophetamus. Et videmus nunc per speculum in ænigmate tunc autem facie ad faciem. 1. ad Corinth. 13. ¶ Secundo idem colligendum videtur. Quippe terminus charitatis viæ est charitas patriæ quod autem terminū habet ad infinitum non se potest porrigere.

Arg. in contrarium.

Contra vero est Paulus Philippensibus scribens capitul. 3. Non quod iam acceperim ait, aut perfectus sim: sequor autem si quomodo comprehendam si ergo Paulus se perficiendum adhuc existimabat, igitur (cum perfectio omnis ex charitate est petenda) Paulus adhuc feruentius & feruentius amare poterat Deum, tantisperdum viuebat. Igitur viatrix charitas excrescere poterit ad infinitum. ¶ Disputatio hæc factiosa est, quia in duas discissa est factiones. Etenim schola vulgata Theologorum charitatem viatricem negat ad infinitum posse promoueri. Et sermo vertitur de viatrice. Nam beatam non augeri confessa res est in omni Theologorum schola.

Argum. 1.

Et colligunt hanc sententiam multis, primo sanè quia omnis motus est à termino à quo ad terminum ad quem, igitur intensio charitatis habet terminos vnde progreditur, & ad quem progreditur. Quod vero terminis comprehenditur infinitum non est. ¶ Secundò minima charitas datur, nanque hæc sufficit saluti æternæ assequendæ, ergo & maxima concedenda est. Si vero infinitum crescere potest maxima charitas nulla est. Nempe quia quamcunque protuleris aliam maiorem poteris habere. *Argum. 2.* ¶ Tertiò genus ex sua amplitudine minus coercetur limite quam species, & species multominus quam indiuiduum. Nam hoc est adeò limitatum, vt de alio prædicari nequeat, nisi de seipso : at verò genus non obstante sua amplitudine & illimitatione est alioqui limitibus constrictum, quia necessario est vnum genus in singulis generibus supremum, id quod maximum est in illo genere, vnde decem traduntur genera maxima, ergo species quæ est multo limitatior habebit limitem itidem. Et limitibus etiam coguntur indiuidua. Quod si exhibendus erit terminus quidam in singulis speciebus, charitas ergo erit vna perfectissima cui nihil addi possit, vt à minima nihil detrahi valet. Non ergo ad infinitum se poterit profundere charitas. *Argum. 3.* *Decem sunt genera maxima.* ¶ Quartò si charitatem dixeris non subire aliarum formarum legem, eò vel maximè dices, quia est participatio charitatis infinitæ, quæ diuina est, iam contra te tum colligam etiam sapientiam nostram atque bonitatem esse participia quædam diuinarum perfectionum, at vero bonitas creaturæ non potest crescere in infinitum, creatura enim non est capax bonitatis infinitæ. Quidquod creaturæ omnes sunt diuinitatis participationes : at vero creaturis repugnat infinitas. *Argum. 4.* ¶ Quintò, capacitas creaturæ est finita, non ergo capere poterit amorem diuinum infinitum. *Argu. 5.* ¶ Sextò aut est sermo de charitate viatrice qualis competit nobis viatoribus, aut simpliciter de ea sermo agitur vt competit viatoribus simpliciter, vt inquam se extendat, etiam ad charitatem Angelorum antequam bearentur : & ad charitatem Adami antequam laberetur, si primum dixeris vtique nos interim dum sumus in via non possumus Deum perfectissimè diligere. Et illud domini mandatum, diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo & ex tota anima tua, &c. exactissimè reddere nequimus, vt Magister tradidit ex Augustin. in. 3. libr. sententiarum distinctione. 12. Ergo si non perfectè quimus diligere Deum neque infinitè, si vero secundum eligis, siue Ange-

Argu. 6.

Neque viatores neque comprehesores possunt diligere Deum quantum est diligibilis.

los viatores in medium proponas, siue Adamum, ante lapsum isti non poterant diligere Deum, quantum est Deus diligibilis, probatur nam comprehensoribus istud negatur, viatoribus ergo cur concedetur? si ergo non possunt diligere Deum quantum est diligibilis, neque viatores, neque comprehensores, igitur creata charitas non potest crescere ad infinitum, vt neque beata. Siquidem si creuisset iam tantum diligeret Deum quãtum est ipse diligendus. Quandoquidem diligeret charitate infinita, hac enim nulla potest cogitari maior. Adhæc notitia Dei in via non potest crescere in infinitum, ergo neque amor idem enim ius stat vtrique: & rursum quia amor ex notitia procedit, & antecedens colliges quia si notitia in via Dei creuisset in infinitum desijsset fides, quia mutaretur in Dei visionem, quæ viatori repugnat. Et mens capere nequit quod sit fidei notitia Dei, & quod sit infinita. Nanque si infinita est maior illa cogitari nequit: at vero visio diuina maior est illa igitur prior non est infinita.

Scoticum decretum ex Thom.

Hæsit Scotus in. 3. sentent. huic vulgato placito distinctione. 13. quæstione. 4. cui suffragantur vniuersa quæ hactenus persequuti sumus. Porro Thom. in. 2. 2. quæstione. 24. articulo. 7. charitatem viæ putat augmentabilem in infinitum, ex tribus capitibus suum riuans commentum, ex ratione specifica seu differentiali charitatis primo. Etenim ex hac ratione charitatis essentiali, terminum charitas non habet: quia est participatio quædam formalis diuinæ charitatis, quæ infinita est: & ideo ab intrinseco est intensibilis ad infinitum. Item & ab extrinseco ideſt ex agente, ideſt, Deo idem sibi vendicat, Deus enim est proximus charitatis autor, qui habet infinitam vim: vnde augere potest formam in infinitum. Denique ex subiecto scilicet, ex natura rationali, cuius capacitas ampliatur eò magis quò maiorem imbibit charitatem. Nanque gradus vnus formæ caloris verbi gratia infusus aquæ ab igne præparat vehementius aquam vt cæteros recipiat, ita charitatis gradus vnus, ad duos præparat, & isti duo ad reliquos, & quo plures hauserit natura rationalis eò pluribus alijs hauriendis se ipsam amplificat. Intellexit autẽ Capreolus hac distinctione Sancti Thomæ placitum hoc de augmentabilitate charitatis ad infinitum esse instar numerorum. Nam tametsi nullus numerus est infinitus, cæterum numerus crescere potest in infinitũ, in quam quoque sententiam se indicat Caietanus aliquando iuisse. Cæterum etiam si numerus in genere increscere possit in infinitum in particulari tamen, nullus numerus est qui seruata propria specie possit ad infinitum se porrigere. Nam binarius in binario sistit, neque vltra proferri potest nam si dixeris augeri adiecta vnitate, binarius vtique post adiectionem, iam non est binarius: celebrata enim accretione, transit in alium numerum, vt perspicuum est. At vero charitas illæsa manens, imo obseruata sua specie, & sua singularitate est intensibilis in infinitum apud Thomã. Quamobrem non quadratè exposuit Capreolus Thomam, quantum arbitrari in hac re mihi datur. Quid quod numerum secundum rationem genericam si consideras crescere potest in infinitum: at vero secundum specificam, nequaquam. Nam binarius non potest ex propria ratione binarij ad infinitum se proferre. Quippe propria ratio eius est constare ex duobus, cui rationi repugnat infinitas. Nam ipsa ex seipsa termino constat, quem si transilieris iam binarium non habebis, vt dicebam, sed alios numeros. De charitate vero claram emisit sententiam Thom. ex propria ratione non habere terminum, ideoque numerorum exemplum cum Thom. facit nihil. Quidquod numero non adest auctio in infinitum vt charitati nam huic congruit quia est participatio diuinæ charitatis formaliter, in numeris non item. Quia numerus qui fit ex diuisione continui in Deo non est. Hanc porrò rationem formalem charitatis vnde sibi competit intensibilitas in infinitum Thomas non extendit ad cæteras formas: sed tantum ad eas, quæ formaliter sunt in Deo & creaturis vt scientia est, & sapientia est, &c. Quippe perfectiones istæ quædam sunt participationes diuinitatis formaliter. Dixerim formaliter, ne Thomam siniſtrè intelligas. Nam calor, vt proferam hunc in exemplum, etiam est participatio quædam diuinitatis, imo vniuersæ sunt creaturæ, at vero calori vt calor est, non competit ista intensibilitas in infinitum ex diuinitatis participio. Quippe non est formaliter in Deo vt est in creatura. Porrò scientia, sapientia sunt etiam formaliter in Deo atque creaturis. Ita exposuit Caietanus suum ducem & præceptorem. At verò iustitia etiam formaliter est in Deo atq; creaturis. At quis dicet quod

Tria capita ex Tho. incrementum charitatis ad infinitum colligentia ex essentia formæ exgẽte, ex subiecto.

Capreolus Thomam exponit sed nõ recte.

Defensio Capreoli non est sufficiẽs.

iustitia

iustitia potest augeri in infinitum? Verunta-
Alexandri sententia de charitatis augmento. men Alexander Alensis in summa collatio-
num, collatione.71.articul.1.vulgatam Theo-
logorum amat factionem, credit enim chari-
tatem non esse augmentabilem in infinitum
sed suo potiri termino: vt etiam formæ natu-
rales potiuntur. Quanquam si obseruas di-
uinam potentiam, huic sane subest illam au-
gere in infinitum tradidit autem charitatem
sua sistere incrementa in perfectis viris, se-
cundum actum, quando vlterius non profi-
ciscuntur, aut sistit etiam illa secundum apti-
tudinem, vt in beatis, qui amplius non pos-
Charitas tripliciter habet terminũ ex actu, ex aptitudine ex capacitate. sunt diligere Deum quam diligunt. Quia
amplius iam non se possunt disponere. Ex
dispositione enim illis adest consistentia di-
uini amoris, aut sistit charitas denique sua in-
crementa secundum capacitatem subiecti:
quia in hoc totam latitudinem habet chari-
tas quam propriæ naturæ facultas exigit, &
talem esse charitatem Christi autumat. Ita-
que non potest hæc amplius augeri ex subie-
cto, non autem ex defectu diuinæ potestatis,
vt Alexander insinuat. Colligit suam sen-
tentiam indicans Matthæum. 25. dedit vni-
cuique secundum propriam virtutem: at
virtus nostra finita est, igitur charitas quæ
ad mensuram nostræ virtutis exhibetur, non
erit infinita neque in infinitum augebitur.

Decisio quæst. ex auctoris calculo. Iam vero recẽsitis tot grauissimorũ Theo
logorum sententijs, temerarium forsan puta-
bit aliquis, aliam exquirere sententiam. At
vero temerè censebit qui ita censuerit, pro-
pterea scrutari adhuc diligentius oportet,
quid de mota quæstione proferendum sit. Et
quidem vt ex Aristotel. mihi initium faciam
3. Physicor. text. 60. Magnitudinem ait, nul-
lam posse crescere in infinitum. Itaque ex
natura magnitudinis est non crescere in infi-
nitum: sed potius terminum habere. Et colli-
git quod docuerat, quia si ex natura magni-
tudinis essent incrementa ad infinitum ne-
Exponitur Arist. obscurus locus & comm. cessario esset magnitudo infinita actu: alio-
qui natura magnitudinis esset ociosa, si in
actum tandem non traduceretur. Quanquam
ex diminutione non idem collectum iri cen-
suit. Siquidem etiam si diminuibilis sit ma-
gnitudo in infinitum non consequitur ali-
quod impossibile. Non enim proinde col-
ligas ergo est aliqua magnitudo in infinitum
diminuta actu. Nam hæc est impossibilis.
Nam vel esset redacta ad punctum, vel ad
nihil, non ad punctum, quia magnitudo non
potest verti in punctum, neque in nihil, quia
tunc non esset diminutio, sed potius annihi-
latio, quæ philosophis non est confessa. Et
Commen. in comment. eiusdem loci causam
discrepantiæ inter auctionem, & diminutio-
nem eam putat esse, quam nos facile intelli-
gimus. Nam materia est causa infinitatis, & *Materia est causa infinitatis forma uero finitatis.*
forma finitatis; at vero diminutio quia ma-
teriæ tribuitur, & materia est in potentia ens,
nihil officit veritati physicæ si tradamus di-
minuibilem magnitudinem in infinitum in
potentia. Quæ potentia tota non redigetur
ad actum simul, sed sensim vt materiæ po-
tentialitas sibi hoc habet familiare, cæterum
accretio quia formæ, est ideo in infinitum se
porrigere non potest, vt prædictum est. Huic
autem sermoni nonnihil obuiat sermo al-
ter Aristotel. omnium, inquit, natura con-
stantium dabilis est terminus augmenti & de
crementi. 3. de anima text. comment. 41. er-
go si maximo & minimo concluditur natu-
ra, vt magnitudo potest diminui in infini-
tum? at vero aliud est si verba facias de natu-
ra, aliud de magnitudine, tametsi Aristote- *Exponitur Arist.*
lem si consulis non ita habet vt vulgo indi-
catur, nanque sermo peripateticus totus verti
tur de accretione non de diminutione. Di-
xerat enim ignem non esse causam præci-
puam accretionis, sed animam. Quando qui-
dem si ignis autor esset accretionis vitalis in-
crescerent viuentia in infinitum. Siquidem
si igni pabula infinita ministrarentur ad infi-
nita se promeret. Viuentia verò non item, sed
consistentiam habent quamlibet illis pabu-
la præbeas: vnde perspicuum est de vitali ac- *Accretio ui talis vb ani ma est non ab igne.*
cretione esse locum hunc habendum, quam
Aristotel. ostendere curat, animam habere in
principium, non ignem, qui illi instrumenta-
rius est. Quidquod diminutio materiæ est, at
accretio formæ, accretionis autem quærebat
inibi Aristotel. formale principium quo or-
batur diminutio.

Iam vero si hæc obseruasti & quando fi- *Decisio quæstio. ex auctoris placito.*
dei non obstat autoritas, æquum est canones
obseruare physicos, vtique iuxta Aristoteli-
ca præscripta documenta admittere non de-
bemus charitatem secundum suam naturam
posse in infinitum crescere. Nam si hoc ha-
bet ex natura sua igitur erit charitas actu in-
finita, qua potiuntur creaturæ rationales.
Nanque dudum ad eundem modum collige
bat Aristotel. si magnitudo ex natura sua po-
test crescere in infinitum, ergo erit aliqua
magnitudo actu infinita, id quod esse fal-
sum nulla est Theologorum factio quæ diffi-

teatur. Et rursum vt docebat paulo ante commentator Auerroes finitas attribuēda est formæ, & infinitas materiæ, forma ergo charitatis ex natura sua habet finitatem, & non infinitatem. At occines mihi charitatem aliam subire legem, quia est participatio quædam diuinæ charitatis, ideoque ex natura sua sapit charitatem diuinam, quam participat formaliter. At vero lumen gloriæ vtique est partici patio diuini luminis, non tamen augeri potest in infinitum. Nam lumen hoc si crescere potest in infinitum, posset vtiq; creata mens infinita visione diuinitatis potiri. Respondebis non posse, increscere quippe beatum est, at vt diximus bonitas creata huius vel illius creaturæ est participatio formalis increatæ bonitatis, at creata bonitas non potest excrescere in infinitum, quippe quæ creata est. Itē iustitia creata hęc vel illa, vt excrescere valebit in infinitum siquidem iustitiæ munus est reddere vnicuiq; quod suum est, hæc autem operatio non poterit excrescere ad infinitū? igitur neque forma vnde illa progressum habet. Adde quoque istis ita est participatio diuinæ veritatis fides, vt charitas, diuinæ charitatis. Porrò fides non potest excrescere in infinitum vt perspiciuum est & supra collectum. Dices fidem non participare formaliter Dei veritatem, quia Deus non est fides, vt est charitas. Ecquid nostra interest, postquam verè fides, Dei veritatem participat: & ita proprie participat vt charitas participat diuinam charitatem, vtraque enim est habitus supernè infusus Deo solo autore gaudens, & ita est Deus veritas vt charitas. Quidquod participatio hęc etiam si sublimem faciat naturam formæ, non tollit formæ naturam, quamobrem si ex natura non competit charitati prouectus in infinitum huiusmodi, participatio non tollet hanc naturam. Quibus adde charitatis creatæ, & increatæ, vt & scientiæ creatæ & increatæ, & cæterarum hoc genus perfectionum, quæ sunt in Deo & creaturis formaliter, non vnam esse rationem communem, imo non est vna nisi analogicè, vt etiam San. Thom. fatetur, & verè fatetur: quapropter si alia est ratio nostræ charitatis, & diuinæ, non subinde quia diuina charitas est infinita, ideo nostra augeri potest in infinitum, quia illius est participatio. Nanque non illam participat vniuocè, & secundum vnam rationem imo participat secundum diuersam rationem, quæ ratio vtrobique nihil habet vnitatis nisi secundum proportionem analogicam, vt suo loco vberius disseruimus.

Reijcitur obiectio.

Fides est participatio diuinæ veritatis.

Obserua hæc ut clauē quæstio.

¶ Secunda conclusio tamen tibi esto hæc, charitati non repugnat accretio infinita, ideſt, quod in infinitum supercrescere possit, hæc conclusio primæ non derogat, aut primam non abrogat. Nam prima hoc solum docet charitatem ab intrinseco non posse augeri in infinitum, hæc vero tradit sibi aliunde non repugnare. Nam diuinæ est potestatis illam augere in infinitum, & nulla est tanta charitas, quanta non subsit Deo, vt maior reddatur. Hæc patent nam contradictionem non inuoluit charitatem augeri ad infinitum, igitur Deo subest hoc præstare. Hæc autem conclusio bifariam intellectum habet. Nam infinitum & cathegorematicè & syncathegorematicè vsurpatur. Est autem infinitum cathegorematicè res infinita. Vt calor infinitus, seu quæuis alia res quam fingas infinitā: syncathegorematicè vero æquè est atque si dixeris non tantum sed magis, hoc enim infinitum non est adiectiuum sed aduerbium: vt sensus sit Deus potest augere charitatem in infinitum, ideſt illam facere duplo maiorem, quam erat, & triplam & quadruplam siue duplo maiorem & triplo, &c. sine termino, vt numerus potest duplo excrescere, & triplo & quadruplo: tametsi nunquam peruenietur ad numerum infinitum qui excrescere amplius nequeat. At vero si cathegorema sit hoc nomen infinitum quando enuncias, Deus potest augere charitatem ad infinitum, sensus alter redditur ideſt poterit Deus facere charitatem aliquam infinitam, qua nulla possit esse maior: & hic sensus problematicus est: qui tamen in præsentia à me non est disserendus. Prior autem receptus est apud Theologos, & neutiquam controuersus. Et hæc conclusio non solum amplectitur charitatem viæ, quinetiam & patriæ. Charitati enim patriæ non repugnat excrescere in infinitum. Nam quamcunque proferas, illa sanè finita est, finito autem, adiectio non repugnat, vt si Pauli charitas beata est vt sex illi repugnat minimè accretio alterius gradus. Adde charitatem patriæ, & viæ eadem potiri natura, si ergo viatrici non repugnat accretio ad infinitum neque beatæ, vt ergo ignis & elementa suapte natura decretas habent suas moles, atque magnitudines. 2. de Anima. text. comment. 42. Cæterum illis non repugnat ad maiorem excrescere molem: nam si igni opponerentur infinita combustibilia ad infini-

Secunda cā clusio.

Infinitum cathegorematice & syncathegorematicè.

ad infinitam exurgeret magnitudinem tradente Aristotel. Quanquam hic locus non admodum probat, siquidem ex hypothesi impossibili procedit. Elementis igitur nō repugnat maior moles, quia Deus pro sua infinita potestate illam ampliare valet: ita de charitate dicito.

3. Conclusio

¶ Tertiam iam accipe conclusionem charitas viatrix vt est in via, in sua ratione includit nō habere terminū. Hæc prōpta est nā viatrix vt est in via nō est in termino: & quatenꝰ nō est in termino, includit in hac sua ratione progredi vlterius. Nāq; si statū habet termino potitur, quo si potitur nō est in via. Quāobrē quatenus in via est hoc in sua ratione includit posse progredi ad vlteriora, id est, posse augeri in infinitū. Vt motus secūdū quod motus est nō est in termino: nam si in termino esset paulam haberet & quietē, ideo vt nō est in termino progredi potest vlteriꝰ, id quod includitur in ratione motus: cęterū quod charitas viatrix includit in ratione viatricis posse ad infinitū augeri sincathegorematicè vt diximus, nō poterit operi mādari, quia ipsa charitas non semper poterit esse in via. Fac viatorem charitate præditū semper esse viatorē, & tūc charitas ad infinitū poterat augeri: at verò quia hoc fieri nequit secūdū naturæ leges, propterea ratio illa viatricis charitatis exequi nequit, vt quia motus localis rectus nō semper est extra terminū ad quē, sed aliquādo tādē erit in termino, ideo ratio illa motus quæ est ad vlteriora progredi, nō potest exequi. Itē cōtrà charitas patriæ vt est in termino, scilicet, vt est patriæ augeri non potest, imò repugnat sibi quodcūque incrementum vt est in termino. Nam si crescere potest iam non est in termino, tametsi charitati patriæ secundum se nihil repugnāt maiora incrementa. Quod si insultas ecquid Christi charitas num sub hac quoque ratione computanda venit, quæ alioqui maxima est? Vtique Christi charitas maxima est omnium charitatum, quas Deus secundum potentiam suam ordinariam producere poterit. Etenim diligit anima Christi Deum quantum diligi potest à creatura Deus, Quia disposuit Deus ab hac anima Iesu Christi excellentissimè diligi, quomō à nulla creatura diligi poterit: cæterum hoc est ex præscripto ordine. Verum non repugnant charitati Iesu Christi maiora charitatis incrementa quia finita est: est enim forma subiecti finiti. Quam rem tertius liber sententiarum ad se aduocabit, ideo illio est remittenda de hac re disputatio. Interim tamen

Charitas viatrix ut est viatrix augeri potest infinitè.

Manu ducito ex sole.

discès ex sole vnde manu ducaris adhęc Theologica theoremata contemplanda sol vtique habet maximam lucem possibilem, ita ex ratione lucis vt ex ratione sua. Ex ratione lucis sanè quia maior ex natura esse nequit: ex sole verò quia maiorem non valet suscipere: ita dominus Iesus habet sanè summam gratiam & charitatem quoniam omnem intensionem quam gratia & charitas possunt sibi ex sua natura vendicare, habent in Christi anima: & omnem gradum quem creatura rationalis gratiæ & charitatis excipere potest, omnem actu excipit anima Iesu Christi. Porrò autem vt non repugnat luci solari lucis incremetum, quippe quæ finita est: nam nulli finito repugnat incrementum, ita neque gratiæ & charitati Iesu Christi. Et arbitror Thomæ decretis satis hæc consentire: nam in. 3. part. quæstio. 7. articul. 9. & 10. in Christo fatetur summam gratiam & idem censeto de charitate. Summam ait, tum ex parte gratiæ, tum ex parte subiecti. Quod verò Alexander tradidit loco indicato superius, charitatem Christi esse maximam, secundum possibilitatem suscipientis, vera dicit si tamen addat & secundum possibilitatem creatæ charitatis. Etenim Christo non est datus Spiritus ad mensuram aliorum: alijs enim datur charitas pro ratione suscipientis, Christo verò data est charitas summa & secundum rationem charitatis, quia in Christo habet gradum excellētissimum quem potest totum ex sua natura habere: & pro ratione suscipientis quia maiorem non potest suscipere ex ordine præscripto, & hic ordo, rei natura est.

Obserua se dulo.

Exponitur Alexander.

¶ Iam verò vt summatim tibi perstringam quæ laxiore sermone tradidimus discès quod charitas ex natura sua non potest augeri in infinitum: & non solum illa imo & cæteris qualitatibus intensibilibus hoc est natiuum terminis præscribi, & maximo, & minimo: sub quibus seruari queunt, quos tamen si excesserint dissoluentur. Vnde dixit Commentator Auerroes libro de substantia orbis. capit. 1. si aqua rarescat calefacta ad maximam raritatē subsistere nequit in sua natura sed trāsibit in aerem: & si aer densetur, in maximam densitatem, illam non feret natura aeris, sed transibit in aquam, verbi gratia: & ita de cæteris omnibus dicito. Habet enim ignis summum calorem, quem excedere non potest, vt aqua frigiditatem & in cætera facile spaciaberis, si pluribus exemplis delectaris, at vero vt substantia

Summaria resolutio.

Obseruabis Auerroem.

de se non est sensibilis, porrò ex accidentis cō tubernio sensibilitatem sibi parat, ita charitas ex natura sua non potest in infinitum excrescere, at vt viatrix est includit in ratione viatricis increscere posse sine termino, verum istud accidentarium est charitati. Nam esse in via aut esse in termino accidentaria sunt charitati. Quippe hoc solum habet sibi natiuum diligere Deum super omnia vt obiectum est beatitudinis. At occines forsan mihi Deus est infinitè diligibilis quippe qui est infinitè bonus, ergo charitas poterit Deum infinitè diligere, ideſt, non tantum quin magis, etsi centrum distaret infinito interuallo à grauibus grauia infinito mouerentur motu, Deus autem cum sit bonum infinitum & infinitè distans secundum bonitatem à creatura diligendus venit infinitè, ergo charitas augeri potest in infinitum. Quibus adde clementinam ad nostrum de hæreticis in sexto damnantem beguinos quosdam, qui tradebant, aut præfigebant charitati viatrici statum vltra quem progredi non erat. Istis tamen dicito charitatem diligere Deum infinitè appreciatiuè, non tamen intensiuè, charitas enim pluris facit Deum quam vniuersa alia quæ sunt vel quæ esse possunt: & istud est infinitè diligere Deum æstimatiuè, aut appreciatiuè: at verò intensiuè nequit, quia finita est, & ex natura sua terminum habet. At sermo noster de intensione vertitur non de diuinitatis æstimatione, quæ minimæ etiamnum charitati congruit Deum scilicet æstimare supra omnia possibilia. Et hac quoque ratione eneruabis argumentum secūdum, Deus siquidem est bonum infinitum, ideo quantum ad æstimationem diuinæ bonitatis quodammodo charitas mouetur in Deum motu infinito, ideſt, æstimatione quodammodo infinita: non tamen motu intensiuo. Clementinam absolues si dixeris viatores semper quoad vixerint proficere posse charitatis processu, quia quantumlibet proficiant nunquam peruenient ad maximam charitatis latitudinem, adipiscendam quæ vnicè Christo adest & adfuit simul atque creata est anima eius. Et hactenus de augmento charitatis & distinctione. 17. Nam argumenta in principio obiecta ex decisione quæstionis huius promptum est vt soluantur.

Accidit charitati excrescere in infinitum.

Notanda obiectio.

Beguini hæretici.

Diligere appreciatiuè & intensiuè.

Clementina ad nostrum exponitur.

Christi anima habet maximam latitudinem diuini amoris.

DISTINCTIO decimaoctaua, & decimanona, & Distinctio vigesima, Quarum initia sunt, Præterea diligenter considerandum est. Nunc postquam coæternitatem trium personarum, &c. Nunc ostēdere restat quomodo aliqua harum personarum, &c.

Disputatio vnica. Num Spiritus sanctus sit propriè donum.

ET IN PRIMIS forsan videbitur donum non esse proprium Spiritus sancti quod enim est commune toti Trinitati, non proprium vnius est personæ: at esse donum est commune toti Trinitati, patet enim donum esse quod non necessitate iuris sed spōte donatur. At verò beatissima Trinitas est huiusmodi, non enim necessitate aliqua sed sponte se donat creaturis rationalibus, ita hominibus vt angelis. Ad eum ait, dominus veniemus & mansionem apud eum faciemus Ioan. 14. Secundo filio congruit esse donum, ergo non est proprium Spiritus sancti Esaias 19. testis est. Paruulus ait, natus est nobis, & filius datus est nobis. Et Ioann. 13. sic Deus dilexit mundum hunc vt filium suum vnigenitum daret. *Secundum argumentū.*

¶ Contrariam tuetur partem scripturæ auctoritas Actor. 2. Petrus, inquit, & accipietis donum Spiritus sancti. Et Actor. 8. donum Dei, ait, existimasti pecunia possideri: & est sermo de Spiritu sancto. At verò non scribitur vnquam in diuinis literis patrem esse donum, aut filium esse donum, ergo propria Spiritus sancti est nomenclatura hæc doni. *Argum. in contrarium.*

¶ Disputatio hæc promptam habet decisionem, si primum expresserimus quid sibi velit vocabulum hoc donum, siquidem Aristote. 3. Topicorum donum est datio irredibilis, ideſt, quod gratis tribuitur alteri sine retributiōis, aut repēsionis, respectu. Cui quoque Auicenna subscripsit. 6. Metaphysic. capit. 5. Et reuera gratia & donum synonyma sunt. Etenim gratiam Aristoteles definit. 2. rhetoric. capit. 7. esse quando roganti aliquid præstamus gratis, ideſt, non in vtilitatem aut bonum nostrum, sed solum in petentis bonum. *Donū quid.*

Quid sit gratia secundũ Aristo.

num. Et docet gratias esse maiores alias, alijs; aut quia rogantes egent nimium gratia expetita, aut quia difficilia præstantur, aut sub tempore tali aut tali præstantur, &c. Quanquam re oculatius inspecta donum nõ solum actum quin etiam aptitudinem denotat. Quod enim donari destinatum est, donum apte dicitur, gratia verò actum potius videtur præseferre, vt sit gratia donum actuale, & donum gratia quædam destinata vt præstetur. Nec me latet ex vsu sermonis sanctorum Spiritum sanctum donum nuncupari, non tamen gratiam, Augustinus enim non gratiam dicit ab æterno fuisse Spiritum sanctum, sed donum. Quia gratia vt admonebam actum magis significat, quanquam non video cur de Spiritu sancto vere dici nequeat fuisse ab æterno gratiam creaturis rationalibus partiendam in tempore, hanc autem definitionem gratiæ dono congruere quis non videt? Etenim donum est quod gratis alteri præstatur in fauorem suum, & non ad vtilitatem donantis. Et itidem dona erunt quædam alia alijs maiora, aut quia quod donatur nimis egenti donatur, aut quia difficile est quod donatur, &c.

Gratia & donum ut differant.

Cur unum donum maius est altero.

¶ Secundo obseruabis dona, & gratiam ex amore procedere, nanque quod primum gratis donamus alteri est amor. Nãque ex beneuolentia quam gerimus erga alios dona & gratiæ ad eosdem dimanant. Vnde quod primo donamus amor est, quare primum donamus intrinseca nostra, idest, amorem, & beneuolẽtiam impendimus alijs, deinde verò extrinseca dona damus. Neque est amicitia necessaria donis præstandis, sed sat est beneuolentia. Est autem beneuolentia velle alteri bonum, quæ etiam amor alterius necessario est. Nam amare est velle alteri bonum.

Primum quod donatur est amor Beneuolentia quid.

¶ Tertio obseruabis donum & donatum, non esse prorsus idem. Nanque vt diximus supra donum etiam est quod destinatum est vt detur gratis, id quod donum est in potentia. Itaque significat quandam aptitudinem siue donabilitatem: at verò datum seu donatum actuale est siue donum in actu. Ideoque nihil datum est ab æterno sed ex tempore. Donum igitur in aptitudine congruit Spiritui sancto ab æterno. Vnde Augustin. 5. de Trinitate capit. 14. tradidit Spiritum sanctum ab æterno processisse à patre & filio, vt esset donabilis creaturis: & capit. 16. Spiritum sanctum asserit donatum esse in tempore, at esse donum ab æterno. Et eiusdem libri capit. 17. idem commemineratꝰ, dicens Spiritum sanctum procedere non quomodo natus, sed quomodo datus, idest, quomodo donabilis, seu donum donandum. Nam datus hoc loco Augustino non actum sed aptitudinem significat, id quod si aduertisset Okam non dixisset Spiritum sanctum ab æterno esse datum. Nanque ab æterno creaturis nõ donabatur Spiritꝰ sanctus. Quod si dixeris Spiritum sanctum datum filio, à patre, & datum patri à filio abusiuus est sermo. Etenim pater nihil donat filio neque contra: nanque vbi est naturæ necessitas donatio cessat. Pater autem & filius necessario producunt Spiritum sanctum, non ergo inuicem sibi donant, quod necessario producunt. Donum enim liberalem actionem seu gratiosam donãtis denotat, vt paulo antè admonebamꝰ. At productio Spiritus sancti non est gratuita productio sed necessaria vt supra luculenter demonstrauimus. Cæterum donum necessario est alicuius, esse autem alicuius trifariã accidit vt probè Thom. 1. p. q. 38. artic. 1. annotat, aut per idẽtitatem vt ego mei. Nemo enim ita est alterius vt sui, aut secundum possessionem, vt bos est possidentis, aut secundum originem vt filius est patris. Spiritus porrò sanctus, non est donum patris & filij secundum identitatẽ realem. Nam Spiritus sanctus realiter distinguitur à patre, & filio, neque est donum patris & filij secundo modo nam est æqualis patri & filio: at est donum secũdum originem, quia á patre & filio procedit. At verò etiã filius habet originẽ à patre, neq; propterea habet ex origine quod sit donũ. Nãq; filius ex origine habet quod sit verbũ, repræsentãs & dicẽs omnes creaturas: quippe quod generatur ex patre no intellectu. At hinc ex hac naturali & intellectuali generatione nõ habet quod sit donabilis creaturis: tametsi ab æterno quoq; donabilis erat nobis vt Esai. c. 19. docet: hãc autẽ donabilitatẽ nõ habet ex origine. At insultas mihi filius ab æterno habet quod sit á patre missibilis quia filius est, vt Spiritus sanctus habet ab æterno quod sit missibilis à patre & filio, quia Spiritus sanctus est, igitur cũ missibilitas idẽ sit atq; donabilitas, habeb ũt filius, & Spiritus sanctus ex origine donabilitatẽ. At verò ne hæc obiectio materiam hãc obscuram reddat. Aduertendum erit hæc nomina missibile, donabile, vel donum, & id genus quæ ad diuina transferuntur, inuoluere secum in propria significantia, relationem rationis ad creaturas. Quapropter nec missibilitas, nec donabilitas, aut donũ sunt relatiões cõstituẽtes personas

Augustinus exponitur.

Okam reijcitur.

Pater ab æterno nihil donat filio.

Missibile donabile, donū rationis relationem in uoluunt.

sonas filij, & Spiritus sancti. Quia relationes constituentes diuinas personas nihil admittunt relationis ad creaturas. Nanque filius ex sua proprietate constitutiua, solum refertur ad patrem, vt pater solum ad filium: itidem Spiritꝰ sanctus ex sua spiratione solūmodo refertur ad patrem & filium, &c. Quippe filius etiamsi vt verbum refertur ad creaturas quia illas repræsentat, non tamen vt filius refertur, nisi ad patrem: & similiter etiamsi Spiritus sanctus vt donum referatur ad creaturas, non tamen vt Spiritus sanctus, vt Deus quo Deus nō refertur ad creaturas, tamen vt dominator refertur, &c. tametsi ex diuinitate sit dominator. Ita etiam si filius ex generatione habet quod sit verbum, tamen vt filius non refertur nisi ad patrem, itidem Spiritus sanctus ex spiratione habet quod sit donum at verò vt Spiritus sanctus, non refertur nisi ad patrem & filium. Quanuis D. Augustin. 5. de Trinita. c. 11. hoc idem tradens: Spiritum, inquit, sanctum referri ad patrem & filium: & subdit relationem hanc non apparere in hoc nomine Spiritus sanctus: sed in hoc nomine donum. Nam donator doni est donator: & donum donatoris est donum. Quę verba si intueris apparebit tibi Augustino arrisisse relationem constituētem Spiritū sanctum esse donabilitatē. Quāobrem Scotus hac distinctio. quæst. 1. ab Augustin. desciuit. Ego verò non intelligo in Augustino quod Scotus intellexit. Nam Augustinus solum dicit apparere magis relationem in hac voce donum, non ait, relationem esse constituentem Spiritum sanctum, sed quod ait est esse manifestiorem relationem ex hoc nomine donum, quam ex hoc nomine Spiritus sanctus: & vera narrat Augustin. Cuius quidem æuo nondum erat excogitata vox hæc spiratio, quę modò traditur à Theologis, esse relationem constituentem personam Spiritus sancti. Et istis adde relationes constitutiuas esse reales: at verò missibilitas, aut donabilitas sunt rationis vt patuit, non ergo diuinas constituere personas valebunt.

Filius non refertur ad creaturas ut filius.

Aduerte Theologe diligentissimē.

August. exponitur.

¶ Quarto annotabis Deum esse essentialiter amorem, tradēte Ioāne Deus charitas est, vnde ex amore quem gerit ad creaturas rationales, se illis dat, & donat gratis. Vnde diximꝰ superius Deū non solum dari in munere creato, quin etiā & in personis. Itaque beatissima Trinitas se donat totā rationalibus creaturis, quanquam nō se mittit. Nam mittere necessario includit originem ab alio: non tamen donatio, aut datio, nisi strictissimū habeas sermonem. Non enim ineptè dixeris me dono tibi, ad ministerium tuū quo sermonis ritu fratres laici, donati appellantur, quia se donauerūt ad religionis ministeria. Ideoque Deus se donat nobis & ad gubernationē nostrā, & directionē in vitā æternā consequēdam: & de Christo ecclesia canit: Se nascēs dat in sociū, se conuescens dat in cibū, se moriens dat in pretium se ascēdens dat in præmiū. Deus ergo est donū essentialiter & ab æterno fuit hoc donū, quia ab æterno donabilis erat creaturis in tēpore. Nec obstat si arguteris omne donū est alicuius, ergo ab alio procedit: igitur Deus nō se donat, quippe qui á nullo pcedit donatore. Porro meminisse oportet nō hoc perpetua obseruatione gaudere. Nā homo liber se donat alteri ad obsequiū. Deus ergo qui suus est, ideo est donator sui ipsius, nec oportet donatorē & donū, esse diuersa semper: aliquando enim idem sunt, sola ratione diuersa. Vnde & pater se dat gratis beatis, atq; viatoribus & filius se dat, & Spiritus sanctus se dat, & quia dant se gratis nobis, ideo se donant nobis. Et sunt donatores, & dona, re tamē distincti á personis quibꝰ sese donant. Quāobrē rectè sapiet qui ita sapit, vt nos diseruimus: beatissimā, hoc est, Triadē esse donū essentialiter, ipsamq; eandē esse donatorē, vel donatricē, & donū. At verò si cōtractiorē amamus sermonē sanè donū, & donator, sunt re distincta: & donū veré procedit à donatore in gratiā eius cui donatur. Et habet duplicē habitudinē & ad donatorem & ad eum cui donatur. Qua obseruata ratione quæ Theologis ex vsu magis est, nō est essentiale nomē donum, sed personale. Quia diuinis personis procedētibus tantū accomodabitur, ideſt, filio & Spūi sancto. Quibus tamen etiā hoc accedat, nō ita vsurpari hoc nomē donū, vt de filio prædicatur, vt vsurpatur ad Spiritū sanctum significādum. Quippe etiā si filius à patre procedat, & mittēdo illū vt verbū caro fieret nobis donatū est: & dubio procul augustiore donatione sese donabit nobis, quā Spiritus sanctus, Spiritus nāq; sanctus nō ita se donauit, aut donat, vt vna persona sit cum eo cui donatur: filius verò sic se donauit homini vt homo fieret: cæterum quia ex sua processione non hoc habet, quod sit donū, cū alioquin sit infinitū donū, ideo donum filium nòn significat, sed Spiritū sanctum. Quippe filij processio nō est per modum voluntatis, sed per modum intellectus: ideo non dicitur sub hac consideratione de filio donū. Nāq; donū ex volūtate deriuatur, nō ex intellectu, ſpūs autē sanctꝰ quia producitur per mo-

Donum habet duas habitudines.

Donum non filium significat.

1. Ioan. 4.

per modum voluntatis nam ipse est amor personalis procedens ex patre & filio, ideo illi iuste aptatur nomen doni: quod sanè sub hac ratione non est personale solùm sed etiam est proprium Spiritui sancto. Quia donum sub hac consideratione, significat quod est in diuinis productum per modū voluntatis, id quod solius est Spiritus sancti: & pater & filius sunt huius doni donator, aut donatores, nisi mauis donantes, quippe ex vno donant & non ex duobus. Nam vna est voluntas patris & filij, de qua multa suo diximus loco, & disputauimus prolixa oratione videlicet si pater & filius sunt spirator vnus, & spirantes plures, iuxta quem sermonis ritum, dicito patrem & filium esse donantes plures, & donatorem vnū. At verò donantes ab æterno erant Spiritum sanctum aptitudine, non actu. Quia rationales creaturæ non erant ab æterno cui donaretur Spiritus sanctus. Vt & ipse Spiritus sanctus donum erat ab æterno quia donabilis erat Augustin. author est. 14. capit. 5. de Trinitate. Vt ergo Spiritus sanctus tametsi lucidissimé repręsentet vniuersa quæ sunt in mente Dei patris, tamen non aptatur illi esse verbum Dei patris, quippe hanc repręsentationem habet Spiritus sanctus, ex vnitate essentiæ, qua gaudet cum patre, nō tamen illam habet ex processione sua: ita filius Dei quanuis verè sit donatus à patre, quādo illum carne humana vestiuit, & quotidie donatur, quando illum inuisibiliter mittit, sanctificandis hominibus: at verò quia hoc non habet ex natiuitate sua quod sit donum, quippe ex fœcunditate paterni intellectus procedit & non ex fœcunditate voluntatis, propterea filio non est proprium esse donum. Vt est proprium esse verbum & esse imaginem Dei patris: aut esse personalem quandam notitiam repręsentantem paternam essentiam. Quapropter ecclesia prudenter hoc idem solenni illo celebrauit hymno dicens. Qui paracletus diceris, donum Dei altissimi. Et si Augustin. consulis. 5. de Trinitate. capit. 14. circa finem facientem verba, de Spiritu sancto, hæc habet, ideo donabilis est, sed aliter donabilis quam filius. Nam aliter datur, & aliter processit, quā filius, filij enim processio genitura est, vel natiuitas: Spiritus verò sancti processio natiuitas non est, at vtraque ineffabilis est. Lege Tho. 1. p. quæstio. 38. articul. 1. & 2. Superest paucis illud in medium proferre, cuius Magister in litera mentionem facit, an istæ sint veræ pater eò pater est quò Deus. Et filius eò filius quò Deus, & Spiritus sanctus denique eò donum quò Deus. Idemque de istis, filius natiuitate essentia est, idem de Spiritu sancto: Spiritus sanctus processione essentia est, & harum veritatem discutere non est arduum. Sunt enim propositiones priores multiplices. Etenim ex sensu identico veræ sunt, ex formali falsæ. Pater namque diuinitate Deus est, & paternitate, pater. At diuinitas & paternitas, formaliter, seu ratione, ad sensum supra memoratum distinguuntur: quanquam res vna sunt. Quia ergo paternitas est diuinitas, si ad rem spectas, eodem est pater Deus, & pater: & filius, eodem est Deus & filius, & Spiritus sanctus eodem est Spiritus, & donum, nempe spiratione. At verò si ad rationes formales mentem direxeris, falsæ sunt propositiones prædictæ. Quamobrem & illas negat Augustinus. libr. 7. de Trinitate. capit. 2. Itidem de alijs dicito propositionibus. Formaliter enim filius natiuitate non est essentia sed filius, tametsi natiuitate accepit essentiam: & Spiritus sanctus non processione, est essentia, sed Spiritus sanctus. Et hæc est formalior quam hæc, Spiritus sanctus processione est donum. Quam Magister concedit in litera: nanque, vt prænonuimus, Spiritus sanctus, processione est Spiritus sanctus: quia processio constituit Spiritus sancti personam. Donabilitas autem non constituit, & Spiritus sanctus in propria ratione constituente, non includit donabilitatem ad creaturas. Quia relationes ad creaturas, personæ beatissimæ non aduocant in suas rationes constitutiuas. Deus nanq; creaturis non eget.

¶ At verò si obseruationes has quas hactenus prosequuti sumus, animo infixeris tuo plana erit tibi huius iam propositæ disputationis decisio, & nihil est cur te morer amplius ampliori oratione: nam peruium tibi erit Spiritum sanctum, propriè esse donum: & filium propriè esse mentale verbum. Nanque donū est datio irredibilis, ideſt, sine respectu retributionis exhibita, & talis est Spiritus sancti datio. Quippequi gratis se donat: contendit porrò Durandus hac distinctio. ex præscripta definitione donum ex modo propriæ significationis non esse personale nomen, nec essentiale: & vera refert ex grammaticali significatione: at translatum in Theologicum vsum iam essentiale, iam verò personale est vt patuit. At argumenta in principio obiecta, promptam habent responsionem. Tradidimus

Iuste Spiritui sancto aptatur nomen doni.

Pater & filius sunt unus donator Spiritus sancti & plures donantes, ut unus spirator & plures spirantes.

Exponitur Magister de sensu quarundam propositionum.

Magister elucidatur.

Donabilitas non constituit personam Spiritus sancti.

Spiritus sanctus est propriè donum.

Ad argumẽta principalia.

didimus,nanque hoc vocabulum donum latiore acceptione non egere distinctione reali, inter donatorem & donatum, vnde & beata Trinitas est donum,& donator. Hac ratione denique etiam filius est donum, strictiore etiam significãtia vocabuli cuius est pater donator, strictissima autem obseruatione huius vocabuli,donum,si vtaris,Spiritus sanctus est, vnicè donum,in sancta Triade,quia amor est & procedens est per modum voluntatis vnde dona procedunt.

¶Circa distinctionem.19.multa essent differenda de æqualitate diuinarum personarum illa tamen anteuertit distinctio.16.quo te conferas oportet,si illa discere cupis. Solùm est, quod poterit vos in hac morari distinctione, quæ sit circuminsessio personarum illa quam dominus tradidit Ioan.cap.14.Ego sum in patre, inquiens,& pater in me est. Et quod de patre, & filio denarratur, de Spiritu sancto etiam narratum puta. Patrem, & filium esse: in Spiritu sancto: & Spiritum sanctum esse in patre & filio: & vnanimi decreto Augustí. Hilarij, Ambrosij, hæc verba, identitatem naturæ,& æqualitatem diuinarum personarum ostendunt. Sensus nanque est totam patris naturam esse in filio & totam filij in patre & itidem de Spiritu sancto:& quanquam paternitas,non sit in filiatione, nec filiatio in paternitate sunt enim opposita, & oppositum,non est in opposito,& quanquam diuinitas patris non sit in diuinitate filij nam vna penitus patris & filij est diuinitas: at verò persona patris, est in persona filij: ideò ait ego in patre,& pater in me est. Persona porrò vtrunque comprehendit, & naturam & relationem. Ergo persona est in persona ratione naturæ & relationis. Nam natura sola hanc circuminsessionem non præstaret. Siquidem si vnus Deus esset personis non distinctus Deus non esset in Deo, aut diuinitas in diuinitate, quia esset vna prorsus indistincta à semetipsa, vt ergo esset in semetipsa, nisi abusiuo sermone? At verò si distinctio realis esset relationum citra naturæ vnitatem,non esset pater in filio, nec filius in patre, vt apud nos huiusmodi inexistentia non extat. Nullus nanque filius est in suo patre. Est ergo pater in filio quia tota patris natura est in filio, qui est persona distincta á patre:& inde filius in patre. At Durandus distinctio.9. quæstio. 1.aliud excogitauit commentum, patrẽ enim putat non esse in filio,nec contra, si pater naturam,& relationem comprehendat: itidemque filius. Siquidẽ id in quò aliud est, est excedens illud quod in se habet, igitur filius si consideratur habens totidem quæ pater, id-est, essentiam, & relationem, vt poterit esse in patre, itidem pater, in filio, vt erit si totidem considerantur in vtroque? Quamobrem ait, Patrem si consideres solum secundum essentiam, quia tunc pauciora comprehendit, esse in filio, vt filius est persona. Itaque sensus dominici verbi hic est, apud hunc authorem si verè coniector. Ego sum in patre, ideſt, essentia mea est in patre, vt pater meus est,& pater in me est, ideſt essentia patris in me est vt filius sum. Quia hac ratione excessus est eius, qui habet ad habitum, vel eius in quo aliquid est, ad ipsum quod in ipso est. Est autem excessus hic secundum considerationem, vt pater consideretur solum, secundum essentiam, & non secundum relationem, & filius secundum vtrunque aut contra. Mihi tamen non arridet commentum hoc,alioqui subtile. Nanque personam esse, in persona, euangelica testatur lectio. Dominus enim personalibus est vsus nominibus. Ego ait,sum in patre, & pater in me est. Etsi antecedentia dispicis tum demum videbis de personis texuisse dominum orationem. Nam Philippo dicenti ostende nobis patrem,& sufficit nobis respondit dominus, Philippe qui videt me videt & patrem meum. Non credis quia ego in patre, & pater in me est? Philippus ergo patris personam cupiebat videre, & dominus sat esse videndo patri, respondit videre personam filij, quia filius est in patre, & pater in filio. Idcoque necessario si persona est in persona, visa vna & alia videbitur. Porrò Theophilactus denarrans eundem locum. Ego sum in patre, quia in substantia patris: (inquit) apparet filius: id quod Durando suffragari videtur. Cæterum Theophilactus, per substantiam patris, patris hypostasin subintellexit. Quod si arguteris, essentia patris non est in essentia filij, nec relatio patris est in relatione filij, nec contra. Ergo pater non est in filio, nec filius in patre, dicito essentiam non esse, in essentia, quippe vna est & simplicissima vtriusque & patris, & filij, nec relatio in relatione, quia oppositæ sunt, at verò est pater in filio & filius in patre, ratione vtriusque & essentiæ, & relationis, siquidem relatio distinguit patrem, & filium, & essentia vna distinctis personis, adest. Quare vna verè in alia est, per circum

Ioan.locus obscurissimus exponitur.

Circuminsessio personarum quæ.

Non esset circuminsessio si personæ naturæ distinctionẽ haberent realem.

Durandus expeditur & refellitur.

Theophilactus exponitur.

insess-

insessionem, seu realem inexistentiam. Et dominus apud Ioann. 17. exponit hoc idem tametsi verbis non eisdem, ait enim, Mea omnia, tua sunt: & tua mea sunt. Quæ verba, patris, & filij, vnitatem infinitam testantur. Vnde cum hæc vnitas, locata sit in personis realiter distinctis, verus est sermo prior. Ego in patre, & pater in me est: & quanuis pater, non sit filius, nec filius pater, at quia pater est vnum cum filio, ideo est in filio, & quia filius est vnum cum patre, est in patre: & viso filio videtur necessario pater, & viso patre videbitur necessario filius. Et idem dices, de Spiritu sancto. Et equidem sermo domini est satis difficilis, quia modus hic existendi mutuo patris & filij, nō extat apud nos, nec illum reperies apud Aristotel. 4. Physicor. text. comment. 23. enarrantem esse in alio multifariam contingere. Veruntamen disertius proponi non poterat diuinarum personarum vnitas naturalis, & personalis distinctio, quam verbo hoc domini alioqui obscurissimo. Ego scilicet in patre, & pater in me est. Nam si est in patre, & pater in ipso, ergo sunt distinctæ personæ, & sunt vna natura: nam si non essent distinctæ vna non esset in alia. Itaque quia pater est in filio, & filius in patre, inde & filius non est pater, & pater non est filius. Et rursum pater est vnum cum filio, & filius vnum cum patre. Quod si amicitia hoc præstat, vt amicus sit, in amico, nempe ex amore, qui vnitatem præbet amantibus, & si cognitio hoc efficit vt cognitum sit in cognoscente, vnitas diuinæ naturæ, nonne hoc etiam exhibebit, vt quæ hac naturæ vnitate potiuntur in seipsis inuicem sint? At Scotus pro suo acri ingenio varia commentus est huius rei exempla, quæ obscuriorem reddunt rem hanc: tantum abest, vt elucidetur: cæterum si illa amas authorem lege. Pessime ergo hæretici quidam dixerunt filium esse in patre, vt vas in vase, vt meminit Augustinus libr. de hæresibus. Etenim vas contentum minus est quam continens, at diuinæ personæ sunt æquales, ideo male exponebant mutuam inexistentiam diuinarum personarum ex hoc vasorum exemplo.

Locus Ioan. exponitur.

Circumincessio exponitur diuinarum personarum.

Hæretici isti appellantur transuasantes uel inuasantes lege Aug. lib. de Hæresi c. 58.

DISTINCTIO vigesimaprima, & vigesimasecunda. Quorum initia sunt, Nunc ostendere restat, &c. & post prædicta nobis.

Disputatio vnica. Num Deus est nominabilis?

ET VIDEBITVR fortasis alicui Deum vacare nomine quandoquidem hypothesis certa est: Deum accidentibus affici non posse, quidquid igitur in Deo est essentia Dei est, nomina igitur diuina necessariò Dei essentiam significabunt: porrò dum hic agitur, in exilioque isto vagamur Dei essentiam nescimus, ergo nullo nomine quibimus Deum nominare, quia quod nos latet nominare non possumus, quod verò essentia lateat nos diuina, expeditam habet probationem, quandoquidem via, per quam nobis diuina patent sunt creaturæ, at verò ex creaturis fieri nequit vt diuina essentia nobis pateat, siquidem infinito tramite distant ab illa infinitate diuinæ celsitudinis: at essentia rei non ex remotis, sed ex proprijs colligenda venit. Secundò si diuinitas est nominabilis, aut vno, aut pluribus nominibus, non vno, nam nomen vnum quod necessario finitum est non valet infinitam Dei maiestatem exprimere, nec plura nomina erunt, nam si plura sunt, plura quoque erunt, quæ denotabunt esse in Deo, cæterum vbi est pluralitas rerum, erit quoque compositio: Deus autem abhorret ab omni compositione, ergo ab omni pluralitate seu multitudine vacabit. Tertiò ex prouerbijs Salomonicis edocemur. capit. 30. Deum nomine vacare (quod inquit) est nomen eius, & quod nomen filij eius si nosti? Quæ verba Deum & filium eius esse innominabiles apertè subindicare videntur. Quartò Dionysius capit. 1. libr. de diuinis nominibus de Deo ait. Nec est sensus neque phātasia, nec opinio, nec nomen, nec sermo, neque tactus nec scientia.

Argum. 1.

Argum. 2.

Argum. 3.

Argum. 4.

¶ Diuersam porrò agit partem locus ille Exodi. 3. Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob, hoc est nomen meum in æternum. Disputatio hæc, certam habet decisionem. Deum habere nomina quæ sunt diuina nomina. Porrò nomina hæc, quædam sunt quæ crea-

Argum. in diuersum.

creaturarum,hæc pulcherrima docet machina,qualia sunt,quæ à philosophis sunt excogitata. Vt Plato Deum vnum,bonum, opificem vniuersorum,mundi patrem,&c. nominat.Et Aristotel.causam primam, motorem primum,ducem vniuersorum & mundi principem, &c.hoc genus alia diuina docuit nomina.Et commentator Auerroes dispu.5.contra Algazellum Arabē philosophum ad finē disputa.illius diuina nomina in duos secreuit ordines:quorum alter est affirmatiuorum nominum vt sapiens, bonus, & alter negatiuorum,vt infinitus,immortalis,immensus, & id genus.Porrò autem ex diuinis instituti oraculis alia tenemus nomina, quæ ex creaturis nobis constare nequibant.Vt sunt nomina relatiua,patris,& filij,& Spiritus sancti.Et Magister in litera ex sanctorum placitis sex nominum diuinorum differentias tradit. Quædam enim essentialia sunt, vt sapiens, bonus, alia personalia,vt pater,filius, & Spiritus sanctus, alia translatiua, vt lux, character seu figura, leo, Agnus, alia ex tempore relatiua ad creaturas,vt Creator,gubernator,& dominus,alia collectiua,vt Trinitas,alia denique ex tempore nomina dicuntur de Deo, non tñ relatiuè, vt incarnatus,humanatus, quib⁹ poterat quoque addere aliam differentiam nominum diuinorum,nanque sunt quædam quæ respectū denotant ad creaturas, & non ex tempore,vt missibilis de filio & Spiritu sancto prædicatur:& donabilis de Spiritu sancto,quę ab ęterno illis congruunt,vt esse verbum,est nomen filij illi æterno competens,quanquam hoc nomen personalibus annumeratur . Lege infra distinctio.27.& innascibilis est nomen quoq; patris notionale,quod nō relationem sed eiusdem significat,priuationem:vt & processibilis est nomen filij,& Spiritus sancti.Quod tametsi non sit notionale,sapit tamen non nihil notionalia nomina.

Nomina Dei uaria sunt à philosophis excogitata.

Affirmatiua & negatiua nomina

Nomina diuina.8.habent differētias ex Magistro.

℣ At verò quod se insinuat dubium non leue est.Num diuinorum nominum sit aliquod quod Deum nobis vagantibus in hoc exilio distinctè significet?etenim Thom.1.par.quęstio.13.articul.1.& sequentibus, confessum habet,nullum esse huiusmodi nomen, etenim Deum non cognoscimus proprio conceptu, atq; distincto,sed conceptu ex creatis rebus collecto,igitur si Deum non cognoscimus distinctè,neque diuina nomina significabunt distinctè Deum.At Scotus in distinctio.21.quæstio.1.diuersam amat sententiā:autumat enim diuina quædam esse nomina in diuinis exarata scripturis,quæ Deum distinctè significant, tametsi Deum non cognoscamus distinctè,vt hoc nomē Deus latinis significat distinctè diuinitatem:& hoc nomen theòs græcis.Quanquam nullus sit nobis possibilis diuinitatis distinctus conceptus.Distinguit porrò nominis impositionem ex vsu nominis impositi, impositor enim imponens nomen,vt hoc nomē lapis,ad significandum lapidem ex accidentibus sibi notis imposuit ad significandam substantiam lapidis vt à lædendo pede, vel alijs huiusmodi.Itaque quanquam ipse nomen imposuit distinctè significans lapidis substantiā, at substantiam lapidis impositor distinctè nō nouit,sed ex accidentibus: substantiam enim in via ex proprio conceptu , & distincto ignoramus,vt Scotus putat.Rursum etiam vtentes impositō iam nomine,tametsi vtantur nomine distinctè significante, conceptu tamen distincto orbari possunt. Et ita collectum iri putat de diuinis nominibus quibusdam , siue a Deo,siue ab Angelo impositis, distinctam habere diuinitatis denotationem,tametsi nobis non ad sit cōceptus diuinitatis distinctus, sed ex creaturis duntaxat collectus,at nihilominus illa nomina distinctè significabunt ex sua impositione , & non ex conceptu nostro subscripsit huic placito Gabriel in hac distin. quęst.vnica.Existimat enim hoc nomē Deus distinctè significare Deitatem,citra tamen cōceptum distinctum,qui nobis non est possibilis.Et vt hoc nomen sol distinctè solem significat,tametsi nos non videmus solem distinctè,ita & hoc nomen Deus.Etsi hoc argumentum leuiculum est,quia sol distinctè cernitur modo nubilus non sit,& oculus bene sit affectus.Adhæc nomen Tetragrammaton diuinum,Scotus putat significare Deum distinctè citra correspondentiam tamen conceptus distincti.Et in hanc sententiam pleroſque alios conspirasse Theologos aduerto. At qui de re hac multa tradidimus distinctio.3. disputa. 2. In prę̃sentia verò vt paucis agam,arbitror nullum esse nomē diuinum apud nos, quod Deū distinctè & propriè significet, dico proprie, idest, non miscendo extraneam significationem.Imò ego fictitium puto nomen distinctè nobis aliquid significare , sine correspondentia conceptus distincti, nanque significare est facere cognoscere , ergo significare distinctè,est facere cognoscere distinctè. Et mihi probatur satis quod Caietanus.1.par.quæst. 3.artic.1. scripsit de hac re , scripsit enim hoc idem quod nos decernimus. Scio Burgensem in addi-

Dubium se insinuans.

Placitū Thomæ exponitur.

Placitum Scoti edisseritur.

Gabriel sapit cum Scoto.

Decisio. quæ ex authoris decreto.

Caietanus probatur.

Burgensis.

in additione ad Exod. cap. 13. cõtendisse hoc nomen Iehouah esse nomẽ proprie & distinctè, & singulariter, significans diuinam essentiam singularem incommunicabiliter. Quia pelagus totum diuinarum perfectionũ, hoc nomine significatur sine mixtione extraneæ significationis. 1. non significando, aut connotãdo creaturam, id quod Hieronymus tradit quod & transtulit in dominum, hocq; nomẽ esse à Deo institutum. Exodi. 3. in loco vbi nos legimus dominus Deus patrũ vestrorũ. &c, & Esai. 42. hoc esse nomen diuinum traditur. Ego (inquit dominus) hoc est nomen meũ nã Hebraicè pro latina trãslata voce dominus, est Iehouah: ait denique hoc esse nomẽ quod in lingua altera vertinequit: & istud nomen quia quatuor literis Hebraicis cõstat ideo Tetragrammatõ Græcis dicitur. Porrò autem si hoc nomen à Deo institutũ est, num vt esset ex vsu viatoribus an beatis? Arbitror non in gratiã beatorũ, quippe qui illa institutione non egent, imo potius, vt nobis foret ex vsu: at vero quis vsus eius erit nobis si institutũ est ad distinctè significãdã diuinã essentiã singulariter, & sine mixtione extraneæ significationis, & tamẽ nõ sic intelligitur, vt significat? Ego nõ video esse nobis ex vsu hanc distinctã significationem si nullo possumus potiri cõceptu distinctè significationi correspõdenti, ex æquo. Ad hæc nomen hoc Iehouah deriuatur à verbo Hebræo substãtiali haiah, quod significat fuit vnde nomen interpretatur existens quod Græcè est, ὁ ὤν. ideſt, præstanter ens, vel, αὐτο ων, hoc est perse existens. Exodi. 3. qui est. Hoc autem nomen non distinctè significat diuinã naturã, nec est magis ineffabile q̃ cætera diuina nomina. Sanè Deꝰ est solus qui se cõprehẽdit, proindeq; ipse sibi vnicè nomina æqualia & proprijssima potest imponere. Porrò autẽ hęc impositio non celebratur à Deo vt sibi seruiat, siquidẽ Deus instituere sibi nomina non habet opus. Quæ igitur instituta legimus nomina in diuinis mus sis in nostrũ vsũ Deꝰ instituit. Si ergo hoc nomẽ Iehouah aut quoduis aliud diuinũ nomẽ, nobis non significat distinctè diuinam essentiam, eius equidem impositio ad significãdũ distinctè ociosa est. Et Arist. testante: voces significant mentis cõceptus, & mediãte conceptu res significantur: nam tolle conceptũ & planè ruet omnis vocabulorũ significantia, igitur si cõceptus est cõfusus fieri non potest vt nomẽ distinctè, significet. Fateor equidẽ Scoto vtẽtibus nominibus impositis accidere sępe ex nomine distinctè significãte conceptũ confusum reportare, & nõ distinctũ, ego enim ex hac voce Romã quæ distinctè ex sua impositione Romã significat, nõ reporto conceptũ distinctũ. Etenim nunquã vidi Romã: & de Roma nõ visa nequeo gerere conceptũ distinctũ Romæ. Quippe qui neq; abstractiuus est, neque intuitiuus, imo est fictus conceptus, quẽ ego fingo de Roma nõ visa: ideoque nõ est distinctus cõceptus Romæ, & ita de cæteris alijs exẽplũ statuito, cæterum qui hãc vocẽ Roma primo instituit, ad significãdã Romã distinctè imposuit nomẽ, & ipse distinctè cognoscebat Romam. Vnde fieri nequit vt impositor imponat vocẽ distinctè significãtẽ, & quod ipse distinctè nõ intelligat vocis significatũ. Quoniã ex distincto conceptu rei processit, vt nomẽ institueretur distinctè significaturũ. Quãobrem Scoto hac in re nõ annuimus, vnde neque hoc nomẽ Deꝰ ad sensum Scoticũ distinctã habet significationẽ, quippe cõmunẽ habet significationẽ ad Deũ verũ, & ad Deos per participationẽ denarrãte psalmo. Ego dixi dij estis vos, & filij excelsi omnes: itaq; Deus analogicè se fundit ad hæc duo significanda. Et rursus & dij ficti dij dicuntur, quanquã non ita verè analogicè vt priores qui erãt per participationẽ: id quod Paul. ostendit dicẽs siquidẽ sunt dij multi & dñi multi: & diabolũ rursum appellat Deum huius seculi. Quãuis secundũ præcipuã propriãque significationẽ hoc nomen Deus solũ de Deo vero q̃ est prẽcipuũ analogatũ dicitur. Veruntamẽ neque hoc nomẽ Deus neq; alia nomina diuina, distinctè significãt nobis Deũ, etenim omnia hæc nomina Deũ ostendunt, aut excellere creaturas omnes eminentissimè, aut ab illis Deũ esse quã maximè remotissimũ. Igitur necessario cũ sua significatione, admittũt admixtionẽ significationis extraneæ: ideſt cõnotabunt creaturas aut affirmatiuè, aut negatiuè illas significabũt. Capetibi ostẽsionis gratia illud diuinũ nomẽ, q̃ dñs sibi imposuit, qui est (inquit) misit me ad vos Exodi. ca. 3. Aut vt habet Hebraica litera, Ero, misit me ad vos, scribitur enim Eie, & ante hæc habetur, Eie, asser, Eie. 1. Ero qui ero quod noster vertit interpres sum qui sum, & idem est. Etenim Deus est qui est qui erat, & qui erit, apocalypsis primo. hoc igitur nomẽ, qui est, aut ero, vt cõprehendit omnẽ tẽporis differentiã æternitatẽ Dei significat. Et per inde est ,atq; æternus. Itaq; hoc sibi volebat dominus, dicito Pharaoni æternus misit me

Dignitas nominis Iehouah.

Taxatur Burgensis.

Iehouah a verbo haiah

Nomina diuina instituuntur ut sint viatoribus usui.

Gabriel reijcitur.

Nomen ex sua impositione distincte significans, alicui distincte significat.

Taxatur Scotus.

Deus dij ex participatione dij ficti.

Textus exponitur & obserua diligenter.

ad vos. At verò æternum non intelligimus ni si ex mutabilitatis negatione, ergo egemus extranea significatione, vt intelligamus diuina nomina. Et demũ discurre per illa decem nomina, quæ Hieronymus scribens Marcellæ narrat & idẽ habebis. Quale quoq; est illud nomẽ, Ia, quod descẽdit à verbo Haia, ideſt, fuit, quod significat Deũ esse creatorẽ vniuersorum exponẽte Rabbi Kinhi, & dicitur, Ia, quia est principiũ existẽdi vniuersis. Vbi vides, sine extranea significatione, nõ patere significantiã huius nominis, Ia, & ita in cætera prõpta est excursio. Nec tamẽ latet me Th. 1.p.q.13.art.11. collationẽ feciſſe horũ triũ nominũ diuinorũ qui est, Deus, & Iehouah, q; Tetragrãmaton vulgo vocatur, & horũ maximè propriũ Deo tradidit esse primũ, qui est. Quippe impositũ est nomen hoc ab esse, & esse est maximè propriũ Deo: at vero hoc nomẽ Deus est maximè propriũ Deo, quantum ad id, quod imponitur, quia impositum est ad significãdã naturã diuinã: hoc verò nomẽ Iehoua superat omnia diuina nomina, quia impositũ est ad denotandã diuinã essentiã, vt singularis est, & secundũ seipsam. Quæ vt enodatiora tibi sint obseruabis, hoc nomẽ Deꝰ impositũ esse, seu deriuationẽ habere à Græco nomine. θεὸς. id est timor, qa Deꝰ maximè venerãdus est, atq; timẽdus. Aut ab hoc nomine, θέειν cuius æthymon Plato in Cratillo lib. 23. lucido prosequitur sermone tradit enim priscos Græcos, Solẽ, Lunã, & stellas credidisse Deos: vnde & Barbari etiã illa vt Deos coluerũt. Et quia sempiterno & irrequieto se voluebãt motu illa vocauerũt θεοὺς ἀπὸ τοῦ θεῖν ideſt, sempiternò currẽtes. Thom. vero art.8. ex Damasceno aliã inuexit æthymologiã, at Platonica mihi magis Probatur, & siue cũ Platone, siue cũ Damasceno, siue cũ alijs æthymon huius nominus Deus riuemus, semper hoc nomẽ desumptũ est ab operatione, vel sit ea operatio prouidẽdi vniuersis, siue mouẽdi & perducẽdi creata ad suos fines, siue quæuis alia sit, deniq; operatio.

Ia, Dei nomen cum decem nomina diuina enarrãtur a Hieronymo.

Qui est Deꝰ Iehouah.

Exponitur Thomas.

De hæreticorum lege cõmentaria Budæi.

Quia ergo hoc nomen Deus ab operatione quæ extraria est, quia est erga creaturã impositũ est, at vero hoc nomẽ, qui est, ab esse impositũ est, & esse est intrinsecũ, & nõ extrariũ Deo, ideo magis propriũ est Deo hoc nomẽ, qui est, quã hoc nomẽ, Deus. Cæterũ quia hoc nomen Deus magis determinatè exprimit Deitatẽ, seu diuinitatem, quæ est, natura Dei, ideo iuxta hãc rationem est Deo magis propriũ. ¶ Porro autẽ, vt ego facilius etiam nũ agam crediderim hoc nomẽ, qui est, si cõferatur cũ hoc nomine Deus, ad hanc sese habere rationẽ. Nomẽ enim, qui est, apud sapiẽtes maximè Deo proprium esse. Quippe qui subtili indagine, scrutati rerũ naturas, esse totũ in Deo collocãt, vtpote qui fons est & plenitudo & pelagus infinitũ ipsius esse: atvero hæc latent rudiores, quibus magis in prõptu est Deũ esse: quã ipsum Deũ esse, ipsum esse. Dixit autẽ Plato. in Cratillo (quo libro de nominũ diuinorũ varietate disseritur, deque nominũ natura) nomẽ illud esse germanius, quod aptius naturã rei nominatę exprimit: summãque hanc curã nominũ mãdatim positoribus habendã, vt apte exprimãt rerũ naturas. Quia igitur apud omnes etiã promiscuè plebis homines, magis exprimitur diuinitas hoc nomine Deus, quã hoc nomine qui est, Propterea proprius est nomẽ hac ratione quã hoc nomẽ qui est. Cæterũ apud sapiẽtes diuersa est obseruãda ratio vt diximus. Ad hæc prius cognitã habuerũt homines diuinitatẽ quã quod illis prõptũ fuisset Deũ esse ipsum esse, aut ipse, qui est. Quid qđ vt præmonuimus, Hebraicè non legimus, qui est, sed ero, vt æternitas, diuinitatis đnotetur: at æternus ex modo significãdi, nõ substãtiã diuinã sed quod circa ipsam est denotat. Quibus accedat hoc nomen, Ia, q̃ diximus Paulo ante esse diuinũ, etiam ab esse, deriuari: quanquam nõ cõnumeratur inter maximè propria nomina, & in vsu ecclesiastico est hoc nomẽ, nã Alelluya hoc nomine potiꝰ significat enim laudate dominũ. ¶ At vero occinet forsitan mihi quispiã Deiſubstãtiã nequimus sub hac peregrinatione cognoscere sed solũ quę circa Dei sunt, vt Damascenus est author lib. 1. de fide orthodoxa. ca. 4. Quomodo ergo hoc nomẽ Deꝰ significat Dei subſtãtiã, atq; naturã? Dices tamẽ huic obiectioni, nullũ esse nomẽ diuinũ, q̃ subſtantiã essẽtiã ve diuinã distinctè notificet, & hoc intellexit loco præindicato: at vero cõfusè significare diuinã subſtãtiã alicui diuinorũ nominũ cõpetit. Etenim hoc nomẽ Deus diuinã subſtantiã absolutè significat, & hoc nomẽ spiritus, & hoc nomen qui est: quãquã spiritus nomẽ generale est. Et sicut quãdo hominẽ aliquẽ videmus à lõgè est nobis notitia singularis, & absoluta rei visæ, p cul, cõfusa tamẽ, quippe nõ discernimus, quale sit q̃ videmus, nũ homo hic sit? nũ ille? &c. vel nũ Petrꝰ sit, aut Paulus, ita quoq; quia, p culà nobis est Dei celsitudo, illius sanè est nobis notitia diuina & singularis, & absoluta, at con-

Qui est proprius exprimit Deitatẽ quam Deus

Authoris calculus de sententia Thomæ.

Plato de diuinis nominibus et quanta curaſitha benda in imposition nominũ æqua bili rerum natura.

Alelluya.

Nullum nomen substantiam Dei uiatoribus distinctè significat.

cõfusa: quia Dei substãtiã scẽm se intelligere nõ possumus, & sicut hæc nomina Michael, Raphael & reliqua Angelica nomina significant sanè Angelicã Michaelis, & Raphaelis substantiã, nõ tamẽ distinctè sed cõfusè. Quoniã Angelorũ nõ est nobis cõceptus abstractiuus propriè, nec intuitiuus, ita quoq;, & diuinitatis. At insultat quispiã & quid operatio est index formæ, Porrò nobis constat diuina operatio, ergo & substantia diuina planè cõstabit. Dicito formas naturales liquido patere quid sint ex indicio operationũ suarũ, vt ignis ex calefactione, &c. quippe istæ operationes æquantur formæ vnde prodeũt: at vero diuina operatio superatur ab authore, qa lõgè excedit diuina virtus suas diuinas operationes: propterea ex operationibus liquidò nequit diuina assequi substãtia. Adhuc autẽ obstrepet mihi alius obijciẽs mihi hoc nomẽ Iehouah nudã significare substantiã diuinã, sine respectu ad creaturas, ergo si nõ alia nomina vel hoc certè distinctè diuinã substantiã significabit. Et quidẽ de hoc nomine consentiũt Hebrẽorũ doctorũ nõ modicę turbę: quibus in cõfesso est, hoc nomẽ Iehouah nudã significare Dei essentiã, sine vlla admixtione extraneæ significationis, idest sine respectu ad creaturas: quãquã istud nõ est omnibus cõfessum vt iudicat Nicolaus Liranus in cõmentario ad Ieremiã. ca. 23. tractans illa verba hoc est nomẽ, quod nominabũt eũ, dns iustus noster, & dictioni dns Hebręus codex habet correspõdens hoc nomẽ Iehouah igitur loco hoc Nicolaꝰ inducit Rabbi Moysem in priorẽ sentẽtiã. At postea indicat aliorũ sententiã credẽtiũ hoc nomẽ Iehouah nõ esse tiale esse, quale Rabbi Moyses autumat: quippe etiã prędicatur de creaturis & illis cõmunicatur, ex participatione quadã, & multa imbi producũtur loca sacra quæ hoc testãtur, quæ videbis apud authorẽ. Et ego etiã refragãte Nicolao istis posterioribus assentio, nõ enim puto tã singulare esse hoc nomẽ Iehouah quã à Rabbi Mose creditur, siquidem hoc nomẽ Deus etiã nudè significat substantiã diuinã. Nã quãquã ex operatione exceptũ sit hoc nomẽ, nõ tamẽ operationẽ denotat sed diuinitatẽ. Vt hoc nomẽ homo qđ ab humo Etymõ riuat, nõ humũ, sanè sed humanã denotat substãtiã, & hoc nomẽ mulier qđ à mollitie trahitur, nõ mollitiẽ, sed muliebrẽ indicat substantiã, & ita in singula alia poteris spaciari exẽpla, atque ita prope modũ etiã si ab operationibꝰ diuinis cõciliatũ sit nomẽ Dei, substantiã Dei tũ citra respectũ ad creaturas significat, & vt hoc nomẽ Deus ex participatione se cõmunicat creaturis, docẽte psalmo, Ego dixi Dij estis nos, ita & nomẽ Tetragrãmatõ. i. Iehouah. Nã Tetragrãmaton nõ est nomẽ diuinũ, sed nomẽ nominis, vt diximus superius. Et quod celebrant de nomine Iehouah esse ineffabile, omnibus equidẽ diuinis nominibus est hoc familiare. Quia omnia sunt ineffabilia, quantũ ad rẽ significatã, quia substãtia Dei ineffabilis est lib. de verbis dñi sermone. 34. Aug. author est: at vero quantũ ad vocis prolationẽ ita effatur Iehouah vt cætera. Quod rursum summæ venerationi ducitur, qđ hoc nomẽ Iehouah incõmunicabile sit creaturis, vtique & in alijs nominibus diuinis reperias. Nã creator, infinitus, immensus, æternus, diuina sunt nomina, quæ tñ sunt incõmunicabilia, & vt ex placito Rabbi kimhi diximus, hoc nomẽ, Ia, creatorẽ mũdi significat. Quare ita incommunicabile est vt, Iehouah si tamẽ hoc incõmunicabile est.

Notanda obiectio.

Iehouah.

De nomine Iehouah quid Hebræi

Rabbi Moyses non probatur.

Omnia diuina nomina sunt ineffabilia.

¶ Est tũ aduertendũ nomina diuina quæ relationẽ đnotãt ad creaturas aut negationẽ, nõ significare substantiã diuinã: sed vel tẽporaneã habitudinẽ ad creaturas, vt creator, cõseruator, princeps, dux, &c, vel negationem vt immẽsus, infinitus, incorporeus, & hoc genus alia. Est porrò alia ratio, nominũ aliorũ, quæ perfectionẽ diuinã denotãt, vt viuens, sapiẽs, iustus, &c. Hæc quidẽ ex modo significãdi significãt eas quæ sunt in Deo perfectiones per modũ qualitatis, vt etiã magnus, significat perfectionẽ diuinã per modũ quãtitatis at vero quantũ est ex re significata, substantiã significant, hęc nomina nõ accidẽs. Nam quidquid in Deo est Deus est, Ideoq; substãtialiter hæc de Deo prædicantur, & substantiã diuinã denotãt ex re significata, nõ ex modo significãdi. Personalia vero, & notionalia nomina ex modo significandi relationẽ seu notionẽ significant: & res significata est relatio vel notio quæ realiter substãtia sunt Dei. Denique sunt alia nomina quę tã ex modo significandi, quã ex re significata substantiã diuinã significãt, vt hoc nomẽ Deus, & hoc nomẽ qui est, & nomẽ Iehouah. Exigis tũ fortassis à me nũ poterimus cõceptũ gerere cor respõdẽtẽ huic nomini Deus, qui simpliciter & determinatè Deũ repręsentet, vt vox hæc Deus repręsentat. Dicebamus nãq; supra cõceptũ diuinitatis distinctũ viatores præstare nõ posse, hæsitas igitur quid hic est cõceptus distinctus? nũ est idẽ qđ determinatè & singu-

Nominaquædam Dei nõ substantiam sed relationẽ denotant.

Quædã perfectiones diuinæ significantur per modum qualitatis aliæ per modum quantitatis.

Notandum dubium.

lariter repręsentans? Quod si hoc, vtique vox hæc Deus tantū diuinā significat substātiā & singulariter illā, quia per vocē hāc Deus, vnū tantū Deū intelligimus. Ioā. Maior. in. 1. dist. 3. cēsuit viatores hūc cōceptū diuinitatis exhibere posse, nā hæc vox Deus, determinatè significat Deū, ergo & cōceptus illi correspō dēs tantū significabit Deū, & nō creaturam. Et ego præter hæc possum formare hāc mentalē propositionē Deus est Deus, quæ in sua cōtextura, nihil miscet extraneę significationis. ¶ Adhæc vt mēs humana ex multis singularibus notitijs sua fœcūditate potest extrahere vnū cōceptū vniuersalē, ita cēsuit nostrę mētis facultati subesse, vt ex notitijs creaturarū vnū conceptū diuinitatis extrahere possit qui solū Deū significet, & nō creaturas. Porrò aūt vt paucis decidā sensum meū, credidere rim varia fuisse de hac re authorum placita, quæ supra à me sunt denarrata, propter vocis amphibologiā. Nanq; determinatè significare hoc & nō aliud cōfundūt cū distinctè significare, tū mea sentētia magno hæc dispecta sunt interuallo: aliud enim est hoc ab illo, quando enim rē à lōgè video nō distinctè video, at determinatè video, qa rei à lōgè visæ notitia visiua, illā tantū rē visam significat, at cōfusanee, & nō distinctè. Et est mihi Romæ cōceptus determinatus ex hac voce Roma, quia ex hac voce aliud nō intelligo, nisi Romā: cæterū indistinctè, est enim distinctꝰ cōceptus vel intuitiuꝰ rei vel abstractiuus, ex ipso intuitiuo procedēs, quē tū nō habeo de Roma. Imo etiā intuitiuus nisi cætera ad sint distinctioni necessaria vt potētiæ integra facultas, & obiecti cōgrua, pximitas, & medij perspicuitas, non est distinctus. Nā qui cæcutiēs, aut lippis oculis solē cernit cōfusè cernit, &c. Quāobrē siquidē tantisperdū hoc triste exilia ducimꝰ Dei notitia intuitiua nō potimur, nec vera abstractiua, distinctè nequimꝰ Deū cognoscere. Vt. n. erit distincta notitia quæ ex obiecto nō paritur? Nos ergo bene formare possumus notitiā determinatè diuinā substantiā repręsentantē. i. solū illā, & nō aliam æquabilēque cōceptum formare huic voci Deus, at hæc notitia quippe quæ à nobis formata est, & nō ex obiecto. i. diuinitate deducta est, distinctè nequit diuinitatē repręsentare. Quibus adde huiusmodi cōceptū, simplicē, & incōplexū diuinitatē absolutè solū, & nō alia repręsentantē, nō cōtinuo, & ad manū esse cuilibet formare: imo arbitror primos cōceptus quos mēs nostra ad diuinitatē asse-

Ioā. Maior non probatur.

Quæstionis decisio. ex autoris placito.

Distincte significare. Determinate significare.

Deus pro huius exilij mora distincte non cognoscitur.

Diuinitas ut cognoscitur.

quēdā elaborat cōpositos esse, & creaturas in voluere in sua significatione: post quos tamē elaboratos, & ex vestigatione creaturarum collectos cōceptus, habilis redditur humana mēs, & potēs vt aliū lōgè sublimiorē de diuinitate cōceptū. i. simplicē & absolutū (quāuis nō distinctè, at vero determinatè significātē diuinitatē) parere possit. Ideoq; rarus est conceptus iste, & nō cuiuis peruius, & iuxta hāc censurā nostrā, moderata volo quæ de hac re in dist. 3. disp. 2. differui. Et Maioris argumēta existis soluūtur. Porrò vniuersa hæc secundū familiarē hominibus cognoscēdi formā intellecta velis oportet. Nā Paulo arbitror ad fuis- 2. ad Cor. 12 se etiānū viatori conceptū diuinitatis distinctū abstractiuū, si tū essentiā Dei intuitus est sub raptu: itidē dicito de Moyse, nā abstractiuus cōceptus dissultans ex intuitiuo distinctꝰ est. Talē habuerūt de Deo cōceptum patres isti obseruandissimi, qui relictus illis fuit ex diuina qua potiti sunt visione. Itidēq; omni potētiæ Dei hoc subest cui volet præstare ab- Exodi. 34. stractiuū distinctū, suæ diuinitatis, conceptū etiā deducto intuitiuo: vt fortassis hoc fuit donatū maximis quibusq; prophetis, alijsq; eximia præclaris sanctitate viris, etiā si nobis nō liquet, quibus. Et profectò si sedula mente & nō torpēte desidia aduertisti, quæ hactenus prosequuti sumus, satis corusca est huius nostræ disputationis veritas, quæ alias tenebrosa erat, ꝓpter varia nobilū authorū placita. Iam vero hora est vt quas dilatauimus in disputādo fimbrias premamus, & argumētis in principio obiectis solutis huic disputationi vale dicamus. ¶ Primò ergo dicito, solū probare nullū esse cōceptum viatoribus de Deo distinctū: at de cęteris cōceptibus nihil probat. *Argumentī solutio. ad primum.*

¶ Secūdò argumēto facile dicemus nomētametsi finitū est, repręsentare alioqui essentiā Dei infinitā, quia nō ex natura sed ex institutione, significat. Nāq; institutū est, vt significet rē infinitā. Quid qđ imaguncula pupillæ oculari impressa breuissima est, at vastissimā cæli ostēdit oculo molē, sunt ergo diuina nomina plura, at nullā prorsus Deus admittit cōpositionē, quia plura significata ex nominibus in Deo vnū sunt. Vt Aug. 7. de ciuitate Dei, ca. 11. de nominibus Iouis tradit. *Ad secūdū.*

¶ Ad tertiū dices verba illa ad mysteriū sanctæ triadis spectare. Quod sanè altissimū arcanū per rationē naturalē apprehendi nequit, ideo, aut qđ est nomē eius aut filij eius si nosti? ¶ Ad quartū dicito Dionysiū vera denarasse, nā nihil nostrū est qđ cōprehēdat Deū: *Ad tertium.* *Ad quartū.*

nullum

Obserua hæc.

nullũq; nomẽ est excogitatũ hactenus, etiã si in medium proferas hoc nomẽ Iehouah q̃ Hebræis erat sũmæ obseruãtiæ, adeo vt solis sacerdotibus dicãt Hebrei fas fuisse illud proferre. Hoc igitur nomẽ in sua significatione nõ potest cõprehẽdere diuinitatẽ, vt hoc nomẽ homo cõprehendit humanã essentiã, quã quã (vt hæc obiter dicã) nõ solis arbitror fas fuisse sacerdotibus nomẽ Iehouah efferre: nã que prophetæ etiã extulerũt, vt Esaias, Hieremias, Ezechiel, &c. Quos sacerdotali functos fuisse munere nõ cõstat: saltẽ Esaiã (certa res est) nõ fuisse sacerdotẽ, etsi Hieremiã, & Ezechielẽ, Hieronymus sacerdotes esse duxerit, lege prologũ ad Ezech. porrò dere hac alibi vberior est sermo habendus.

Cap. 42. Cap. 43. Cap. 44.

DISTINCTIO VIgesimatertia, Cuius initiũ est. Prædictis adijciendum est.

Disputatio vnica num hoc nomẽ persona aptandum sit Deo?

1. Argum. ET primũ forsan, alicui videbitur nõ esse aptandũ Deo, nã persona est rationalis naturæ indiuidua substantia, at vero Deitas nõ est rationalis natura, colliges facilè quia rationalis natura, est natura discursiua, at Deus simplici intuitu nõ discursorio omnia in prospectu habet. ¶ Rursum aut persona est substantiale nomẽ, aut relatiuũ, si substãtiale est, igitur in singulari numero prædicabitur de sancta Triade. Hoc enim est familiare nominib⁹ substãtialibus nã in pluratiuo negãtur numero, at vero in singulari affirmãtur, vt Trinitas est vnus Deus, vnus sapiẽs, nõ multi dij, aut sapiẽtes, at vero cõtra est in hoc nomine persona, qđ in plurali affirmat̃ de beata Trinitate, & in singulari negatur, hæc enim est falsa, & hæretica, Trinitas est persona: & hæc catholica est, tres personæ, ergo nõ est substantiale nomẽ. Si vero dicas, nõ esse substantiale, sed relatiuũ nomẽ occinet tibi Aug. 7. de Trinitate. ca. 6. in hac Trinitate (inquit) cũ dicimus personã patris, nõ aliud dicimus quã substan-

2. Argum.

3. Argum. tiã patris. Præter hæc si relatiuum est nomẽ, vtique relatiua nomina personas distingunt, vt pater, filius, & Spiritus sanctus, at vero in hoc nomine persona, diuinæ nõ secernũtur personæ: quia pater, filius, & Spiritus sanctus tres sunt personæ: si ergo cõueniunt in personæ ratione, nõ est relatiuũ nomẽ, imo potius substãtiale, at neq; esse substãtiale, collectũ dudũ est, igitur Deo nõ est aptãdũ. ¶ Adhęc ex Dionysij decreto, lib. de diuinis nominibus, ca. i. ad sermones diuinos nihil recipiendũ est, nisi q̃ ex sacris eloquijs decerptũ est, at vero hoc nomẽ persona decerpi nequit ex diuinis eloquijs, nusquã enim leges patrẽ, & filiũ, & Spiritũ sanctũ inibi p̃sonas appellitari, ergo diuinis nõ est aptandũ. Maximè tradẽte Paulo profanas vocũ nouitates esse vitãdas. 1. ad Tim. c. 6. ¶ Cõtra vero est eiusdẽ Dionysij in eod. libro, de diuinis nominib⁹ authoritas, frequẽtissimè vocãtis tres p̃sonas, patrẽ, & filiũ, & Spiritũ sanctũ, & ab initio nascẽtis ecclesiæ eiusdẽ vocis receptissimus vsus fuit fidelibus doctoribus. Disputatio hęc quia ex nominibus pẽdet, nominũ descriptionẽ exigit, quid inquã sit persona? & Græcis sunt de re ista quædã nomina, vnde & quædã alia Latinis sunt correspõdentia. Sunt porrò Græcis hæc vocabula, physis, vsia, vsiosis, hypostasis prosopon. Latina vero, quæ illis respõdent, sunt natura, essentia, substãtia, subsistẽtia, persona. Natura, sanè Arist. 5. metaphys. est ipsa natiuitas, & qa hæc est à principio intrinseco ideſt, à forma substãtiali, ideo etiã formã huiusce modi dixit naturã: & quia hæc in materia recipitur, ꝓpterea ad materiã etiã fusum est nomẽ naturæ. Rẽ autẽ naturæ vocant indiuiduũ, cõtinens & materiã & formã, vt hic ignis. Essentia verò Augustino authore. 5. de Trinitate. ca. 2. ab esse trahit nomẽ, ideoq; fatemur vnã essentiã diuinã, nã tres esse tias diffitemur: quippe tres personæ vnũ esse diuinũ habẽt, nõ tria esse. Et Quintilianus hoc nomẽ essentiã recipit, etiã si Cicero ab hoc nomine abhorruit. Verũ iã receptissimũ est philosophis, atq; theologis, quo rei quidditas significatur, vsiosis vero substãtiã ipsam significat, hypostasin vero interpretari nõ est prõptũ nũ substantiã? nũ suppositũ? nũ personã significet? Etenim Aug. lib. 5. de Trinitate. cap. 8. Græcos authores tradidit dixisse Trinitatẽ esse vnã vsiã & tres hypostases. i. vnã essentiã & tres substantias at. ca. 9. latinis cõmemorat nõ esse hoc cõsuetudinis tres personas diuinas, tres cõfiteri esse substãtias, ideoque non audẽt latini tres substãtias asserere, quia substãtia & natura sibi sunt quã maximè vicina Ne igitur lapsus sit ad trinitatẽ insinuandã naturarũ, ideo cõtinẽt se, ne fateãtur tres substantias. Et D. Athanasius, lib. 9. de fide sua cõ-

Physis. *Vsia.* *Vsiosis.* *Hypostasis* *Prosopon.*

Natura & res naturæ quid.

Hypostasis quid sit.

4. Argum.

5. Argum.

fitetur sanctã Trinitatẽ esse vnã substãtiã, & tres personas, æque perfectas, æquales & coæternas, & prorsus inficiatur esse tres hypostases: ita qui sic fateretur nõ tõgè ab esset ab Arriana secta, imo illi cõsentiret. Vnde Athanasio idẽ est hypostasis, atq; substãtia, seu essentia Arrius. n. tres essentias diuersas credidit diuinã esse Trinitatẽ. Damascenus verò lib. 1. de fide orthodoxa. c. 10. tres fatetur hypostases. i. tres substãtias seu personas; id qđ Athanasio visum est Arrianũ sapere dogma. Hieronymus etiã scribẽs Damaso Papæ dixit sub voce hac hypostasis venenũ latere. Damasceno cõtra nõ abhorrere à catholico dogma tevisum est: tenim illehypostasin voluit esse substãtiã, seu naturã, subsistentẽ. Hic verò hypostasin interpretatus est subsistentiã, seu personã. Itaq; Græcis varia est vsurpatio huius nominis hypostasis, & ad substãtiã, & ad personã & in cõcilio Cõstãtinopolitano. 5. negantur in Chro duę hypostases. i. duæ personæ & theologis vsurpatur vnio hypostatica i. personalis, quã fatemur in Chro. At verò ad Hebræos. 1. vbi nos Latinè legimus, & figura substãtię eius pro substãtię grecè habetur hypostaseos: & in cõcilio Cõstãtinopolitano. 6. traditur beatã triadẽ esse vnã substãtiã in tribus subsistentijs, loco huius vna essẽtia est in tribus subsistẽtijs. Porrò. Tho. 1. p. q. 29. ar. 2. autumat iuxta ꝓprietatẽ sermonis hypostasin & substãtiã esse prorsus idẽ, itaq; etiãsi varius est idioma: eadẽ tñ nominis significatio. At verò qa substãtię nomẽ iã vsurpatur ꝓ essẽtia iã ꝓ hypostasi, ideo latini abstinẽt ab hoc sermone tres substantiæ sunt, Pater, & filius, & Spiritus sanctus, & maluerũt transferre vocẽ græcã hypostasis per subsistẽtiã, quã per substantiã. Porrò aũt nõ esse hoc inuiolatũ interpretibus latinis, dudũ ostẽdebã. Quippe vocẽ græcã hypostasin apud Pau. nõ per subsistẽtiã: sed in substãtiã transtulerũt. Græcè. n. habetur character hypostaseos, qđ ipse reddidit interpres, figura substantiæ, vnde pessimè Caluinus reprehẽdit Athanasij symbolicũ versiculũ illũ, alia est ꝑsona patris, alia filij. &c. qa inquit hypostasis nõ Græcis est ꝑsona: at q̃liter significet personã Græcis ostendimus ex Damasceno. Persona verò Græcis est prosopõ, at hoc nomẽ Græcis significat etiã vultus vel facies, q̃s tragœdi, atq; Cõmœdi tegebãt larus qñ tragœdias, aut Comœdias agebant & laruati illi personati etiã nũcupantur, atq; iuxta hãc rationẽ persona nõ significat potẽ dignitatẽ quã vilitatẽ. Nã histriones, iã magnorũ, iã vilũ, iã dominorũ, iã seruorũ, iã honestorũ, iã verò turpiũ agũt personã. Significat quoque persona, q̃litatẽ, & animi, & corporis, & muneris. Vnde & Ciceroni in vsu est sermo hic imponere ꝑsonã, vt. 4. in ver. imponatur honestæ ciuitati turpissima ꝑsona cãlũniæ, & in eadẽ oratione im ꝓbã personã, alicui imponere dixit, quæ ꝓsequitur Valla. li. 6. elegãtiarũ: multa quoque à Rhetoribus numerantur in ꝑsonæ attributis, si senex si adolescẽs, si studiosus, si lasciu⁹, &c. si diues, si pauper. Vnde & tracta est circũstantia personę, vt persona ꝓceptoris, mariti, patris, & hoc genus alia. Hinc Grãmatici personas cõstituũt, primã, secundã, & tertiam: cæterũ ad philosophos, & theologos hæc modicè cõferũt. Quibus ꝑsona nõ q̃litatẽ denotat, sed substantiã, non quanuis, sed intellectualẽ. Apud quos denique persona, dignitatẽ præse fert semper, vt mox subdem⁹, vt ergo philosophis, & theologis, maximè vsurpatur, ita mõ, ꝓsequemur, quam finiẽs Boethius, li. de Duabus naturis, dixit esse rationalis naturæ indiuiduã substãtiam, tria denotans necessaria vt aliquid persona vere dicatur. Primo vt sit indiuiduũ, nõ enim in vniuersalibus ꝑsonam reperias: vniuersalia namquẽ nõ subsistũt per se (vt Plato esse uit) sed in indiuiduis existũt. Secũdũ est, qđ sit in genere substãtiæ, nã accidẽtia cũ per se nõ existãt, neq; per se agant, ꝑsonã cõstituere nequeũt. Tertio q̃ sit rõale. Quoniã, idest personans, quantũ ad ipsam actionẽ quia in se habet hoc, & qđ possit agere, & nõ agere quo potiuntur solum rationalia, quæ se agere possũt, & sui iuris sunt, vt agant, vel nõ agant irrationalia verò non hac dignitate naturæ per fruũtur. Sũt ergo diuersa hæc indiuiduũ, suppositum, & persona, aut sese gerunt vt superius & inferius. Etenim si persona est planè etiam suppositum, & indiuiduum est, et si rursus suppositum est necessario indiuiduum est, non tamen si indiuiduũ est propterea cõficitur suppositum esse, nam hæc albedo cæteraque accidentia indiuidua sunt, non tamẽ suppositа, aut personæ. At quod sint accidentium indiuidua te docebit Auerroes. 7. primæ philosophiæ. c. 2. tradit nãq; indiuiduum substãtiæ priꝰ esse quã accidẽtiũ indiuidua. Quo loco vt obiter te admoneã expẽdere inẽ cũ accidẽtia nõ indiuiduari ab extrinseco ex subiecto, sed à se ꝑsis quãquã cerno reclamãtes Diui Th. alumnos, atq; pedisequos. Egò verò magis assentio Auerroi, & Simplicio. 4 physicorũ denarrãti tex. Arist. 1. 32. si cerulæ albedo

Confessio Athanasij.

Græcorum Athanasij et Damasceni dissensio.

Persona nõ

semper est nomen dignitatis,

Persona quid Theologis quibus non qualitatẽ, sed substãtiam denotat.

Indiuiduum suppositum persona.

Accidentia unde indiuiduantur.

Accidentia indiuiduantur extrinsecè ex subiectis intrinsecè ipsis.

albedo, inquit, & niuis, opera intellectus seorsum citra subiectorū cohærētias intelligātur, albedo niuis, atque ceruſæ distingūtur numero. Et rursum. 2. de Anima cōmētario. 2. indiuiduatio tribuitur formæ. Itaque subſtātia indiuiduat accidens extrinsecè non intrinsecè. Nos autem latè hæc prosequuti supra sumus, quādo de principio indiuiduatiōis agebatur. Itē quādo de mtēsione formarū dist. 17. commemorabatur. Ideoq; cōtinēda est modo pliorē hac re oratio. Sunt ergo accidētia indiuidua, nō tn̄ sunt suppoſita. Nā suppoſitū est subſtantia prima, quæ propriè, & principaliter est subiectū omniū prædicatorū: ideoque suppoſitū pertinet ad nomina intētionū secūdarū quatenus suppoſitū est subiectū vltimū, q̄ de nullo alio prædicatur, nā subſtātia secūda, vt homo, equus, nō sunt suppoſita: quia nō sunt vltima subiecta, & nō subſiſtūt per se, nisi in particularibus, nisi velis dialecticè suppoſita vocare aut grāmaticè. Est ergo suppoſitū subſtātia prima vt Petr⁹, Paul⁹, hic lapis, &c. suppoſita porrò subducūtur à ratione personæ, quādo mētis sunt expertia, qua si potiuntur suppoſita, sunt personæ. Est igitur persona subſtātia prima intellectualis. At vero diffinitionē Boethianā si pēdis, videbis nō satis aptari diuinis personis, nāq; tres personas tradidimus nō esse tres subſtātias: si ergo nō sunt subſtātię, neq; prorsus sunt indiuiduę subſtātiæ, negato nanq; superiori, negatur necessario inferius: ideo q̄ nō est subſtātia, neq; est indiuidua subſtantia. At qui patrocinari volet Boethio dicet singulas personarū diuinarū esse indiuiduas subſtātias: at vero si singulę sunt indiuiduæ subſtātiæ cur tres si mul nō sunt indiuiduæ subſtātiæ? Nā vt tres personas cōfitemur, ita tres indiuiduas subſtātias oportebat fateri, si diffinitio apta est. Temere enim videtur affirmādū diffinitionē prædicari, sanè in singulari de singulis personis, non tn̄ de pluribus in plurali. Nāq; si hæc vera est, homo est animal rationale, hæc protinus erit vera, homines sunt animalia rationalia. Cæterū hæc regula diffinitionū inuiolata est, nisi exmutatione numeri, nominis quoque significatio demutetur. Id q̄ in præsentia aduertere oportebit, quādo sigillatim de vna quaque persona prædicas est, indiuidua subſtātia vera narras, at cū in pluratiuo enuncias numero subſtātiæ significationē peruertis. Nā quādo ais, est pater indiuidua subſtātia, proprietatē singularē patris nomine subſtātiæ indiuiduæ significas, verū quādo tres personas enūcias esse tres indiuiduas subſtātias, nō solū ꝓprietates multiplicas indiuiduales, quin etiā & diuinā multiplicare videris naturā. Quāq̄ vt arbitror, ꝓpoſitio hæc sunt tres personæ diuinę, tres indiuiduæ subſtātiæ, negāda est potius propter sensum quē præse gerit, quā propter sensum in quo fit. Quod si quis cōtendat hāc esse concedēdā, sunt tres indiuiduæ subſtantiæ diuinæ personæ, at hæc negāda, sunt tres subſtantiæ, & argumentū esse infirmū, q̄ supra colligebam, quippe æquiuocationis vitiū morbidū facit argumentū, nā in antecedēte non sunt tres subſtantiæ, subſtātia, essentiā, & naturā indicat, in cōsequente verò nō sunt tres indiuiduæ subſtantiæ, nō naturā, sed proprietates personales significat, ideoque negatiuè nō valet collectio, nō sunt tres subſtantiæ, ergo nō sunt tres indiuiduæ subſtantiæ, nō erit cōtumax cōtentio hęc neque prorsus despuēda. Itēque infirmabis argumentū affirmatiuū sunt tres indiuiduæ subſtantiæ, ergo tres sunt subſtantiæ, nā quāuis neruos profert, nā ab inferiori ad suū progreditur superius affirmatiuè, cæterū æquiuocationis fallacia, eneruat eius vires vt diximus. Ego verò malle omnē propoſitionē multiplicātē diuinā subſtantiā, siue cōmuniter, siue indiuidualiter negare, qualis hæc cēsenda venit, tres personæ diuinæ, sunt tres indiuiduæ subſtantiæ. Nam nō aliū sensum præ se fert quā hæc, tres homines sunt tres indiuiduæ subſtantiæ, quæ vtique subſtātiā multiplicat in indiuiduo, at vero diuina subſtantia vna est & indiuidua, aut tādē propoſitā propoſitionē citra distinctionē non admittas hanc, sunt tres personæ tres subſtantiæ indiuiduę, nā si sensus sit. i. tria suppoſita sūt vera est enūciatio, sin vero sensus sit sunt tres indiuiduę naturę reijciēda venit propoſitio: cæterū ex subdēdis hæc dilucidiora euadēt. lege. Tho. q. 30. 1. p. art. 1. in reſpōſo ad primū. Porrò aūt Richardus. 4. de Trinitate ca. 22. aliam esse cōmētus diffinitionē personæ quæ fortaſsis non eas patitur anguſtias, quas Boethiana diffinitio. Est. n. illi persona intellectualis, naturæ incōmunicabilis existētia: & hæc probatior est Scoto, dist. hac quā præscripta diffinitio Boethij, nō leui quidē ductu⁹ argumēto. Credit. n. animā rationalē à corpore submotā personā esse, si vera est Boethij diffinitio. Anima. n. sub hoc statu cōſtituta separationis est, intellectualis, & est indiuidua subſtātia, igitur persona est. At vero si Richardi secteris diffinitionē, planè excluditur à pſona intellectualis anima. Nā etiānū seorsum

Expenditur Boethius et differitur tu considera.

Asſeritur Boethius.

Regula finitionū ut est moderanda.

Veritas huius, tres personæ diuinæ sunt tres indiuiduæ subſtantiæ diſſeritur.

Quid persona Richardo.

existens à corpore habet cõmunicabilẽ existentiã, quia reddetur aliquãdo corpori, quãdo ex sepulchris euigilauerint mortui. Porrò hinc Scotus pro suo ingenio pleraque multa cõmentatur, quẽ vt capias, aduerte cõmunicabilitatẽ esse duplicẽ, alia est nanq; vniuersalis, quæ se cõmunicat particularibus, vt homo, Petro, & Paulo, alia verò est partis, quæ se cõmunicat toti, vel apta est quę cõmunicetur, & rursum duplex est incõmunicabilitas alia quæ opposita est priori cõmunicabilitati, alia verò quæ secũdæ opponitur. Hanc ergo duplicẽ incõmunicabilitatẽ, siue negationẽ cõmunicabilitatis, dogmatizat Scotus esse vocandã in rationẽ personæ. Idẽq; in. 3. d. 3. cõmemorat. Quod sanè dogma si secũdum verbalẽ prætextũ cõsideretur, (meo iudicio) falsum est: nãq; negatio nõ potest esse, pprietas indiuidualis, quia nihil est. Et rursum ipse fatetur diuinas personas relationibus constitui, non ergo per negationes. i. per duas illas quas ipse docet incõmunicabilitates. Et tertio quia ex farragine Scotica est cõmentum hecceitatũ, quas putat esse differẽtias, indiuiduales, nõ ergo negatio est indiuidualis proprietas ¶ Adhæc grãmaticus, aut idiota, quicuis audiens hanc vocẽ personam, non intelligit has negationes: cæterũ si velit Scotus per has negatiões dscribi apertius, quid sit psona, nos illi nõ refragamur. Nẽpe qa satis explicãt de scriptionẽ personæ, cuius differentiã intrinsecã nescimus ideo per aliã extrariã illã circumloquimur. Et S. Tho. nõ dissentit imo planè fatetur loco iã indicato personã per secundã intentionẽ diffiniri: etiãsi alioqui sit nomen primæ intentionis. Et rationẽ petit ex similitudine diffinitionis substantiæ, quæ exhibetur sępè per accidentia, quia differentiã essentialẽ non assequimur, ita censet de persona. Quod vero exhibeatur diffinitio personæ per nomẽ secundæ intẽtionis liquet ex diffinitione Boethij, ait enim esse indiuiduã substantiam. At vero indiuiduum ad secundam pertinet intentionẽ, quia prædicatur de vno, vniuocè: vt species, in catalogo quoque est secundarũ intentionũ, atq; genus: quia de pluribus prædicatur, & hæc est ipsorum ratio. Quibus adde non esse opus facto propter argumentum de anima rationali quod Scotus impegit Boethio, has incommunicabilitates cõmẽtari, aut Richardũ Boetio pferre in diffinienda persona. Quandoquidem per indiuiduam substantiã suppositũ intellexit Boethius, vt sic reddatur diffinitio personę, est intellectualis naturæ suppositum. Vndè excluditur anima etiãsi seorsum à corpore existat, non enim ipsa tũ est suppositum, sed pars suppositi, idest hominis. Est autem suppositum subiectum quod subsistit in prædicamento substantiæ, id quod iam appellatur nomine secundæ intentionis, quale est subiectũ vltimum, aut suppositum, iã verò nominibus primæ. Qualia sunt hæc, res naturæ vt hic homo est res naturæ, quia supponitur naturæ cõmuni, & subsistentia, quia per se existit & nõ in alio: vt autẽ subsistit accidentibus dicitur hypostasis. Et q̃ suppositum est in genere substãtiæ, persona est in genere substantiarũ intellectualiũ, lege Th. 1. p. 29. q. artic. 2. habes ergo hæc nomina subiectũ vltimũ in genere substantiæ, suppositũ, rẽ naturæ, subsistentiã, & hypostasin, quæ re ipsa nõ discrepant, tamet si intentione differãt vt diximus. Vertit Præter hæc indubiũ Durandus an persona præcipuè intentionẽ denotet secundã an rẽ? & reuera controuersia hęc meo iudicio nõ difficilè soluitur. Nã persona est nomen rei, & non intentionis, vt substantia & hypostasis. At vero quia huiusmodi est, nõ potest secũdã intentionẽ principaliter significare, nisi ex adiuncto: quia per intentionẽ secundã circũscribitur vt diximus. Nomina verò secundæ intẽtionis principaliter intentionẽ secundã denotant, vt subiectum, prædicatũ, species, genus, quippe ad has intentiones denotandas instituta fuere: proinde indiuiduũ subiectum vltimũ, suppositũ, & id genus intentionẽ primo significãt, secũdario res ipsas intẽtioni subiectas. ¶ Quib⁹ prę̃stitutis nõ operosũ B. Theodoreti discere dogmata, quę tradũtur in. 2. to cõciliorũ in additionibus ad breuiarium. Et quæ Iustinianus Imperator cõfessus est in imperiali suo edicto, ad finẽ primi tomi cõciliorũ, quæ tibi vt summatim succingã, obseruabis, apud hos naturã & substãtiã, re prorsus idẽ esse nomineq̃ ten⁹ discrepare. Rursum substantiã, & personã idẽ re esse at verò ex nomine discrimẽ sortiri. Secũdo aduertes naturã esse cõmunẽ, itidẽ & substãtiam, at verò subsistẽtia, & psona particulares rationes denotãt. Quapropter oẽs homines, pclamantur eãdẽ habere naturã atq; substãtiã: at verò nõ oẽs homines eãdẽ habẽt subsistẽtiã, aut personalitatẽ, quippe hæc duo indiuiduales, pprietates hominũ indicãt: illa verò priora eisẽtiã nõ indiuiduales, pprietates subindicãt. Quãobrem locis indicatis est fidei cõfessio sanctã Trinitatẽ esse vnam naturam, vel substantiã, in tribus

Multiplex communicabilitas.

Scotus differitur & explodituꝛ & probatur sub præscripto sensu.

Nomina primæ intentionis aliquando finiuntur per secũdas intentiones.

Boethius expositur et defenditur.

Subiectum ultimum suppositum, res naturæ, subsistentia, hypostasis.

Caluinus reijcitur.

B. Theodoretus de natura deprecatione etc.

Tres diuinæ subsistentiæ.

in tribus subsistentijs, & in Concilio Constãtinopolitano. 5. eadem est fidei traditio.

Conclusio decisoria.

Iamvero si vniuersa hæc quę hucusq; differimus alta mẽte reposuisti ad quæstionẽ motã nõ erit multi negotij respõdere, hac vnica cõclusione, hoc nomẽ persona aptissimè diuinis tribuitur. Diximus nãq; personam significare proprietatẽ indiuidualẽ naturæ intellectualis: at verò in diuinis sunt plures proprietates indiuiduales, hæc ergo aptissimè denotabuntur hoc nomine persona. Habet enim pater proprietatẽ indiuidualẽ sibi ꝓpriã, & alteri personæ nõ cõmunẽ. Itidẽ de alijs personis dicito. Et vt hæc nomina, essentia, natura, subsistãtia, aptissima sunt diuinis, quia vnitatẽ diuinitatis germanissimè exprimũt: ita & personæ nomẽ idẽ subibit autoritatis in suã significationẽ, vt significet indiuidualem personarũ diuinarũ proprietatẽ. Quãuis Aug. li. de moribus Manichęorũ. ca. 20. hæc nomina subsłantia, & essentia, tradat antiquis ignota fuisse, loco quorũ nomẽ hoc natura, vsurpabãt. Et finiẽs Aug. inibi naturã inquit, esse id quod vnũquodq; verè est. Quod æquè est ac si dixisset, natura est ipsa essentia rei, vt superius nos quoq; tradebamus. Presit porrò dubiũ vnũ Magistrũ in dist. hac, nũ persona sit subsłãtiæ nomẽ, an relationis? & est sermo in diuinis quia in humanis ꝑsona & suppositũ subsłãtialia sunt nomina. Ideoq; Durãdus tradidit in hac dist. q. 1. hoc nomen persona abstrahere à subsłãtia, & relatione, & solũ significare proprietatẽ indiuidualem, siue hæc sit subsłantialis, vt apud nos, siue relatiua, vt in Deo. At verò quia dudũ dicebam⁹ ex decreto B. Theodoreti, naturã, aliud esse quã subsistẽtiam, & personã, nũc dicere licebit hoc nomen, persona, non esse nomẽ naturæ aut subsłãtiæ, sed esse nomen subsistentiæ. Est autem subsistẽtia per se existentia quæ si sit rationalis naturæ, personalitas est. Persona igitur hanc subsistentiam intellectualis naturæ significat. Vt enim suppositum subsistentiã denotat rerũ, quę sunt in genere subsłãtię, ita & persona, intellectualis naturę per se existẽtiam. Nã vt diximus, persona cõtractiorẽ habet significationẽ, quam suppositũ: Nomẽ igitur subsłãtiæ, aut naturę, in diuinis nõ multiplicatur, quia vna est natura, vnaq; subsłantia diuina: nomen verò personale multiplicatur. Quia beata Trinitas est tres personę, cur ita? quia persona significat subsistentias diuinas, id est, indiuiduales proprietates personarum, & hæ plures sunt. Verũ personæ diuinæ non subsistũt ex relatione, vt relatio est. Itẽ relatio, vt relatio subsistit minimè, nam subsistere est per se existere, at relatio, vt relatio, non per se existit. Nanq; quod ad aliud existit, non per se existit, & relatio ad aliud est, vnde subsistẽtia personalis non significat relationẽ vt relatio est, sed vt est proprietas indiuidualis per se existens in persona. Quamobrem hæc duo pater, & persona, hoc differunt: quod pater significat relationẽ per modum relationis, siue relatiuo modo: at persona relationem etiam significat, nam proprietas personalis relatio est, at non denotat illã modo relatiuo, imo modo subsistẽtiali, quia illam significat vt subsistentem, subsistere autem subsłantiæ conditio est, & non relationis, & propterea nomina personalia in diuinis multiplicantur, quia non purè sunt subsłantialia, si quidem nihil commercij habent cum relatione: at personalia relationem indicãt, et hæc nõ sunt purè relatiua, quia nõ significãt relationẽ modo relatiuo vt diximus: id eò mediũ subeunt locũ, sunt ergo nomina diuina subsłãtialia quæ subsłantiam purè significant, nihil admiscentia peregrinæ, idest, alterius prędicamẽti significationis: relatiua verò nihil miscent ex alio prædicamento: quia purè relationẽ modo relatiuo significãt: atverò persona relationẽ denotat, at quia non modo relatiuo, sed ꝑ modũ subsistẽtis, ideo vtrũq; amplectitur, & relationẽ, & subsłãtiã, siue subsistẽtiam principalius. Nã subsistẽtia, siue existentia est eius formalis ratio, vt sæpe denarrauimus: ideoq; persona pertinet ad prædicamentũ subsłãtiæ, vt suppositũ quoq; collocãdum venit in prædicamẽto subsłãtiæ, etiam de diuino intelligas (si tñ Deus est in prædicamẽto) & non in prædicamento ad aliquid: ergo ratio personę non est relatiua, sed subsłantialis, aut subsistentialis, si sic nobis loqui donetur. Et quanquã persona diuina ex proprietate relatiua subsistat, & persona creata ex proprietate absoluta, at hoc non variat rationem personæ generalẽ. Vt neq; quia alia est ratio hominis à ratione equi nõ varia redditur animalis generica ratio, ita quoq; personę cõmunis ratio est subsistere, quæ cõis est & creatis, & increatis ꝑsonis. Quanquã in particulari alia est subsistẽtia increatarũ personarũ, à creatis ꝑsonis. lege Thom. q. 29. 1. p. ar. 4.

Exponitur Augusł.

Dubiũ Magistri soluitur.

Persona non est nomen naturæ aut subsłantiæ, sed subsistentiæ.

Subsistentia personalis non significat relationem ut relatio est.

Personalia nomina, et subsłantialia.

Persona in prædicamẽto subsłãtiæ

Rogitas num ratio hæc cõmunis personæ est generica? respondebo rogitanti, non est generica hæc ratio, quia genus significat vnã naturam communem subditis sibi speciebus

at perſona non ſignificat naturam communem imo proprietates indiuiduorum diſcretas. Vt neq; indiuiduũ cõmunẽ naturã indiuiduis præ ſe gerit, at potius indiuiduales characteriſmos, id eſt, proprietates: non ergo eſt generica ratio perſonæ, ſed tantum eſt cõmunis ſecũdum conſiderationẽ intellectus. Conſideramus enim hãc diffinitionẽ ſuppoſitum intellectuale, cõgruere omnibus perſonis: & hæc ratio nõ eſt ſecũda intentio, id quod Durando videtur arriſiſſe, ſed eſt ratio cõmunis dialecticè, cõprehendẽs alioqui intẽtionem Lege Tho. 1. p. q. 30. ar. 4. Adhuc rogitanti nũ eſt perſonæ nomẽ vniuocum Deo & creatis? dixerim tibi analogum eſſe, id quod luculenter ſupra tradidimus.

Ratio perſonæ non eſt generica.

Characteriſmos ſingularis eſt proprietas.

Tertium dubiũ de Chriſti humanitate.

Verum iam alteri quæſtioni pãditur locus, nũ natura humana in Chriſto ex diffinitione Boethij perſona ſit cẽſenda? ſiquidẽ eſt ratiõalis naturę indiuidua ſubſtãtia, ergo ꝑſona eſt à diffinitiõe, ad diffinitũ. At verò dicito indiuiduã ſubſtãtiam in definitione præſcripta, idem eſſe atq; ſuppoſitum: at natura humana Chriſti non eſt hoc modo indiuidua ſubſtantia: etiamſi apta eſt, ſi à verbo dimitteretur, quæ per ſe ſubſiſtat, quæ alioqui nunc non per ſe, ſed in verbo ſubſiſtit. Cæterum eſt in diuidua ſubſtãtia, id eſt, ſingularis ſubſtãtia.

4. Dubium. Colliges præterea aduerſus diſerta ſi perſona ex noſtra traditione ſuperius habita, eſt inferior ad ſubſtãtiam, cõficitur, perſonas diuinas, multas eſſe ſubſtãtias. Etenim multiplicato inferiori, multiplicatur ſuperius, nam ſi multæ ſunt perſonæ humanæ, multi ſunt homines et ſi multæ perſonæ Angelicæ multi ſunt Angeli, ergo ſi multæ ſunt perſonæ diuinæ, multæ ſunt ſubſtantiæ diuinæ. Reſpõdebis in creatis perſonis hoc fatendum eſſe. Etenim multiplicatio perſonæ, eſt ex proprietate ſubſtãtiali, & indiuiduali diuerſa, at in diuinis ſecus cogita, nã multiplicatio eſt ſanè ex proprietate indiuiduali (quã characteriſmon vocat) Damaſcenus lib. de fide. 1. ca. 10. at hęc proprietas relatiua cum ſit, ſubſtãtiam non multiplicat, ſed potius relationẽ, aut dicito perſonam & ſubſtãtiam in diuinis nõ eſſe ſicut ſuperius, & inferius. Nanq; ſuperioris tota eſſentia non eſt in hoc inferiore aut illo, quippe quæ in omnia diffunditur inferiora: at verò tota diuinitas eſt in Patre, & tota in Filio, & tota in Spiritu ſancto. Porrò tota hominis eſſentia non eſt in Petro, alioqui vnus duntaxat eſſet homo, ſi vnus homo totam eſſentiam hominis haberet, vt de mundo collegit Ariſt. vt ſuprà meminimus.

Characteriſmos diuinus

Perſona in diuinis non eſt inferior ad ſubſtãtiã

Iam verò (niſi fallor) arbitror me prõ viribus & poſſe exili meo feciſſe ſatis huic diſputationi, & vnũ ſupereſt, argumenta in principio obiecta diluere: & primũ ſolues planè ſi memineris rationalem naturã Boethiũ cõfuſſe cũ intellectuali. ¶ Et ſecũdum argumẽtum ſolues ſi tradita à me in diſputatione hac obſeruaſti. Diximus nanq; perſonã mediã ingredi viam, inter ſubſtãtialia nomina, & relatiua: quãquam nõ me præterit theologorum turbam non diſtinguere relatiua à perſonalibus, ſed confuſanee docere, nomina alia eſſe ſubſtãtialia, alia perſonalia. Mihi autẽ viſum eſt aptius nomina perſonalia media cõſtituere: propter ea, quę diximus abũdè ſatis ſuperiori ſermone. At verò quod ex Auguſtino cõmemoratur ſoluitur ſi dixeris, verba hæc cũ nomino patris perſonã non aliud nomino quam ſubſtãtiam patris, per ſubſtãtiam ſubſiſtentiam patris intellectã iri. Et non fuiſſet tãauxius Magiſter in Aug. verbis ſi ſic intellecta voluiſſet, vt nos intelleximus. Secũdo dicito, quãquam Pater & Filius, & Spiritus ſanctus, dicãtur perſonæ, ſecernũtur tamẽ perſonalitate, ex alia nanq; proprietate, Pater eſt perſona, & Filius ex alia. &c. Dionyſio reſpõdebis, Dionyſiũ vſum fuiſſe pleriſq; nominibus nouis explicãdo Triadis arcano aptis: & itidẽ vſurpaſſe hoc nomen perſona. Quæ tamen ſciebat in diuinis eloquijs non cõtineri, id quod ſi piaculũ eſſe duxiſſet non cõmitteret. Igitur nõ eſt impium hoc imitari nos, nouis vti nominibus videlicet quãdo à veritate ſcripturæ non diſſentiũt. De qua re nos pleraq; multa diximus qñ de ꝓceſsione Spiritus ſancti agebatur. Paulũ verò abſolues ſi aduertis Theophilactũ non legiſſe profanas nouitates, ſed vanitates ſermonis, ſiue vanos ſermones mateologias enim legit. Quod ſi profanas vocũ nouitates legas, eſtque lectio vulgata, equidem profanũ eſt minimè quod ſacris eloquijs nõ diſcordat, imò potius illis ſeruit ad maiorem illorũ dilucidiorẽq; expreſſionẽ. Et quãquam perſona ſit nouũ nomen tranſlatum in diuina tamẽ nõ eſt nouũ quod explicant, ſcilicet, Patrẽ, & Filiũ, & Spiritũ ſanctũ, vt S. Aug. enarrans eũdem locum ait, tractatu ad Ioa. 95. nõ omnis vetuſtas eſt laudanda, neq; omnis nouitas improbãda. & nomen Chriſtianorũ nouè fuit excogitatũ Antiochiæ, vbi primum diſcipuli domini nuncupati ſunt Chriſtiani, neq; tamen hæc nouitas nominis vitio iure dabitur, & ita denique

Argumẽta ſoluũtur.

Perſonæ medium nomen inter ſubſtantialia et relatiua.

Notanda Pauli interpretatio

Patres

Hec obseruãda cõtra hæreticos.

Patres catholici homousiõ nouè dixerũt, qa apud Ioan. legebant, Ego, & pater vnum sumus. Vnde prõptum est videre Vrsatij insipientiam, qui in cõcilio Ariminẽsi cum inter fuisset planè negabat filiũ esse eiusdem substantiæ cum patre, alioqui per omnia similẽ confitebatur cum patre, at non esse eiusdem substantiæ, quia in scriptura hoc nõ legebat, cum tamen æquiualens legebatur. Ego, scilicet, & pater vnum sumus: de æquiualentibus enim idem est iudiciũ. Erasmicæ annotationes ad eũdẽ locũ nõ denouãdis vocib⁹ Paulum intelligunt: at denouãdis profanis disputationibus. Postremò vt finem dicẽdi faciã. Si omnis vocum nouitas vitanda est (vt hæretici garriunt) cur ergo dominus ait linguis loquentur nouis Mar. vltimo: vnde impius est articulus hæreticorum huius æui nihil credẽdum esse nisi sit expressum in sanctis scripturis tradens.

Articulus cõmunis hæreticorum neotericorum.

DISTINCTIO VIgesimaquarta, Cuius initium est. Hic diligenter inquiri. &c.

Disputatio vnica num beata Trinitas numerabilis est?

Argum. 1.

IT in primis videbitur tibi fortasis non numerabilẽ esse, neq; vero potiri numero, omnis nanque numerus maior est sua parte at Trinitas non est maior Patre, neq; Filio, ergo non est numerus.

Argum. 2.

¶ Secũdò omnis numerus est multitudo, at Trinitas non est multitudo. igitur, minorem suadebis: quippe id quod veracissimè est vnũ, & simplicissima est vnitas, nõ est multitudo, diuinitas est huiusmodi, ergo diuinitati non congruit numerus, ergo Trinitas quæ est vna

Argum. in diuersum.

diuinitas nõ est numerus. ¶ Contra verò est Isidorus. lib. 1. Etymo. c. 4. distinguendũ est inquit, inter vnitatẽ, & trinitatem: est enim vnitas, simplex & singularis, Trinitas verò multiplex est & numerabilis quia Trinitas

An vnum sit accidens rebus additum

est, & trina vnitas. ¶ Disputatio hæc, vt expeditam assequatur decisionem, multa sibi poscit à philosophis petẽda, quæ illi sunt præmittẽda. Differitur aũtũ philosophis, de vno, & numero, si formã superaddãt vnde res dicatur vna, & res dicãtur multæ, & narrãte cõmẽtatore Metaph. 10. cõm. 36. Auicẽnæ fuit placitũ vnũ esse vnum à superaddito accidẽte, itẽque & multa à superaddita forma, vt albũ, albũ est ex superueniẽte albedine, &. 10. Metaphys. cõmen. 5. ex eodem placito dixit vnum quod est principium numeri & vnum quod diffunditur in decem prædicamẽta, accidens esse cõmune & prædicamentis & quãtitati discretæ. Credidit enim Auicenna esse eandem vnitatem communem accidentarié istis omnibus. Istud autem accidẽs quo res dicitur vna, non aliud arbitror Auicennæ esse, quam vnitas, vt & accidens, quo res dicitur numerus, est multitudo. Quod si Auicenna intellectum voluisset suũ placitum accidentaria esse rebus, & vnitatẽ & multitudinẽ nõ esse de essentia rerum cũ veritate collimasset. Etenim illud tantum res vocat in essentiã suam quod sua diffinitio essentialis comprehendit: at verò diffinitio essentialis neq; meminit de vno, neq; de pluribus. Ideoq; extraria esse nõ improbè philosophia germana tradidit. Et rursum vnitas accidit rebus vt multitudo, aqua enim quæ modo vnitate potitur diffusa, fit multa, & multi riuuli in idẽ coeuntes flumẽ vnum efficiũt. Salus tamen rebus, non enim perit aqua si vna partiatur in plures, aut contra. Porrò autem quia formam accidentariam adiecit rebus Auicenna, vnde res sortirentur & vnitatem, & multitudinem vt ex exẽplo prænotato ab Auerroe liquet, propterea ab illo meritò discessit commentator, & nos discedimus, quia illa vnitas superaddita rei vnde res est vna, vel est vna ab alia vnitate superaddita, & progressio esset in infinitũ aut ex se est vna, ergo similiter ipsum vnum seipso est vnum. Nec me latet Thom. 1. part. quæst. 30. artic. 3. in sententiam Auicẽnæ iuisse: credidit enim vnitatem quæ est principium numeri ex aliquo addito esse vnitatem, itidem de multitudine. Quale autem hoc accidens sit Thom. non aperuit. At verò Capreolus insignis Thom. Rhapsodus dixit, continuitatem non esse accidens, Vnde vnum quod est principium numeri est vnum, etsi hoc illi superadditum est. Item continuitas est diuisibilis, at vnitas est indiuisibilis, propterea censuit esse vnitatem indiuisibilem formam, quæ consequia est ad esse continuum, vel ad cõtinuitatẽ. Item dicit de multitudine. Lege Capreolũ dist. 24. huius

Quid est essentiale rebus.

Non probatur Auicennæ placitum

Vnde aliquid unum est ex Capreolo.

Capreoli placitum.

huius.q.1.Arbitratur enim ad continuitatem conſequiam eſſe indiuiſibilitatem,quam addit vnum ſupra remvnam & ita cēſet vnitatē eſſe formam poſitiuam accidētariam additā ſupra rem vnam.Quāobrem Thomā,& Auicennā in hac re putat cōcordes:diſcordes autem ſunt, quod Tho. cenſuit vnitatem tranſcendentalem,& vnitatem numeralem, non eſſe eandem vnitatem:at Auicēna eadē hæc eſſe credit.Item diſcrepant, quod Auicenna vnitatē tranſcēdentalem exiſtimauit eſſe aliquid poſitiuū ſuperadditum rebus, vt accidens id quod docuit de vno numerali: quia Auicennæ erant hæ duæ vnitates idem. At verò Tho.etiamſi de vnitate numerali Auicēnæ hæreat,de vnitate verò tranſcēdentali diſceſſit ab Auicenna. Hoc porrò accidens quod vnū numerale addit ad rem vnā, quod eſt principium numeri Capreolus putat eſſe indiuiſibile,habēs eſſe in ſubiecto,ideſt,toto continuo quo diſſoluto perit accidens iſtud indiuiſibile.Egoverò Capreolo hac in re acquieſcere non poſſum, primò quia fictitiū videtur q̄ ex cōtinuitate reſultet forma prorſus indiuiſibilis,quæ ſit vnitas numeralis. Siquidem cōtinuitas eſt indiuiſibilis actu & diuiſibilis potentia:qualis ergo eſt continuitas talis erit vnitas ex ipſa diſſultans:ergo illa vnitas erit ſimiliter indiuiſibilis actu, & diuiſibilis potentia. Non enim continuitas præſtare poterit maiorē indiuiſionē quā ſit ea quam ipſa habet ex natura ſua,nam nemo dat quod non habet,quod ſi ita eſt,quorſum ſuperaddis vnitatem continuo, quandoquidem ſine ſuperaddita forma illa, continuū ex ſe eſt cōtinuū,& indiuiſū.Rurſum cōtinua ſunt quorum vltima ſunt vnū, ergo ſi in diffinitione continui clauditur vnitas, & quacunq; ſubducta alia accidentaria forma eſt cōtinuum vnum. Item vnū eſt indiuiſum & vnitas eſt indiuiſio, at continuum ex ſe, eſt indiuiſum actu, ſuperuacua igitur illa eſt ſuperueniens vnitas. Quibus accedat & hoc, ſi illa vnitas eſt prorſus indiuiſibilis vt Capreolus exiſtimat,vt hæret obſecro continuo?Nanq; qualis ipſa eſt, tale denominabit ſubiectum cui hæret, ipſa autem autore Capreolo eſt indiuiſibile accidens, igitur continuum quoque erit indiuiſibile, & non ſolum indiuiſum, id quod ipſe non concedit. Porrò dices argumentum hoc nō præſtare viribus, ſiquidem punctus eſt in linea,& non nuncupat lineam indiuiſibilem, atqui punctus alter eſt actu, in linea,principium nempe lineæ eſt,& finis lineæ actu ſunt in linea: at cætera intermedia poteſtate non actu ſunt in linea.8.Phyſi. in textu cōmen.67,at hoc accidens quod Capreolus commentatur eſt in toto continuo actu. Rurſum punctus eſt in linea tanquam principium,& finis eius: at verò hoc accidēs eſt in continuo vt forma denominans totum cōtinuum, quapropter ſi eſt forma indiuiſibilis,ergo & ſubiectum ex accidente nūcupabitur indiuiſibile. Legimus autem. 5. Meta. textu commen.12.Punctum eſſe vnitatem habentem ſitum in linea:& vnitatem numeralem eſſe vnitatem,quæ non habet poſitionē in continuo, non ergo punctus eſt accidens propriè inhærens lineę vt ſubiecto:nam accidens non habet ſitum in ſuo ſubiecto: ſed inhærentiā,quę procul eſt à ſitu de qua re alibi.

Vt ergo nodoſam ſanè extricemus quæſtionem hanc, obſeruandum eſt in primis ex Ariſto.5.Meta.tex.commē.12. Vnum aliud eſſe ſecundum quantitatem,aliud ſecundum qualitatem,aliud ſecūdum numerum,& cætera quæ ibidem proſequuntur. Diſtinguit autem vnum, quod eſt principium numeri, ab vnitate qua aliqua dicuntur eſſe vnum numero.Nam hæc, ait, ſunt vnū numero, quorum materia eſt vna, vt veſtis, & indumentum: at vnum quod eſt principium numeri non eſt in materia,id quod peruium eſt.Nanq; vnum quod eſt numerorum principium eſt continuum,ex huius nanque diuiſione numerus proſilit: at verò continuum materiam habet, vt ergo hoc vnum eſt ſine materiæ cōſortio?Quamobrem ex.1.Meta.commen.38. numerū triplicem eſſe aduertimus: eſt alius formalis numerus,alius Mathematicus, alius denique ſenſibilis numerus:formalis eſt ſanè formarum abſtractarum à materiæ coniugio Mathematicus eſt etiam formarum abſtractarū à materiæ conſortio, at hæc abſtractio nō eſt quæ prima. Nāq; prior eſt vera abſtractio,veraq; à materia ſeparatio, qualis eſt formarum immaterialiū:abſtractio verò poſterior ex negotio pēdet intellectus. Arithmeticus enim numerum conſiderat ſubmotum à materia,& continuo,& à motu,& qualitatibus phyſicis. &c. Itidem & vnum mathematicè ad eundem modum conſiderat, non vt continuum eſt,aut ſecūdum quod hoc vel illud eſt, id eſt,vel homo,vel equus, ſed ſolū vt vnū eſt,ex quo numerus conflabilis eſt.Sanè vnum iſtud, vel vnitas quam conſiderat Arithmeticus, phyſica & cōtinua vnitas eſt. Verum hæc cōtinuitas accidit vnitati, vt ab Arith-

Auicennæ & Tho.diſcrepantia, et cōcordia.

Capreolus reijcitur.

5.Met.tex. commen. 8.

Punctus in linea alter actu alter eſt in potentia.

Quid punctus quid unitas.

Nodo quæſtio extricatur.

Quæ ſunt vnum numero,et de unitatibus multa decidūtur.

Numerus multiplex.

Arithmetico contẽplatur vnitas: nam intelligibilis est hæc vnitas, non sensibilis sub ea ratione. Numerus autem sensibilis est cuius meminit Arist. 2. de anima, ipsum referens inter sensilia cõmunia. tex. 64. & tex. 133. eiusdem libri, numerũ tradit sentiri ex negatione continui. Nanq; diuiso continuo numerus subinde resultat partium in quas facta fuit diuisio. Nec me fugit Commẽtatorem Auerroẽ loco prænotato, hanc diuisionem numeri non probatam habuisse, quia numerum formalẽ nõ probat: & fortasis qa legerat in Arist. 13. Meta. c. 6. numerũ nõ esse separabilẽ, at verõ locus hic non detrahit numero substãtiarũ separatarum, quæ sunt Angeli, sed solum hoc insinuat non esse aliquem numerum separatum idæalem, id quod etiam. 3. Physicorum text. 41. probat Arist, & 1. Ethicorum. c. 6. & 1. Meta. tex. Commẽ. 7. Platonem docet Arist. tradidisse numerum esse formam separatam: & indicat esse Platonem cõniuentem Pythagorę in placito hoc. Quippe Pythagoras numeros esse substantias rerumq; principia concesit, etsi falso. 1. Meta. text. com. 5. Numeros ergo separatos vbilibet Aristo. refellit. At etiam si dicamus substãtias spirituales esse numerabiles, non propterea concedimus separatos numeros. Nanq; hos numeros in rebus spiritualibus locamus, vt duo sunt angeli vel tres, non quod binarius, vel ternarius sint per se & idæaliter substantiæ separatæ, id quod dat vitio Platoni Aristoteles.

Considera rectam Aristo. intelligẽtiam.

Plato et Pythagoras.

Secundò obseruandum erit, numeri principiũ, ideſt, vnitatẽ esse sine materia, vt dixit Arist. verã esse traditionẽ. Nã numerus Mathematicus habet vnitatẽ vnde fit, sine materia: nõ re, sed solũ intellectus contẽplatiõe, vt diximus. At verò numerus sensilis vnitatẽ habet cũ materia vt liquidũ est: nã hic numer⁹ est vt duorũ lapidũ, lapis verò materialis est.

Numerus mathematicus abstractius est.

Tertio obseruabis numerũ formalem esse numerũ transcẽdentalem, & hic numerus fit ex vno quod est entis affectio propriè: & sicut est vnum trãscendẽtale quod per omnia vagatur prædicamẽta, ita & numerus. Nam quot modis dicitur vnũ, tot & numerus. Nã vnum & multa sunt priuatiuè oppositа & cõtraria. 10. Physico. tex. Commẽ. 9. Est ergo vnum in prędicamẽto substantiæ, & similiter multa. Nam sunt multæ substãtiæ, & est vna substantia, item vna quãtitas, & multæ, & in alia poteris effundere sermonẽ. At verò numerus hic transcẽdentalis nõ fit ex diuisione continui, sed ex distinctione formarũ, seu essentiarũ. Nanq; submoto cõtinuo essentię rerũ differũt, & alia est essẽtia lapidis, & alia hominis, alia bouis, nã istæ sunt tres essentię. Vt alia est essentia albedinis, alia nigredinis, & istæ sunt duæ, & iste numerus procreatur ex distinctione ipsa, quãres secũdum seipsas fortiuntur, ideoq; vnum hoc transcẽdentale nõ aliud est quàm quod sibi idem est, & ab altero distinctum: & hac dote queuis mundi res potitur. Et numerus itidem transcẽdentalis, quẽ dudum dicebam formalẽ, est ipsa distinctio rerum, quã ex naturis suis sibi conciliant non ex diuisione quantitatis continuæ at verò numerus qui est in prædicamento quantitatis, quem vocitamus quantitatẽ discretã, est ipsa quãtitatis cõtinuæ diuisio, atq; discretio, ideoq; solũ est duarũ vel plurium quantitatũ.

In quolibet prædicamẽto est unum et multa.

Numerus formalis est transcendentalis.

Quarto aduertere licebit vnum transcendentale nihil addere reale super rem vnam. Est enim hoc vnũ quod idem sibi est, & ab altero diuersum: idẽtitas autẽ & diuersitas non sunt additamenta realia: sed solum secũdum intellectualem considerationem. Itaq; res vt cõsideratur vt sibi eadẽ, & ab altero diuersa prædicatur vna, vnũ autem quod est principium numeri est vnũ quãtitatiuum, & hoc vnũ est eò vnũ, quò est à se indiuisum, & ab altero diuisum. & hæc ratio vnius quãtitatiui est ratio eius secũdum se. Neq; hoc est ex additamẽto alicuius accidẽtis realis, sed solum additio est ex intellectu considerãte. At vero hoc vnum quantitatiuũ si cõsideratur relatũ ad numerũ, vt inquam est principiũ quantitatiuę discretionis (quę numerus est) nihil reale etiã addit: sed solum quod addit est ex numerante mẽte. Idẽq; censeto de numero qui nihil addit nisi numerationẽ, quæ tamen est ex numerante intellectu. Id quod vt perspicuũ habeas disce ex Arist. 4. physicorũ. tex. com. 110. esse numerãtem numerũ animam: & numeratũ numerũ res quæ numerantur. Et rursus. 4. physi. cõmen. 131. elucidat Arist. verbum quod. 1. Metaphi. text. 36. scripserat numerum esse extra animã. Docetq; Auerroes, Numerũ in potentia esse extra animã, actu vero ab anima pendere. Quare vnum quãtitatiuũ non est principiũ numeri actu, ex seipso, sed solum ex numerãte mẽte: quæ est numerus numerans. Vnde scite dixit Cõmen. tractatu primo paraphraseos metaphysic. cap. de vno, Vnum esse extra essentiam rei, & esse accidens quod consequitur imaginationem. Etenim quia ex intellectui numerante fit actu principium numeri, ideo accidens

Vnum transcendens nihil addit reale.

Numerus numerans.

Numerus numeratus.

dens est,& extra essentiam est,Tametsi non reale accidens,vt Auicēna tradiderat & supra explosimus.

Istis ergó veluti fundamentis præiactis vt veritas huius disputatiōis solidius attollatur, de quæstione mota scito Themistium in paraphrasi ad primum de anima, Arist.c.12. indicasse Platonis sententiam fuisse vnitatē esse in rebus separatis à materia,& præstantioris vnitatis illa esse,quam sensilia. Nam hęc sunt diuisibilia in semper diuisibilia. Vnitates tamen rerum immaterialium esse prorsus simplicissimas vnitates, & insectiles omnino. Quare consequenter tradidit ex Platone numerum harum vnitatum esse perfectum, & hunc vocat numerum formalem, quia non est rerum materialium,sed formarū. Itidemque eundem appellitat specificum,quia specierum erat illi,hic numerus non tamen individuorum. Atq; Themistio autore huic Platonico dogmati versus ille,de proximo congruit. Quæque suos retinent numeros:numero omnia constāt: ideoq; Plato tradit idæā primi binarij, idæam primi ternarij, idæam primi quaternarij. Hosq; idæales numeros, specificos appellitabat Plato, quos principia duxit esse rerum. Hoc porrò Platonis placitum quanquam reijciatur ab Aristote. vt supra iam commonefecimus, arbitror autem non abhorrere à peripatetico instituto. Si numerosverè esse tradiderimns:in spiritualibus substantijs,vt sunt Angeli, quos ipse intelligentias vocat. Etenim ex motu orbium ipse Arist.inuestigat intelligentias,& ex numero orbium numerū motorum. Vnde quia illi.8.sunt orbes, etiam. 8. numerat motores. Et horū numerus re vera perfectior est, quā qui apud nos, quippe immortalis est numerus, & indiuisibili vnitate cōsistens. & vt ex 8.Meta.tex.commen.7. didicimus res materiales,ex forma sua adipisci vnitatem, At spirituales ex seipsis,& habēt esse & vnitatem, &.12.Meta.tex.36.vnum & simplex eò differunt,quòd vnum est indiuisum actu,diuisibile vero potētia.at verò simplex est vnum & prorsus indiuisibile est:ergo numerus intelligentiarum ex simplicibus vnitatibus collectus:& numerus hic differt à numero quantitatiuo qui est apud nos. Huius enim numeri vnitas est, non simplicitas pincipium: quia vnum quod nostri numeri principium,est sectile est potestate: at hic numerus simpliciū vnitatum verè est nuncupandus formalis numerus:quanuis non ad Platonicam mentem, sed ad Peripateticam. Quippe intelligentiæ sunt formæ simplices. Ad hæc si Arist. tradit vnum quod est principium numeri,esse vnū sine materia,ergo numer⁹ ex hac vnitate prosiliens,erit etiam sine materia,ergo immaterialibus cōgruè aptabitur numerus. Quapropter Arist.dixit.4.physico.text.134. Numerum decem boum, & decem equorum esse eundem denarium,quod si considerasset materiam nō dixisset. Vtergo numerus ex cōsideratione abstractus à materia est numerus, ita angelorū quid inerit numerus qui re ipsa immaterialis est?& vt ad propria accedamus diuinis istud cōcinit literis:habetur enim Danielis.7.millia milliū ministrabāt ei,& Apocalypsis.5. & alibi. Idem cōmemorat,diuina scriptura Angelorum numerum describens.

Ex quib⁹ omnibus legitimè expēsis prōpta est planiorq; decisio quæstionis quæ in diuinis decidit esse numerū. Etenim diuinæ personæ sunt simplicissimæ, & quilibet est vna, & perfectissimè vna,ex vnitatibus igitur istis personalibus Trinitas resultat personarum: quæ perfectissimus est numerus: id quod & diuinis cōcinit eloquijs quia.1.Ioā.5. traditur Tres sunt qui testimoniū dant in cœlo, & in cōcilio Toletano.11.docetur tres psonas esse in numero,& supra aut extra omnem numerum:& quāuis negatur triplicitas personarū cōfessa tamen est Trinitas. Diuus ait Dionysius lib.1.de diui.nomi.ca.vlti. Deo attribuit vnitatē & numerū,quia est causa omnis vnitatis,& omnis multitudinis. At nos formaliter fatemur etiam in diuinis esse numerū personarū:& re vera si numerus proprè non est in diuinis,impropria igitur loquutio hæc est Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, sunt tres personæ:& hæc,quatuor sunt relationes diuinæ,& hęc quinq; sunt notiōes: id quod duco falsum esse : crediderim enim has esse proprias loquutiones.

Libet autē paulisper figere pedē in re hac, quippe nobis aduersarius videtur Magister Senten. in litera, cui cōfessum fuisse videtur propositiones numerales terminos habentes improprias esse,in diuinis. Docet.n.per negationē esse intelligēdas has,est Deus vnus,hoc est non sunt plures dij: sunt plures personæ, id est,nō est solitudo in diuinis: & ad sensum hunc cætera consules Magistrum, vt expeditius rem istam capias. Et theologorum plerq; impropriè numerum confitentur in diuinis, & Gabriel. quæst. 2. huius putat numerum proprium esse inter essentias diuersas quem

De vnitate substantiæ separatæq; excellētior est quamunitas materialium.

Plato expo nitur.

Decis.quæ.

Vnum & simplex quo modo differunt.

Propius de ciditur quæstio.

Deus unitas,et numerus.

Dubium ex Magistro soluitur.

quem vocat numerum essentialem. Deus autem vnam habet essentiam tribus personis communem, ex idētitate igitur essentiæ Trinitas, non est propriè numerus. & Thom. in quæst. de potentia Dei. q. 9 artic. 7. metaphoricè ascripsit Deo numerum non propriè, quippe quantitas est dispositio materiæ, quæ ergo sunt ab omni materia aliena erūt etiam à quantitate. Quapropter numerus impropriè dicitur de Deo idemq; de angelis dicit: & prorsus de omnibus spiritualibus. Itaque animæ separatæ propriè non constituunt numerum, & potentiæ animæ, & notitiæ. &c. Quanuis non nihil est in istis diuersum ab alijs. Ego verò Beato Isidoro magis consentio quem indicauimus supra: & quandoquidem nulla sequitur absurditas ex sermonis proprietate, quem scriptura cōmemorat dicens, Tres sunt qui testimonium dant in cœlo, Pater, verbum. & Spiritus sanctus: & millia millium ministrabant ei, & decies centena millium assistebant ei, melius est concedere has propositiones in sensu proprio. Adde istis, quod facit multitudinē distinctio est, & realis distinctio, realem facit multitudinem: & propria distinctio propriam distinctionem At verò tres personæ propriè & realiter distinguntur, ergo propriè sunt numerus, & multitudo. Numerus enim est multitudo vnitatum. Non ergo sunt vna persona, sed multæ, nec essentiarum diuersitas necessaria est ad propriam numerationem in sancta enim Triade nō numeramus essentias sed psonas: & quod Thom. colligit verum est de numero sensibili, qui à materia & quantitate continua non abstrahit, at numerus spiritualium rerum est transcendens, qui à materia abstrahit vt dictum est. Magistri verò placitum S. Tho. expressit, 1. par. q. 30. art. 3. existimat enim numeralia in diuinis nihil reale addere suprà res numeratas, sed solum negationem. Vt si dixeris essentiam esse vnam significat illam esse non plures, esseq; indiuisam: cū dixeris verò personas plures significat sermo singulas personarum esse indiuisas & nō esse vnā personam, & si velis faciliorem adhibere Magistro interpretationē, aduertes ex Magistro in fine huius distinctionis probatum illi fuisse si quis dixerit, distinctionem esse personarum, aut discretionem, modo distinctio, atque discretio, ad diuisionem non referatur personarum, quas voluit distinctas aptè proferri posse, atque discretas, at nō diuisas. Vnde cum numerus sit diuisio vnitatum, quia quod indiuisū est, vnū est, ideo in Deo negauit numerum diuidentem, aut qui ex diuisione resultat. Non tamen propterea negauit numerum, qui ex distinctione, aut discretiōe exoritur. Propterea q; Beatissima Trinitas est perfectissimus numerus, quippe etsi ex distinctione vnitatum personalium resultet, nulla tamen diuisione laborat: id quod in numeris omnibus alijs facilè aduertes. Nā duo etiamnum Angeli inuicem sunt diuersi quia essentia huius non est illius.

Placitum Thomæ numerum ascribens Deo metaphoricè.

Reg. Aug. lib. de doctr. Christi.

Beata Trinitas proprie est numerus sed analogicè ad creaturas.

Magister exponitur.

Personæ diuinæ nō sunt diuisæ, sed discretæ.

Distinctio discretio diuisio.

Argumenta iam opus facto erit soluta tibi dare. Primo igitur argumento dicito hanc propositionem, omnis numerus maior est sua vnitate, ambiguū reddere sensum, quia comparatiuum maior, pertinet & ad quātitatem continuam, & discretam, differenter tamen, nam circa continuam quidem denotat excessum in mole, circa discretam vero excessum in multitudine. Est igitur vera hæc propositio Trinitas in multitudine, aut pluralitate excedit Patrem. &c. Nam Trinitas tribus contenta est vnitatibus. At pater est vnitas, & non multitudo: igitur Trinitas non est maior perfectione quam singulæ personarū, est tamen maior multitudine, id est, pluralitate vnitatum.

Ad argu. 1. Responsio.

Secundo dicito Trinitatem esse multitudinem personalem, non tamen essentialem: hæc autem multitudo personalis simplicitati & vnitati essentiali personarum detrahit nihil, vt supra est demonstratum: quando de diuina differebatur simplicitate. Denique in calce huius disputationis aduertes me abstinuisse à citandis varijs placitis, quæ tu legere valebis in authoribus: nam frequentia authorum frequēter modicam lucem affert disputationibus. Lege si arridet Gabrielem hic, Capreol. & Grego. & Marsilium. 1. sent. q. 27. & succum exiguum ni fallor tibi porrigent. Porrò ego aliter differere Theologicas has veritates institui, quam ipsi differāt: si aptius, diffeui me latet, tu arbiter esto: at si candidè diiudicare potueris penes te esto iudicium.

Ad secundū argumētum

DISTINCTIO VIgesimaquinta, Cuius initiū est.

Præterea considerandum est.

Disputatio vnica num persona absolutum nomen est?

Et

Argu. 1. ET videbitur alicui fortasis esse relatiuū nomē. Nanq; hoc nomen persona significat diuinas personas, at vero istæ sunt relatiuæ ex concilio Toletano.11.definiente personas diuinas esse relatiuas: & res prōpta est nam pater & filius, relatiua sunt. In contrarium est Magister in litera.

Arg. in contrarium. Luculenter satis meo iudicio rē hanc prosequuti sumus dist. 23. cæterū quia Magister hic eadem inculcat quæ inculcarat in eadem dist.nos quoque paucula adijciemus prioribus, & quidem Magistrum hæc disputatio angebat,quia apud Augu.legebat personam dici ad se & dicere substātiam.Cæterum obijcienti si substantiam significat persona hęc neganda esset,sunt tres personæ. Vtique censuerat Magister reijciendam,nisi hæreticorū importunitas cogeret vt illā fateremur,quia hæreticis scisc itantibus si pater,& filius,& spiritus sanctus sunt tres, qui tres sunt, nihil habent catholici quod respōdeant nisi esse tres personas. At verò quia responsio hæc augeret potius hæreticorum perfidiam,siquidem si persona substantiam, & essentiam significat respondentibus catholicis sunt tres personæ,ex responsione reportarēt Arriani victoriam:colligere enim illis prōptum fuisset.Igitur si tres sunt personæ, ergo trēs essentiæ, tres ve substantiæ id quod ipsi blasphemantes asserebant. Propter hanc igitur causam denuo rem actā. Dist. 23. agit in præsentia,& summatim ipse mentem suam aperuit docēs hoc nomen persona, vt in Trinitate accipitur triplicem tenere rationem. Est enim vbi facit intelligentiam essentiæ, & est vbi facit intelligentiam hypostasis,& est vbi facit intelligentiam proprietatis.Itaq; Magistro autore, non habet hoc nomen persona certam significationem, sed ex adiūctis sermonibus illam sibi vendicat, vt si dixeris pater est persona, substātiam denotat.sinvero dixeris pater est alia persona hypostasin siue substistentiam significat,& non essentiam, nam pater & filius eiusdem sunt substantiæ.Sin verò dixeris persona patris, proprietatē denotabis. Quæ si collegeris, hanc quoq; si enūcias propositionem sunt tres personæ ex nomine numerali adiecto tres subsistentias esse diuinas personas significabit propositio hæc, & non tres esse essentias. Porrò autē vt nos presius hoc edisseramus,hoc obseruare oportebit significationes vocabulorum ex propria institutione eorundem magis vestigandas esse, quam ex adiunctis: Adiūcta enim sensui pro positionis assequendo commodissima sunt, quoniam ex adiunctis tollitur ambiguitas:at significantia nominis ex ipsa institutione tota pendet.Nam nomina ex placito instituto significant. ¶ Secundo obseruabis diuersum modum, aut variationem in significato particulari non variare significantiam generalis vocis. Etenim etsi accidens institutum fuerit ad significandum formam cohærentē subiecto,& accidentia in Eucharistia non cohæreant subiecto, non propterea accidens illa non significat.Nam variatio modi se habēdi in particulari significato, significantiam non variat vocis significantis,& rursus homo significat hominem per se subsistētem,at homo Christus Iesus, etsi humanitatem habeat non per se subsistentem, nihilominus etiam num significatur per hanc vocem homo,quę vox significat etiam vniuoce Christum: & huius rei pleraq; sunt exēpla. ¶ Tertio obser uabis nonnulla esse nomina,quæ absoluta sunt,ex generali sua significatione,quanquā ex particulari relationem significant,vt qualitas,omnem qualitatem absolutè significat. Cæterum in particulari significat scientiam quæ relationem habet ad scibile. ¶ Quarto obseruato,personam generaliter significare omnem personam,habet tamen particularē significationem, ex qua tribuitur diuinis personis.Nanque Theologi prisci Arrianam petulantiam & Sabellianam insipientiam explodere cupientes, aptissimè excogitauerūt nomina quædam quæ diuina arcana citra labem hæreseos explicarent. Censuit nanque Arrius,Patrem,& filiū,& spiritum paracletum,nō esse ex æquo eiusdem dignitatis, sed patrem digniorem esse filio.Cui hæresi obstare studentes excogitauerunt hæc nomina substantia,& natura,quæ Deo tribuerentur. Vnde faterentur sanctam Trinitatem vnius esse naturæ atque substantiæ. Et rursum Sabellium vt euerterent qui Deum esse Trinū nomine tenus contendebat,nomen hoc persona,Deo tribuerunt, vt confessio fidei hæc esset, Trinitatem diuinam esse tres personas realiter distinctas, ita huiusmodi nominibus arcana triadis efferentes,paganismum,quem Arrius introducere studebat, Ecclesia catholica hac arte diffugit (est enim paganismus multos stabilire Deos,id quod Arrianū dogma desipiebat) iudaismum etiam declinat. Esset enim iudaismus si Deum non vere Trinum

Magister concedendā cur uoluerit hanc.p.f.& spiritus sanctꝰ sunt tres personæ.

Magistri sentent. exponitur.

Nomen persona ex adiunctis hauritsignificātiā ex Magistro.

Significantia uocis ex institutione expetenda non ex adiunctis.

Homouniuoce prædicatur de Christo,et cæteris hominibus.

Ecclesia apta excogitauit uocabula hæreticis, ut obsisteret.

Arrius paganismum induxit Sabellius iudaismum.

num coluisset vt Sabellius colebat ritū amans Iudaicum qui Trinitatem exibilat diuinam. ¶Quintò obseruabis ex decreto beati Theodoreti, quem supra indicauimus dist.23. persona significare proprietatem indiuidualem substantiæ siue subsistentiam vel per se existētiam particularem huius vel illius, vel Petri, vel Pauli, at verò substantiæ nomen non particularem proprietatem substantiæ denotat, sed vniuersalem quandam substantiæ rationem. Ex quibus perspicuum est, hoc nomen persona diuersam significationem habere ab hoc nomine substantia, nam hoc nomen substantia, vniuersalem denotat rationem substantiæ: at persona particularē proprietatem substantiæ: quā vocito subsistentiam seu per se existentiam. At verò siquidem per se existere est substantiæ proprietas particularis, necessariò persona quoque habet particularem substantialemq; proprietatem: at istud est rectè cōsideratum secundum rationem generalem substantiæ siue secundū eius primam institutionem, cæterum vt tribuitur diuinis, persona nō significat proprietatem particularem substantiæ, nanq; quidquid substātiale in diuinis est non est proprium, aut proprietas alicuius personæ, sed cōmune & indistinctū in tribus: idcirco pater verbi gratia non habet proprietatem particularem diuinæ substantiæ, sed habet proprietatem particularem aut individuam diuinæ subsistentiæ. Hæc autem subsistētia proprietas est relativa, siquidem personæ diuinæ cōmunione substantiæ non secernuntur, sed ex secretione relationis distinguntur, ideo necesse est vt proprietas personalis nō sit substantiæ, sed relationis. Quapropter in diuinis, persona, significat relationem, nanq; à relatione habet quod sit persona, diuina persona. Obijcis forsitan si ex impossibili Deus nō fuisset Trinus, æquè diceretur persona, atque modò at tum non includeret relationem, ergo nec modo. Et rursus si includeret relationē in suo conceptu ergo persona haberet correlatiuum id quod falsum esse facile periculum facies. Nam non dicemus est persona ergo alicuius personæ est persona, vt de patre, est pater ergo est filij pater verè asseritur. Hæc argumēta Gabrielem mouerunt & alios, vt personam diuinam, hoc est nomen hoc diuina persona ducerent in suo conceptu non claudere relationem & falsò hoc existimatur, vt iam docuimus quod si ex impossibili Deus non esset trinus, non eodem modo esset persona quomodo est persona, tunc enim absoluta esset, nunc

Quidquid substantiale est in Deo commune est toti beatæ Trinitati.

Gabriel reijcitur. q.1. huius distinct.

relatiua & .2. argumentum solues si aduertis hoc nomen persona diuina, significare relationem illamque in proprium vocare conceptū: at illam non vocat relatiuo modo, sed per modum subsistentis, siquidem diuina relatio huiusmodi non est instar nostrarum: at quippe quæ diuina est, subsistens est. At verò hæc nomina pater, filius, relationem indicant non vt subsistentem, sed vt relationem, ideo habent correlatiua. Quare etiam supra tradebamus nomen hoc persona, in diuinis non esse purè relatiuum. Vt ergo hoc nomē qualitas, etiam si ex generali sua significantia non conuehit relationem: at illam ex particulari habet, nam scientia includit relationem, ita dicito de hoc nomine persona generaliter. Nam non denotat relationem, at ex particulari illam habet: quia persona diuina potitur illa. Et alia exempla huius rei exposuimus in obseruationibus prioribus. Porro autē Scotus in dist. 26.1. sentent. personam putat ex sua ratione indifferentem esse ad significādum personalitatem, absolutam, atq; relatiuam. Nanq; existimat significare illam geminam incōmunicabilitatem, Quam ex eius placito cōmemorabā: siue hæc incommunicabilitas sit ex proprietate absoluta siue sit ex relatiua. Ego verò crediderim quod hactenus dixi ex propria institutione significare nomen persona proprietatem substantialem, siquidem persona est suppositum intellectuale, suppositum autem proprietatē substantiæ indiuidualem designat: alioqui persona nomen esset transcēdens, si incertam haberet significationem, & diffussam ad absolutam, & relatiuam, & ad substantiam, & relationem, neque prædicamenti certam haberet sedem, id quod Scotus non concedit. Si verò relationem denotat illud sanè est non secundū generalem suam significationem, at vt vsurpatur Theologis nempe vt significet personas diuinas. Quidquod si relationem denotat illud est per modum subsistentis & non relatiuè vt præmonuimus. Argumēto in principio obiecto iam responsum est.

Persona diuina uocat in suum conceptum relationem non modo relatiuo.

Significantia generalis & particularis in nomine est aduertenda. Scotus refellitur.

Iam verò in calce huius disputationis succinctè percurrem⁹ quædā quę Magister edisserit in litera. Nū hęc sit vera, tres personę sunt tres res, Durādus trepidulā habet sentētiā, nec audet. q vltima huius distinct. nisi limite quodā & restrictione quadā illā admittere. Concedit enim esse tres res relatiuas. At illi immanet argumētū, sunt tres res relatiuæ, ergo sunt tres res ab inferiori ad suū superius affirmatiuè. Magister in litera fretus authoritate Aug.

Nutres personæ sint tres res. Magister exponitur.

Præterea sit personam

lib.1.de doctrina Christiana.c.3. audet illã docere. Nam Aug. aperte ait, diuinas personas esse res, quibus est fruendum. Neq; istam solum Magister concedit, sed hanc, tres personas esse tres entes quam accepit á Damasceno lib.3. de fide cap.5. in Deitate ait, fatemur vnam naturam & tres hypostases secundum veritatem entes, & Richar.4.de Trini.c.11. tres personas diuinas non veretur fateri esse tres existentias. De huiusmodi autẽ propositionibus non est quod ego morer differere sint ne falsæ an veræ, quia suo loco quãdo de vnitate sanctę Trinitatis agebatur plura diximus: hæc autem propositio, tres personę sunt tria entia planè negãda videtur. Siquidem vbi est vnum esse non sunt tria entia, nam ens nõ est adiectiuũ quod multiplicat suppositum, & non formam. Neque valet argumentum sunt entes, ergo sunt entia, quia entes Damasceno sunt existentes & editio vertit altera existentes & non entes, quod legit Magister. Et Richardus dixit tres esse existentias incommunicabiles: quæ omnia perinde valent ac si dixeris, sunt tres subsistentiæ, quam supra authoritate conciliorum tradidimus esse veram. Illam autem, sunt tres res, siquidem Augu. non reformidauit concedere, nec nobis sit formidini concessio. Cuius sensus est: esse tres res relatiuas, tresve subsistẽtias, tres deniq; proprietates indiuiduales, realiter distinctas. Quid ergo? sunt tres res relatiuæ, & vna res absoluta, tres subsistentiæ, & vna substãtia, tres proprietates indiuiduales, & vna natura communis tribus. Tres existentiæ, & vnum ens, quod est Deus optimus maximusque cui est gloria & imperium in sæcula sæculorum. Et demum quia subsistentia est per se existentia, nam subsistere est per se existere, quandoquidem tres personæ, sunt tres subsistentiæ, nihil formidabile videtur, si etiam tres personas tres esse per se existentias concedamus: id quod Richardus asserebat dicens esse tres incommunicabiles existentias.

Tres personæ sunt tria entia, falsa est.

Obserua propositiones has.

DISTINCTIO vigesimasexta, cuius initium est. Nunc de proprietatibus personarum.

Disputatio prima. Num personæ diuinæ absolutis an relationibus constituantur?

ET forsan cuipiam videbitur ex absolutis constitui, siquidẽ prior est persona quam actio, & hæc prior quã relatio, quippe relatio fundatur superactione.5.Metaph.tex.20. Secundo Aug.7. de Trinita.c.6. Non est aliud Deo esse aliud personã esse, sed omnino idem, & cum dicimus personam patris, nõ aliud dicimus quam substantiã patris. Tertio.12.Metaph.tex.commen.19. relationes exiguam habent entitatem igitur nõ constituunt personas diuinas. Quarto, persona est subsistens, at relatio non subsistit, quia ad aliud existit, ergo non constituit. Quinto, Nullibi ecclesia, hoc sanciuit ex relatione cõstitui diuinas personas. Sextò, ex diffinitione Boethij libr. de duabus naturis contra Nestorium, est, ait, rationalis naturæ indiuidua substantia, hæc personæ diffinitio nihil habet relatiuum aut relationem olẽs, ergo persona ex absolutis constituetur proprietatibus. Septimo, quia planior est Theologia si ex absolutis, constituamus personas, quã ex relationib⁹.

Argumẽt.1. *Argumẽt.2.* *Argumẽt.3.* *Argumẽt.4* *Argumẽt.5.* *Argum.6.* *Argum.7.*

¶ Incontrarium est. Dionysio enim authore libr. de diuinis nominibus.c.1. scripturam sacram pro canone sermonis Theologici habere oportet: at verò diuina eloquia quando de personis memorãtur, per nomina relatiua memorantur, & non per absoluta, per hæc inquã nomina, pater, & filius, & Spiritus sanctus, ergo insinuatur ex diuina numeratione esse personas relatiuas, & non absolutas. De disputatione hac volitant variæ sententiæ, quod eiusdem obscuritati & perplexitati haud dubium attestatur. Marsilius in hac.1.q.30. meminit Licomensem tradidisse personas diuinas absolutas esse, & proprietates absolutas constituere personas diuinas: hasq; proprietates esse innominatas. Et collegit præter multa quæ ad suffragium eius protulim⁹, ex alio quoque quod legitur prouerb.30. quod est nomen filij eius si nosti, ergo quãuis sit cognita filiatio diuina proprietas tamen absoluta illum constituens, latens est. Et Faber Stapulensis scholijs ad Richardum de sancto victore, lib. 4. de Trinit.1. c.11. non abhorret à Licomensis placito, quia Richardus ibidem tradidit habere proprias subsistentias, propriasque existentias: at propria subsistentia, absoluta proprietas est. Nam relatio non subsistit, neque propria fruitur per se existentia & in hanc sententiam Scotus vocat bonauenturam distinctio. 25. huius quæstio.1. sed nescio cur sit vocandus in hanc sententiam Bonauentura, siquidem expresse fatetur

Argum. in contrariũ.

Richardus Licomensis Faber Stapulensis.

Bonauentura sinistrè intellectus ab Scoto.

tetur personas distingui per origines, origo autem non est proprietas absoluta, imò actio ex illa prodiens. Scotus verò distinctio. 26.huius primi parum abfuit vt probatam haberet hanc de proprietatibus absolutis doctrinam:quippe multum suffragatur illi, ostendens illam non esse contra ecclesiæ decreta nec placita sanctorum:& quanquam expressè non doceatur hæc ab ecclesia constitutio ex absolutis:at nullibi traditur ex ecclesię decreto,personas non constitui ex absolutis,veruntamen etsi ecclesia vtatur nominibus relatiuis exprimentibus diuinas personas non tamen de fide traditur esse personas constitui ex relationibus,& non ex absolutis. At scriptura ideo commemorat personas sub nominibus relatiuis, quia hæc nomina nobis sunt familiaria magis, & exprimunt personas, & origines simul: id quod absoluta nomina non expressissent, & demum neque ex concilio Lateranensi extra de summa Trinitate & fide cathol.capit.firmiter, neque ex concilio Lugdunensi de summa Trinitate. & fide catholica.capit.vnico in sexto aliquid decernitur de constitutione diuinarum personarum ex relatiuis vel absolutis, & reliqua colliges ex Scoto. Tametsi ipse non hæret huic placito imò communi Theologorum scholæ distinctio.28.quæstio.vltima.quæ docet ex relationibus constitutas personas.

¶ Argumenta contra Liconiensem habes apud Scotum,& proposita & soluta.Fuit quoque Gilbertus Porretanus qui relationes credens esse affixas subiectis,& non infixas,censuit diuinas personas relationibus affixis fecerni,& ita per extrinseca & non per intrinseca voluit distinctas personas: ferunt authorem hunc suum retractasse placitum in concilio Rhemensi. Dignum placitum, vtique quod careat patronis, & omni orbetur patrocinio. Nam relationes diuinæ Deus sunt,&non creaturæ,vt ergo affigis Deum Deo?quod si creaturæ sunt,vt ergo creaturas quatuor concedes Deo æternò affixas? hic porrò inde sibi persuasit dogma istud, quia relationes cernebat magis adesse subiecto, quam inesse: quippe ad relationem non est motus, & citra mutationem, album ex simili fit non simile,fitque ex non simili simile:vt columna si ne sui mutatione ex dextera fit sinistra.Cæterum relatio realis habet esse in subiecto,quia accidens est, & accidentis esse est in esse: & habet esse ad suum terminum, & hoc modo habet esse relatiuum, igitur vt habet esse in subiecto,infixa est subiecto, vt similitudo est in albis, aut qualitatibus eiusdem gradus, & quanquam citra mutationem huius albi ex simili fit non simile,si aliud desierit esse album, tamen non hoc colligit similitudinem non inesse albo:quippe quanquam album non alteretur nisi ex forma absoluta, at formam respectiuam deponit quam cohærentem habebat,idest,similitudinem, & aliud est de dextro,& sinistro,quippe hæc sunt solùm denominationes extrinsecæ,vt quod lotium appeletur sanum aut morbiculosum, ex inditio morbi,vel sanitatis,quæ est in animali. At verò albedo ab intrinseco habet quod alteri collata illi sit similis,vt contra quod nigredini sit dissimilis:non quod hoc sit sibi essentiale, sed voco eò intrinsecum quòd ex se res habet: at ex se habēt duo alba quòd sint similia,an verò sit eadem fundamēto & termino relatio realis nihil moror,quippe huic instituto nō seruit.

Gilbertus Porretanus Pictonum episcop⁹ suam retractat sententiam in concilio Rhemēsi ui-tę D. Bernardo sub Eugenio tertio Rom. summo pontifice.

Contra Gilbertum.

Dextrum & sinistrum appellationes sunt extrinsecæ.

¶ Extat quoque Prępositiui dogma qui vt gryphea hæc declinaret quæ diximus aliorū placita,aliud excogitauit magis sibi amicum dogma,personas diuinas neque absolutis neque relatiuis constitui, sed potius seipsis constitui,atque secerni,nāque simplicissimæ sunt & æquè simplices,atque diuinitas,at diuinitas seipsa est sibi eadem & seipsa à quauis alia re distinguitur.Hoc præpositui dogma Gregorius Arimineus sectat⁹ est in distinctione hac: & multa conuexit vt hoc probatissimum sibi faceret placitum & Sanct. Thom. 1. sentent. distinctio.26. quæstio. 2. personas considerat diuinas secundum se aut secundum quod nobis innotescunt. Et secundum priorem considerationem credit seipsis constitui, & distingui:vt autem nobis innotescunt relationibus tradidit,& distingui,& cōstitui. Et suus assertor Caietanus duplicem putat esse constitutionem,aliam realem,vt forma constituit cōpositum & hæc constitutio simplicitati diuinarum personarum non congruit, alia est constitutio qua aliquid seipsum ponit,& hæc simplicibus apta est rebus. Nam ex sermone vulgato quod ponimus, id constituere dicimus, vt pono propositiones has vel constituo, quia igitur quæuis res seipsam ponit, seipsam hac ratione constituit, vnde diuinitas seipsam adhunc modum constituit: & paternitas patrem constituit & nō tanquam forma constituit, quia paternitas patri est eadem formaliter,sed quia paternitas diuina secum fert,patrem,seu patris personam:ideo patrem constituit lege Thom. quæstio. 40. pri-

Præpositiui placitum.

Duplex constitutio apud Caietanum.

mæ. part. articul. 3. & Caietan. Itaque authores isti idem sapiunt cum Thom. & Thom. cum eis: si sermo agatur, de personis secundum se consideratis: & quanquam Capreolus distinctio. 2. 6. quæstio. 1. respondens argument. Gregorij negat hanc consequentiam paternitas patrem constituit, & paternitas & pater sunt idem formaliter, ergo pater seipsum constituit, credit enim Capreolus laborare collectionem hanc fallatia accidentis. At verò Caietan. nihil reformidat illatum admittere, patrem seipsum constituere secundo modo constitutionis, qui tamen alioqui improprius satis est, neque philosophis vsurpatus: de qua re infra abundantior erit sermo. In præsentia nanque recitandis tantum authoribus incumbimus non in differendis, sub hæc tamen disserturi præter hos autem Bonauentura in hac distinctio. articul. 1. quæstio. 3. personas originibus distinguit. Nam origo vtpote generatio prior est quam filiatio. Nam pater eò pater est quo generat, vt filius eo filius quo genitus, & demum actio est fundamentum relationis vt ex Aristotel. in exordio huius disputationis meminimus: at verò proprietates non possunt hæc præstare, ideſt, constituere personã, quippe innascibilitas proprietas est patris, & non constituit patrem. Quoniam non eo pater est, quia innascibilis vt Augustin. docet apud Magistrum in hac distinctio. Non enim quia est innascibilis, est pater, sed quia filium generat, & exclusis demum omnibus proprietatibus personalibus secundum considerationem nostram hoc solo superstite, quod persona vna generat seu est principium productiuum alterius, sat est distinguendis personis. Nam nihil idem se potest producere: & necessario producens, & productum, realiter secernuntur, & Scotus quippe qui tantũ nõ distinctio. 26. credidisset personas constitui, per incommunicabilitates quasdam absolutas, & distinctio. 28. ad relationes deduxit seipsum vt illas constitutorias cum vulgata schola crederet Theologorum, in quolibeto. 4. tamẽ iam, ad origenes conduxit seipsum cum Bonauentura. Probatum enim habet quod origines cõstituunt, vel relationes, aut origines vt sunt relationes. Præter hæc autem Bonauentura relationes diuinas vsui nobis esse commemorat, quippe si non constituunt, notificant tamen nobis constituta à posteriori. Itaque á priori distinctio est ex originibus captanda, vnde & constitutio petenda: at vero à posteriori à relationibus, quippe quæ consequiæ sunt ad diuinas actiones, ad intra, quas vocamus origines, actiuas, vt passiones, vel quasi passiones, passiuas origines. Quod vero de innascibilitate ex Bonauentura referebam dudum, ipse author moderatur, docet nanque innascibilitatem sub quadam ratione esse proprietatem per quam pater generat, non sane vt priuationem denotet, at vt authoritatem principij in sancta indicat Triade. Hoc placitum, quod Bonauentura amat haustum videtur ex Damasceno libr. 1. de fide orthodoxa capit. 11. &c. Cuius verba non indicamus, indicaturi nanque sumus mox quando decisioni incubuerimus. Durandus autem hoc loco quęstio. 1. relationem vt relatio est censet esse constitutoriam. Nanque persona diuina est relatiua, ergo necessario relatione constituetur. Itaque inanem putat Thomæ. distinctionem illam, relatio vt proprietas, constituit, & distinguit personas: at vt relatio illarum celebrat mutuã relationem. Ait enim pater totum esse, quod habet vt pater, est referri ad filium, igitur suũ esse, est relatiuum. Neque potest relatio aliter considerari nisi vt relatio.

Bonauenturæ opinio.

Scotus vdarius.

Relatio. Actio. Origo. Passio.

Innascibilitas ut est proprietas personalis.

Innascibilitas priuationem, & authoritatem denotat.

¶ Porro autem vt citandis authoribus finẽ faciamus, diuum Thom. iam indicare oportunum est: hic enim. 1. part. qnæstio. 40. articul. 2. 3. &. 4. & in distinctio. hac. 1. sentent. & quęst. de potentia Dei. quæst. 8. art. 3. hæc summatim habet, vt illa succingit insignis Thomistici placiti rapsodus Capreolus primum est realis relatio ex hoc quod est relatio realis distinguit realiter, & constituit in esse relatiuo. Secũdum est relatio quò relatio est realis non constituit personam in esse personali aut suppositali. 3. Relatio quatenus est realiter diuina essẽtia sibi conciliat rationem subsistendi quã tribuit diuinis personis. Itaque quatenus relatio est diuina, & constituit personam diuinam, & illam distinguit, & adde istis, duo quæ Tho. censuit. q. indicata. 1. part. art. 2. ad. 4. relatio ait, si sit subsistens fert secum distinctionem suppositalem, & inibi docuit relationes constituere & distinguere diuinas personas, quatenus sunt ipse personæ subsistentes. Cæterum non exiguus est labor Thomam interpretari, quippe omnia verba si pendis secum collidentia aduertes. Nanque ex scriptis & in quæstio. de potentia indicatis locis relationes vt sunt essentia diuina credit esse rationes vnde subsistunt personæ & distinguũtur: at vero in. 1. p. loco notato contrarium indicasse videtur, autumat enim relationes vt relationes subsistentes esse: ait enim relationes diuinas ferre secum

Thomas quid de quæstione & diffinitur fuis

suas

suas hypostases, quia sunt personæ subsistentes formaliter, & Caietanus multa conuoluit vt rem istam elucidet, & radicaliter credit demum ex essentia relationes sortiri subsistentiam, at formaliter ex seipsis. Ego verò crediderim Thomam etsi mutauerit verba non tamen mutasse sensum, etenim res certa est Thomam sermonem habere de relationibus diuinis vt diuinæ sunt, & hac ratione subsistunt, & ferunt secum suas hypostases, non tamen quatenus relationes sunt in genere. Nanque hoc modo non subsistunt nec necessariam puto Caietani distinctionem articul. 4. loci indicati. Relationē enim bifariam considerat, aut vt conceptam, aut vt exercitam, vt conceptam inquit distinguit hypostases, & subsistentiam donat, & præcedit generationem, vt exercita verò consequitur. Nanque relatio vt concepta, non potest concipi verè nisi ad aliud, quia relatiua non possunt secerni etiam ex conceptu nisi simul concipiantur: sunt enim simul natura, id est, naturali intelligentia. Etenim cape paternitatem conceptam, non potest concipi paternitas nisi relata ad correlationem, ideſt, ad filiationem: iam verò si relata concipitur iam est in actu exercito, nam referri est exercitū relationis. Aptius igitur distinguitur relatio, à Thom. & Capreolo, relatio vt subsistens siue vt diuina est, & vt relatio est.

Caietanus vt intellexit Thomam.

Thomas declaratur ab authore.

Caietanus refellitur.

¶ Iam vero aliorum peragratis placitis ex re erit, nostrum quoque referare, & sit hæc prima conclusio. Nullam reperio rationem quæ me conuincat, aut me adigat vt constitutas existimem personas ex relatiuis, & non ex absolutis. Hoc probo, quia omnes si protuleris rationes solubiles sunt si dixeris esse has proprietates absolutas, personales, seu indiuiduales personarum, & quanquam personæ diuinæ conueniant in absoluto essentiali, non tamen personali. Finge cum Platone vt rem capias vnam esse humanitatem cōmunem omnibus hominibus, vtique vna tunc numero fuisset humanitas, cunctis hominibus: cæterum homines distincti erant numero ex absolutis proprietatibus indiuidualibus, ita dicet aliquis proprietates indiuiduales personarum pro suo modo esse absolutas: quanquam quia occultissimæ sunt circunloquuntur per proprietates relatiuas. Neque argumentum illud conuincit, si absolutum constituit, ergo relatio diuina est accessoria, vt est apud nos, nam paternitas creata, quia patrem non constituit accessoria est Petro, vel Paulo, qui pater est, at vero quanti sit pendendum hoc argumentum ex hoc discres, siquidem spiratio communis patri & filio, tametsi non constituat patrem, & filium, non propterea est illis accessoria, quia in æternis nihil est accidens: relationes autem diuinæ æternæ sunt & ideo non accessoriæ sunt.

Authoris calculus.

Relatio diuina realis non est accessoria.

¶ Secunda conclusio, crediderim tamen quod vulgatum amat Theologorum placitū non ex absolutis, sed relatiuis personas diuinas constitutas esse. Etenim etsi ratione Theologorum hanc non conuincant, illam tamen suadēt. Nanq; vbi est summa vnitas minima oppositio est concedenda, personæ autē diuinæ sunt infinita gaudentes vnitate essentiæ ergo personalis distinctio ex minima oppositione procedit: at relatiua oppositio est minima omnium oppositionum, quatuor ergo relatiua constituunt: & breuiter collige, distinctio personarum diuinarum non est ex materia, sed ex forma, at distinctio formalis procedit ex aliqua oppositione, igitur distinctio personarum diuinarum erit ex oppositione. Nulla tamen congruentius aptabitur diuinis quā oppositio relatiua. Probabis minorem, quia in cæteris oppositis alterum extremum est imperfectius altero, & est velut priuatio alterius vel negatio: id quod promptum tibi erit, si in opposita discurras omnia. Porro in relatiuis non item. Nanque relatio vna non potest præferre alterius negationem, quia sic se destrueret. Nam etsi paternitas non sit filiatio, non tamen in sua significatione filiationem tollit: imo illam statuit. At vero nigrum album tollit, & cæcus videntem, &c. Quod si adhuc exigis à me nunquid hoc est in fidei decretum obseruandum personas constitui ex relatiuis? reuerà mihi videor quod Scoto visum fuit ex decreto ecclesiæ hoc non extare. Nanque nullibi reperias huiusmodi constitutionem ab ecclesia assertam. Quod enim legimus extra de summa Trinitate & fide catholica. capit. firmiter, personas secerni proprietatibus personalibus, non colligit ex relationibus constitui. Porro in concilio Toletano. 11. traditur personas diuinas, esse relatiuas vnde ex relationibus constitui sumendū videtur. Verum concilium hoc non ea pollet authoritate qua generalia concilia, quia non fuit generale: quanquam arbitror si concilium de hac constitutione intelligatur certum esse quod concilium definiuit. Neque me latet assertorem absolutarum proprietatum dicturum huic concilio neutiquam negandum

Secunda conclusio.

Personæ diuinis constituuntur relationibus.

gandum esse personas esse relatiuas, quippe quæ notificantur ex scriptura, relatiuis nominibus vt diximus, at verò concilium non dicit constitutionem esse relatiuam. At hic non agitur de veritate solùm sed de summa certitudine quæ fidei est. Durandus credit constitutionem ex relatiuis esse ex determinatione ecclesiæ: & mihi gratissimum fecisset si locum indicasset. At verò esse consonam satis doctrinæ sanctorum sententiam vulgatam Theologorum diuinis literis & sanctorum doctrinis haud dubiũ est. Vnde Boethius libro de Trinitate substantia in diuinis (ait) continet vnitatem, & relatio multiplicat Trinitatem & Damascenus omnia ait, vnum sunt præter ingignentiam & gignentiam & processionem. Et subdit enarrans personales proprietates quas ipse vocat perfectiones illasque nominationibus relatiuis, vt paternitatem, filialitatem, & processionem appellat, &c. Et. 3. de fide. cap. 5. Personæ ait, non differunt in substantia, sed in proprietatibus, hypostaseon, id est, in causali, & paterno, & causali, & filiali, vbi cernis origines vocari relationes. Vnde Bonauẽtura sibi collegit placitum suum iam memoratum supra, & in libr. de fide. cap. 10. Personas distinguit proprio characteristico. Lege disputationem nostram. 4. ad distinctio. 8. At obijcis mihi in oppositione relatiua alterum extremum aliquando est perfectius, vt Domini ad seruũ est relatio, at perfectius extremum est dominus, quam seruus vt pater dignior filio, quãuis in quibusdam relatiuis ex æquo sunt perfecta extrema: vt in similibus, & æqualibus. Dices porrò huic obiectioni, aliud est iudicium de relatione, aliud de ipso quod refertur, relatio ergo domini non est perfectior quam relatio seruitutis, quia tota perfectio relationis est ad aliud, nõ magis autem est ad aliud dominium quam seruitus, & vtraque se respicit ex æquo. Quanquam dominus nobilior est seruo, & pater dignior filio in humanis: & in diuinis pater principium est sanctæ Triadis. In cæteris autem oppositis alterum est altero perfectius necessario, & secundum hoc argumentum factum perspicuum habebis cui Tho. est admodum innixus.

Concilium Toletanum expenditur.

Constituere personas ex relationib⁹ consentaneum est sanctis doctoribus.

Hoc obserua de relationibus.

Dubitatio notãda, an erratum esset contra fidem assertum personas diuinas absolutas esse.

¶ Quærat aliquis num errabitur in fide si asseratur absolutas esse diuinarum personarũ proprietates? difficile dubium & ego nõ audeo præcipitare sententiam, quia expressum decretum ecclesiæ esse non video, neque ex expressis euidenter colligi cerno. Quia etsi nominentur personæ nominibus relatiuis, nõ subinde liquidò subducuntur absoluta, vt præmonuimus. Satis est si dixero temerarium esse constituere personas ex absolutis, quippe turbę Theologorum hæc constitutio displicet, & profecto constituas vt voles, siue ex absolutis, siue ex relatiuis cingunt angustiæ. Nã si ex absolutis impendit difficile intellectu nec cum vnitate ineffabili essentiæ distincta, absoluta sint in diuinis psonis, quia vnius absoluti, ideſt, diuinitatis tanta est vnitas vt videatur distinctioni absolutorum non cedere locum: si ex relatiuis, vt ergo relatio est subsistens? nam persona ex relatione est relatiua: si relatiua ergo ad aliud, si ad aliud, vt ergo subsistit? Nam subsistere absolutorum est, non relationum, obseruas ne vtrinque Theologum arctari? sed si arctãdi sumus, siue ex absolutis, siue ex relatiuis, seligamus quod magis consonum est diuinis eloquijs & sanctorum doctrinis, scilicet, ex relationibus constitui personas.

Seligendũ quod magis consonum est doctrinis sanctorum.

¶ Tertia conclusio, Per origines diuinarũ personarum ex posteriori distinctio earundẽ nobis innotescit, tametsi per origines non constituuntur. Prior pars patet, nanque quia pater generat & filius generatur colligimus necessario patrem non esse filiũ. extra de summa Trinitate & fide catholica. cap. firmiter. idem de Spiritu sancto, posterior autem liquet. Nanq; origo actiua est posterior ipsa persona. Nam est actio origo hæc, & actio, à suppositò proficiscitur: & origo passiua est ad ipsam personã via, & ita prior illa secundum rationem seu cõsiderationem: nam vt prior intelligitur persona patris, quam generet, ita filio generando præintelligitur generatio. Nõ ergo cõstituũt origines personas, dico origines vt sunt, origines aut intelliguntur. Origo nanque quia posterior est persona, illam non constituit: item quia prius est illa, saltem secũdum intellectũ: constitutio etenim est á forma intrinseca.

3. Conclusio

Origo actiua, origo passiua.

¶ Quarta conclusio, Relationes secundũ genericam aut specificam rationem constituẽdi personas priuilegio non gaudent. Itaque relatio vt relatio, imo paternitas, vt paternitas quæ est relatio in specie, & filiatio, & id genus cætera, hoc munere orbantur, hæc prompta est quippe constituere personam est illi donare subsistentiam, at relatio, vt relatio non subsistit, quippe ad aliud est, nec paternitas, vt paternitas, propter eandem causam.

4. Conclusio

¶ Quinta conclusio, Formaliter si loquamur persona à sua personalitate constituitur in suo esse personali. Nam vt album formaliter est album, ab albedine, & vnum quodque

5. Conclusio

à sua

à sua forma à qua esse vendicat, ita & persona à sua personalitate, & hęc persona ab hac personalitate. Itaque persona patris quod sit hæc persona nō habet formaliter à paternitate: sed ab hac personalitate. Quanuis quod sit pater habetur à paternitate formaliter. Cæterum quia prius est esse hanc personam, quam esse patrem, nam paternitas fundatur in hac personalitate, idcirco habet quod sit hæc persona ab hac personalitate, quæ prior est ex modo cōsiderādi quā sit paternitas. Itaq; quanquam hæc personalitas, sit proprietas relatiua huius personæ, & quod significat hæc personalitas, est relatiua proprietas (agitur enim sermo in diuinis) at vero ex modo significādi hæc personalitas nō significat relatiuā hanc proprietatem, ideſt, paternitatē, aut filiationem, &c. Siquidē hæc personalitas nihil habet relatiuæ significationis, vt diximus superius: imo hæc personalitas modū habet significandi absolutum. Significat enim hanc proprietatem indiuidualem huius personæ: significat porrò relatiuam proprietatem, at non ex modo relatiuo, sed ex modo absoluto. Ideoq; ex suo modo absoluto significandi fundare potest relationem diuinam, & intelligi prius quā relatio, habetque tum tribuere subsistentiam indiuidualem personæ. Itaq; persona non ex relatione formaliter subsistit vt credit Caietanus, at ex hac personalitate formaliter subsistit. At, ij qui tradiderunt proprietates absolutas constitutiuas esse personarū, propterea seducti sunt quia modum significandi non distinxerunt à re significata. Aduertebant enim modum significandi huius vocis hæc personalitas, esse absolutum propterea crediderunt proprietatem significatam esse absolutā. Neque etiam duxerim veritate constare, quod Caietanus vt indicatum est superius aiebat relationem radicaliter ex essentia diuina habere subsistētiam. Etenim verba non fiunt de subsistentia essentiali, sed de subsistentia personali: hanc ergo non arbitror personas habere ex essentia radicaliter. Etenim si vocē pendis, radix principium est, ergo habere subsistentiā radicaliter ex essentia æquè est atq; si dixeris tanquā ex principio. Porrò essentia Dei non est principium subsistendi personaliter personis, siquidem vel est principium quod, aut principium quo, alterutrum eligat Caietanus, non sanè, quod, nam si esset principium quod, subsisten di patri videlicet, iam pater nascibilis esset, & non innascibilis, colliges quod habet principium quod, vnde subsistat, ab aliquo procedit & quod ab alio procedit innascibile non est. Et filius itidem atque Spiritus sanctus geminarent quoque principia quod. Itaq; filius non solum à patre sed ab essentia procederet si essentia esset principium quod subsistendi filio, itidē colliges de Spiritu sancto: quæ vniuersa respuit catholica fides. At vero si principium quo, est diuina essentia subsistendi personaliter, iam tum subsisterent personæ formaliter ex essentia, id quod Caietanus non decreuit. Imo contra decernit formaliter personam subsistere ex relatione. Ex hac corollariā aliā accipe conclusionem, hæc personalitas vnde persona habet suam subsistentiam formaliter, secum defert diuinam relationem. Hoc perspicuum est: quia hæc personalitas, etsi ex modo significandi non significet relatiuam proprietatem, at vero id quod significat est ipsa relatiua proprietas. Et ni fallor verius & aptius dicere oportebit hanc personalitatem deferre secum diuinam relationem, vt hæc personalitas patris defert secum paternitatem, & hæc filij personalitas filiationem, &c. quam quod relatio diuina deferat secum hypostasin: quanuis Thom. ita extulerit, vt supra meminimus. At verò si relatio defert hypostasin, ergo hypostasis fundatur in relatione id quod neutiquam verum est: quippe contra est, relatio enim fundatur in hypostasi. Quod si sciscīteris, vnde ergo hæc personalitas, vel illa habet subsistere personaliter? Dicito ex seipsa formaliter, quia est hæc. In ea denique figendus est pes, & non aliunde petas subsistentiam personalem, vt etiā relatio ex se habet quod referatur ad aliud. Vnde colliges hanc personalitatem patris, & hanc filij, & hanc Spiritus sancti, formaliter in nullo conuenire, quia formaliter sunt proprietates indiuiduales personarum, ideo sunt formaliter primo distinctè at identicè in vnitate essentię sibi consentiūt: ideoque formaliter se totis secernuntur: & quidquid Ioannes Maioris dicat, ne cura in re hac.

¶ Sexta conclusio, Quanquam personæ diuinæ secundum rem sint simplicissimæ, at fateri oportet eas esse constitutas. Dixerat porro Caietanus personas diuinas se constituere quia se ponebant, aut se affirmabant. Ego vero hoc tradere nollem imo dixerim personas diuinas verè esse constitutas, & non diuinitatē: at hæc se cōstituit quia se ponit, (vt Caietanus ait) at quis audebit dicere diuinitatē esse constitutam? quanquam non solum audemus, imo libere fatemur personas esse constitutas: quia quantum ego coniecto si rationem

Persona diuina habet esse à sua personalitate, non à relatione formaliter.

Caietanus explodituꝛ.

Personæ non radicaliter subsistunt personaliter ab essentia.

Principium quod & quo.

2. Conclusio corollaria.

Acuta & insignia insigniter obseruanda.

Nota ualde.

6. Conclusio

Diuinitas non est constituta ut se ponat.

personæ obseruas illas constitutas facile videbis. Nanque in personæ rationem duo coeunt & essentia & pprietas: indiuidualis verò ratio diuinæ essentiæ simplicissima est, vides ne vt persona constituitur & non essentia: quantum ad rationem vtriusque vt diximus. Neque aliud Theologorum est documentum docens personas constitui ex essentia, & relationibus, aut vt exactius loquar ex essentia, & ista, aut illa personalitate. Nam vt dixi relatio diuina formaliter constituit personam in esse ad aliud, at hæc personalitas ex modo significandi non esse ad aliud, sed esse absolutè indiuiduale huius personæ significat, vt iam luculenter (meo iudicio) disertum est: & alta hæc reponito mente. Quanquam autem fateamur personas diuinas constitutas cõpositas tamen ne dixeris, siquidem hæresis Petri Abailardi damnata in concilio Senonensi apud Gallos hæc erat personas diuinas esse compositas quadamtenus ratione.

Petrꝰ Abailardus hæreticus dixit in personis beatis esse nonnihil cõpositionis.

¶ Sed iam hora est vt receptui in hac disputatione canamus, & solutis argumentis ad vlteriora non progrediamur in hac distinctione tractanda. Primo igitur argumento dicito personam, secundum modum intelligendi priorem, esse actione & relatione. At verò non propterea valida est collectio, ergo constituitur absoluta proprietate. Etenim vt identidem inculcatum est, quia hæc personalitas patris non significat modum relatiuum, sed solum absolutè indiuidualem proprietatem signat, propterea præintelligitur relationi: quanquam quod significat hæc personalitas, proprietas relatiua est, & non absoluta: at hæc relatiua proprietas potest bifariàm significari, aut absolutè vt si dixeris, aut nuncupaueris eam, personalitas, indiuidualis ve proprietas, aut relatiuè vt si illam nuncupaueris relationem relatiuam ve propietatem, vel paternitatem, &c. Ipsa igitur absolutè significata est prior seipsa, idest, præintelligitur sibi, eidem ve relatiuè conceptæ. Et hinc ad manum habes vnde Augustin. absoluas tradentem. Non est aliud Deo Deum esse, & personam esse, nam aliud, extra de summa Trinitate & fide catholica capit. firmiter, essentialem denotat diferetionem: at verò eiusdem essentiæ est Deus, atque persona, ideo non est aliud Deo, Deum esse, & personam esse. Et quod subdit cùm dicimus personam patris, non aliud dicimus quam substantiam patris, eodem modo dilues, aut dices personam ex

Argumenta diluuntur.

Augustinus exponitur.

modo significandi non significare relationẽ sed subsistentiam personalem, vt iam abundè proclamatum est. Tertio dicito in diuinis nihil est exile, ideoque relatio diuina potens est constituere personam diuinam, aut germanius solues si dixeris, ex hac personalitate vel illa personam diuinam constitui formaliter: & ab hac personalitate formaliter subsistere, & hæc secum defert relationem: quia hæc personalitas est proprietas relatiua, ex qua refertur ad suum correlatiuum. Itaque relatio vt est personalitas constituit, at vt est relatio refertur ad aliud, & quanquam esse relatiuum & personale prorsus, idem sunt in Deo: at verò differunt in modo significandi. Nanque personale esse, absolutè significat: relatiuum verò esse relatiuè, ideo ex modo significandi esse personalẽ subsistentiam quidem donat, non relationem ad aliud, esse vero relatiuum relationem tribuit non subsistentiam. Quarto non est cur nos detineat solutio hebes nanque satis erit cui perspicua non sit eiusdem solutio ex anteactis. Quinto diximus abundè satis inter disputandum Boethio respondebis personam secundum generalem illam diffinitionem non denotare relationem, secus si aptatur semo diuinis vt abundè demonstrauimus distinctio .25. quando de significantia huius nominis persona discutiebatur: quanquam non me latet Guilielmum Altisiodorensem tradidisse in primo suo sententiarum, personæ diffinitionem relationem secum conuehere in sua significantia: quippe diffinitio personæ significat distinctionem, & distinctio relatio est, veruntamen distinctionem hanc ab alia re, non per se, & primo, vocat personæ diffinitio in suum gremium, sed quod sit sibi indiuidua. Septimo dices siue ex absolutis constituas, siue ex relatiuis vnde vnde rem contempleris angustiæ premũt, vt prædiximus. Locus porro ille ex Prouerb. capit. 30. qui valde Scoto arrisit, vt absolutas proprietates diuinas suaderet, planam habet solutionem, locus enim referendus est in inscrutabilitatem diuinæ essentiæ. Nam diuinæ personæ etiam si nominentur nominibus relatiuis sunt alioqui ineffabiles: quia quidditas Dei nos latet. Obijcis adhuc beatissimam Trinitatem etiam nominari in diuinis eloquijs nominibus absolutis, idest, non relatiuis. Nanque arcana beatæ Triadis pandit Esaias. 6. Sanctus, Sanctus, Sanctus, dominus Deus Sabaoth,

Ad tertium.

Ad quartũ.

Ad quintum

Guilielmus Altisiodorẽsis.

Distinctionem ab alio non per se & primo personæ diffinitio uocat in suum gremium, sed quod sit indiuidua.

Trisagium, id est ter Sanctus.

sabaoth, quo trisagio Triadis arcanum reserari catholici tractatores tradiderunt & nos luculenter demonstrauimus in declaratione de supersubstantiali trinitate ad eum locum appensa: at verò non subinde colligas validè proprietates absolutas constituere personas. *Esaiæ locus exponitur.* Siquidem in hoc trisagio quod beata Seraphin proclamant, non distinctio, neque origo personarum exprimitur, sed solum trina sanctitatis replicatio, ad Triadis mysterium referatur. Cæterum quæ distinctio, Sancti, & Sancti, & Sancti quæve origo nulla demonstratur: quia nõdum tempus aderat quo Triadis mysterium erat clarè pandendum leges distin. 7. disputatio. prima, vbi pleraque diximus huc spectantia. Quanquam quæ modo tradidimus presiora sunt, ad quorum moderationem cætera intelligito, quæ illic diximus.

DISTINCTIO Vigesimaseptima, cuius initium est. Hic quæri potest.

Disputatio prima. Num ordo est personalium, & notionalium?

1. Argu. EST VIDEBITVR in primis cuipiam fortè priora esse notionalia personalibus. Etenim autor est Augu. & Magister in litera exponẽs Hilarium. 12. de Trinitate. pater æternò est pater quia genuit filium, vt filius æternus, quia æternò genitus à patre, igitur pater est quia generat vt filius est quia genitus: prior est igitur notio generandi, quam paternitas, atque filiatio, quæ personalia sunt. *2. Argu.* Itidem videtur collectum iri priorem esse actionem spirandi, quam relatio spirationis ad Spiritum sanctũ, etiam si hæc innominata sit. Illam interim vocatamen spiratiuitatem. *3. Argum.* Et firmantur hæc ex Psalmo. 2. filius meus ait, es tu, ego hodie genui te: quæ si librate pendis verba causam rediisse psaltem videntur, cur sit filius Dei patris, nempe quia genitus. *Argumẽ. in diuersum.* In diuersum est omnis actio proficiscitur à supposito vnde est actio, ergo prius est suppositum, quam actio, est ergo personale priusquam notionale, quia hoc ex personali procedit.

Disputatio hæc patula est tenenti ea quæ dist. proxima discussa dedimus, at non assequuto illa aspera erit intellectu. Sanctus igitur Tho. 1. p. q. 40. artic. 4. citat placitum Theologorum priscorum, quibus arrisit, diuinas non constituere personas, sed relationes nobis esse duntaxat vsui, vt palam nobis esset origo, & distinctio personalis ex quo placito planum erat relationes esse consequias ad notiones. Vnde hæc simpliciter vera est, quia generat, est pater, nanque tunc æquè erat dicendum, atq; in creaturis: in humanis nanque prior est generatio paternitate. Nanque apud nos paternitas non constituit patrem, ideò ex generatione, fit pater. At vero quia iam superiori tractatu constitutas tradidimus personas ex relatiuis, & non ex absolutis proprietatibus, idcirco vrgẽtior est huius rei difficultas. Nam si dixeris, non constitutas esse personas vt præpositiuus, & Gregorius docuerunt, aut dixeris ex absolutis constitui nihil premit propositum dubium. Nam certa res esset notionalia esse personalibus posteriora, & priora relatiuis, nam actio fundat relationẽ, idest, ex actione relatio germinatur. Ergo prior est actio, idest, generatio, quam paternitas, si hæc non constituit. Porrò autem si hæc constituit vt tradidimus) hic labor, hoc opus est. Idcirco distinguit Tho. origines actiuas, & passiuas, vnde generatio, actio illa est quæ à patre, & natiuitas est origo passiua, quæ est ad termi nũ, idest, ad filiũ: & rursum distinguit paternitatem, aut secundũ quod est proprietas subsistens, & patrẽ cõstituens, aut vt est relatio ad filiũ. Iuxta quas distinctiones docet natiuitatẽ esse priorẽ filiatione, est enim via ad illã, & item originẽ actiuã esse priorẽ paternitate vt hæc relatio est. Nanq; si prior est natiuitas filiatione, ergo prior est origo actiua paternitate. Nã filiatio, & paternitas, sunt natura simul: vbi vides notionalia esse priora personalibus, vt sunt hæc relatiua, at verò paternitas, vt est proprietas personalis patris, prior est notionalibus, & seipsa prior vt est relatio. Thomæ vero non subscripsit Scotus. d. 28. art. 1. Quanquã inibi meminit Thomisticum placitũ id temporis commune esse: ait enim communiter dicitur, non autem probatum habuit hoc Tho. dogma; quippe illa proprietas, quam considerat Thom. non considerando relatiua esse, illa proprietas, inquam, vt proprietas est, sanè est aliqua entitas: nam si non esset aliqua entitas, vtique non constitueret aliquod ens. Aut igitur est entitas ad se, aut ad

Decisio quæstionis.

Origo actiua & passiua.

Scotus dissidet à Thomas.

aliud, aut est neutrum, hoc vltimum est impossibile: quippe illa proprietas est singularis entitas, & fieri non potest, quin vel sit ad se aut ad aliud, si primum absoluta est, & iam ex absolutis personas constitues, sin secūdum dederis, est relatiua, ergo non est prior se ipsa: aut ipsa relatione. Durandus quoque quæst. 1. huius distin. Scoto, suppresso tamen Scoti nomine subscripsit. Autumat enim esse impossibilem Thomæ considerationem. Nam illa proprietas si generali quadam ratione consideretur, prior sane esset quam relatio: quippe quę vniuersalior est, quā relatio: vt relatio quoq; considerari quibit vt non constituens, quia non omnis relatio cōstituit, quia spiratio actiua non constituit, & creatæ relationes nō constituunt: at hæc proprietas, ideſt, paternitas patris, quod possit considerari vt hæc proprietas, & non vt relatiua, Durandus censuit cum Scoto impossibile. Etenim etsi animal cogitari possit, non cogitando illud esse rationale, aut irrationale, quia genus abstrahi potest à suis differentijs, porrò si hoc animal cogitas non esse irrationale, necessum est illud cogitare sub differentia opposita, ideſt, sub rationali: ita propemodum & si proprietas indiuidualis quæ est communior quam relatio intelligi queat abstrahendo, ab absoluto, & relatiuo, at hæc patris proprietas si consideratur exclusa relatione necesse est absolutam illam considerare & ita labetur dogmatis autor in absolutas proprietates. At verò Durand. & Scotus discrepant. Nam Scotus ex commento suorū instantium originis fatetur patrem esse in aliquo instanti originis priorem filio: quod si prior, tum sanè in illo instanti nō generat, igitur non ex eo pater quò generat, siquidem in aliquo instanti est pater in quo non generat. Vt ipse vbilibet suorum scriptorum proclamat. Itaq; in conclusionem Thom. ipse cōsentit, quāquam aliam viam est ingressus & mea sententia longè difficiliorem quam sit Thomæ. Et dictu mirum non intellexit, imò ait esse inintelligibilem Thomæ sententiam & intellexit suam longe minus intelligibilem. Nam Thomas non docuit paternitatem, vt paternitatem, esse priorem filiatione, at vt est quædam proprietas personalis considerandæ est, vt prior: Scotus verò incidit in scyllam cupiens vitare charybdim, tantisperdum credit in aliquo originis signo esse priorem paternitatem, vt talis, quam sit filiatio. Durandus vero planè negat has proprietates, personalium, & notionalium. Etenim si considerātur paternitas, verè non potest considerari, nisi vt relatiua, & relatiua sunt simul natura, & simul intelligentia, & generatio non est prior apud eum filiatione, nec via ad illam quia æterna est: & motus non est, vt generationibus familiare est apud nos. Porro autem scisciari à Durando non pigebit, paternitas diuina relatio cum sit duobus potitur, & fundamento, & termino, terminus filius est, proferat ipse si libuerit fundamentum. Num pater est? quod si pater est, & pater, & paternitas formaliter in Deo idem sunt, ergo paternitas fundatur super paternitate idemque supra seipsum formaliter fundatur, quod neque eruditus metaphysicus concedet, nec acutus dialecticus admittet: si dixerit fundari super persona hac, cum fundamentum præintelligatur fundandæ relationi, ergo hæc persona præintelligetur paternitati: id quod Thom. astruere conatur.

Spiratio cō munis non cōstituit & relationes creatæ non constituunt.

Durandus consentit & dissentit ab Scoto.

Conferūtur Tho. & Sco tus, & præfertur Thomæ placitū Scotico.

Durandus excutitur.

Iam verò si meam exquiris censuram, primam hanc accipe sententiam, propositio hęc quia generat est pater, amphibologicum habet sensum, & ex alterò vera est, & ex alterò falsa. Hæc patet, nanque si sensus eius est hæc persona patris, est persona quia generat, falsus sanè est, sin vero sensus sit pater eò pater, quò generat vera est propositio: neque aliud Magister sensit in litera. Nam qualia tu putas verbà hæc August. quæ hoc scripsit loco, patris inquit nomen non tantum relationem notat sed etiam hypostasin, ideſt, subsistentiam, & quanquam distinct. 25. & alibi satis hæsitauerat de significantia personæ, & varia conuoluerat ex Augustin. tamen in hanc quam accepisti se conduxit tandem sententiam. Pater ergo & considerari potest vt persona, & vt pater, ideſt vt subsistens hypostasis, & vt relatus. Non ergo abhorret à veritate, si dixerimus paternitatem bifariam pendi posse, aut quatenus proprietas quædam huius personæ, aut quatenus est relatio, vel facilius, vt est hæc personalitas, aut vt est relata ad filium: & prima tenta consideratione, est prior paternitas, quam relatio, imo est fundamentum relationis, & principium vnde notio profilit: at secundo modo posterior est ipsa notione seu actione ad intra generandi, &c. Et argumento Scotico dicito quando argutatur, vel hæc personalitas est entitas ad se, vel ad aliud, est dicessane ad aliud, quia relatiua est, & quando colligit, ergo personalitas est relatiua, infirma est collectio. Quippe vt sæpe dixi mus fieri potest vt proprietas relatiua significetur

Decisio quæstio. ex autoris censura sententijs digesta quibusdam.

Pater Deus ut pater & ut persona considerari potest.

Scotus solutur.

cetur absolutè, vt paternitas significatur hoc nomine personalitas, quod est absolutū, idest, non relatiuum, aut hoc nomine hæc entitas, quod verè significat relationem absolutè. Nam hæc entitas ex modo significandi non significat relatiuè, & sanè nihil incommodi reperias si absoluta nomine indicaueris relatiuo, vt Petrum vocamus principem apostolorum, ita & nihil erratum erit, si relationem nomine absoluto subnotemus vt diximus. Ideoque etiam si paternitas sit relatio potest considerari vt subnotatur hoc nomine, hæc personalitas, vel hæc entitas: quæ etiã si significant verè relationem, non illud habent ex modo significãdi sibi germano, imo potius ex re significata. Scoti autem argumentum fallitur ex re significata colligens modum significandi, & rem significatam confundens cum modo significandi: & eodem morbo laborat Durandus. Nam verè hęc personalitas significat paternitatem non tamen relatiuè, imo absolutè. Neque arbitror Thomam aliud sensisse, quanquam suus egregius interpres Caietanus pro acumine sui ingenij multa commentatur explicando Thomam alioqui superflua & plusquã cymmerijs suffusa tenebris. Argumentorum denique in principio obiectorum clarescit ex præscriptis solutio.

Relatiua nomine absoluto & absoluta nomine relatiuo de notantur.

DISTINCTIO vigesimaseptima. Disputatio Secunda. Num verbum notionale, num essentiale nomen est?

1. Argu. IST VIDEBITVR forsitan aliqui quod verbum essentiale, nomen sit, nanque verbum de quo nunc texitur disputatio mentale est, at verbum mentale actus est intelligendi sed actus intelligendi inter essentialia connumeratur,

2. Argu. ergo verbum est essentiale nomen. ¶ Secundo si notionale, aut personale est, vtique esset proprium filio, at verò non est filio propriũ, quandoquidẽ Basilius enarrans locũ Paul. ad Hebræos illum, portans omnia verbo virtutis suæ, hoc in Spiritum sanctum retulit: si ergo Spiritus sanctus verbum est, non est filio pro-

3. Argum. prium. ¶ Tertiò, personalia nomina propriè prædicantur de personis, at verbum non propriè sed metaphoricè prædicatur de filio autore Origene super Ioã. ¶ In diuersum est locus Ioannis ca.1. in principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, &c. per verbum solum filium intelligens. Et rursum Augu. 7. de Trinitate ca.2. filius secundum quod essentia est inquit est hoc quod pater, secundum quod verbum non est hoc quod pater: quia verbum non est pater: & verbum, ait, relatiuè dicitur sicut filius: & multis alibi idem inculcat. Magistrum consule.

Argumẽ. in diuersum.

Vt disputatio hæc quæ dubio procul difficilis est intellectu difficultatem vtcunque deponat, & miteſcat eius asperitas, res hæc ex ouo deducenda est, vt prouerbio fertur, & quia distinctio vocabulorum rei differendæ, multò est adminiculo vt clarescat, aduertere oportebit hoc nomen verbum se tẽdere ad scripta verba & vocalia, quæ sanè non sunt huius instituti, & ad verba quæ sensus concipit interior. Nam voces & scripta sensoria vis vt phãtastica in se recipit, & iunt conceptus vocum & scripturarum, quos dialectici non vltimatos vocant: quarum vocum similitudines, aut scripturarum impressas apud se habet, etiam nonorbata intellectu rei significatæ per illas. Nam latinus nesciens græcè prolatarum grecanicarum vocum similitudines, idest, verba græca apud se concipit, ignorans interim quid sibi velint græca quæ audit vocabula. Iam ergo de verbo quod mens apud se formãt, & concipit hæc tota texitur disputatio: cæteris missis, quæ huic negotio seruiunt minimè, aut si seruiunt promptum est quid sint: neq; tractatoribus molestiam ingerũt tãtisper dum inuestigatur quid sint. Nam cui vel rusti co non constat, quid sit verbum vocale, aut quid scriptum, & conceptus non vltimatus tyronibus dialecticis patet: nedum veteranis. Porrò autem mentale quid sit etiam exercitatissimis Theologis, atque consummatissimis philosophis vix sublucet, quid nam sit. At verò quia methodus est Theologica ex nostris diuina captare, primo quale sit verbũ mentale nostrum referandum est, vt legitimo gradu ad arcanum Dei verbum, vtcunque libandum progredi liceat. Et proferam primo D. Thom. sensum qui meo iudicio certius fortassis quã reliqui Theologi rẽ istã collimauit: & magis Augustino cõsentaneã protulit doctrinam. At vero satis fuse & sparsim de verbo meminit hoc mentali: & eius mentem ex multis locis à me coaceruatis suorũ librorum aperiam. Et primò scito apud ipsum verbum

Verbũ quid Theologis.

Conceptus non ultimanati.

Verbum mẽtale quid sit.

Verbum mentale nostrum gradus est ad diuinum.

non

non esse speciem intelligibilem, nam hæc habitus est, at verbum non est habitus. Nanque in dormiente nullum est mentale verbum. Adhæc verbum vocale explicat verbū mentale, at vocem exprimentes, non speciem intendunt exprimere sed sermonem interiorē, ergo species non est verbum mentale. ¶ Secundo verbum hoc mentale non est actus intelligendi, hanc habet lucidè. 1. part. quæst. 33. articul. 1. ipse autem ait, conceptus cordis de sua ratione habet, quod ab alio procedat, scilicet, à notitia cōcipientis, vides ne vt verbum procedit à notitia, siue ab actu intelligendi, ergo si ab eo procedit non est actus ipse, & rursum ait, verbum igitur in mente conceptum, est repræsentatiuum omnis eius quod actu intelligitur. Et ibidem articul. 3. inquit verbum esse conceptam rem ab anima quia hæc dicitur ab anima, & res illi cognitæ sunt eius dicta. Itaq; mens primo concipit species intelligibiles dein format actum intelligēdi: postremo prodit verbum, quod est ipsa res ab anima concepta. Propterea q; verbum est vltimum mentis opus. Et rursum, verbum mentale est in quo relucet ipsa res vt in luce manifestantur colores. Quamobrem & verbum hoc vocatur forma specularis: in ipso nanq; velut in speculo cætera cernuntur. Verbum præter hæc non formatur per simplicem intelligentiam, sed per actum diffinientis, aut annuntiātis: simplex nanq; apprehēsio nihil dicit, ideo verbi dote non gaudet. Quapropter necessaria est affirmatio, aut negatio, verbo formando mentali, itaq; verbum mentale est vltima mentis operatio & completum, & absolutum mentis opus, in quo ipsa sistit mens & cōquiescit: quasi in postrema & finali eiusdem mētis actione. Ex quibus liquidò cōmonstratur verbum mentale habere ex Thomistico placito esse obiectiuum, tametsi ipse alicubi dicit subiectiuè habere esse in anima: vnde Thomæ familiares nonnulli contendunt, verbum mentale, esse actum intelligendi vt formatus est ab intelligente: putantq; vt hæc duo, calefactio, & calor, solum differunt ratione, quippe calefactio est calor vt est in motu calor vero vt est in quiete: ita quoq; actus intelligendi & verbum se se gerere existimant. Nam credūt intelligere esse verbum in fieri, at intellectio est iam formatum verbum, & fortè aptior esset similitudo, si ex illuminatione, & luce, traheretur: nam intelligere citra motum est. Porrò vt dicebam, Thom. non hoc habet in sententiam vt impēdiò ipse sibi testis est locis in dicatis. Quod verò subiectiuè esse in anima Thomas testatur intellige verbum esse intra mentis domicilium: non quod sit qualitas hærens animę. Lege autorem opusc. 13. & 14. & 1. par. quæstion. 34. articu. 1. & 2. & quæstion. de potentia Dei quæstion. 8. articu. 1. & de veritate quæst. 4. & ex abundanti in comment. ad Ioan. si tamen autorem liber non mentitur. Scoto verò non arrisit Thomæ opinio: ideoque diuersam amat sententiam distinct. hac & 1. quæst. 3. articul. 1. quibus locis actum intelligendi verbum mentis esse tradidit. Quippe verbi est mentalis, rem manifestare: at quod primo loco vendicat sibi munus hoc actus intelligendi est. Nam si hic non manifestasset rem, nec verbum mentale illam proderet. Ita q; Scotus progenitorem verbi mentalis, dixit verbum esse, at Thom. non parentem, sed prolem voluit esse mentale verbum. Nanque intellectio parens verbi est, quæ res confessa est apud omnes, si tamen partus huiusmodi in mente admittitur, probatam habet suam Scotus sententiam: multa conducens in eius suffragium. Et testimonium August. 5. de Trinitate cap. 10, sibi videtur palmarium formata (ait) cogitatio ab ea re quam scimus verbum est. Porrò cogitatio non illud formatum, & obiectum, ab intellectu, sed ipsa notitia menti hærens est. Durandus item Scotizat in re hac cū ijs etiam qui classem ornāt nominalem. ¶ At vero si me arbitrum desideras, tantæ decernēdæ liti exordium ex Damasceno petendum arbitror, hic sanè in libr. 1. de fide orthodoxa ca. 18. de verbo paucula commemorat, in hæc verba, verbum est naturalis mentis motio: secundum quam mouetur, intelligit & cogitat, veluti lux ipsius, atq; splendor. Verbum rursus est quod internum, & in corde promitur & iterum verbum, est nuntius intelligentiæ. Est igitur Deus substantiale verbū & in propria subsistens hypostasi: sunt autē & triā alia verba in potentia animæ, & non in propria subsistantia considerata. Quorum primum quidem naturale mentis est germen: ex ipsa naturaliter featuriens. Secundum est internum. Tertium verò prolatū. Ex quibus obscurissimis sane verbis, non facilè iudicabit quispiā: quid de verbi senserit natura Damascenus. Verum scito priora verba, de diuino verbo esse exponēda vt cōtextus literæ dicit. Quod ergo ait verbum est naturalis mentis motio, &c. ad Dei verbum referas oportet. Etenim vocat diuinam motionem processionem. Est autem prima naturalisque diuinæ motio mentis,

Verbum mentale non est species neque actus intelligēdi.

Thomas elucidatur.

Verbum mentis est ultimū mentis opus.

Simplex rei apprehensio non est uerbum.

Thomistarū quorundam assertio.

Recto Thomæ intellectus.

Scotus de uerbo mentali pugnat cum Thoma.

Durandus Scotizat.

Decisio quæstio. ex auto ris calculo.

Exponitur Damascenus.

Diuinum uerbum est motio æternæ mentis prima.

mentis, ipsa diuini verbi generatio, vt secunda motio est Spiritus sancti processio, per hãc (ait) motionem mens intelligitur, mouetur, & cogitat: quippe diuinum verbum procedit ex intellectu paterno, & hoc moueri est Damasceno, vt diximus dudum. Item ex hac motione habet Dei verbum, & quod cogitatio sit diuina quæ intelligentia. Nam est notitia genita: ideo illi tribuitur & intelligere & cogitare. Et capitur cogitare metaphoricè vt & moueri, & motio: & hac ambage sermonis Damascenus hoc vnum exponere satagit, verbum Dei esse actualem notitiam diuinam, & quod insinuat patrem per verbum cogitare, & intelligere, non in eum sensum torqueas, quasi pater per filium intelligat, & non per seipsum, nam si in eum torseris modum pessimè Theologizabis. Nanq; pater per se ipsum vniuersa in se intelligit: sed quia in verbo exprimitur paterna intelligentia, ideo verbo vt exponenti patris conceptum tribuitur, & cogitatio & intelligentia, vt quod sit ars patris, & sapientia patris: & subdit vt se interpretetur veluti lux ipsius atque splendor. Id quod Paul. de filio prædicat dicens, cum sit splendor gloriæ, quid est splendor nisi manifestatio paternæ mentis, & quod addit verbũ rursus est quod internũ & in corde promitur. Ad idem referas, est enim verbum Dei in sinu patris & in substantia patris promitur. Nã pater ait, in me est, & ego in patre, & quod tertio adiecit verbum est nuntius intelligentiæ, æque est acsi apertius dixisset verbum diuinum nuntiat, & propalat diuinam paternãque intelligentiam. Et vt nihil hæsites de verbo diuino verba hucusq; fecisse subiecit, est igitur Deus substantiale verbum, idest, filius Dei, illatio nanque hæc friuola esset, nisi præhabitus sermo de verbo Dei texeretur, & acturus de verbis creatis tradit esse alia verba non substistentia, quale est quod denarrauerat verbum. Et hoc genus verba quę accidentalia sunt, tria esse commemorat primum est intellectio nostra, hanc appellat naturale mentis germen, quia à mente producitur, vt propago natiua eius, & vt aqua scaturit ex fonte, ita intellectio ex mente. Quia verò mens fœcundata intellectionibus illas componit, & diuidit, & componens res ipsas mens, atque diuidens interna quadam locutione sibi loquitur, hanc loquellam mẽtalem verbum internum vocitat. Postremum denique vocale est verbum August. Porrò non admodum abhorrere mihi videtur à Damascenico placito in.

Pater non intelligit per filium.

Verbum est mentis nati ua propago.

Quid uerbum Augustino os, spirituale mẽs est.

15. de Trinitate capitulo. 10. & capitulo. 16. 10. enim cap. finit verbum esse formatam cogitationem ab ea re quam scimus: quod in corde dicimus, quod nec græcum est, neq; latinum, &c. & duplex tradit esse & carnis os, & spiritus, spirituale os, mens est Augustino. Vnde illud Matth. 15. Quod procedit ex ore, coinquinat hominem, & subdit, quia cogitationibus nobiscum loquimur, ideo sunt verba, & Damascenus itidem verbum esse meminit per quod cogitat mens, &c. & capit. 15. & 16. duas narrat verbi conditiones aliam, quod sit verum, quia falsum verbum non est verbum, altera est quod sit perfecta cognitio rei: quippe si imperfecta est, non est formatum verbum, sed formabile, tandem finitionem priorem verbi creati esse commemorat. Nam Dei verbum non procedit ex cogitatione, quia cogitatio significat mentis volubilem actum, at Dei verbum non ex volubili procedit intelligentia: sed ex stabili atque æterna. Iam vero postquam istis te instruxi sermonibus, nostros facile hauries, sit ergo prima cõclusio seruata sermonis ex vsu Theologico proprietate, actus intelligẽdi simplex, non est verbum mentis. Probatur, quippe verbum est ex August. per quod mens secum loquitur, at verò actu simplici intelligendi, neque exteriori sermone, nec interiore homo se cum loquitur, dixi seruata proprietate, ex vsu Theologico, nanque ex vsu grammatico, etiã simplices voces significantes, verba dicuntur, vt hoc nomen homo, & iuxta hanc rationem funditur eius significatio ad partes orationis: quia non capitur modo verbum vt sit quod coniungatur per tempora & modos, vt ergo vox simplex significatoria est verbum vocale, ita & mentale esse simplicem mentis conceptum (vt dixit Scotus) vetat nemo. Vnde actus intelligendi hominem aut lapidem verbum est hoc pacto, at verbum simplex non compositum est.

Duæ conditiones quas habet uerbum.

Cõclusiones decisoriæ ex calculo autoris.

Partes orationis ut sunt uerba etsi sint simplices.

Scotus exponitur.

Secunda conclusio, ad mentem Augustini verba simplicia non sunt verba, sed affirmationes, & negationes, quatenus mens illis vt ens per illas vel affirmat, vel negat aliquid de aliquo: liquidam habet conclusio hæc probationem. Nanque verbum Augustino, vt prę loquuti sumus est loquutio & sermo interior, at loquutio sermo ve interior, est affirmatio, vel negatio, vnde Sap. 2. legimus. Dixerunt impij cogitantes intra se nõ rectè: & sequitur, quid dixerũt. Exiguum & cum tædio est, &c. vbi aspicis affirmationem internam

2. Conclusio.

vel

vel enunciationem esse locutionem animæ quam intra se gerentes sibi colloquebãtur, impij, & rursum illud dixit insipiẽs in corde suo non est Deus, id quod negatio est. Hæc autẽ interna colloquutio tum perfecta est, quando ex scientia exacta rei adepta proficiscitur, cõtestante Ioã. Quod scimus loquimur, & quod vidimus testamur. Ideò August. tradebat verbum esse cogitationem ab ea re quã scimus. Quia qui interno sermone loquitur qđ ignorat inanem fert sermonem, & mendacem, & quia inane verbum est quod mẽdax est, ideò Augu. negat esse verbum: quippe quod nihil explicat: ideo q; est falsum verbum.

3. Conclusio. ¶ Tertia conclusio loquutio interior refertur ad id quod loquimur, vt ad terminum vel obiectũ: vt exterior enim loquutio est ipsa enunciatio vt profertur: at verò quod loquimur per illam est significatum propositionis, siue enunciatum, vt siquis loquitur, Deus est immortalis, quod loquitur est esse Deũ immortalem: & hoc probatione non eget: esset enim in re aperta vti testibus nõ necessarijs. Ex hac tamen collige conclusione, non solum loquutionem esse verbum, quinetiam significatum ex ipsa donandum esse nomine verbi. Promptum est vtique hoc assertum: quãdoquidem propositio, & eius significatum cõgermanissimam habent significantiam, & eandem habet rationem, & Augu. est autor ad Ioan. ca. 1. tractatu primo. Cũ inquit: profertur hæc vox dissylaba, Deus, non est hæc vox, Deus, sed quod per illam cogito Deum immortalẽ, & immensum esse, tunc quidem in mente est de Deo verbum. En tibi vt significatum propositionis, est etiam verbum Augustino: & satis cõsentit cum vulgato sermone doctrina hæc. Etenim non solum sermonem vocalem dicimus verbum, sed ipsum quo q; significatum. Colligas silubet varias de verbo sententias extitisse, propter varia ad quæ fortasis aspexerunt autores. Quidam enim aduertentes verba quædam esse simplicia dixerunt verbum esse mentis actum, idest, intellectionem mẽti hærentẽ, & Damascenus propterea dixit esse mentis germen verbum. Alij verò aduertentes verbum esse eloquutionem, enunciationẽ interiorem, voluerunt esse verbum mentale: quando per illam mens sibi loquitur affirmãdo vel negando: & hoc volẽs etiam Damascenus dixit quoddam esse verbũ internũ. Alij vero ad rem repræsentatam apud intellectũ direxerunt sermonem. Res inquam vt dicitur apud mentem verbum quibusdam est, vt si mens dixerit rosam esse florem, hoc dictum mentale, quod sibi mens & dicit, & formatur creditur etiam verbum. Quod sanè est ens rationis, quia habet esse obiectiuum in intellectu, & vocatur hoc ens rationis conceptus obiectiuus, vt intellectio enim est recepta in intellectu subiectiuè, ita hic conceptus est oblata res menti, non tamen illi hærens. Quanuis me malè habet nuncupatio hæc. Etenim conceptus necessario est in concipiente, nisi abutaris voce, at vero hoc ens rationis quod habet esse obiectiuum apud mentem non concipitur intra mentalem sinum, sed extra, vt ergo est conceptus obiectiuus? ad hæc intellectus nihil agit extra se. Sunt porrò autores, quibus etiam fastidio est istud esse obiectiuum. At verò Commen. disp. 5. contra Algazellum dubio. 2. non longe abest vt hoc esse testetur obiectiuum, siquidem formas, aut, cõiunctas materiæ non esse scibiles, sed vt subtrahuntur à materia, ita sunt intelligibiles, seu scibiles, & hoc esse intelligibile habent apud intellectum. Participio enim gaudent intellectualis naturæ, non quidem simpliciter, sed secundum quid, ex consideratione intellectus videlicet, à qua nudantur à materiæ grauedine. Quanquam Commentator audiendus est de speciebus intelligibilibus, non tamẽ de illo esse obiectiuo, vt alibi differetur. De rebus vero præsentatis per huiusmodi species intelligibiles, Arist. scientiam dixit esse: & Scotus. d. 3. 1. sen. q. 6. hominem vniuersalem dixit habere esse obiectiuè in intellectu: id quod ego eò dixerim, quòd hoc esse obiectiuum, siue intelligibile esse, Thomæ placuit esse verbum, vt dicitur à mente, vt præmonuimus ex autore. Inuisum quoque est Durando hoc esse obiectiuum appellitare verbum, & nescio cur hoc inuisum habuit, cum alioqui ipse veritatem dicat habere esse obiectiuè in intellectu? qui de veritate concesit cur horruit de verbo mentali concedere me latet? Maximè cùm mens sibi vera loquens verbum formatur. Ego verò vt orsus sum dicere verbum puto latinis auribus, multa significare. Iam enim dictionem significat quamlibet siuè nomen sit, siue pronomen, &c. Iam verò orationem ipsam, vnde & facere verba loqui, & dare verba, idest, dicipere sermonis est latini: & dixit Terentius in Adelphis vetus verbum est, pro prouerbio. Hæc igitur quæ in vocibus extant, quia voces signa sunt conceptuum, ex mentis internis penetralibus prodeunt: ideò etiam est verbum mentale

Significatũ propositionis uerbum est.

Varia de uerbo placita unde emerserunt.

Conceptus obiectiuus quid sit & quod sinister sit sermo hic uerbum est cõceptus obiectiuus.

Durandus non probatur obserua de uerbo.

Verbũ mentis ad multas acceptiones se dilatat pro actu simplici pro ipsa compositione, &c.

tale quoddã, quod est simplex rei notio, siue sit vniuersalis, siue singularis nihil cunctéris il lam vocitare verbum, siquidem manifestatio rei est, quam manifestat menti cui insita est: est quoque verbum ipsa mentalis loquutio, per quam mens quidpiam apud se in suo quie scens silentio, sine vocum obstrepitu sibi loquitur: illa nempe quæ ex rebus accepit per simplices notiones. Et huiusmodi verbum quod cõcinnatur à mente ex simplicibus conceptibus, est posterius ipso simplici conceptu, vt patet. Denique huius verbi significatum Theologi quidam verbum esse, tradiderunt, quando illud menti repræsentatur & à mente dicitur, vt quando dicit mens leonem esse ferox animal, &c. vt supra iam commemoratum est. Multi sudant plusquam satis in enumerandis acceptionibus verbi, ex Augustino à quo studio supersedendum esse iudico. At qui volet apud Gabrielem legat distinct. hac. quæst. 1.

Verbum directum & reflexum.

Quæret ad hæc quispiam num verbum mẽtale ex reflexo conceptu ortum habeat? At verò verbum mentale simplex, simplicem diximus esse intelligentiam: ideoque eiusdem aliam esse notitiam nihil prohibet: & ita erit mentale verbum reflexum. Rursus & loquutionis internæ, quam dicebamus esse verbum compositum mentale, esse reflexam notitiam aliquando non ineptiet qui affirmauerit. Nanque mens sibi loquens poterit in suam se reflectere loquelam, aduertens videlicet, se, secum loqui, & sermocinari secum. Porrò conceptui obiectiuo, qui verbum est apud sanctum Thom. non video vt aptemus reflexum conceptum sui generis. Nam etiam si possit mens aduertere se habere in conspectu hominem in vniuersali, aut rosam, at huius obiectiui conceptus non format alium obiectiuum, sed simplicem duntaxat notionem. Quibus tamen accedat verba mentalia esse conceptus directos, tametsi illorum reflexio sit possibilis, & sæpè contingat.

Decisio quæstionis principalis.

Iam vero vt ad propositam quæstionem stylum aduomeamus, aduertendum iam est secundam personam sanctæ Triadis verbum in arcanis diuinisq; eloquijs vocitari. Id quod consultissimè à diuino spiritu, qui scriptores canonicos afflabat factum puta. Nanq; Theodoretus autor est libro. 2. de principijs verbum eò dictum filium Dei quo eius natiuitatem à patre credamus, citra diuisionem, aut violationem fuisse: imo potius ex opere intellectuali instar verbi nostri. Vt enim verbum nostrum à mente germinatur mentaliter, ita & diuinum ex paterna mẽte verbum. Quanquam longè præexcelsius est diuinum, quam nostrum verbum. Siquidem verbum Dei vt Damascenus prænotauit libro. 1. capitulo. 18. substantiale verbum, & hypostasis seu subsistens est, at verò verba nostra non item. Mens nanque creata non tanta vi pollet in suo edendo verbo, quantum diuina. Nostra enim producit verbum quod accidens est, sibi hærens, aut si de conceptu, quem vocant obiectiuum, facere verba animus est, sane obiectiuus hic conceptus subsistens non est, vt rosa, verbi causa, cõcepta. Est enim debile habens esse, tantum abest, vt sit subsistens. Est enim rationis ens à mente confictum. Nam vniuersale obiectum à mente fingitur. Et re- *Intellectio uerius habet esse quã uerbũ mentale.*
uera intellectio quæ menti hæret, & loquutio menti etiam hærens verius habet ob hoc esse, quam huiusmodi obiectiuus conceptus, quippe hic non hæret nec accidens est, neq; substantia est, sed ens ratione confictum imo & species intelligibiles verius sunt quam hic conceptus obiectiuus: nam sunt formæ menti hærentes à materia subductæ. Vnde quanquam conceptus hic obiectiuus commendetur ab autoribus, tanquam mentis proles, vtiq; non est cur ita commendetur, siquidẽ cõficta proles, & nõ vera proles est. At vero mentis sermo, siuè intellectio eiusdem, vera sunt mẽtis proles, ideoque magis referunt ex hac causa diuinum verbum, quam cõceptus obiectiuus. Deus igitur pater loquutus est in filio suo, ideſt, per filium suum, Paulo testante quã Ad Heb. 1.
do illum misit in mundum: hacque causa Christũ secundum carnem verbum legitimè esse est pronunciandum. Quippe manifestauit nomen patris mundo, illiusque maiestatem orbem docuit. At hoc est ex tempo- *Christus ut Deus & ut homo est uerbum Dei.*
re verbum, cæterum secundum diuinitatem quam accepit à patre, ante tempora secularia, est æternum verbum. Nanque pater se & creanda, & creabilia comprehendens æterno sibi loquebatur: ex qua loquutione protulit in sua substantia quod ipse loquebatur, & quod loquebatur, hoc est suum coæternum verbum. Et hoc sanè significat pro- *Locus ex Psalmo 150. exponitur.*
pheticus ille sermo, dixit dominus domino meo, sede à dextris meis. Qui dixit, qui- ue loquitur dominus pater est, loquutio autem est, sede à dextris meis, at loquutio dicentis patris, est prolatio, seu productio verbi dicti ad dicentis æqualitatem. Hoc enim est sedere à dextris Dei patris nempe sub-

Cur secunda persona uerbum nuncupetur.

pe substantiam eandem habere, quod loquutum est vel dictum, est à patre verbum cum ipso dicente patre. Creaturæ autem etiam loquente Deo producuntur: nam ipse dixit & facta sunt, & Genes. 1. vniuersam rerum productionem verbo Dei factam esse commemoratur. At filius etiam loquente Deo patre producitur, ideo & creaturæ verba dicuntur diuinitatis: at filius non diuinitatis est verbū, sed Dei patris est verbum. Nam diuinitas nō loquitur hoc verbum, sed pater, ineffabiliter hoc fatur verbum. Essentia enim non generat filium, sed pater, cæterū creaturæ verba sunt diuinitatis, sanè quia loquente Deo facta sunt omnia, at non loquebatur creaturis, vt sederent ad dexteram suæ celsitudinis, vt loquutus est filio, dicens sede à dextris meis. Ad hæc illis loquitur vt sint ex nihilo: filio verò vt sit ex paterna substantia: illis loquitur demum ex tempore filio verò ante tempora in sua scilicet æternitate: ideoq; filius est verbū excedens vniuersa alia verba. At dices cur nō nunquam diuinum verbum etiam vocatur sermo? extat enim oraculum ex lib. sapientiæ omnipotens sermo tuus domine, &c. & Hilarius. 2. de Trinitate loquens de filio Dei, sermo ait, cogitationis æternus est, cum qui cogitat est æternus & sæpè aliàs reperias apud August. Cæterosque nobiles Theologos, filium appellatum sermonem Dei. Atqui Erasmus Roterodamus & ante eum Valla in annota. ad. 1. Ioan. c. aptiorem putant nomenclaturam esse Dei filij ex sermone quam ex verbo. Nā græcè logos, quam dictionem scripsit Ioannes, significat sermonem, & verbū, & orationē, & rationem, & supputationem, & librum: quorum significatorum nullum aptius quam sermo, erat apud hos vertendum latine, nam sermo plura significat quam verbum, hoc enim est dictio simplex, & sermo est enuntiatio dicentis. Et Erasmus pro sua eruditione eximia multa congessit in hanc rem testimonia, quæ legere poteris loco prænotato. At verò arbitror versionem vulgatam, commodiorem esse quam si vertatur sermo vt Erasmus vertit in principio erat sermo, id quod ex tribus collectum iri existimo, nempe ex simplicitate, ex generalitate, ex origine, quam hoc nomē verbum præfert. Ex simplicitate sanè. Quia hoc nomen verbum simpliciorem habet significantiam, quam cætera quælogos significat, etenim sermo est composita oratio, ex nomine, & verbo, ideò si vertatur sermo cōpositio denotabitur in diuino verbo, id quod ex hoc nomine verbo neutiquam denotatur: sed verbi diuini simplicitas, haud dubium significatur: ideoq; ex hac causa insipientium offendiculum, atq; ignorantium lapsus facilius submouetur ex lectione vulgata, quam ex lectione quam Erasmus amat. Ex generalitate quoq; idem demonstrare non pigebit. Etenim generalia nomina Deo sunt aptiora quam particularia, & quantò magis generalia tanto sunt aptiora, vt hæc Deo sunt quam maximè aptissima, ens, verum, bonū, res, &c. quia abstractiorem habent significantiam. At verò verbum generalius est, quam sermo, quippe omnis sermo est verbum, non tamen cōtra quippe tendit se etiam ad nomina, pronomina, & participia, quæ sermo non sunt, ideò aptius redditur logos, per verbum, quam per sermonem, quando de diuinis agitur. Et tandem ex origine conficitur non fuisse logos vertendū per rationem, quippe ratio originem, nō præ sefert, quam tamen apertius ex nomine verbum discimus. Verbum enim palam ad dicētem refertur. Tametsi libratis exactius omnibus, siue verbum, siue sermo, siue ratio cōcinnè satis filio Dei cōgruunt. Verbum sanè ob ea quæ commemorauimus, sermo verò quia absolutius est verbum, atque perfectius est sermo quam verbum simplex. Nanq; ex dictione simplici pectoris arcana non pandūtur vt ex sermone. Quia ergo diuinum verbum exactissimè patris essentiam demonstrat, ideò sermo apte dici potest & dubio procul nō aliud iudico esse appellare filium Dei sermonem, quam veritatem. At docente scriptura sermo (ait) tuus veritas est, veritas autem, non est in verbo simplici at in sermone est. Deniq; ratio illi congruit, nō inepte siquidem est ars filius summi patris & ars ratio est faciendorum. At vt dicebamus ratio originem non denotat: ne q; repræsentatiua est, quanquam operaria est. Adde rationem esse ex discursu intellectus at verbum Dei non est ex discursu, at ex simplicissima Dei patris prodit intelligentia. Et tandem vt semel dicam, quanquam mihi probatior est vulgata editio in hac parte quā Erasmica propter ea quæ referebam paulò ante. At vero Eratmicam non damno ob eam quā dudum commemorabam causam.

Porro autem his missis non abre fuisset gentium indicare testimonia, quæ filium Dei verbum appellant. Nam Mercurius ille termaximus, filium Dei, & mentem Dei, & verbū perfectum ex se memoriæ prodit esse. Et Plato in Epynemonide verbum ait, diuinissimū

cœlorum

Creaturæ uerba sunt diuinitatis at filius patris est uerbum. c. 18.

Erasmus & Valla.

Vulgata lectio commēdatur.

Defenditur uulgata editio contra Erasmum.

Generale nomen.

Simplicitas.

Generalitas.

Origo.

Aptissime Dei filius & uerbum, & ratio, & sermo appellatur.

Gentium testimonia de uerbo.

cœlorũ excogitauit rationem. Idem & Philo Grecus &, Orpheus tradidere.&c. Quæ omnia succinctè percurro,quia illa Aug. Eugubinus lib. 1. de perenni philosophia.ca.24. & sequentibus eruditè satis est prosequutus. Proinde tuæ solertiæ erit illa exquirere ab authore. ¶ Extat nihilominus apud Lactantium verbum vnũ, quod moderatione eget, atq; recta interpretatione. Libro nanq;.4.diuinarum institutionum.c.8.&.9.tradit Christum esse Dei verbum sono & voce prolatum: id quod Claudianus itidem non reformidat cum Lactantio concedere. Christum enim Dei vocem nũcupat in hæc verba,vox summi sensusq; Dei. Qui autores nisi per metaphoram intelligantur non sunt audiendi: Christus enim est verbum mentale, non vocale,nisi Metaphoricôs.Quippe se habet instar vocis, vt Ioannes quoq; vox clamans in deserto appellatur. Adiecit præterea Lactãtius rectius Græcis dici logos ratio,vel verbũ, vel sermo, quam Latinis verbum Aug. verò lib.83.q.q.66. logos rationem interpretatur, vnde & verbum aliquando tradidit esse rei diffinitionem, quam mens apud se formando de re dicit. Neq; nos credit compotes fieri mentalis verbi,donec diffinitionem rei dicimus intra nos. Nanque ratio rei diffinitio est,& hoc Aug.voluit logon esse. Lege Augustũ.9.de Trinit.c.10.definitio ait, intempretantiæ verbum est eius.Sed de voce logos hactenus,quia quid sibi velit supra expressim⁹.

Lactantius et Claudianus explicãtur.

Iam verò si priora obseruasti, & non oscitanter illa hausisti, hanc quam subiũgam non diffiteberis conclusionem, quæ quæstionis titulo facit satis. Verbum vt de diuinis prædicatur personale nomen est, & non essentiale. Hæc in absoluto est,siquidem nomen diuinum originem significans,est personale,aut notionale: at verbũ originem significat:siquidem si verbum est à proferẽte est, vt de dono dicebamus,si donum est à donante est.Porrò conclusio hæc non est tam in cõfessio theologis,vt non sit controuersa. Durandus enim quę.vltima huius dist.planè illã diffitetur. Autumat enim verbũ esse nomen essentiale,& non personale,& quod non propriè diuinis aptatur. Actum enim intelligendi diuinum, vocat verbum diuinum, & hic actus intelligẽdi est essentialis, quia triadi cõmunis. Nãq; Pater se intelligit, & Filius, & Spiritus sanctus, & istæ personæ se intelligendo dicunt se,itemq; creaturas. At verò quia quodammodo producitur hic actus intelligẽdi, atque profertur iuxta modum nostrum intelligendi: idcirco vtcunq; appellatur verbum. Itaq; essentiale nomen est Durando,diuinam essentiam quæ formaliter est notitia infinita se & alia manifestans planè denotãs, & multis conatur hoc suum firmare placitũ. Indicat enim Anselmum in Monologio dicere summo spiritui, nihil aliud est quam cogitando intueri,ergo Dei intruitus est dicere: at essentia Dei est diuinus hic intuitus.

Conclusio responsalis.

Durandi placitum de diuino uerbo.

¶ Secundo, Quia filius Dei aut est verbũ manifestãs ratione essentiæ,aut relationis ratione, si primum,ergo essentiale est nomen, sin secundum non est verbum, quia relatio non est manifestans ex se. ¶ Tertium,Si verbum est res cõcepta & non actus intelligẽdi, ergo vel hæc res cõcepta est ad perficiendũ & absoluendum actum intelligendi, aut est tantum necessaria propter naturalem consequentiam huius rei conceptæ ad actum intelligẽdi,itaq; necessariò emanat verbũ ex actu intelligẽdi,si primũ annuis,igitur si act⁹ intelligendi est perfectissimus,non indigebit verbo,talis autem est diuinus actus:si secundum donaueris esse necessariam emanationẽ verbi ad actum intelligendi:vtiq; hęc emanatio est ociosa , si absoluendo actui intelligendi non est necessaria.At verò quia naturalis est emanatio ociosa nõ est, si verò actum intelligẽdi non perficit,cui rei seruiet? Hæc tamẽ argumenta non tanta sunt quanta Duradus illa fecit,si quidem de verbo nostro vertatur sermo,verbum ad perfectionem est actus intelligendi,siquidem ijs qui credunt esse conceptum,obiectiuũ verbum mentale,ille conceptus obiectiuu est res intelligibilis, ab intellectu deductis materialibus autoramentis siue conditionibus materiæ: & est obiectum proprium tale verbũ actus intelligendi vniuersalis & ita Thom.respõdebũt alumni Durando.Et rursum ruet Durandi argumẽtum, si dixeris esse vtiq; verbum mentale ad perfectionem,extrinsecam non intrinsecam actus intelligendi.Omnis nãq; effectus est extrinseca perfectio causæ vnde procedit: &, age, vmbra dissultat à corpore obiecto luci , iam quærã à Duran.Hæc vmbra,num est ad perfectionẽ corporis,nũ ad imperfectionẽ? sanè neutrũ sed est naturalis quædã resultãtia,si dixissem igitur idẽ de verbo mentali inculpatè dixissẽ. Quid quod in verbo mẽtali est quies intellectus tanquã in vltima illius operatiõe vel si mauis,vltimũ est operatũ, vel tandem partũ ab intellectu ex Aug.libr.9.de Trinit.

Defenditur Thõ.a Durand. obiectis.

Verbum mẽtale extrinseca perfectio est actꝰ intelligendi

c.9. vt præhabitus sermo docuit. Ideò probè dictum puta, quod dudum aiebã verbum mẽtale esse extrinsecam perfectionem intellectus. Porrò de diuino verbo si sermo instituitur longe aliter loquẽdum est, nanq; diuinũ verbũ esse in diuinis autoritas infallibilis scripturæ cogit vt credamus: imo vt dicebã paulo antè & philosophi eximij memoriæ prodiderũt, atque poetæ vetustissimi verbũ Dei carminibus suis decantarunt, & filio Dei tribuerunt, at verò hoc verbum diuinum non eò concedimus quò actus paternæ intelligẽtiæ illo egeat, vt intelligat se vel alia à se. Pater nanque per suam essentiam se absolutissimè intelligit, & omnia alia à se per suam intelligit essentiam, item Filius, itemque & Spiritus sanctus, vt & ipsa beatissima diuinitas, se per sepsam intuetur & alia à se in seipsa cõtemplatur, & per seipsam. Itaque Pater non eget verbo manifestante vt se intelligat, nec eo verbum producit quò egeat illo ad suam intelligẽtiam, imo ex perfectione & fœcunditate propriæ notitiæ producit verbum, vt neq; Pater & Filius egent Spiritu sancto vt se amẽt: neq; eò Spiritus sanctus spiratur quo se amẽt Pater & Filius: imo potius quia se amãt producũt Spiritũ sanctũ. Cæterũ quia filius ex vi productiõis habet esse notitiã, quippe qui est notitia à Patre genita, ideo solus ipse verbum est diuinum. Vnde quanuis sit Pater notitia, & Spiritus sanctus notitia, quippe sunt ipsa diuinitas: at verò filium speciali nomine genitam à patre notitiam appellamus. Quia ex actu intelligendi procedit, vt nos fusius diximus in 10. disp. 1. tradidimus & alibi supra, quando de processione filij agebatur. At verò Durandus qui semel docuerat Filium Dei non ex paterno prodire intellectu, sed ex naturæ diuinæ fœcunditate, cogebatur vt sibi cohæreret filium Dei negare propriè verbum esse, sed esse verbum impropriè fateri. At verò si serius contra ipsum rem hãc paramus non puto tutum esse admodum fateri impropriè verbum diuinum esse verbum. Lego enim D. Cyrillum cõm. ad Ioan. ca. 1. &. 4. dixisse errorem fuisse Arrij, & Eumonij asseuerantium filium Dei non esse propriè verbum: id quod tenaces in sua perfidia tradebant, ne cogerentur fateri si propriè erat verbum patris, esse quoque illi consubstãtialem, & homousion. Et Eumonius censebat Deo Patri esse quodam verbum insitum Christumque hoc participare verbum. At Arrius ex translatione credidit Christum esse Dei verbum id quod & Origenes testatur super Ioann. quæ sanè mea sententia non sunt probãda dogmata, docente Dionysio libr. de cœlesti hierarchia. ca. 2. Quædam esse nomina propriè de Deo dicta, alia in propria explicat priora esse intellectum, Deum, & esse verbum, cui cõcinnit Aug. 5. de Trinit. c. 6. & D. Cyrillus lib. contra Iulianum apostatam cõmemoratte stimonia non pauca philosophorum, quibus confessa erat hæc veritas filium Dei esse verbum. In quam rem quoq; incubuit Theodoretus lib. 4. de curandis Græcanis affectionibus, & lib. 4. de mundo, & indicat inter reliqua Plotinum insignem Platonicum, qui in libro de prouidentia tradidit à diuina prouidentia, & ab eius verbo totum hoc quod factum est emersisse. At verò quis credat tot tãtosq; præclarissimos philosophos impropriè vsurpasse hanc vocem verbum? meam re vera superat istud credere fidẽ, nescio si aliorũ. Et quid si oraculũ obseruamus diuinũ quod Ioan. prompsit c. 1. haud dubium propriè proclamauimus filiũ Dei esse verbum. In principio (inquit) erat verbum simpliciter ait, Deũ esse verbum. At verò si impropriè est verbũ, non verbũ simpliciter esset testaretur Ioannes, sed esse tanquam verbum. Quia quæ impropriè sunt talia, non simpliciter sunt talia: sed cum adiecto, vt Deus est quasi ignis, aut tanquã leo, &c. & demum vt hãc confodiam sentẽtiam argumẽtum volo instruere in Durandum hoc, vox hęc verbum impositа sanè est ad significandum verbum vocale. Nãq; à verberatu dicitur quia verberato aere profertur, & propriè hoc significat inde ad scriptum verbũ tensum est vocabulum: at verò verbum vocale, & scriptũ sine mentali prorsus significant nihil, ideo vocale verbũ etiam significat mentale, quia voces sunt signa conceptuum. Propriè ergo verbum, significat verbum mentale: cum autem diuinum verbum sit eximius verbum mentale præclariusque quam nostrum, cur tolletur à propria significatione verbi? Ego non video intelligoq; minimè, quare sit excludendum diuinum verbum, ne propriè significetur per verbum. & deniq; legimus psalmidicum Dauidem ceciniſſe, Dominus dixit ad me filius meus es tu. Et dixit dominus domino meo sede à dextris meis. Dicat similiter Durandus Deum dicere impropriè, quod si Deus propriè dicit ad intra, quoque propriè est verbum quod est dictum æternum. Lege supra distinct. 6. disputationem secundam. Et Anselmus

Verbum esse filiũ Dei etiam poetæ & philosophi celebrarunt scriptis suis.

Pater non egit uerbo manifestante vt se intelligat.

Refellitur Durandus.

Arrius et Eumonius Christum negabant propriè esse uerbum negabãt enim cõ substantiali tatem cum Deo.

Filius est propriè uerbum.

Noua argumẽta in Durandum.

Anſelmus exponitur dicere aliquãdo eſt eſſentiale.

ſelmus nihil officit. Nanque Anſelmo vſurpatur dicere vt ſit idem, atque intelligere id quod eſſentiale eſt.

Iam vero expoſitis iſtis omnibus concluſio noſtra præſcripta iam clara veritate conſtat verbum vt diuinis aptatur eſſe perſonale,& non eſſentiale, tametſi ex primaria inſtitutione non habet ſignificare perſonalitatem,ſed ſolum dictionem ſignificantem. Cæterùm quia verbum diuinum ex ſua productiõe hoc ſibi vendicat,vt ſit manifeſtatoriũ proindeque in ſcripturis ſanctis lux appellatur,& ſplendor,quia autore Paulo quod manifeſtatur lumine manifeſtatur. Propterea legitimè verbum nuncupatur, neq; tamen ſat eſt vt aliquid ſit verbum propriè eſſe manifeſtans,nanque quælibet res ſeipſam prodit,atque palàm facit: neque tamen ſubinde dixeris lapidem eſſe ſui verbum tametſi creaturæ omnes,quia Deo dicente factæ ſunt, Dei verba ſunt, quia cœli enarrant gloriam Dei at ſui non ſunt verba. Nam verbum originẽ denotat,& origo eſt ab altero, quia nihil eſt ſui origo, ideoq; arbitror verbũ eſſentialiter non eſſe vſurpandum theologis, ſi proprietatem ſermonis ament. Etſi Tho. hac diſt. nihil veritus eſt bifariam vſurpare verbum, & eſſentialiter vt ſit commune, & perſonaliter vt ſit proprium Dei filio, verùm hoc demus illi ſi ſermo nõ ſit exactus. Equidem exactius loquutus eſt in ſumma. 1. p. q. 34. artic. 2. Quo loco perſonaliter commeminit verbum dici de filio:& perſonale eſſe nomen,& non eſſentiale tradidit. Et vt ſemel dicam, vt donum proprietate vocis obſeruata perſonale eſt, ita verbum, quanquam verbum primò refertur realiter ad patrem, quem manifeſtat, ex vi productionis, ſiue ad paternam eſſentiam & ſecundario ad creaturas: quas propriè ex vi ſuæ productionis manifeſtat. Ideoque reſpectum rationis ſecundarium habet ad creaturas: etiam antequam proderentur in lucem creaturæ. Propterea filius & verbum, diſcrepant ex ſignificantia, quia filius nullum præ ſe fert reſpectum ad creaturas. At verbum vt manifeſtatorium creaturarum, ad illas reſpectum æternum gerebat rationis, tamen non realem. At verò donum vt de Spiritu ſancto dicitur,& ſi primariò originem denotet à Patre,& Filio, at vt donum eſt, aut donabilis, ad creaturas refertur, vt proprio diſſeruimus loco. Quauis ergo quæuis perſona diuina ſe manifeſtat beatis, non tamen continuò colligas ergo quælibet perſona verbum eſt. Item

Filius cur dicatur lux et ſplendor.

Nihil eſt ſui verbum.

Verbum eſt perſonale nomen.

Verbum donum.

Reſpectus rationis uerbi ad creaturas.

etſi eſſentia ſe manifeſtam eiſdem dat, non ideo verbum eſt, ſed ſolus filius, ſibi hoc vendicat, quod ſanè ex ſua origine gaudet & diuinitatem, & Patrem,& Spiritum ſanctum, & creaturas manifeſtare. Se autem filius manifeſtat quoque, non tamen ideo ſui verbum eſt, quia verbum ab altero profertur. At verò filius non ſe profert, ſed à patre mentaliter profertur. Et vltimum Durandi argumentum nihil premit hanc veritatem. Quærebat enim vnde filius habet quod ſit verbũ num ab eſſentia? num à relatione? dico enim habet equidem quod ſit verbum, neque ab eſſentia ſolum nam: vna eſt eſſentia Patri, Filio,& Spiritui ſancto, qui omnes non ſunt verba: neque à relatione, ſed ab origine ſua. Producitur enim ex actu intelligendi paterno, indeque habet & ſibi quam maximè legitimè,& germaniſimè ſibi conciliat verbi, & rem,& nomen.

Filius ex origine uniuerſa manifeſtat.

Durandi argumẽtum eneruatur.

Iam vero haud dubium argumenta abſolues in principio obiecta ſi prædicta memoriæ tenueris. Primo dicito actum intelligendi apud nos eſſe verbum mentale: at actus intelligendi formalis diuinus non eſt verbum: quia hic non habet originem ab alio, at verbum diuinum eſt notitia genita à Patre, quã etſi exiliter refert res à nobis concepta quæ parta eſt ex notitia ſcitarum rerum finali, vt ex Auguſt. colliges. 9. de Trinit. cap. 9. hanc enim partam ſiue conceptam rem ex ijs quæ ſcimus vocat ibidem verbum. Quam pleriq; philoſophantium dixere conceptum obiectiuum. ¶ Secundo dicito Græcorum placitum extitiſſe ſanctum Spiritum eſſe verbũ filij. Quia filium manifeſtat, Ille (ait dominus) me clarificabit, quia de meo accipiet. Cæterum abuſiua eſt locutio hæc, quia vt diximus non ſat eſt manifeſtatio ad exactam verbi rationem. Itemq; Damaſcenus libr. 1. de fide orthodoxa. ca. 18. Spiritum ſanctum vocitat imaginem Flij, quia purificat mentes vt imaginem reddant Filij. At verò abuſiuæ iſtæ ſunt loquutiones ſanctis dandæ, at à nobis non extendendæ: ne triadis peruertamus myſterium, ſi dixerimus duo eſſe verba diuina, geminamue imaginem.

Verbum diuinum notitia eſt genita nõ forma lis actus intelligendi.

Græcanica Theologia moderatur.

¶ Ex abundanti mihi porrò eſt ad ſummam redigere multa quæ lato ſermone de verbo diximus. Et quidem verbum quodam eſt perfectum, id quod enũtiatiuum eſt, quodam verò imperfectum, id quod ſimplex eſt, vt dictio quæuis. Et iſtud ſanè in voce & ſcripto reperire licet, proindeque in mente,

Summa materiæ.

Verbum duplex perfectum et imperfectum.

idem statuere oportebit. Nanq; mentalis sermo quo secũ homo colloquitur, & sermotio natur perfectum est verbum. Siquidem exactè enuntiat aliquid de aliquo, vel esse, aut non esse: tametsi sermo mentalis, sæpe fallax est, qui ob eam causam perfecti verbi nomẽclaturam illi iustè non aptabis. Tametsi secundum rationem enuntiandi perfectionem assequitur. Quippe propositio falsa verè propositio & perfectè enuntiatio est. Tametsi significatum eius nihil est, quia falsum est, ita & qui falsum secum mentaliter habet sermonem verè habet secum sermonem & perfectè loquitur sibi, at verò imperfectus, aut potius nullus est hic sermo: quippe qui fallax est, verbum autem mentale simplex quia nihil annuntiat menti esse, aut non esse imperfectum est verbum: at verbum est quia menti rem manifestat. Et hoc genus verba originem ducunt ex potentia & obiecto. Nanq; actus simplex quem diximus verbum imperfectum ab intellectu formatur: at sermo mentalis ab eodem etiam componendo, aut diuidendo concinnatur. Et vtrinque hoc verbum potius est verbum obiecti, quam mentis formantis. Nanque si formas notitiam bouis, hæc non mentem formãtem manifestat, sed bouem. Quod si manifestat mentem formantem solum quod est à posteriori, non tamen quid est: item sermo mentalis rem manifestat, & non potẽtiam vt dixeris probè hæc esse verba obiectorum, & non potentiæ: & potius dices esse verba intellectuũ quã intellectus, quia hæc verba qualis sit, aut quid sit mẽs nostra nõ demõstrãt, nisi imperfectè & à posteriori, vt causæ per effectus dignosci solent: ita potẽtiæ per actus, & functiones suas. At verò tertium quod diximus esse verbum res, scilicet, ipsa concepta, vt ab intellectu dicitur, originem quoq; habet ab intellectu à quo excutitur hoc verbum, tanquam mentalis quædam proles, & non à re ipsa, quæ extra est: nisi vt relucet ipsum intelligibile in phantasmate. Cæterũ etiam si ab intellectu originem solum ducat, quippe quod ens rationis est. Tamen neq; intellectum suum parẽtem demonstrat, sed est tanquam speculum quodam, vbi res aut rei natura ab intellectu contemplatur: & hoc verbum quò magis essentiam rei ostendit eò perfectius est, quãquam quia ostendendo essentiam non ostendit illius existentiam realem, nam essentia abstrahit ab esse hoc, propterea non potest vsquequaq; absolutũ verbũ esse: quia tametsi ostẽdat hominem esse animal rationale, non indicat hominem esse actu in re aut non esse: sed hoc sermoni mẽtali solum mandatur munus vt diximus. At verò diuinum verbum omnibus suis numeris absoluitur. Nanq; ostendit & Patrem esse, & Patris essentiam esse & extantes omnes præteritas & futuras creaturas, & oẽs creabiles. At nõ necesse est vt ostendat illas esse actu existentes: nisi quando in re existunt.

Verbũ perfectum et imperfectum.

Verbum est actus intelligendi et sermo mentalis & res intellecta.

Obserua.

Sermo mentalis ostendit rem esse, aut non esse

Porrò autẽ iam sinuosa satis sese insinuat quæstio. Nunquid diuinũ verbum ex cognitione creaturarum producatur: siquidem certo rem hãc cõtroueri ab Scoto cõtra Tho. Censuit nanq; Scotus diuinũ produci verbũ ex præcognita à patre essentia, non tamẽ ex præintellectis creaturis. Has enim tradidit à patre cognosci producto verbo. Quod ipse duxit esse secundum instans naturæ. Lege autorem. 2. Senten. dist. 1. q. 1. ar. 2. & in quod. 14. art. 2. & in. 1. dist. 32. q. 1. atqui se cõduxit Scotus vt ita duceret, quia existimat in. 1. dist. 35. Creaturas ab æterno productas à Deo in esse cognito, id quod est esse quodã diminutum. Vnde si dixisset creaturas præintelligi à patre producendo filio, iam tũ creaturæ prius producerentur in illo esse cognito quam verbum, id quod formidans Scotus vt euitaret incõmodum asseruit verbum non produci creaturis præintellectis, sed post intelligũtur producto verbo: imò solum voluit productũ verbum ex cognitione diuinę essentiæ. Itaq; nec personæ diuinæ cognoscuntur primo ante verbi productionem, sed solùm concomitanter. Quippe quæ eędem sunt essentia, & rem istam agit multis. Et primò si præintelliguntur creaturæ producendo verbo, ergo fit mior ratio poscit vt preintelligatur verbum producendo verbo, & ita verbum ex verbo proderetur. Secũdo etiam diceres creaturas præamatas producẽdo Spiritui sancto, & ita ex amore contingẽte produceretur Spiritus sanctus. Tertio, si ex preintellectis creaturis verbũ exoritur, ergo verbi ad creaturas esset relatio realis. Thomas verò diuersum elegit sibi placitũ. 1. p. q. 34. art. 3. ex creaturis. n. putat præintellectis verbũ produci. Siquidẽ ex cõprehẽsiua notitia verbum producitur. Est autem cõprehensio essentiæ, quando omnia quæ in ipsa relucent apprehẽdũtur. At verò duo (si meam aues audire sentẽtiam) considerandavenuntin verbo diuino, huic instituto deseruiẽtia. Aduertimus. n. hæc duo originẽ, & manifestationem. At manifestatio sibi cõ

Quæstio difficilis annexa. num diuinum verbum ex notitia creaturarum procedat.

Scotus exponitur.

Argumenta suadentia Scoticum cõmentum.

Autoris Calculus.

petit

Origo et manifestatio in verbo diuino.

petit ex origine, origo autem verbi est sanè à patre, tanquam ex persona producēte. Nanque essentia non est producens, neq; cognitio essentiæ, sed cognitio essentiæ est, vnde pater verbum producit. Quod vocitāt Theologi principium quo: quia vero filij origo est vnde cunq; absolutissima, est enim infinitè perfecta, necesse est & quod persona producens sit infinitè perfecta, & principium quo item sit infinitum. Quia ergo cognitio essentiæ est principium quo producitur filius, infinitè perfecta, necessario est hęc cognitio siue scientia hæc diuinitatis, cæterum si tantum esset diuinæ essentiæ cognitio hęc, & nō creaturarum fieri nequit, vt sit infinitè perfecta: quando quidē creaturæ necessario repræsentātur in diuina essētia: igitur pater cognoscēs in illo Scotico signo originis primo essentiā non cognitis creaturis imperfectè cognosceret suam essentiam, quippe non cognosceret omnia quæ comprehenduntur in sua essentia. Imò si rem libratius pendis, esset notitia hæc creaturarum confusa, tum quia cognita essentia quæ continentur in essentia saltem confusaneè cognoscuntur. Vt viso toto partes vel confusè cognoscuntur, quæ sunt in toto. Nam quanuis creaturæ non sunt partes essentiæ diuinæ at in illa eminentius comprehenduntur, quam partes claudātur in suo toto. Et ad hūc modum verbum produceretur ex distincta notitia essentiæ, & confusanea sciētia creaturarū, id qđ ego certè si non alij, plus quam maximè reformidarem concedere. Quamobrem arbitror principium quo huius diuinæ & ineffabilis generationis diuini verbi esse notitiam diuinæ essentiæ: & omnium in ea necessario repræsentatorum. Id quod ne te cespitātem reddat aduertes, scientiam diuinam geminam de creaturis esse, aliā sanè quam vocitant simplicem intelligentiā, aliam denique quam visionem nuncupāt vel visiuam scientiam hæc vtiq; scientia est creatorum, vel creandorum: at prior est creabilium. Inter quas duas scientias hoc discrimen esto. Scientiam visiuam aut visionis, amorem diuinum erga creaturas in se claudere. Nā Deus creat ex amore, & producere creaturas est illas amare, vt produxisse est amauisse. Ideoque hæc scientia non est necessaria, nanque liberum est Deo non producere creaturas: siue non amare. Et quas produxit potuit non protulisse in hanc lucem, quod si disposuisset æterno nihil producere ex potentia in actum, id est, ex nihilo in existentiam, vtique nulla esset scientia visionis quæ vt dudum dicebam est de creatis, & creandis: cæterum scientia simplicis intelligentiæ necessaria est, quippe quæ creabilium est, id est, quæ creari possunt, & hæc necessario relucent in diuina essentia, ceu ea quæ ab ipsa creabilia sunt. Vnde qui scientiam habet diuinæ essentiæ, & non horum necessario in ea relucentiū non habet scientiam vsquequaq; perfectam diuinæ essentiæ, neq; illam comprehendit: quia non cognoscit vniuersa ea ad quæ se extēdit essentiæ diuinæ potestas, quę sunt infinita: si ergo pater in illo primo signo originis non habet scientiam creaturarum, non comprehēdit potestatem suæ essentiæ, ergo neq; comprehēdit suam essentiam. Iam verò si hæc ita se habēt quomodo productio verbi est vndequaque perfecta, si principiū quo, id est, cognitio diuina non est vndecunque perfecta? At verò de amore longè aliter Theologizabis, nanque poterit amare pater suam essentiam perfectissimè, nō amatis creaturis. Nam amor creaturæ est voluntas producendi illam ad esse quod non habet. At verò hoc liberum est Deo & producere & non producere, at non est liberum Deo repræsentatas in sua essentia creaturas possibiles non intelligere ad sensum expressum. Atqui cū manifestatio cōsequatur originem, vt origo est perfectissima, ita & manifestatio ex verbo erit etiam perfectissima. Quapropter patrem ostēdit verbum & essentiam patris, nec prius hoc quā illud, sed æque primo, quippe pater est persona producens & essentia est principium quo producitur: & non solum patrem manifestat verbum, quin essentiam & creaturas: & etiam ex horum scientia procedit, quin etiam ex verbo prægnito à patre procedit verbū: & ex Spiritu sancto præintellecto. Itaq; non concomitanter intelliguntur personæ, vt aiebat Scotus, sed præintelliguntur producendo verbo. Vt rectè dixeris producendo verbo Beatam Triadem esse præintellectam. Nāq; se intelligit pater, & essentiam suam, & filium, & Spiritum sanctum, & ex hac beatissima & absolutissima vndecunq; notitia gignitur verbum. Etenim vt aiebam, verbū hoc ex notitia comprehensiua diuinitatis procedit, quam pater non haberet, nisi se, & essentiam suam, & ad quæ extenditur potestas suæ essentiæ cōprehenderet, ideo triadem totam prægnoscit pater, producendo verbo suo. Neq; tamen arbitreris ex scientia visionis verbum produci, siqui-

Scotus refellitur.

Notabis egregiè.

Scientia diuina duplex

Verbum diuinum necessario procedit ex scientia de creaturis quæ est simplex intelligētia.

Ex scientia simplicis intelligentiæ proceditur verbum.

Valde hæc nota.

dem hęc ſcientia amorem non combibit, ſeu includit creaturarum, ideoque poſterior eſt productione verbi: Siquidem ordo ille ſacerrimus, q ad intra eſt, in diuinis perſonis prius cõpletur, quam ordo ad extra. At verò ſcientia viſionis eſt quia refertur ad creaturas productas vel producẽdas ob eam rationem pertinet ad ordinem ad extra, idcirco hæc ſcientia poſterior eſt ipſo verbo producto: cuius productio ad ordinem ſpectat diuinarum perſonarum internum. Porrò ſcientia ſimplicis intelligentiæ quia creaturarũ eſt vt à Deo creabiles ſunt, non vt creantur, aut creabuntur, ideò neceſſaria eſt hæc ſcientia diuino intellectui, qui creaturas ſub prędata conſideratione neceſſario intelligit. Ideoq; ad ordinẽ internum ſpectat. Quamobrem ne mireris quod diximus, ex huiuſmodi ſciẽtia verbum prodire diuinum. Vtinam Scoto placuiſſet de ſciẽtia viſionis ſuum interpretari placitũ, & nos lubẽtes iremus in eius ſententiam. Nã de altera ſcientia veniam donet: quia nos illi fidem non præſtamus. Quanuis non me lateat Picum illum Mirandulanum in conclusionibus theologicis ſuis Romæ habitis corã Pontifice maximo, Scoto acquieuiſſe, creaturas tradenti cognitas à Deo poſt productum verbũ. Et eſt cõcluſio. 4. ſed etiam hũc inuoluent noſtra argumenta vt Scotum. ¶ Hinc tu ſeriò qui theologizare ſtudes mecum conſidera quam perfectiſsimum Dei verbum ſit ex origine ſua, quippe quod ex manifeſtiſsima notitia & diuinorũ, & creaturarum à patre generatur. Itaq; germaniſsimè verbũ appellatur, quippe quod manifeſtiſsimè exprimit omnia ex ſua origine. Proindeque verè apellatur lux. &c. Argumẽtis Scoticis primò dicito verbũ ex notitia paterna eiuſdem verbi producitur, non tamen ex verbo: ſiquidẽ illa notitia eſt principium quò, non quod. Secundo reſpõdebis ſecus multo eſſe de amore creaturarũ quam de ſcientia vt patuit. ¶ Tertio, clara eſt reſponſio, ſiquidem verbi ad cognitionem diuinam creaturarum nõ eſt realis relatio, quia huiuſmodi notitia nõ eſt principium quod, producens creaturas, ſed quo; vt præſcripta te docebũt. Tandem tibi colligе cauſam cur circũfertur à theologis hoc ,p loquium tanquam exioma beatis manifeſtari omnia in verbo, quæ illis (ſubaudi) referantur. Siquidem non magis neq; plura manifeſtat beatis verbum, quam cęteræ perſonæ: at verò dictum puta hoc attribui verbo, quia ex origine ſua manifeſtatiuum eſt. Denium Scoticum commentum de eſſe cognito creaturarum, ſine fulcimento veritatis commentum eſt: nam illud eſſe productũ ſi reale eſt, creaturæ ſunt Deo coæternæ, ſi rationis eſt non eſt productum eſſe à Deo. Nanq; productum à Deo non eſt ens rationis, quomodo ergo ipſe finxit illud eſſe cognitum creaturarum eſſe à Deo ab æterno productum, ſi rationis eſt ens? Et quidam Petrus Abailardus hæreticus dogmatizauit eſſe quodam ens reale, quod nec erat creator neq; creatura, & talia videntur hæc Scotica entia de qua re infra diſt. 35. fiet mentio.

Ordo ad intra prius cõpletur quã ordo ad extra.

Verbũ non procedit ex ſcientia viſionis.

Picus Mirandulanus taxatur.

Ad argumenta Scoti

Quid uelit axioma theologicum.

Omnia manifeſtari beatis in uerbo.

DISTINCTIO VIgeſimaoctaua, Cuius initium eſt.

Præterea conſiderare oportet.

Diſputatio. 1. Num innaſcibilitas Patri propria eſt?

LET videbitur alicui fortaſsis Patri non eſſe propriam. Etenim Spiritus ſanctus eſt innaſcibilis: eſt enim innaſcibile quod naſci nequit, talis eſt Spiritus ſanctus: quia filius non eſt, ergo innaſcibilis eſt. Quia in diuinis quod non eſt, eſſe non poteſt. 3. Phyſicorum. text. 32. ¶ Itidem & eſſentia videtur innaſcibilis, quia neq; generat nec generari poteſt. 1. Argum. 2. Argum.

¶ Tertio, Si eſt patri proprium eſſe innaſcibile, vel eſt abſoluta proprietas, vel relatiua, non abſoluta, ſiquidem naſcibile eſt relatiuum ergo innaſcibile non eſt abſolutum. Siquidem priuatiua ſubire genus idem cẽſentur quod poſitiua. At vero poſitiuum hoc naſcibile eſt in genere relationis, igitur & innaſcibile: At neq; relatiua eſt proprietas, nam tantum diuinitas quatuor habet reales relationes, ſin verò innaſcibilitas eſſet relatiua proprietas, eſſent equidẽ numerandæ, quinque proprietates relatiuæ. ¶ Quarto, Vel innaſcibilitas eſt proprietas patris aut notio, non proprietas, vt ſecundum colligebat argumentum, ergo erit notio: at neq; hoc ſiquidem notio eſt quæ notificat diuinam perſonam, cæterum innaſcibilitas notificare nequit, igitur, probatur minor, priuatiua enim notificatoria non ſunt, etenim priuatiua noſcuntur per affirmatiua germaniora, igitur notificandis diuinis perſonis affirmationes 3. Argum. 4. Argum.

aptiores

aptiores quam priuationes sunt: Innascibilitas autem priuationem denotat natiuitatis, igitur si priuatiuum nomen est, notificatorium non est. ¶ Quintò priuatiua nomina de Deo prædicantur, quibus submouentur imperfectiones creaturarum à Deo, qualia sunt hæc, immensum, immortale: at innascibilitas non huiusmodi est, ergo patri tribuenda non est.

5. Argum.

¶ In diuersum est Hilarius quarto de Trinitate non longè à fine libri, est vnus ait, ab vno, ab ingenito, genitus proprietate videlicet in vnoquoque & originis & innascibilitatis, qui locus innascibilitatem nuncupat patris proprietatem.

Disputatio hæc vt & cæteræ cum ex varietate placitorum obscura est, tum maximè ex materiæ celsitudine. Etenim cum claro intuitu diuinitas nobis non pateat, necesse est vt ita nos geramus in diuinis cognoscendis vt is qui longe procul rem aspicit, qui decernere nequit quid sit, aut quale sit, quod vidit: etiam si se quidpiam videre confusè non dubitat. Igitur de proposita disputatione hac Bonauentura (vt supra indicabam) & si fateatur innascibilitatem esse priuatiuum nomen, ex nominis prætextu: at ex re ipsa esse nomen positiuum testatur. Significat enim autoritatem paternam in sancta Triade: atq; fontalem plenitudinem: & hoc colligit multis in dist. 26. Quanuis dist. hac. 28. q. 3. in melius videtur fortasse mutasse sententiam. Innascibilitatem existimans esse priuatiuũ nomen prorsus, & re, & nomine. Neque innascibilitatem proprietatem esse patrem constituentem. Nam proprietas constituens est tã quam vltima differentia quædam indiuidualis, quę positiua necessariò est, quia vltimum personæ complementum est: Illiq; intrinseca: & tanta constituendi personam dote priuatiuam orbatur necessario. Prioris tamen sententiæ S. Tho. 1. p. q. 33. ar. 4. ad. 1. meminit & memoratã reijcit. Siquidem illa vniuersalis autoritas fontalisq; plenitudo cuius Bonauentura memmerat, paternitati, & spirationi actiuè congruunt. Quapropter innascibilitas esset idē quod paternitas, atq; spiratio & innascibilitas illas includeret tanquam cõmune proprium. Ista nanq; fontalitas plenitudinis nihil aliud est quam originis principium, at originis principiũ includit sub se hæc duo & paternitatem, & spirationem, actiuam. Quapropter non essent quinque notiones in diuinis sed solum. 4. Paternitas, Filiatio, spiratio actiua, & passiua. Siquidem innascibilitas si est fontalitas plenitudinis eadem est quæ illa duo quæ diximus includere, vt commune proprium. Scotus verò aliorsum produxit sermonem suum fontalitatem hanc plenitudinis dicens esse prorsus idem quod diuinitas. Vnde pater habet quod sit productiuus filij & pater & filius productiui Spiritus sancti. Vnde Bonauenturam etiam Scotus non recipit vt illi subscribat in re ista. Et nisallor vrgentior est Scotica ratio quam Thom. quippe fontalitas plenitudinis non ex proprietate relatiua, adest patri sed ex diuinitate vt suo præscripsimus loco: imo ex Thom. sententia nos quoq; decreuimus, nũc verò tradit Thom. fontalem plenitudinem esse paternitatem & spirationem, vt retulimus pauloantè. Porrò autẽ vt sensum ad apertiamus nostrum, inde indicari decisionẽ huius disputationis ordiri, vnde & omnes disputationes si legitimæ sint decidendæ ortũ habeant est necesse, idest, à vocabulorũ significantia. At qui innascibile & ingenitũ Augustinopro eodẽ vsurpantur: & apud ipsum Synonoma censerentur, tametsi de innascibili non ita meminit vt de ingenito. 5. de Trinitate. ca. 6. Vox porrò hæc ingenitũ D. Ambrosio. lib. de incarnationis dominicæ sacramento. c. 8. horridula visa est, illamq; egrè audiebat, quia illam non legerat in Canonicis scripturis: & quia neq; hanc legerat innascibilis consequium est, hanc quoq; egrè tulisset. Vnde & Scotus hac dist. collegit sibi olim apud veteres Theologos non fuisse quinque notiones: quia ingenitũ nõ recepit Ambrosius. Quare id tẽporis nõ erat in vsu Theologis innascibilitas. At labẽtibus tẽporib⁹ excogitata fuit, atq; cõmuni probata calculo. Ego tamen meo calculo non probo, Scoticã hanc sententiam. Nanq; arbitror per vetustã esse hanc notionẽ, & iam diu in ecclesia Dei probatissimam. Lego nanq; Athanasiũ. lib. 10. de Vnitate fidei ad Theophilum Patrem esse innascibilem dicẽtem, & filium natum, & Hilarius. 4. de Trinitate in eandem rem, &. 9. de Trinitate prope medium à me supra fuit indicatus. & in concilio Toletano. 11. Pater traditur innascibilis, & filius natus. & Augustinus qui fuit coætanus Ambrosio nõ exhorruit patrẽ dicere ingenitũ. 5. d Trinit. c. 6. & hoc vt notionẽ patri cõpetentem tribuere illi. Et revera nõ est cur formidetur vox hęc, siquidẽ & si non legamus Patrẽ innascibilẽ, aut ingenitum, legimus tamẽ filium esse genitum,

Placitum Bonauentu. & aliorum.

Innascibilitas fontalem denotat in patre plenitudinem.

Fontalitas plenitudinis.

Decisio quæstionis ex autoris sententia.

Ambrosius egrè tulit vocem ingenitus.

Quæst. 1. respondens argumen.

Scotus non probatur.

Innascibilitas antiquissima notio apud ecclesiasticos autores.

tū,& credim⁹ filiū nō esse Patrē. Et tu obiter expēde quod Augustinus probat, Ambrosi⁹ reijcit. Nā in vocabulo ingenitus, nō sibi cō sentiūt vt prædiximus. Præter hæc obseruabis quoq; Damascenū lib. 1. de fide orthodoxa. c. 9. tradentē hæc. Quapropter quæcunq; habet pater filij sunt, præter ignascēdi ꝓprietatē: quæ nō significat subsātiæ differentiā, neq; dignitatis, sed subsistētiæ modū. Quo loco etiā ignascētiā, quā ipse appellat & nos innascibilitatē, subsistētię modū, ait. denotare, nō dignitatis differētiā in personis: ergo innascibilitas ex Damasceni testimonio, nō denotat autoritatē vniuersalē, vel illā fontalē plenitudinē etiamnū refragāte Bonauētura, quę duo tñ dignitatē quādam præferre quis hæsitabit? nemo sanè, q Damasceno fidē habeat.

Quid innascibilitas denotet Damasceno.

Ingenitum pro innascibili.

At verò quia diximus ingenitū vsurpari Augustino pro innascibili, aduertas oportet ex eodē Damasceno loco indicato dudū, ingenitū homonymum esse. i. æquiuocū, etenim ingenitum iam idem est atq; increatū: & ita tres personæ diuinæ sunt ingenitæ, vt etiam ipsa diuinitas: & rursum significat idē quod non genitum: & quod dixit ipse de priuatiuo cēsendum erit de positiuo. genitum enim aliquando est idem quod creatum, aliquando verò genitum est quod ex sibi simili in specie productum est. Quamobrē primam si obseruas significantiam vniuersa in exordio seculorū fuerūt à Deo genita. i. creata, sed secūda retenta non itē. Nanq; primus humani generis parēs nō fuit genitus: nāq; ex altero homine nō fuit editus & de cæteris similiter dicto. Vnde ostēsionem exhibet Damascenus diuinarū personarum tres exhibēs personas, Adam, Seth, Heuam. Adam ingenitus. Seth genitus. Heua procedens ex costa Adæ, qui tres etiāsi differūt in modo subsistēdi ex ingenito, & procedēte, eadem tamē humanitatis natura potiti sunt, ita & Pater & Filius, & Spiritus sanctus differūt in modo subsistētiæ: ea dē tamē gaudēt diuinitatis natura. ¶ Tertiò, obseruabis vocabulū hoc notio, apud Aristotelem cōceptū animæ significare. Libro nanq; de sensu & sensili. c. 1. docēs auditū plurimū disciplinę cōferre, subdit causam, quod nomina sunt quarūdam notionū Symbola. i. notæ cōceptuum, vel signa. At vero Theologis vsurpatur notio, non pro cōceptu mētis, sed pro ratione notificāte personas diuinas: existimat aūt Tho. 3. esse necessaria ad huiuscemodi rationē notificātem personā diuinā, & originē & dignitatē, & specificationē. Origo sanè est actiua alia, alia passiua, prior est à quo alius, passiua verò quis ab alio, dignitas porrò est necessaria, quia notificare personā dignitatis est: nā persona dignitatē prę se fert vt nos exposuimus, quādo de persona agebatur. Specificatio verò est necessaria, qa generalia exiliter notificāt: tu cōsule autorē. 1. p. q. 32. ar. 3. ad. 4. &. 5. Ex quo tibi repones notiōes diuinas significari nō vt res, sed vt ratiōes personarū diuinarū. Tametsi notiones verè sunt & realiter in diuinis, itaq; proprietates personales significātur vt res. ſ. paternitas, filiatio, & spiratio. &c. At notiōes, nō vt res, sed vt rerū notiones. Etenim innascibilitas quę est notio, & nō proprietas, nō potest significari vt res, est. n. priuatiuū nomen: nō ergo significatur vt res: sed vt notio diuinæ rei. i. primæ personæ. Hæc autē cādidè habeto, nāq; paternitas & filiatio. &c. notiones etiā sunt, & significātur vt res: at quod dicimus est ꝓprietates personales nō significāt res, vt notiones sunt, sed vt ꝓprietates sunt diuinæ, vt sermo sit formalis: & ita rectè intelliges Tho. 1. p. q. 32. ar. 2 ad. 2. Hinc habeto quoq; cur improcessibilitas nō relata sit inter notiones: tñ est patri germanissima, & patrē satis videtur significare, vt improducibilitas, imo quia nō satis notificāt, ideò neq; ꝓcessibilitas, quæ cōis est filio & Spiritui sancto, neq; improcessibilitas, aut improducibilitas, quæ singulares sunt in patre in numero notionū sunt repositæ: quippe 3. cōditio notioni necessaria est specificatio, At vero processibilitas, & producibilitas nō specificāt processionis rationē, quia sunt generales duabus ꝓcessionibus diuinis, imò cuiuis processioni, idcirco reijciētur à catalogo diuinarū notionū. Itēq; & improcessibilitas propter eādem rationē, vt improducibilitas. De inspirabilitate autē proprio egimus loco, cur nō sit notionibus diuinis annumerāda.

Exemplum triadis ex creaturis.

Notio quid Aristo.

Notio quid Theolo.

Origo dignitas specificatio notioni necessaria.

Notio et proprietas.

Proprietas ut res denotatur notio uero non ut res sed ut notificans rem

Thomas explicatur.

Processibilitas, et improcessibilitas non sunt notiones.

¶ Distinguit ad hæc Tho. inter notiones personales & personarū. Putat. n. ꝓprietates cōstituētes personas paternitatē inquā, filiationē, & spirationē esse, sanè notiōes personales, quippe cōstituūt & distingūt personas, cæterū innascibilitas & cōis spiratio, quippe non cōstituūt, tametsi distinguāt sunt sanè notiones personarū, non tñ personales, vt est videre apud ipsum. 1. p. q. 32. ar. 3. tñ si quis non ita rigidam obseruasset locutionē nō esset arguēdus, modo certū teneat innascibilitatē nō esse proprietatē personalē, neq; spirationē cōmunē. Quod si dixerit alioqui notiones esse personales. i. notificātes ꝑsonas inculpatè dicet.

Notio personalis & personalis.

Sermo Theologicꝰ ut temperãdus.

cet. Nã personale vsurpatur Theologis cõtra essentiale: illaque vocãt personalia quæ non sunt essentialia. Deniq; rem tene, & de sermone canonem obseruato hunc, vt is sit quẽ vulgata Theologorum schola non horret.

4. Obseruatio.

¶ Quartò obseruabis hæc vocabula notio, relatio, personalis proprietas, sese habere vt superius & inferius. Nã quidquid est personalis proprietas, idẽ est relatio, & notio, & quid quid relatio est, etiam est notio, at notio aliquid est quod neque relatio est, neque personalis est proprietas. Nãque innascibilitas est notio, & non est relatio, tametsi ad relationẽ reducatur, vt quod affirmationis est genus, est negationis genus, vt Augustꝰ docet apud Magistrum in litera: & est vera Arist. doctrina, quod enim homo affirmat, non homo, negat, & quia homo substantiã significat, substantiã non homo negat, & quia nascibile originis relationẽ denotat, reliquũ est vt innascibile illam relationẽ etiam neget: ideoque ad relationem reducitur innascibile, tametsi relatio non est. Quia relatio est ens positiuũ, & non priuatio, quã præfert innascibile. Vt neque cæcitas est visus, sed huius carentia & orbitas luminis visiui. Rursum quædam est relatio quæ non est cõnumeranda inter proprietates personales, quæ est spiratio cõmunis patri, & filio, vt suo ostendimus loco.

Notio relatio personalis proprietas ut sese habent.

5. Obseruatio.

¶ Quintò, annotabis hoc nomẽ innascibile, esse dubio procul priuatiuum, qvt certius spectes, scito huiusmodi nomina nõnunquã vsurpari pro infinitis nominibus vt æquè sit innascibile, atque non nascibile, ingenitum. 1. non genitum, improducibile nõ productũ tumque negatio sumitur infinitanter: nonnũ quam vero capitur negatio priuatiuè, sic significat igitur innascibile priuationem natiuitatis. Nanq; præpositio, in, originem ex natiuitate negat. Et quanquam sunt alia nomina quæ in vniuersum originem negãt ab alio vt improcessibile, & improducibile: at verò vetustis Theologis nõ collibuit hæc vsurpare, sed vsurparũt innascibile: & miratu dignũ cur ita gestum ab ipsis fuerit, siquidem innascibile non negat processionem omnem ex significatu suo, sed solum ex natiuitate: cætera vero prorsus originem ex alio demũt. Propterea aduertere oportebit non temerè hoc factum ab ipsis, siquidem aduertebant notionì necessariam esse specificationem, vt notificet personam cuius est notio. Expendebant porro in Patre esse paternitatem, ex qua satis notificatur pater relatus filio: at verò considerabant præterea etiam patrem esse personã primam diuinam, id quod non notificabatur abundè ex paternitate: nanque paternitas etiamsi sit prima ordine ad filium, non tamẽ colligebatur esse primam simpliciter. Nanque apud nos etiamsi est pater filio prior, nõ subinde primus est simpliciter. Ideoque excogitauerũt notionem innascibilitatis vnde conficeretur abundè patrem esse primã personam simpliciter. Siquidem quanuis innascibilitas solùm neget originem ex alio secundum natiuitatem, tamen acutè aduertebant huius originis negationem, sat esse vt patris primitas simpliciter palam esset. Etenim patri non poterat competere processio illa, quę Spiritui sancto datur, nãq; hæc quippe quæ est posterior processio, patri congruere nequibat: sed patri si quæ origo congrua fuisset esset prior quæ est ex intellectu, nam posterior quæ est ex voluntate præsupponit generationem filij, ideo patri repugnabat processio quæ præsupponebat filij, generationem: at si qua illi erat aptanda erat vtique quæ filij generationem non præexigebat. Quæ est natiuitas, nam hæc aliam non præexigit ex sua significantia: quippe quæ est in diuinis ex intellectu: ideoque congruè adinuenta est in nascibilitas, quæ natiuitatem à patre remouet, qua submota patris primitas in Sancta Triade eluceſcit, non solùm relata ad filium sed simpliciter. Quia neq; est ab alio, & aliæ psonæ diuinæ sunt ab ipso. Et vt superlatiua & negatiuè & affirmatiuè exponũtur, vt is est doctissimꝰ, negatiuè quo nullꝰ doctior, affirmatiuè vero q doctrina cęteros superat, ita & primũ negatiuè est qab alio nõ est, & affirmatiuè à quo cętera sunt: & vtraq; primitas nobis innotescit, vt patri cõpetit. Etenim ex paternitate affirmatiua est primitas, ab ipso nãq; est oĩs paternitas in cęlo & in terra testãte diuino Apostolo. At ex innascibilitate primitas negatiua, qa ab alio nõ est. Et tradente Arist. in vno quoque genere est vnũ q est primum inter alia, vt. 10. metaphy si. ostendit, in diuinis etiam personis est pater primum vnde cæteræ personæ prodeunt, quanquam nõ est in diuinis personis ordo essentialis, qualẽ cernimus in creatis rebus. Nam tres beatæ personæ sunt vnus Deus, neque filius pendet à patre, neque Spiritus sanctus à patre, & filio: sed pater est primum secundum originẽ, vt superius exactius tradidimus, quando de Spiritus sancti processione contra Græcos agebatur. Cæterum neq; improcessibilitas,

Consulte a Theologis est excogitata notio innascibilitatis.

Accuta accutis.

Duplex primitas in patre.

Personæ diuinæ non habent ordinẽ essentialem proprie.

Obseruastudiose.

neque improducibilitas relata ſunt in notionū albo propter cauſas ſupra cōmemoratas.

Bonauētura deſenditur. Hinc iam tu mecū cōſidera Bonāuenturā dicentem innaſcibile ſignificare fontalē plenitudinē, ſi intelligamus nō ex primaria ſignificantia, ſed ex conſequutione quadā ſignificare nō errabis ab ſcopo veritatis. Nam dudū demōſtrabamus ex innaſcibilitate collectā patris primitatem, quam ipſe vocitat fontalem plenitudinem. Vnde & intellectū habebis Damaſceni verbum ignoſcēdi proprietatem non ſignificare dignitatis differētiam,

Damaſcen⁹ expon̄itur. id quod vt ſupra mentio fiebat contra Bonamuenturā agit, at vero ſi interpreteris ignaſcentiam ex ſua propria ſignificātia dignitatem, aut perfectionem non denotare ſi aſſueres non errabis: quippe quòd eſt priuatiuū nomen, quanquam ex ſignificati cōſequutione primitatem, & quandā quaſi dignitatē denotat. Quam ratione ſi obſeruas non erit tibi

Concordia authorum. difficile diſcordes conciliare authores, quos ſibi diſſentire in hac re ſupra retulimus, neq; ſeducaris ex Damaſceni verbo, vocat enim ignaſcentiam proprietatem patris, & nos negauimus eſſe proprietatē quia priuatio eſt: at

Damaſcen⁹ expon̄itur. Damaſcenus proprietatem vocat. i. quod eſt patri propriū etiamſi non ſit conſtituens proprietas, vt infinitum, & immenſum propria ſunt diuinitatis, quippe quæ vni Deo competunt & nulli alteri à Deo, ita prope modū & innaſcibile patri & per hæc aperta eſt quæſtionis ſolutio. Iā verò iſtis obſeruationibus præmonitis non erit operoſum argumēta obiecta in principio ſoluta dare.

Argumento rum ſolutio. ¶ Primo dicito innaſcibile ſi æquè ſit atq; non naſcibile de Spiritu ſancto prædicatur, vt ingenitus, ſi capiatur pro non genito: at vero ſi non ſit nomen infinitum ſed priuatiuum patri propriū eſt. Negat enim relationem originis, id quod patri ſolummodo competit. Et quanquam ſolummodo præferat negationē originis ex natiuitate, tamen virtualiter omnem originē negat, vt dudum diſſerebamus.

¶ Secundò dices innaſcibilitatē neq; eſſe proprietatem abſolutam neq; relatiuam, tametſi ad genus relationis ſit reducibilis.

Priuatio multi fariā capitur. ¶ Vt tertium vero argumentum planè capiatur annotādum eſt ex. 5. meta. tex. 27. priuationem multifariam philoſophis vſurpari altero quidem modo vt ſit carētia eius quod ſecundum genus remotum obtinetur, vt lapis mortu⁹ appellatur, quippe vita caret, quę tamē ſubſtantiæ conceditur: alio vero modo eſt carētia eius q̄ generi proximo non negatur, vt homo caret alis, quæ tamē alijs animalibus nō negantur: quia aues ſunt alatæ. Velut talpa caret viſu qui animalis eſt, aut denique carentia eius q̄ ſecundū ſpeciem copetit, & hęc propriè priuatio eſt, vt cęcitas eſt priuatio viſus, & quia hęc cōuenit ſpeciei humanæ, ideo homo cæcus verè priuatur viſu ex cæcitate quia ex ſpecie ſua eſt apt⁹ qui habeat viſum. Et hæc imperfectionē ſecū conuehit, in orbato viſu Petro, vel Paulo. Veruntamen cæteræ priuationes non ſecū conuehunt hanc im-

Non omnis priuatio im perfectionē denotat. perfectionem, ſiquidē non eſt dandū imperfectionē q̄ homo ſit non alatus, vel ſine pennis, quia ſpeciei humanæ nō congruunt alæ.

Diligenter obſerua. Quapropter neq; imperfectioni eſt aſcribenda innaſcibilitas patri, quāquā priuatio eſt, ſi quidē pater ex ſua p̄prietate indiuiduali non eſt aptus natiuitati habendæ: imo ſibi repugnat natiuitas. Cæterū dicitur priuari natiuitate q̄ natiuitas alicui perſonæ ſui generis quodāmodo cōgruit. Nā pater & filius ad genus vnū. i. relatiuū genus pertinent, vt nō meptè dicemus punctū priuari partibus, quæ tamē alioqui lineæ cōpetunt, quæ pertinet ad idē genus cū puncto. At vero nihil cōciliatur imperfectionis ob hanc priuationē partiū puncto, quia ex ſua natura partes non habet, imo diuiſio illi repugnat. Pater ſimiliter ex proprietate ſua ab legat à ſe natiuitatem ex alio, quā tamē quia filius ex proprietate ſibi aſciſcit illa patrē priuari nō inepte affirmamus: quia ergo nullo ſibi cōpetēte ex ſua proprietate pater orbatur, idcirco innaſcibilitas nulla imperfectionem aſſerit in patre: imo ex illa vt tradebamus conſequitur primitas principij in patre. Aduerte porro priuationem propriam, ſi expendas, fundamentum ſortiri ex aptitudine & impotentia, nanque cæcitas non eſt in pede, aut manibus at in oculo,

Fundamentum priuationum. quippe oculus eſt natus qui videat non manus, aut pes: quare ſi oculus impotēs eſt, præſtandæ viſioni cæcus eſt: vides ne vt hęc duo ſunt quæ coeunt, priuationi habendæ, & aptitudo ad viſum & impotentia videndi. In

Non omnes priuationes habent fundamentum. cæteris autem priuationibus non eſt quod quæras fundamentum, homo enim priuatur alis, quia alæ non ſunt alienæ ab animalibus, & cætera. Quamobrem inaniter ſeuexat Durandus diſtinct. hac. quæſtion. 1. vt quærat fundamentum innaſcibilitatis, at que fundari ſuper authoritate vniuerſalis principij, ſed vt diximus, cum non ſit propria priuatio, non habet fundamentum, quippe eatenus priuatur quatenus filio natiuitas

Durādi inuisexatio

uitas cōpetit, vtiā expoſuimus. Hæc obiter dicta ſunt propter nomina priuatiua quæ argumentū proferebat, iam verò vt propius ſoluendo argumento accedamus expendere oportebit in priuatiuis nominibus, quæ de Deo prædicantur quædam eſſe quibus circum loquimur affirmationes, ſeu poſitiua, quæ ſunt in Deo vt infinitum, immenſum, &c. Nam infinitas in Deo non eſt priuatio, ſed affirmatio: itemque dices de immenſitate & immortalitate, alia verò ſunt priuatiua, quæ ad expreſsionem negationis magis conducunt, quam affirmationis, vt eſt innaſcibilitas, quæ excogitata eſt ad denotandam originis negationem in patre. Quapropter priuatiua nomina primi generis notiones eſſe ne queunt, quippe obſcurè ſignificant id quod ſignificant: cæterum illis vtimur ex noſtri ingenij imbecillitate, vt vtimur iſtis infinitum, immenſum quæ ſanè nō notificant nobis excellentiam diuinorum attributorum ſed obſcurè ex illis intelligimus Deum ſubductum eſſe á noſtris imperfectionibus: at verò innaſcibilitas, quæ tametſi priuatio eſt, apta tamen eſt vt notioſit, quippe quæ adhoc inuenta eſt vt priuationem ſeu negationem originis in patre eſſe nobis denotaret, quod ſanè poſitiuo nomine denotari nequiret. Thomas vero exiſtimat aliter, ait enim ſimplicia priuatiuis eſſe notificanda, vt punctus eſt cuius pars nō eſt. 1.p. quæſt. 33. articul. 4. ad. 5. at verò hoc ſolum non notificat punctum, niſi addas habens poſitionem in continuo. Nanq; angelus etiam eſt cuius pars non eſt, & omnia denique ſpiritualia quæ tamen non ſunt pūctus. Quapropter punctus non innoteſcit ex negatione ſola, niſi affirmationē illi ſociaueris. Poſtremo dices argumēto, non omnia priuatiua nomina quæ de Deo prædicantur illam ſubire legem ſubmouēdi à Deo imperfectiones, vt abundè ex præſcriptis conſtat.

priuatiuorū differentiæ in diuinis prædicatis.

Punctus non innoteſcit ex negatione ſola.

¶ Nō eſt ardua quęſtio iſti ānectēda, an imago ſit perſonale nomen, an eſſentiale? an notionale? Cui Durandus vt ſibi ſemper conſentiat reſponſum dedit quæſtioni, eſſe eſſentiale nomen: imo neque hoc, quippe impropriè exiſtimat diuinis aptādum eſſe imaginis nomen. Imago enim ſimilitudinis eſt conſenſus at filius non eſt ſimilis patri imo illi idem. Nā ſimilitudo qualitatis eſt appendix, vt identitas ſubſtātiæ, & vt aiebam, eſt ſibi cōcors Durandus qui diſtin. 6. verbum filio Dei in propriè aptari contendit. At verò Baſilius lib. cōtra Eunomiū ſermone. 5. Spiritum ſanctum eſſe imaginem filij non reformidauit docere vocat nanque ipſum caractherem filij. Itēq; Athanaſius in ſermone Nicenæ ſynodi, in epiſtola ad Serapionē Spiritū ſanctum imaginem filij itidem cum Baſilio tradidit, & rurſum verbum filij eſſe Spiritum ſanctū Baſilius eſt author, ſermone de Spirtu ſancto cōtra Eunomiū. Quæ ex Paulo probata habuerunt. 1. ad Cor. 15. ſicut portauimus (ait) imaginem terreſtris, ita portemus imaginem cæleſtis. i. portemus (vt ipſi interpretantur) Spiritum ſanctū qui eſt imago Chriſti. In eandē ſententiam vocāt Paul. ad Rom. 8. Quos præ deſtinauit, hos præſciuit, cōformes fieri imagini filij eius. i. Spirituiſancto. Porrò autē latinis doctoribus dogma iſtud non arriſit: & mea ſententia latini cōſentiunt magis diuinis literis, tradentibus Chriſtum eſſe imaginem Dei inuiſibilem ad Coloſſenſes. ca. 1. & Chriſtus ad Hebr. 1. figura vocatur ſubſtantiæ paternæ. 1. ipſius patris: id quod non legimus de Spiritu ſancto, ſicut neque legimus verbum filij, eſſe Spiritum ſanctum. Quod verò Paulus hortatur nos ferre imaginem cœleſtis hominis. i. Chriſti non ad Spiritum referendum eſt, ſed ad Chriſti imitationē monet Paulus: quē imitari morib⁹ ſynceris eſt portare Chriſti imaginem, & itidem quod (ait) conformes nos fieri imagini filij eius. i. q̄ decreuit Deus pater vt qui ſunt in numerū Beatorū aſciſcēdi cōformes ſint Chr̄o, qui eſt imago patris. Græcorū teſtimonia ergo abuſiuè interpretemur eſſe intelligēda, vt etiā ſuperius diſt. 27 cōmemoratū eſt. Durando autē acquieſcere nō eſt animus. Arbitror. n. propriè filiū Dei eſſe imaginē inuiſibilē Dei patris, quādoquidē ex Auguſtiniano documēto quando non trahimur ex proprietate ſermonis, ſacri obſeruata, ad abſurdos ſenſus, ſeruanda eſt proprietas: at nulla abſurditas eſt ſi dixeris propriè Dei filiū imaginē eſſe patris. Siquidem imago non ſolum in corporalibus extat, quin etiam & ſpiritualibus. Nam ſpecies intelligibiles ſunt imagines rerum, & quanquā non obſeruetur ſimilitudo quæ ex qualitatibus reſultat, eſt alia longè præclarior, inter patrem & filium, etenim ſpecies intelligibilis, tametſi qualitas eſt, at ſubſtantia cuius eſt imago non eſt qualitas, nihilominus illi⁹ eſt ſimilitudo, & quāquā pater & filius ſint vnum ſecundum eſſentiam, at vero quia diſtinguntur realiter filium imaginem patris eſſe nihil obſtat. Et homo denique creatus eſt, ex anima ad imaginem Dei Gen. 1.

Græcorū et latinorū diſcrepantia.

Durandus exploditur.

Obſeruanda Auguſt. regula.

Aduerte, ut filius imago patris.

Quæſt. 2. an nexa.

Quę annexa.

An ſpiritus ſanctus ſit imago filij et uerbū filij.

Demum

Demum vt verba sanctorum atque varietas eorundem nemini imponat, vertitur in dubium de ingenito, num de solo patre dicatur? & hoc repetimus dubium eatenus ratione vt sanctorum verba interpretemur. Nam abunde dictum puto de re hac. disp. superiore, tradidit ergo Hieronymus in diffinitionibus fidei cõtra hæreticos Spiritum sanctum esse ingenitum. Porrò Hilarius lib. de Synodis hoc q̃ decreuit Hieronym⁹ dãnat. Qui duos (ait) in Deo esse credit ingenitos, & duos quoq; p fitetur esse Deos. Itemq; Athanasius epistola ad Serapionem idem sapit cũ Hilario: cui quoque subscripsit Gregorius Nazianzenus in sermone de epiphania domini, vbi testatur solum patrem esse ingenitum. At verò Damascenus dixit lib. 1. de fide. ca. 9. ingenitum esse homonymum, & pro increato & pro nõ genito, vnde omnis euanescit controuersia. Nam tres personæ beatæ sunt ingenitæ. 1. increatę, & filius ingenitus hoc modo quia neque factus neque creatus, & spiritus sanctus simili modo. Cæterum quia ingenitum fateri filium, etsi ex sensu prædicto verum sit, at nõ caret ofensa sermo hic, quia occasionem erroris subministrat, propterea securius ages si dixeris ingenitum infinitanter pro non genito, & hac acceptione de Spiritu sancto dicere tutè poteris esse ingenitum. 1. non genitum: at si capiatur priuatiuè vt originem neget hac ratione quia Spiritus sanctus originẽ habet illum ingenitum nevoca, at solus pater est ingenitus, quia origine caret. Itemque & Deitas seu Dei essentia est ingenita. 1. non genita infinitanter, at non subindè colliges est non genita Deitas, ergo est ingenita, quippe neque est genita, neque ingenita, sed est non genita. Nanque genitum & ingenitũ personę sunt non naturæ, ideoque de personis prædicantur. Deitas autem est diuina natura, & ex sua ratione non est persona quia est communis tribus personis. Nisi velis ingenitum cum Damasceno accipere proincreato, hoc enim modo ingenita est: quippe quæ increata est. Non tamen est in nascibilis aut ingenita, vt vsurpatur Theologis, vt in quam sint personæ notiones, natura enim diuina nõ eget notionibus. Est ergo in diuinis vna augustissima essentia, sunt duę processiones ineffabiles tres personæ beatissimæ, quatuor relationes reales inscrutabiles 5. notiones dignissimæ, at tributa denique infinita.

Sanctorum cõtrouersiæ elucidãtur.

Ingenitus est homonymum.

Spiritus sanctus quomodo non genitus.

Natura diuina non eget nationibus.

Epilogus.

DISTINCTIO VIgesimanona & trigesima quarum initia sunt. Est præterea aliud nomen. Sunt enim quædam quæ ex tempore, &c.

Disputatio. 1. num Dei ad creaturam relatio est realis?

IT videtur alicui forsitam relationem esse realẽ. Nanq; quidquid refertur realiter ad aliud relatione refertur reali, at verò Deus refertur realiter ad creaturam, nanque realiter est dominus creaturę, etenim subducta omni operatione intellectus De⁹ est dominus creaturæ, ergo relatio realis est dominium diuinũ circa creaturas. *1. Argum.*

¶ Rursus. 2. nam seruitus creaturæ est relatio realis, ergo dominiũ rei est relatio realis, probo consequentiam, nã si seruitus est realis relatio, ergo deducta mẽtis operatione est relatio, tũ ergo necessario habebit sibi correspõdẽtem relationẽ dominij, alioqui nõ esset relatio seruitutis, & tamen deducta est mentis actio, igitur si seruitus nõ pẽdet ab intellectu, hoc est relatio seruitutis, neq; relatio dominij pendebit. Vel dabis necessariò fieri posse seruitutẽ esse sine dominij correspondente relatione. *2. Argum.*

¶ Tertiò fac esse relationẽ rationis in Deo relationẽ dominij si rationis est à mẽte pẽdet deducito igitur mẽtis opus, & illa relatio vtique submouebitur, at verò seruitutis relatio quia à mente nõ pendet, nõ habet cur submoueatur, manet ergo relatio seruitutis sublata relatione dominij, id q̃ est impossibile. Nam relatiua dicuntur ad conuertẽtiam, & sunt natura simul ex prædicamento ad aliquid. *3. Argum.*

¶ Quartò Actiui ad passiuũ relatio est realis, at Dei ad creaturã est huiusmodi relatio, nãque si realis est actio diuina, & realis est receptio creaturę, relatio quoque realis erit. *4. Argum.*

¶ In diuersum est Magister in litera exponens August. appellatio (inquit) qua creatura dicitur relatiuè ad creatorẽ, relatiua est, & relationem notat, quæ est in ipsa creatura. Appellatio verò illa qua creator relatiuè dicitur ad creaturã relatiua quidẽ est, sed nullam notat relationem quæ sit in creatore. *Argumentum in diuersum.*

Dispu-

¶ Disputatio hæc anfractus habet sinusque profundos, vt non cuiuis cõtingat illam excutere, vt autẽ anfractuũ pericula euitentur, & asperitas tantæ difficultatis aliquantulũ mitescat præludia quædã relationum sunt præmittenda, quæ primo meditãtes fortasis rigor tanti dubij lenteſcet. Tradidit autẽ Cõmentator Auerroes lib. 12. meta. cõment. 19. relationẽ debilẽ adeò sortiri entitatẽ, vt quibusdã placitũ fuerit relationẽ esse de secũdis intellectis, i. esse secundũ intentionẽ, & tantũ esse ens ex ratione vel intellectu pẽdens. Cui placito ex nostris nõ defuit qui subscriberet, qui fuit Aureolus: & dubio procul quia exiguam habet entitatem, nam suum esse est ad aliud, propterea eximiã habet relationũ tractatio difficultatẽ. Porrò aũt relationes quasdam esse reales, res confessa est candidè philosophantibus, vt confessum, item est quasdam esse rationis relationes, quas ipsa mens sua fœcũditate sibi parit. Vnde Auerroes docuit relationũ quasdam esse de primis intellectis, alias de secundis. Prima intellecta, res vocãs, secũda vero entia rationis, lege paraphrasim ad metaph. tract. Primo & Arist. 5. metaph. text. 20. relatiuorum tria deduxit genera, quædã secundũ numerũ, alia secundũ actiuũ, & passiuũ, postrema denique secundũ rationẽ mẽsuræ & mensurati. Priora illustrãt exẽpla hęc vt dupli ad dimidiũ, tripli ad tertiũ itemque idẽ, simile, & æquale, Arist. in hunc reduxit modũ relatiuorũ. Nã hæc vniuersa super vno fundantur: at vnũ est numeri principium. Nam eadẽ sunt quæ vnius substantię sunt, similia quę vnius sunt qualitatis, & ęqualia quæ vnius sunt quantitatis. Calefaciẽs verò seu calefactiuũ, & calefactũ, & calefactibile, & hoc genus alia, quæ actũ & potẽtiã præse ferunt in secundo collocantur ordine. Ad tertiũ verò sensile, & sensuscibile & scientia intellectum, intelligibile, & hoc genus alia referuntur. Quanuis mirari subit cur Arist. hæc non coegit sub secũdo modo? Quando quidẽ obiectũ & potentia sunt vt mouens, & mobile: quæ tamen secundi sunt modi relatiuorũ. Nãque obiectum agit, & mouet potentiã, at verò secundus modus actiones & passiones physicas amplectitur, quæ sunt ex transmutatione qualis non est actio obiecti in potentiã nisi per accidens. Etiam occinet alius mensurã numerũ esse. nanque mensuramus replicãdo vnitatem, hæc ergo relatio mensuræ sub primo esset recensenda modo relatiuorum, & non sub tertio Aristotel. hoc loco de mensura rationem habet quæ metaphysica est, quæ est perfectionis mensura, non de arithmetica mensura. Hũc autem tertium si libraueris relatiuorum modum reperies difficilẽ esse. Nanque Aristo. tradidit hæc relatiua singulari quadã nota affici. Qua cæteris noua afficiuntur. Nanque in cæteris relatiuis vtraque extrema relationis, habent relationem, & relationis causam, vnde formaliter inuicem referantur. Vt in duplo & in dimidio in vtroq; extremo quãtitas est, & in eodem, substantia, at in simili qualitas est vna in æquali quãtitas vna. Quãobrẽ formaliter vtrũq; extremum horum refertur ad aliud per propriã relationem quæ singulo extremo adest, itẽque in secundo relatiuorum modo est relatio & relationis causa. Nempe in agente, quia ab eo procedit actio, in patiente quia illam suscipit. Et quia agens ad hoc ordinatur vt operetur in passum, & passum vt operationem excipiat. Porrò autem in relatiuis tertij modi secus res accidit. Etenim substantia relationis non est in vtroque extremo vt verbo Auerroistico vtar. i. relatio formaliter nõ est in vtroque extremo: hoc est in intellectu, & intelligibili. Quanquam enim intellectus referatur realiter ad intelligibile, quia ordinatur ad hoc, & sensus in sensile, &c. At verò intelligibile non item, imo extrinseca denominatione denominatur ab intellectu intelligibile: & ex eo refertur ad intellectum, quia intellectus refertur ad ipsum vt colum na dxtera vel sinistra ab extrinseco dũtaxat sibi cõciuit nomẽ. Itaq; loc⁹ hic videtur ostẽdere relationẽ esse rationis intelligibilis, ad intellectũ. At verò vt Aristo. & suũ Cõmẽtatorẽ assequaris aduertes, ex disput. 3. Auerrois contra Alguazelum, rem materialem sua pte natura, idest, de seipsa non habere ordinem ad intellectum nostrum: sed hoc sibi accidere ex operatione intellectus. Nam hic nudat rem materialem à phantasmaticis in uolucris, ideoque res est intelligibilis ex intellectu. Itemque sensiles ex sensu, & demũ res naturales non ordinantur ad intellectum nostrum: imo contra noster intellectus ad res ipsas, ideoque non eiusdẽ sunt ordinis hæc relatiua, vt cætera ab Arist. relata. Est autem in telligibile mensura intellectus, ex intelligibili enim captatur intelligentiæ nostræ nobilitas. Et aduertendus est quoque Cõmentator disput. contra Alguazel. dub. 18. quo loco cõ memorat ordinẽ rerũ consequi ordinẽ intelligẽtiarum: at noster intellectus res ipsas consequitur.

Relatio habet debile esse.

Tractatus relationum operosus quia exiles sunt entitate.

Triplex genus relationum.

Arist. eluci datur.

Mẽsura metaphysica et arithmetica

Relatiua tertij modi ualde differunt a reliquis duobus modis.

Hæc obseruanda intelligẽtiam ueram Arist.

Relatiua quædam nõ sunt eiusdem ordinis alia uero sunt.

quitur. Vbi cernis vt intellectus noſter ordinatur ad intelligibilia quę ſunt res ipſæ, & nō cōtra res ipſæ ordinātur ad intellectū noſtrū. Patet etiā vt non ſunt eiuſdē ordinis hæc quę diximus dudum relatiua. Et videre quoq; poteris Scotū non probè ſenſiſſe diſt. 30. q. 1. huius, terminum horum relatiuorum tertij ordinis eſſe abſolutū, & non relatiuum. Etenim ſi abſolutus eſt terminus non ergo eſt correlatiuum, & ceſſat relatio. At vero Ariſt. & ſuus Commen. non dixerunt non referri intelligibile ad intellectū ſed non referri formali relatione, quę ſit in ipſo relatio realis: at referri relatione quæ eſt in intellectu, quæ ſanè formaliter nominat intellectum intelligentē, & rē intellectā extrinſicè cognominat intellectā. Et quidem ſi ſeruatur librata ratio horū relatiuorum ſunt mutua, vt priora. Etenim ſciētia eſt ad ſcitum, & ſcitum ad ſcientiam & ſcibile eſt ad ſcientiam poſsibilē & cōtrà. Et intellectus ad intelligibile, & contra & intelligēs ad intellectum & contra & hac ratione, ſi rectè ſibi correſpondeāt & ad conuertentiā dicuntur vt cætera: igitur terminus neceſſariò eſt relatiuus, & non abſolutus. Nā ſunt ſimul natura, ergo vtrunq; eſt relatiuū. Cæterū ſcibile poteſt eſſe cuius non extat ſcientia, vt dixit Ariſt. de quadratura circuli: at vero illius poſsibilis eſt ſciētia: quanquā nō eſt inuenta. Neq; magnificiēda eſt ratio Scoti in. 1. diſt. 30. quæſ. 1. quod inquit, finit aliud prius eſt illo, at verò terminus relationis finit relationē vt actus potentiā, ergo eſt prior, igitur eſt abſolutus, quia ſi eſſet relatiuus iā eſſet ſimul, & non eſſet prior. Etenim relatiua quia ſimul, ſunt, natura & intelliguntur ſimul, nullum eſt prius alio. Quia ſi eſſet prius alio prius intelligeretur, at repugnat relatiuis prius alterū altero intelligi, & ſi quæ prioritas in relatiuis eſt, nō tēporis eſt aut cognitionis, ſed perfectiōis. Vt actꝰ prior eſt pfectione potētia, at vt actꝰ eſt, non eſt prior cognitione potētia. Neque enim actū cognoſcimus, niſi quia eſt actꝰ ſeu perfectio potētiæ, & actū purū eſſe Deū cognoſcimus, quippe qui liber eſt ab omni potētia paſsiua. Quid quod non de actu puriſsimo (qui Deus eſt) mentionem loco præindicato Ariſt. facit ſed de actu qui eſt perfectio materiæ ſeu potentiæ intrinſeca: & huius modi actus vt ſignificatur hoc nomine refertur in potentiam, neque eſt potentia poſterior, quā ſit actus, ſed ſimul ſunt actus & potentia. Et quanquam Scotus ſi de relatiuis ſecūdum dici loqueretur fortè, pbabilius dogmatizaret,

Scotus carpitur.

Mutua relatiua ſūt quæ ſunt tercij ordinis.

Scotus non probatur.

Quo modo relatiua ſūt ſimul, et quo modo ſunt priora quædam ſuis correlatiuis.

relatiua huiuſmodi terminari ad abſolutū q̄ lia ſunt ſcientia & ſcibile, actus & potentia: at vero de relatiuis ſecūdum eſſe quis credat ei? nemo arbitror, qui exploratū habuerit huiuſ modi relatiua ex ſua ſignificantia ſignificare habitudinem vnius relatiui ad reliquum, vt ergo terminabitur abſoluto? imo niſi fallor vniuerſaliter hoc duxerim ſiue in his relatiuis, ſiue in eis quæ ſecundum dici dicuntur, ſunt autem hæc quæ abſolutum aliquid ſignificant, ad quod tamen conſequitur relatio vt ſcientia abſolutam qualitatē ſignificat, quā tamen conſequitur vt pediſequa relatio, vt ad ſcibile: & in cęteris ſimili modo. Neque in iſtis ego puto etiam num acquiſciendum Scoto, vt terminum horum abſolutū eſſe credamus. Nā quatenus ſunt relatiua etiā ſecundū dici habent ſuam correlationem, vt ita dixerim, correſpondentem. Vnde terminus relationis cuiuslibet vt terminus relationis eſt neceſſario eſt relatiuus. Neque ex hoc diſcrepant illa relatiua, & hæc, quod illa potiantur termino relatiuo, hæc verò abſoluto: ſed q̄ illa ex principali ſignificatione habitudinē vnius extremi ad alterum ſignificant, vt dominus & ſeruus: at hæc ex principali abſolutum ſignificant, at ex conſequenti habitudinem vnius ad reliquum. Et ſcitè hoc aduertit Thom. 1. p. quæſtion. 13. articul. 7. Iam verò iſthæc miſſa faciamus, & ad id vnde digreſſa eſt recurrat oratio. Colligamus igitur ex prædictis relationem aliam eſſe realem, aliā vero rationis, realis ſanè eſt, habitudo rerum citra negotium intellectus, vt ſunt primo modo relatiua, & 2. modo. Vnde ordo vniuerſi relatio eſt realis. Quippe authore Cōment. 3. cæli cōmen. 24. ordo hic, eſt (ait) rerūm natura: & exitus à natura eſt exitus ab hoc ordine, & reductio in naturam eſt reductio in ordinē. Et palā eſt hūc ordinē nō ex intellectu rebus adeſſe, ſed ex natura. Hæc autē eſt relatio generalis cōprehendēs omnia relatiua primi generis, atq; ſecūdi & tertij, ſiquidē hic vniuerſi ordo cōprehēdit eadē, & diuerſa in ſubſtātia, ęqualia, & inæqualia, ſimilia, atq; diſsimilia, agentia & patiētia, &c. Exiſtis nanq; vniuerſitatis huius mūdanæ pulcherrimus cōſtat ordo. At relatio rationis, eſt intelligibilis ad intellectū ſenſilis ad ſenſilia, ſcibilis ad ſcientiā vt diximus. Quia tametſi quædā horū extrema ſint realia, ideſt potētię habitudinis ad obiecta tū habitudo horum ad alia extrema ex intellectu eſt. Sūt etiā plereque aliæ relationes ratiōis, vt eiuſdē ad ſeipſum, habitudo ge-

Relatiua ſecundum dici et ſecundum eſſe.

Relatiua ſecūdū eſſe & ſecundum dici ut differant.

Relatio realis relatio rationis.

Ordo uniuerſi eſt relatio realis et generalis.

neris

neris ad speciē, & speciei ad indiuidua, quas relationes mens excogitat. Poteris demū cōiugare etiā hoc pacto primo, vt ens est idē sibi, & hęc idētitas relatio est rationis: nā intellectus capit vnum bis, & cōparat eidē idem, aut ens, ad non ens, referre vt materiā ad formam suscipiēdam. Et hanc volunt plerique esse ratiōis relationē, quia est inter ens, & nō ens, vt Tho. in. 1. p. q 13. arti. 2. alijs mediā esse placuit relationem inter ens, & nō ens, quam vocant potētialem relationem quæ neq; est purè realis, neq; purè rationis: sed medio gaudens inter extrema cuius rei exigua ratio est habenda, etiamsi crediderim inter Petrum, & Antichristum, distinctionē excogitari ab intellectu, aut est distinctio inter ens reale & ens rationis: & hæc etiā rationis est, vt inter scientiam & scibile, nam esse scibile non competit rei ex se, sed ex intellectu vt sensile ex sensu, aut duo extrema sunt ambo realia, & tunc habitudo illorum est relatio realis vt prædictum est. Quāuis Auerroe authore, etiā inter extrema realia relatio ratiōis interueniri potest. Nā proportio numeri ad numerū vt duplicitas, aut triplicitas relatio est rationis, & extrema sunt realia. At vero extrema quæ numeri sunt si actu sumantur etiam sunt entia rationis, vt prædiximus quando de numero diuino agebatur: ideo Auerroes nihil oppedit sermoni nostro.

Relatio realis relationis.

Relatio media inter realem ratiōnis.

In paraphrasi ad meta. inter extrema realia in ueniri potest relatio ratiōnis.

¶ Post hæc autem cōsiderandum est multas lites agi num relatio sit eadem suis extremis an non? vt si æqualitas sit quantitas, & similitudo qualitas? & in cętera discurres si voles an sit potius diuersa realiter an formaliter similitudo ab albedine verbi causa & paternitas à patre & filiatio à filio? & hinc & istinc infinitæ sunt digladiationes, quas ego in præsentia sedare nolo, credo. n., pblematicā esse quæstionē, quia argumenta vtriusque factionis aliam conuincere nequeunt. Scotus in. 3. dist. 8. q. vnica exemit à numero aliarum relationum realium dependentiam creaturæ ad Deū: hāc enim solā putat nō distingui à creatura. Quia fieri nequit vt sit creatura & non pendeat à Deo, Okan vero quod lib. 6. & 7. omnes vniones censuit esse realiter diuersas à suis extremis, vt vnio humanitatis cū verbo realiter est diuersa ab humanitate, qa fieri potest ex Dei potestate immensa vt separetur à verbo, & de alijs vnionibus formæ, & materiæ, accidentis & subiecti, simili modo philosophatur. Et Durādus in candē iuit sentētiā. q. 2. huius distinctionis: relationes enim distinguit, quasdā enim appellat respectꝰ cōsequentes suū fundamētū, per se vel per accidens, vt accidēs cōsequitur esse in alio, vt & ad substantiā esse p se: & huiusmodi credit respectus distingui realiter à suis fundamentis, ad que cōsequūtur. Et enim modus essendi in alio, & modus per se subsistēdi distinguūtur à rebus ipsis, igitur & modus essendi ad aliud qui est relatio distinguetur à suo fundamēto, &c. Primū colligit etenim substātia separari potest à sibi germana sūbsistentia, vt in Christo credimus geri & accidēs in venerando sacramēto sinaxeos, est citra cohærentiā subiecti, igitur modi isti rerū non sunt idē atq; res. Quandoquidē á rebus quibus sunt natiui modi ex Dei potestate semouentur, ergo simili ter modus essendi ad aliud erit re distinctus à suo fundamēto. At vero sunt alij respectꝰ qui nō cōsequūtur rē, sed ab extrinseco accedūt vt similitudo, æqualitas, &c. Et hos cēset respectus esse appellatiuas denominationes vel relatiuas: & nō distingui realiter. Ad hāc sententiā cōsequitur est depēdētiam creaturæ ad Deū realiter distingui à creatura. At vnde ip se hoc colligit quādoquidē implicat esse creaturā, sine hac depēdētia, & rursum si accidēs vnitur per relationē, & relatio hæc vnionis, vel cohærētiæ, est diuersa ab accidēte, etiā illa cohærētia est accidēs: & dicā tibi illā egere altera relatione, vt inhęreat, & ita progressus erit in infinitū, aut standū est in primo, accidēs. s. vniri ex sua natura subiecto, & non permediā relationē vnionis. Vt anima corpori sine relatione media vnitur: nā authore Arist. huius vnionis nō est quærēda causa & falso innititur fundamēto modū per se existē di differre realiter à substātia. Nā modus hic nō est aliud quā substātia per se existēs, nāq; si hic modus realiter distinguitur num est accidens? num substantia? si accidens ergo substantia est per se existēs accidēti s beneficio: at accidens est nō per se existēs, nō ergo donabit substātiæ ꝙ non habet, sin vero res hęc est substantia, rursum colligā si substātia est, ergo per se existit nū ex addito aliquo an sine addito? Si annuit secūdū, ergo standū erit in primo substātiā per se existere sine additamento alicuius rei à se realiter differentis: si vero dixeris etiam ex addito subsistere progressus erit in infinitū. Addere res est vna sibi sine adiecto, vt supra colligebā contra Auicennam, & est eadem sibi & diuersa ab alia sine adiecto nouæ rei, at vero vnitas rem consequitur per se, vt etiam identitas quæ tamen relatiua

Et in. 2. dist. 1. q. 5. art. 2.

Quæ relationes distinguūtur ab extremis suis, quæ sunt idē

Respectus intrinseci et extrinseci.

Durandus carpitur.

Accidēs nō per mediam relationem sed perseipsum unitur subiecto.

relatiua sunt, & non distinctas denotant relationes à suis, quibus innascuntur fundamentis. Quapropter ego arbitror vt paucis rem expediã, hos quos diximus authores nihil efficaciter probasse sua dogmata de distinctione relationum realium à suis fundamentis. Nec cõtrariam factionem quam amplectitur Gregor. Gabr. Maioris, Marsilius, cum classica horum familia, probant sufficiẽter illius patroni, ideoque censemus problema esse vt prædiximus. Vulgus autem Thomistarum scinditur in incertum. Capreolus autem tenaciter dogmatizat relationem esse rem distinctã realiter à suo fundamẽto dist. 30. quæstion. 1. & suffragantur sibi nonnulla ex S. Thom. in. q. de potentia Dei. q. 7. arti. 9. respõso ad. 4. creaturæ (ait) referũtur ad Deũ secundum substantiam, sicut secundum causam relationis, secundum vero relationem ipsam formaliter, sicut aliquid dicitur simile sẽcũdum qualitatem causaliter, sed secundum similitudinem formaliter. Idemq; colligitur ex responsione ad. 5. tradit enim ibi relationẽ esse mediã secundũ quã producitur creatura à Deo. At quale quale hoc fuerit illi discutiãt qui iurauerunt in verba magistri: mea enim non interest, sic vel aliter philosophari. Et tãdem si quam agnosco differentiam relationis à suo fundamento, formalis est non realis, de distinctione verò formali plusquã satis erat supra diximus, quando de diuinis attributis disserebatur.

Decisioquæstionis ex authoris decreto.

Authoris de quæstione censura.

¶ Iam vero opportunũ erit post hæc, quæ meditati sumus præludia, decisioni arduæ quæstionis nos accingere. Et verè ardua quæstio, cuius arduitati varietas placitorũ impẽdio attollatur. Etenim nominalis Theologorum schola realem credidit relationem Dei ad creaturam vt cõtra creaturæ ad Deũ. Etenim realiter Deus est dominus, & realiter est pater creaturæ: & paternitas hæc realiter est in Deo: & demum relatio realis est habitudo realis rei extra animam ad rem extra animã, quæ nõ excogitatur ab intellectu: talis vero est habitudo Dei ad creaturam. Nam habet se realiter vt dominus, vt pater, &c. Ad hæc verbum est vnitum humanitati, & hæc vnio est realis in vtroque extremo, siquidem non est dicere verbũ est vnitum quia humanitas est vnita, solum, vt Deus est creator, aut dominus, ex creatura, imo videtur quod etiam sit ipsum vnitum cum natura vt natura cum ipso verbo. Præterea ex doctrina S. Tho. essentia diuina illabitur beatorũ mentibus quę illis est tãquã species intelligibilis, at vero hic illapsus intelligi nequit nisi per realẽ vnionẽ diuinitatis cum mẽtibus beatis, & hæc vnio relatio realis est, quia independens ab intellectu, imo est prior secundum naturam, quam visio beata.

Placita uaria autorum

¶ Porrò autem Tho. in. 1. p. q. 13. art. 7. relationem hanc creaturæ ad Deũ realem negat planè esse: at rationis relationem confitetur. Et in. q. de potentia Dei. q. 7. arti. 9. Et columẽ sententiæ eius est, quippe quæ non sunt eiusdem ordinis non referuntur realiter, Deus autem & creatura non sunt eiusdem ordinis. Et vt ita Theologizaret causam ex Atisto. 5. metaph. text. 20. arripuit, docuit enim inibi intellectus ad intelligibile nõ esse relationem ex æquo, siquidẽ intelligibile refertur ad intellectum, ea relatione qua intellectus ad intelligibile, vt nos in præludio huius disputationis satis expressimus. Et causa huius quod non ex æquo fit relatio hęc est, quia intellectus perficitur ab intelligibili, non tamẽ res intellecta aut intelligibilis perficitur ab intellectu. Nã intellectio non est actio transiẽs in rem intellectam, vt neque sensio est actio transiens in sensata. Quare non ex æquo referũtur sensus & sensile quia ratio referendi sensum in sensile, est quia ab illo perficitur, at ratio referendi sensilis in sensum nulla est quia à sensu non perficitur, ideo refertur sensile ad sensum, ꝓpter rationẽ qua refertur sensus in sensile. Id est ex eo refertur sensile in sensum, quia sensus perficitur à sensili, quæ est ratio cur sensus referatur in sensile, aut sensatum. Idem dicito de intellectu & intelligibili. Vnde sibi colligit Dei ad creaturam relationem eandẽ subire legem creatura enim refertur in Deũ quia ab illo perficitur, imo pendet in sua exi stentia, atque conseruatione à Deo: at Deus non habet ex se rationem vnde referatur ad creaturã quia creator est: & nullatenus egẽs creatura. Vnde ipsa quæ est ratio creaturæ qua referatur in Deũ est sola ratio, cur Deus referatur in creaturã. Nisi quod creaturæ est intrinseca ratio, Deo vero extrinseca: quã tamen relationem appellant rationis ob eã causam. Hoc Tho. placitum Bonauentura itidẽ est amplexus, & Scotus. q. 2. illud quoq; amauit. Quãquam non propter argumentũ Thomæ, quod explosit. Itidemque sibi arrisit relatio hæc rationis quam ex Tho. protulimus fateturque relationẽ seruitutis quę est in creatura verbi causa extrinsecè denominare Deũ dominum, neque mirum si oppositas donet denomi

Expositio Tho.

Placita Th. Bonauẽ. duranti Scoti.

Scotus et Thomas sibi consentiunt explicito, non ex ratione.

denominationes, quia creaturam ex seruitute reali quæ in ipsa est formaliter relatio realis, denominat seruam, at Deum qui est alterum extremum relationis denominat dominum extrinsecè vt August.4.de Trinitate commemorat.c.19. Deum dici factum esse refugium nostrum ab extrinseco, quia nos ad illum confugimus & ante alios autores credo Augustinum, & Magistrum, huic opinioni præstitisse initia & illam adumbrarunt. Negant enim relatione reali Deum referri ad creaturas, tamet si testantur quasdā relatiuas appellationes ex tempore de Deo dici, vt quod sit dominus, & quod sit pater & princeps vniuersi. Et Durandus.q.3.eisdem subscripsit negans tamen relatione rationis Deum referri ad creaturas sed appellatione tantum relatiua.

Decisio quæstio. ex autoris placito.

Ego autem vt pandam mentem meā post eximios hos autores, classicosq; celeberrimosq; Theologos, fortasis nō est quod noue promam, cæterum nonnihil promam. Et inde initium faciendū censeo, vt exquirā in quod genus relatiuorum reducēda est relatio Dei ad creaturam. Quippe Tho. quia Deū & creaturam non existimauit esse eiusdē ordinis, ideo in tertium relatiuorum genus illā amandauit, vt patuit ex sermone superiore. Et hoc se offert in primis discutiendum, quid est esse duo eiusdem ordinis? Etenim disco ex Arist. ordinem alterum esse essentialem, alterum vero accidentalem, ordo essentialis extat in causis essentialiter ordinatis, vt accidentalis in accidentaliter subordinatis. Quod si amat Tho. primum ordinē inter duo quāta, aut duo qualia, non esset relatio realis: quippe hęc nō sunt ordinis essentialis eiusdem: quod si secundum velit, quæ sunt potita ordine huiusmodi non essent realiter referibilia, quod si vtrūq; complectitur, satisq; existimat relationi reali si adsit hic vel iste ordo, quid dicet de Petro, & Paulo, qui distinguntur, realiter & referuntur inuicem relatione reali, quatenus distinguuntur, & tamen non sunt eiusdem ordinis nanq; neq; essentialē habet aut accidentalē ordinē. Quod si esse eiusdem ordinis dixerint huius placiti defensores est esse eiusdem generis, seu prædicamenti, vtiq; agens, & passum, nō sunt eiusdem ordinis: quia actio, & passio, sunt duo genera. At vero Tho.q.de potentia Dei loco prænotato, hæc putat esse eiusdem ordinis. Quidquod substantia realiter refertur in quātitatē, &c. quia prior substātia realiter est accidētibus: at vero non sunt eiusdem ordinis substātia & accidens, si pro genere vsurpetur ordo. Quibus adde S. Tho.q.de potētia sæpè indicata, Petrum & imaginem, Petrū referētē, existimasse non esse eiusdē ordinis: at vero inter hæc relatio est realis. Etenim imago hominis refertur realiter ad hominē, quippe quæ est illi similis realiter: & rursum homo quia est similis imagini refertur ad illā realiter: nā similitudo in figura relatio est realis. Præter hæc fieri nequit vt inter Deū & creaturā non sit ordo nā.5.Meta.c.de priori.prioris ad posterius ordo est, Deus autē est primum principiū creaturæ, ergo habet ordinē ad creaturā. Et rursum est finis creaturæ: est enim. α. &. ω. principium & finis, at finis & media ordinē habent, & ordo prioris ad posterius, vt ordo causæ efficientis, ad effectum ordo realis est, non rationis, igitur relatio est realis Dei ad creaturam. Quanquā enim non est Deus coordinandus cum creatura, quia est supra omnē creaturā, cæterū vt principiū primū creaturæ habet ordinē non inferioris, sed supremi ad sua inferiora. Et nequit intelligi primitas, & supremitas sine ordine. Et rursum relatio rationis nō poterit præstare appellationē realē, istę autē sunt appellationes reales, Deus est dominus, dux, princeps creaturæ. Et accedit istis relatiua esse simul natura, & alterū altero nō potest esse prius: at relatio realis necessario est prior relatione rationis, patet hoc, quippe relatio realis est rei, & res prior est intentione, seu opere intellectus, imo opus intellectus à re pendet, ergo relatio rationis à reali relatione pēdet, non ergo correlatiua relationis realis quæ est in creatura, erit relatio rationis in Deo. Et demū creatura refertur ad Deū realiter nō obstāte ipsam nō esse eiusdē ordinis cū Deo, ergo & Deus refertur realiter ad creaturā etiā si non sint eiusdem ordinis. At vero vt dissertius rē aperiā istā, accipite conclusiones has. Prima esto relatio Dei ad creaturas, secundum quandā rationē expensa, cōnumeranda venit in tertio genere relatiuorū ex iam præscripto Aristo. decreto hæc probatur, quippe hoc genus est mensuræ, & mensurati: at mensura hac gaudet dote, ipsa enim inuariabilis perseuerat, quamlibet mensurata varientur. Deus autem immobilis existit quālibet mutetur creatura, ideoque se habet ad creaturam vt mensura ad mensuratum, & vt vnitas est numeri mensura, ita Deus vnisimus sibi creatarum rerum multitudinē & causat, & metitur. Quæ enim illi proximiora sunt, etiam nobiliora ex Arist.1.cœli text.101.

Quid est duo esse eiusdem ordinis.

Discutitur Thomas & tu considera.

1. Ratio.

2. Ratio.

3. Ratio.

4. Ratio.

5. Ratio.

6. Ratio.

1. Conclusio.

Secunda conclusio secundam aliam ratio- *2. Conclusio*

nem relatio hæc pertinet ad genus relationis ſecundum, nanq; Deus eſt agens vniuerſa, & vniuerſa influxum eſſendi ab illo recipiunt. Nam aperit manũ ſuam, & implet omne animal benedictione, hoc igitur modo habet ſe Deus vt agens primum cætera vt patientia.

3. Concluſio. Tertia concluſio Dei ad creaturam nõ eſt relatio rationis ex qua denominatur appellatione reali vt dominus rex, &c. hæc ſatis oſtẽſa dudum eſt, & equidem ex forma oritur denominatio, ergo ſi relatio eſt rationis denominatio nõ erit realis, at cõtra eſt, denominationes enim ſunt reales, vt dns dux pater, &c.

4. Cõcluſio. Quarta concluſio. Quanuis hoc genus relationũ rationis temporalium, negemus eſſe in Deo at non idẽ intellectũ volumus de relationibus rationis omnibus. Exiſtimo enim eſſe relationes quaſdam rationis æternas in Deo, hæc prõpta eſt, ſiquidem diuinum verbũ ſecũdario refertur in creaturas, vt illas manifeſtat, vt ſupra diſertũ eſt: & Spiritus ſanctus ab æterno erat donabilis creaturis, & donabile reſpectum rationis indicat ad creaturam, æternum non tẽporalem. Et demum ex actione æterna diuini intellectus aut diuinę volũtatis ad creaturas huiuſmodi reſpectus emanãt lege Tho. 1.p.q.13.art.7.&.q.34.artic. vltimo & Scotum diſt.32. huius, inuenies firmantem hanc ipſam concluſionem, teſtatur enim verbum diuinũ ab æterno duas habuiſſe relationes, alterã realem ad patrem, aliã rationis ad creaturas. Quãuis diſſitetur relationem rationis temporalẽ ad eſſe poſſe Deo, per actum intelligendi, aut volendi ęternum, conſule autorem hac diſtinctione. q.2. de qua re alibi opulentius.

Relatio rationis eterna.

5. Cõcluſio. Quinta cõcluſio relatio qua refertur Deus ad creaturas realis eſt, hæc ex prioribus prompta, eſt enim relatio nõ rationis, ergo realis. Et prẽterea ex actu intelligẽdi diuino æterno dimanat relatio rationis æterna, ergo ex actione diuina creandi reali dimanabit relatio realis tẽporalis nã æqua ratio videtur in vtroq;. Et rurſum Deus & creatura diſtinguuntur realiter, ergo ex relatione reali. Nam hæc diſtinctio eſt inter duo extrema realia realiter diſtincta, ergo eſt realis ex vtraq; parte. Et pluſquã fictitiũ eſt ſi dixeris ex relatione rationis Deũ diſtingui realiter à creatura, aut per diſtinctionẽ creaturæ Deũ extrinſecè diſtingui imo intrinſecè diſtinguitur vt liquet ſi diſtinctio huiuſmodi realis eſt relatio, cur non aliæ quæ ſunt Dei ad creaturam?

Obſerua.

6. Concluſio. Sexta cõcluſio hæc relatio realis nõ eſt res noua Deo accedẽs, ſed eſt nouus modus ſe habẽdi ad creaturam quo, ſcilicet, Deus ſe habet tẽporaliter ad creaturã. Quod nõ ſit rẽs noua eſt indubitatæ fidei propoſitio, quia Deo nihil noui põt accedere, quę ſit noua forma eius nãq; eſt actus puriſsimꝰ, potẽtiæ paſsiuæ prorſus expers: ideo nihil nouũ põt excipere aut antiquũ dimittere. At vero creãs creaturas nouo modo ſe habet quo nõ ſe habebat antequã creaſſet, quippe nũc creator eſt q̃ priꝰ nõ erat, vt & gubernator, &c. Et quãquã nouè ſeſe gerat no tñ ipſe ob hoc eſt nouus, q̃ eſt æternus. Et quanquã tẽporaliter ſe habeat ad creaturã, ex tẽpore creaturã adminiſtrãs, at ipſe nõ ſub tẽpore eſt, ſed ſupra tẽpus in ſua æternitate viuẽs. Nam nouitas in modo ſe habẽdi nõ colligit nouitatẽ rei, ſed modi. Quãquã enim nummus ex nõ pretio reddatur pretiũ, non eſt mutatio in nummo, ſed in alijs extra nummũ: vt Aug. cõmemorat lib.5. de Trini. c.16. etſi ego emo hodie ſeruũ, aliter me habeo quam heri, non tñ propterea quia nouus ſum emptor, nouus ſum homo, aut quia hodie emi, hodiernus ſum: vt & poli ſuper quibus cœleſtes torquentur axes, etiã ſi aliter, & aliter ſe habeãt ad circumactas ſtellas, non tamen ideo mutantur. Quippe immobiles perſeuerãt, aliter ſe habẽtibus ſtellis, quæ circũaguntur. Etſi hæc pendis nõ concedes Deũ eſſe aliquid nouũ, etiã ſi nouus fuerit creator, aut q̃d Deus eſt tẽporalis, etſi tẽporaliter creaturã adminiſtret. Et ridebis vanos ſermones Ioan. Maioris concedẽtis in diſt.31.q. vnica relationẽ Dei ad creaturã eſſe ęternã, & neceſſariã. Colligit hic Deus eſt æternus, & neceſſarius, & hic Deus eſt relatio Dei ad creaturã ergo, &c. expoſitorioq; ſyllogiſmo arbitratur ſe rem cõfeciſſe: & fallitur, At vero nihilominus concedit hic Deus cõtingẽter eſt relatio Dei ad creaturã, & perinde iudicat de iſtis atq; de illis, Deus eſt creãs neceſſario, quæ vera illi eſt & hæc falſa, Deus neceſſario eſt creãs ꝓpter variã appellationẽ modi neceſſario. Ego vero hęc & ſimllia apta iudico gymnaſijs ſophiſtarũ, inepta vero grauiſsimis Theologorũ Muſæis, ideoq; arbitror hanc negandã eſſe relatio Dei ad creaturã eſt æterna, vel neceſſaria, eſt ſermo de relatione reali. Etenim quãuis Deus ſit fundamẽtaliter relatio hæc, at vero nõ formaliter. Nanq; relatio hæc eſt modus quidam ſe habendi Dei ad creaturam reſpectiuus, Deus porrò nõ eſt modus nouus reſpectiuus & temporalis ad creaturas, Deus enim ſubſtantia eſt, & formaliter nõ eſt relatio: vt quanquã intellectus, & voluntas eadem ſint res, at quis dicet, ergo intellectus amat

Nouus modus Dei ad creaturam fatendus eſt realis non tamen relatio.

Nota hæc.

Maior cartitur.

Deus nõ eſt formaliter modus realis reſpectiuus quem habet ad creaturam.

amat & voluntas intelligit? distinctio nanque formalis, inter intellectum & voluntatem nō sinit hos sermones esse veros ita etiā si realiter Deus est ille modus seu fundamentaliter, at non formaliter est Deus hic modus respectiuus ad creaturas: ideo etsi sit nouus modus & tēporalis modus & contingens modus, Deus autē neq; nouus est, neq; tēporalis est, neq; cōtingens est. At licebit tibi colligere, ergo noue se habet, & tēporaliter se habet, & cōtingēter se gerit in administrāda creatura. Et argumentū Maioris peccat quia ab idētica ad formalē, pgreditur. Quod si mihi insultas Deus poterit esse sine hac relatione ad creaturam si orbē pessundaret, ergo distinguuntur relatio hæc & Deus realiter, ergo sunt duæ res: dixerim tibi hoc argumētū fefellisse Scotū & plerosq; alios, qui eo fulti crediderūt relationes reales differre à suo fundamento & termino. Porrō inane fulcrū est nisi fiat argumentatio inter rē, & rem, at inter rem & modū rei, qui colligit potest res separari à suo modo, ergo & modus & res distinguntur realiter, negāda est cōsequētia. Nam distinctio realis est inter rē & rem: at modus rei non est res formaliter, sed modus rei, ideoq; etiam si res sit sine modo, non distinguūtur realiter à suo modo. Nā ipsa res realiter est suus modus, sed distinguitur à suo modo quia aliter se habet sub modo, quā se gerebat sine modo: & fortasis San. Tho. & Scotus persuasum habuissent relationes reales nō distingui à suis fundamentis credidissent etiā relationē esse realē Dei ad creaturā eandē cum Deo, req; non discrepantē: at vero quia existimauerūt distinctas esse vt supra est cōmemoratū, non potuerūt relationē realē ad creaturas, Deo aptare, quia Deū actū purissimū esse cernebant, ideo in relationē rationis declinarūt. Ego autē ob eandē causam relationē hanc realē cū iudicauerim esse Dei circa creaturas, puto eadē fundamētaliter esse cū Deo, tametsi formaliter distinguatur. Vnde & Deus ex hac relatione formaliter est creator, & dns & non extrinsecè solum, vt hi opinātur quos supra retulimus. Nam hic modus se habēdi erga creaturā in Deo est, qui vt aliter & aliter sese gerit in dispensandis creaturis, aliter & aliter etiā sibi cōciliat nomina. Et ni fallor istud est Magistri dogma in hac dist. hausturū ab Aug. Nam ipsi negāt reales relationes in Deo quales sunt in creaturis accidentariæ, quæ ex mutatione illis contingunt, Deus autē immobilis est: at fatētur appellationes relatiuas. At hęc appellatio relatiua ex re habet veritatē, ergo si ante conditā creaturā Deus nō appellabatur dominus, & nūc verè appellatur dominus, vtiq; quia aliter se habet Deus modo erga creaturā quā se habebat antequā condidisset: vt aliter etiam se habet in administrādis operibus gratiæ, quādo hominē sanctificat, & gratia sua donat, quam prius quā sanctificasset: realis igitur cū sit hæc appellatio, relatio realis erit Dei ad creaturam.

Lege Aug. 5. de Trinit. c. 5. & 5. de ciuitat. Dei cap. 4.

¶ Argumenta in principio obiecta soluenda non sunt, quia ex præscriptis & decisis patēt satis, & quod exigūt cōcessimus. Et demū obseruabis variū modū absolutū, rei aduenientē rem ipsam variare, secus de relatiuo. Nā variatio modi absoluti rem alterat, siquidē fieri nequit sine rei mutatione, vt si ex calido fiat frigidū, &c. Est enim huiusmodi variatio quia noua res accedit, aut recedit: at variatio respectiui modi rē non variat, siue nouus respectus accedat, siue antiquus recedat: vt albū citra sui mutationem ex nō simili fit simile. Vnde dixit Arist. 5. Meta. ad relationē non esse motū. Quod si rebus creatis hoc accidit vt ipsis immutatis nouis potiantur respectibus realibus, antiquosq; demutant, quidquod Deū quoq; fateamur respectiuè aliter & aliter se se habere erga creaturas, ipso tamē immobili prorsus permanēte, & quia hoc aduertebant Arabes Philosophi quidā, variū respectū videlicet nihil mutare rē, ideo decernebāt relationē esse de secundis intellectis, vt supra cōmemoratū est. Porrō nihil rem variāt, nō quia sunt entia rationis respectus reales, at qa sunt exillis entitatis vt præmonuimus. Obseruabis deniq; me exactis iā disputationib⁹ obiter dixisse aliqū Dei ad creaturā esse relationē rationis, sequutus viā Tho. Scoti. &c. tum enim ex professo de re hac non differebatur vt modo differui.

Argumē. dilatio.

Varietas in modo respectiuo accidit citra rē uariatam uarietas in absoluto modo nonitem.

Inane fundamentum Scoticum & asseclarū circa distinctionem realem relationum obserua.

Relatio Dei ad creaturas, est idē realiter cū Deo.

DISTINCTIO Trigesimaprima, cuius initium est. Præterea considerari oportet, &c.

Disputatio vnica. Num diuinarum personarum æqualitas relatio sit realis?

IN videtur alicui forsan non esse relationē realē: etenim neq; equalitas, neq; similitudo sunt relationes reales, etenim æqualitas fundatur in vnitate quantitatis, vt similitudo in vnitate qualitatis. 5. Meta. text. 20. at vnitas est

negatio diuisionis, negatio vero est ab opere intellectus, igitur istæ relationes pendent ab intellectu, vnde & erunt relationes rationis.

Arg. in contrarium.

Contrariā verò tuebitur partem quod relatio sit realis, nam æqualitas hæc diuinarū personarum est inter diuinas personas, quæ sunt extrema realia, & realiter distincta, & ad illas consequitur ex naturæ diuinæ vnitate: & non ex opere intellectus huiusmodi æqualitatem fabricantis, ergo est relatio realis.

Disputatio hæc præexigebat declarandū in primis diuinas personas esse æquales, nisi iā satis res hæc acta esset prioribus disputationibus. Quod vero in præsentia præmittēdū duximus illud est quod citra cōtrouersiam est, æqualitatē scilicet vsurpari Theologis nō vt ex quātitate molis resultat (quæ corporū est æqualitas) sed pro quātitate, quæ perfectionē rei, atq; dignitatis magnitudinē denotat. Dixit nāq; Arist. 5. politico. c. 1. duplex esse æquale, & in numero & in dignitate: æquale quidē in numero arithmeticū appellās, in dignitate vero geometricū. Id quod eatenus nostro ieruit instituto, quatenus æquale nō semper molem denotat, at nonnūquā dignitatis & perfectionis vnitatē, iuxta Aug. vulgatū illud. 9. de Trini. in rebus quę nō mole magna sunt, illud est maius qđ melius. Quapropter æquale hoc pacto vsurpatū, nō differt à simili: quia ea similia sunt quæ eiusdē sunt nobilitatis, & eadem æqualia sunt quatenus eadē magnitudine virtutis potiuntur. Desideramus enim vocabula germana diuinis rebus, vnde cogimur ex creaturarū cōparatione nominibus quibusdā vti. Deus enim sine mole est magnus, vt sine qualitate bonus, &c. Extat ergo S. Tho. qui decernit negatiuā quæstionis partem, credit enim æqualitatē diuinarū personarū esse relationē rationis, & non realē, in. 1 p. q. 42. art. 4. ad. 4. & in scriptis ad Magistrū distinctione hac sibi cōcors est. Etenim si est relatio realis, aut illi⁹ fundamētū, est essentia, & hæc nō, quippe essentia nō fundat æqualitatē, sed identitatē personarum: aut est relatio, sed neq; hoc, quia vna relatio nō est fundamentum alterius. At vero hæc ratio respōsis patet non paucis, & missis aljs illi diceretur ex autoris doctrina relationē expēdi & vt proprietas est, & vt relatio, vt ergo proprietas est fundamentū est æqualitatis: quanuis aptior est responsio nō fundari super essentia solū neq; relatione, sed super vtrū q;, ideſt, super personis diuinis. Quamobrē nō dicimus essentiā æqualē sibi, sed personas inuicē fatemur esse coæquales. Durandus. q. 1. huius hoc Tho. probat plācitū: at Scotus. q. 1. huius dist. & quodlib. 6. illi refragatur. Autumat enim esse verā realemq; relationē. Nam quot recēset necessaria relationi reali, totidem inæqualitate diuina arbitratur extare. Quæ sunt tria: & quod sit fundamētū reale, & terminus, & secūdo quod extrema sint realia, & realiter distincta: & demū quod ad illorū naturam deducta intellectus operatione talis relatio cōsequatur, quæ tria habes in diuina æqualitate. Iti dē censet de similitudine. Cæterū sententiam suā Tho. à Magistro hausit, qui in hac distinctione nō indocte sensisse testatur eos qui dixerūt in diuinis personis æqualitatē nihil ponere affirmatiuū: sed solum negationem excedentis, & excessi: vt sit sensus diuinæ personæ sunt æquales, ideſt nō se excedūt, & sunt similes ideſt non sunt diuersæ. Quapropter fatetur tantū appellationē esse relatiuā, quando fatemur personas esse æquales, aut similes. Quod ex Augustin. se colligere arbitratur. 5. de Trinit. c. 6. vt litera Magistri te docebit. Et demū docet æqualē esse filium patri secundum essentiam, non secundum relationem, ideoque censet relationem non denotare æquale nisi nomine tenus. Articulus porrò Parisiēsis hoc vicio vertit Magistrō sed immeritō: & est articulus. 32. vt ex subdendis clarescet.

Scotus rēfragatur Thomæ.

Magistri sententia de æqualitate personarū.

Quid sit æquale & quotuplex geometricū & arithmeticum.

Æqualitas diuinarum personarum Tho. relatio est rationis.

Porrò autē vt paucis ex promā mētē meā, illud mihi videor repetēdū ex Arist. 10. Metaph. tex. 17. æquale ait, oppositum esse negatione priuatiua, & paruo & magno. Nam id æquale est alteri, quod neq; magnitudine superat, neq; paruitate superatur ab alio. Quē si pēdimus locum non obscurè erudimur ex eo æquale, negationē conuehere in suo significato. Etenim vt negat magnum, & paruū, ideſt, excedēs & excessum negationem claudit: & rursum vt æquale vnitatē quātitatis denotat, & vnitas negationē claudit: est enim vnū qđ est indiuisum à se, & diuisum à quouis alio. Cæterū nō propterea cēsebis æquale esse priuatiuū nomē, quippe formaliter affirmationē præsignat, scilicet relationē realē inter quāta, quæ non se excedūt. Iam ergo si negatio hæc obseruetur ego facile annuo Tho. siquidē negatio nō habet esse nisi ex cogitatione intellectus. Porrò si formalē significantiā obserues, ego dixerim aliquid, æquale, ponere in diuinis verā scilicet æqualitatē diuinarū personarū: at vero collubitū est mihi Thomæ locū indicatū opulētius interpretari. Arbitror enim ex Thoma tria innuere hoc nomē æquale, vt diuinis aptatur, primo sanè vnitatē essentiæ,

Quæstio. de cisio & autoris censura.

Æquale non est priuatiuum nomen.

Tho. exponitur & luculenter explicatur.

dein

dein vero distinctionē personalem, tandē relationem, quæ ex responsione ad. 4. ar. 4. quæ indicatæ satis constant. Propter primū igitur hoc nomē æquale aliquid ponit in diuinis reale. Quippe essentiā indicat esse vnā personis tribus, & essentia reale est. Itidē propter secūdum, nam personæ res relatiuæ sunt, propter tertium non indicare aliquid credit, sed relationē rationis, ideſt, negationē illā excedētis & excesi. Et quanuis S. Tho. nō dicat expresso sermone esse æqualitatem diuinā, relationē rationis, nam solum testatur æqualitatem non esse aliā à relationibus personalibus, quæ sunt originis, at vero quia Magistrū vocat in suam sententiam in dist. hac qui non obscurè docet æqualitatē esse tantum appellationē relatiuā, quasi dissertius dixisset nullā subesse relationem realē, huic nomini æquale in diuinis quę sit illi nomini propria & germana, ppterea satis habetur relationem subindicasse rationis, esse ex placito Magistri. Præter hæc autem Thom. relationi reali duas aptat conditiones quas ex loco indicato nō est difficile excipere altera est distinctio realis, fundamentorū, altera est quod fundamentum non sit relatio. Quia vna relatio non est fundamentum alterius ne abire liceat in infinitū: atqui ex prima conditione infert Tho. æqualitatem non esse realē relationē, nanque fundamenta sunt quæ primo referuntur, at vero si hæc sunt indistincta realiter non possunt referri relatione reali, nam identitas qua vna res eadē est sibi ipsi non est relatio realis. Quapropter cum æqualitas patris ad filium fundetur super essentiæ vnitate cum filio, & Spiritu sancto, & rursus æqualitas filij & Spiritus sancti ad patrem, super essentiæ vnitate, & vtiq; essentia est eadē sibi, igitur ex fundamento indistincto nō dimanabit relatio realis, ex secūda autē cōditione idem colligit, nam oppositio fundatur super paternitate & filiatione, &c. quippe quæ sunt relationes oppositæ, at vero quanuis non sequatur ex fundamentis oppositionis, quod oppositio sit relatio rationis, neq; vere est realis. Cæterū ex conditione cōsequitur esse eandem cum paternitate, & filiatione, nam paternitas seipsa opponitur filiationi. Quapropter si æqualitas fundaretur super relationibus essent sane realis relatio, at eadē cū relationibus personalib⁹, nā tūc paternitas seipsa esset æqualis filiationi, &c. Porro cū nō fundetur super relationibus personalibus, sed super essentiæ vnitate, cōsectariū est ad Tho. æqualitatē non esse relationē realē, sed rationis. Porro quanquā explicatiora hæc sunt prioribus Tho. sermonibus, at vero semper in vnū redigūtur verbū, qđ prætetigimus illud, aut relatio æqualitatis fundatur super essentia, aut super relatione, nō primū quia cū vna sit essentia triū personarū eiusdē ad seipsum non est æqualitas, at super relatione itidē fundari nequit, quia relatio nō fundat aliā relationem. Scotus igitur & Tho. cōueniūt & discrepant, consentiunt nempe, sibi quippe vterq; super vnitate essentiæ, qua personæ fruūtur æqualitatē personalem fundat: cōsentiuntq; sibi rursum, qđ vterq; testatur distinctionē personalē huic æqualitati personarū esse necessariā, nam sublata hac distinctione reali, æqualitas diuina prorsus auferetur: at discrepāt quod Scotus hāc distinctionē realem personarum arbitratur sufficere ad æqualitatē, vt inquā æqualitas sit relatio realis inter personas: at vero Tho. alūmnoni hoc credunt sat esse vt æqualitas sit relatio realis, quippe illi obstat vnitas essentiæ quæ fundamētum est æqualitatis, vt prædiximus. At Scotus fusè expatiatur quod li. 6. in suadenda sua sentētia, & Caietanus in cōmēto: ad Tho. loco prænotato, & argumēta Scotica soluit si rectè, viderint Scotistæ, quorū interest suū asserere principē. Vnum autē proferā exēplū Caietani quo sibi fidit egregie vt Thom. asserat, non esse tanti faciēdū quanti ipse sibi persuasit. Ait enim vt idētitas est relatio rationis tamen sine opere intellectus res fundamētaliter eadē est sibi, ita & æqualitas personis diuinis citra operā intellectus adest propter fundamētum, ideſt, quia est illis essentialis, æqua perfectio: at citra opus intellectus formaliter nō sunt æquales. Porrò quātum intersit inter hæc duo, ideſt, idētitatem, & æqualitatē quis nō videt? idētitas enim est inter extrema sanè realia, at non realiter sed secundū rationem distincta, cæterū æqualitas necessario est inter extrema realia realiter distincta, nā nihil est sibi æquale, vt est sibi idē. Porrò autē ego scisscitari vellem à sectatoribus S. Tho. num diuinæ personæ verè sunt æquales? hoc sanè non diffitebuntur, ecclesia enim testatur clara voce esse coæquales, atq; coęternas extra de summa Trinitate & fide catho. ca. firmiter ex Cōcilio Lateranensi. Verè ergo sunt æquales, rursum scisscitor est ne vna æqualitas tātum diuinarū personarū vnde dicūtur æquales? fatebūtur nō esse vnā. Nanq; æqualitas est relatio & necessario habet oppositā relationē, & nihil sibi est æquale, sed alteri cui opponitur, igitur pater est æqualis filio alia æqualitate quā sit

Relatio realis duas habet conditiones ex San. Thoma.

Oppositio an sit relatio rationis.

Æqualitas personarum non est relatio realis sed rationis.

Expositio Thom. & Scoti. Et ueſunt concordes & dimutua inter se ueraces.

Caietanus expenditur & non assentitur.

Notãdaratio colligẽs æqualitatẽ diuinarum personarum esse relationem realem.

ea æqualitas qua filius est æqualis patri, itidẽ q; de æqualitate ad Spiritũ sanctũ dicito. Rursum ipse alia æqualitas patris ad filiũ, & alia filij ad patrẽ, & alia ad Spiritũ sanctũ, exigãs vlterius, num est alia ratione fundamẽti æqualitas: quod essentiam esse testãtur, negabut, si sibi cohærere studẽt. Nãq; fundamẽtũ æqualitatis est illis essentia diuina, at verò ex essentia non habet vnde æqualitas personarum sit alia, quippe vna est essentialis personarũ perfectio, ergo est alia, & alia æqualitas ratione personæ. At vero hæc alietas, realis est, & nõ intẽtionalis ex mẽte nostra pendẽs. Nam alia est realiter persona vna à persona altera, & inde æqualitas habet alietatẽ, ergò & æqualitas est relatio realis. Vnde cõficitur non fundari solũ super essentia, aut solum super relatione: sed super personalitate, ad sensum mox subdẽdũ. Itaq; æqualitas patris est alia quia pater est alius à filio, itidẽ de Spiritu sancto. Et deniq; pater est æqualis filio, qa filiũ generat de propria substãtia, & filius patri æqualis quia genitus est ex substãtia patris, & ita secundũ suam

Origo æqualitatis obseruatur.

processionẽ de Spiritu sancto dices. Et vt in summã redigã sententiã meã, in personis diuinis est essentia, est ꝓprietas personalis, est origo, est demũ relatio, super istis omnibus seruato suo ordine æqualitas hæc fundatur: fundatur enim primo super essentia quæ est omniũ fundamentũ primum, dein super proprietate personali, deinde super origine, tandẽ super relatione, quæ supra originem immediatè fundatur. Etenim personæ diuinæ in omnibus quæ habent sunt æquales, itaq; pater æqualis filio est in essentialibus perfectionibus, in proprietate personali in origine, & tãdẽ in relatione. Quia huiusmodi nõ sunt perfectiora in patre quã in filio, neq; in his duobus, quã in Spiritu sancto: sed prorsus sunt vniuersa hæc in singulis personis ex æquo perfecta, & quanuis proprietas relatiua, & origo personalis vnius personæ præseferat dissimilitudinẽ cũ origine alterius, atq; proprietate, nã paternitas dissimilis est filiationi, vt generatio actio à generatione quæ est passio, at vero tanta est perfectio vnius ꝓprietatis relatiuæ quãta alterius, & tãta est perfectio vnius originis quanta alterius. Nam origo in diuinis eth differens, sit perfectionẽ tñ æqualẽ habet. Quamobrẽ quãuis diuinæ personæ ex essentialibus perfectionib⁹, quibus potiũtur nõ sunt æquales, sed idem: at vero qa nõ solũ æqualitas diuinitatẽ sibi asciscit in fundamẽtũ, sed & alia omnia quæ personalia sunt, nãq; personæ in omnibus quæ habẽt sunt æquè perfectæ, neq; sunt gradus perfectionis in diuinitate neq; in essentialib⁹, neq; in ꝑsonalibus, vt falsò existimabat Arrius, propterea æqualitas est relatio realis, quia per ꝑsonalia super quibus etiã fundatur sunt realiter distincta: & semota omni actione intellectus, alia est æqualitas vnius personæ ab æqualitate alterius i no est distincta realiter æqualitas ab æqualitate. Nãq; æqualitas patris reipsa nõ alia est à paternitate, vt æqualitas filij non alia est à filiatione, nisi qđ paternitas est propria patri, neq; cõmunis alijs personis. At vero æqualitas cõmunis est tribus personis, generali enim nomine personas beatissimas æquales esse cõfitemur: at reipsa æqualitas vni⁹ personæ est cadẽ personæ æquali & distincta ab alia: propterea dixit scitè Bonauẽtura distinctione hac, æqualitatẽ nõ esse notionẽ sed cõsequi ad notionẽ. Et subdit in diuinis alias esse relationes proprias, alias vero cõmunes, & in numero cõmuniũ refert æqualitatẽ: & idẽ dicit de similitudine. Itaque relationes originis, & æqualitas in diuinis, nõ realiter sed ratione differũt, sicut cõmune & propriũ. Quę si tecũ voluis videbis vt formaliter sine opere intellectus personæ diuinæ sunt æquales, & nõ solũ fundamentaliter, vt Caprcolus hac distin. & Caietanus cõtẽdunt, vt mordicus teneant suũ placitũ æqualitatẽ esse relationẽ rationis. Ad hęc si cõsideramus diuina attributa esse æqualia, nã tãta est Dei bonitas, quãta est eius sapiẽtia, &c. vtiq; hæc æqualitas est relati rationis. Nãq; attributa diuina non sunt extrema realiter distincta, quid ergo nihil intererit inter æqualitatẽ diuinorũ attributorũ & diuinarũ personarũ? imo qñquidẽ personæ diuinæ sunt extrema realia realiter distincta, & attributa neutiquã, personarũ æqualitas maioris entitatis erit quã attributorũ: at vero attributorũ est relatio rationis, ergo personarũ æqualitas erit realis. At dices relatio nõ potest inniti relationi ne sit processus in infinitum, vt ergò fundatur ęqualitas super omnibus quibus diximus? dixerim relationẽ nõ fundari super relatione qñ fundata relatio & fundamẽtum, sunt duæ relationes re differẽtes: at verò si sola ratione differunt oppedit nihil. Nanq; paternitas fundatur super origine vt multi existimãt, & ita de reliquis. Quidquod si exactior sit sermo nõ fundatur æqualitas super relatione vt relatio est: nã nõ dicimus paternitatem esse æqualẽ filiationi, sed patrẽ esse æqualem filio: at vero cõcesimus perfectionem paternitatis esse æqualẽ perfectioni filiationis, secundum quã

Diuinæ personæ ex essentiæ unitate non sunt æquales, sed idem.

Æqualitas diuinarum personarum relatio est realis.

Capreolus & Caietan⁹ non probãtur.

2.

Æqualitas attributorũ relatio est rationis.

rationem

Magiſter interpretatur.

rationē fundare quis vetat. Quod vero Magiſter dixit eſſe æqualitatē appellationē tantū relatiuā, intellexit æqualitatē non ſignificare aliquā relationē realē diſtinctam à relationibus originis: & quod tradidit negationem denotare, eſt verum quantum ad priuatiuam negationem quam illi Ariſto. tribuit loco indicato .10. Meta. text. 17.

Hilar. exponitur & obſerua expoſitionem.

Argumentū porrò quod huius diſp. exordiū obiecit nihil officit deciſioni noſtræ, nos enim iam non ſemel tradidimus ęquale includere quandā negationē magni & parui, at vero quaten⁹ opponitur vnū æquale alteri ęquali nō negationē ſed affirmationē realis relationis includit, ſupereſt ad calcē iam deducta diſputatione verba Hilarij difficillima quæ proprietates diuinarū perſonarū paucis explicāt paucis quoq; explicare. Patri enim æternitatem tribuit, & filio ſpeciē, & Spiritui ſancto vſum, vt apud Mag. leges. Quæ vt capias, ſcito æternitatē non habere principiū neq; finem. Quamobrē quia pater originē nō habet, ideo iure ab Hilario æternitas illi tribuitur. Nam lib. de Synodis propoſitione. 26. ſiquis, ait, innaſcibilē & ſine principio dicat filium quaſi duo ſine principio, & duo innaſcibilia & duo innata dicens, duos faciat Deos, anathema ſit: caput enim quod eſt principiū omniū filius, caput autē quod eſt principiū Chriſti Deus, ideſt, pater hæc ille. Vnde recte colliges me explanaſſe patri æternitatē eſſe propriam ob cauſam quā præſcripſi, quod vero ſpeciē tribuit filio, ex Paulo hauſit ad Hebrę. 1. cùm ſit (ait) ſplendor gloriæ & figura ſubſtātiæ eius. Imago enim figura eſt rei cuius eſt imago, ſiue forma: nanq; Hieronymus formā legit. Eſt igitur filius figura patris ſeu forma, quia figura rem oſtēdit, itidēq; & forma rei rem exprimit, & filius patrē, eſtque proinde filius appellatus ſpecies ab Hilario. Nam ſpeciē philoſophi formā vocant. Et Hilarius lib. de Synodis non longè à principio imago (ait) eius ad quē imaginatur ſpecies indifferens eſt, ideſt imago à re cuius eſt imago nō differt ſpecie, quaſi dixiſſet apertius imago & res cuius eſt imago ſpecie ſiue forma non differūt: quippe ſecundū rationē ſimilitudinis vnā habent formā, res ipſa & rei imago. Quia ergo filius eſt imago patris, ob eandē rationē vocauit filiū ſpeciē. Quod vero vſum tribuit paracleto, de vſu propriè ne intelligito, quia Spiritus ſanctus eſt Deus quo fruendū eſt nobis, nō vtendū. At vero dona quæ ab Spiritu ſancto proficiſcūtur, ſunt quibus vtimur, vt vitā conſequamur immortalē, quia ergo Spiritui ſancto propriū eſt vt ſit donabilis nobis, ideo ait illius eſſe propriū, in ſpirituque ſancto eſſe vſum in munere. Quod vero Auguſt. lib. de doctri. Chriſtia. c. 1. alio ſermone proprietates perſonales expreſsit, patri tribuens vnitatem filio æqualitatē Spiritui ſancto deniq; concordiā, non ſunt ita aſpera intellectu vt prædicta Hilarij verba, quāquā non ſunt admodū peruia: at vero vnū cū ſit numeri principiū probè patri tribuitur, quippe qui eſt principiū ſanctæ Triadis. Et quia prima æqualitas in hac Triade eſt patris, & filij ideò nō in doctè filio tribuitur æqualitas: & demū quia Spirit⁹ ſanctus ex cōcōcordi vtriuſq; patris & filij ꝓducitur amore, iuſtè dixeris eſſe cōcordiā amborum.

Aug. exponitur patri tribuens vnitatem filio æqualitatem & Spiritui ſancto concordiā.

Aeternitas patri, ſpecies filio uſus Spiritui ſancto cur tribuitur.

DISTINCTIO Trigeſimaſecunda, cuius initium eſt. Hic oritur quæſtio ex prædictis deducta.

Diſputatio prima. Num pater & filius ſe diligant Spiritu ſancto?

IET in primis videbitur alicui forſitā patrē & filium nō ſe diligere Spiritu ſancto, nam vel diligere vſurpatur eſſentialiter, aut notionaliter, ſi eſſentialiter, non ſe diligunt Spiritu ſancto ſed ſua eſſentia: ſin vero notionaliter, nō etiā ſe diligūt Spiritu ſancto, nam diligere notionaliter eſt producere Spiritū ſanctū, at vero pater & filius ſi eatenus ſe diligunt, eatenus quoq; ſe producūt Spiritu ſancto id quod captu eſt impoſsibile. Præterea ſi ſe diligunt Spiritu ſancto, ergo Spiritū ſanctū etiam diligūt Spiritu ſancto: nā æqua ratio vtrunq; exigit ſi ſe diligunt Spiritu ſancto, ipſum quoque Spiritū ſanctū nō alio diligēt niſi Spiritu ſancto, at diligere Spiritū ſanctū eſt producere Spiritū ſanctū, ergo producunt Spiritum ſanctū, Spiritu ſancto id quod falſum eſſe in abſoluto eſt. Rurſum patrē & filium diligere ſe notionaliter eſt producere Spiritum ſanctū, id qđ eſt ſpirare Spiritum ſanctum, ergo ſi ſe diligūt Spiritu ſancto, ergo ſe ſpirant Spiritu ſancto: aut ſi nō ſe ſpirāt ſaltē Spiritū ſanctum ſpirāt Spiritu ſancto. ¶ Quibus adde pater nō ſe intelligit verbo, ergo neq; pater & filius ſe diligūt Spiritu ſancto: paritas rationis conſequētiā probat, & antecedēs liquet: nā pater ſe

1. Argu.

2. Argu.

3. Argu.

4. Argu.

intelligit per eſſentiã ſuã, ergo nõ verbo, qa cũ Deo intelligere ſit eſſe, ſi verbo intelligit ſe ergo ex verbo habet eſſe, qđ eſt pluſquã hęre ticũ: quia eſt extremæ ignorãtiæ illud fateri.

Arg. in diuerſum.

In contrarium eſt Auguſtinus. 6. de Trini. ca. 5. Spiritus ſanctus ait, eſt quo genitus à generante diligitur, genitorẽ q; ſuum diligit. Diſputatio hæc anxium reddidit Petrum Longobardum ſententiarum Magiſtrũ, & varijs ſanctorum teſtimonijs circũſeptus, credidit meandricam ſatis eſſe hanc diſputationem, & hominibus adeò arduam vt eius veritas aſſequi nequeat. Quanquam ipſe ſuam ſentẽtiam profitetur, tamen trepidè & non libere. Cernebat enim ex aduerſo ſibi imminere Augu. autoritatem, qua præſſus non laxas dedit habenas ſuæ ſententiæ, quæ alioqui inſenſu, quẽ ipſe prætendit, veriſima eſt patrem & filium non ſe diligere Spiritu ſancto. Nanq; hic ſermo planè præſefert ex orationis facie, Spiritum ſanctum eſſe formalem amorẽ, quo mutuo ſe diligunt pater & filius: id quod longiſsime à veritate fidei diſtat. Nanq; amor formalis quo ſe diligunt eſt improductus amor, verum Spiritus ſanctus eſt amor productus. Et rurſum quia. 12. Meta. text. 51. intelligere Dei eſt eſſe diuinum, ita etiã & diligere, id quod Aug. teſtatur opulenter vt habes. 6. de Trinit. ca. 5. & alibi, & Magiſter indicat in litera hac, & ſupra non ſemel, indicarat, ſi ergo dilectio patris, & filij formalis qua ſe diligũt eſſet Spiritus ſanctus, vtique & eſſe patris & filij eſſet Spiritus ſanctꝰ. Et rurſum pater etiã ſe diligit, quo ergo ſe diligit? & filius ſe diligit, quo ergo ſe diligit? nũ Spiritu ſancto? neutiquã, nanq; ſi ſinguli horum ſe diligerẽt Spiritu ſancto, eſſe patris eſſet ab Spiritu ſancto, & itidẽ eſſe filij eſſet ab Spiritu ſancto, vt ergo Spiritꝰ ſanctus à patre & filio procederet? vt ergo deniq; Spiritus ſanctus haberet eſſe à patre & filio. Et de mũ ſicut pater nõ eſt ſapiẽs ſapiẽtia genita, ſiue nõ eſt ſapiẽs filio, nã ſi ſaperet ex filio haberet eſſe & eſſentiã ſuã ex filio, & ita pater eſſet filius, & filius eſſet pater: ita & pater, & filius non diligũt ſe Spiritu ſancto: ideſt non ſunt diligẽtes per Spiritum ſanctũ aut ex Spiritu ſancto formaliter propter eandẽ rationẽ. In quã veritatem tota ſacra Theologorũ conſpirat cohors, vt in catholicam veritatem. At vt dicebam à tergo imminet Aug. aduerſans, nanq; in libr. 83. q. q. 23. planè teſtatur patrem eſſe ſapientem ſapientia genita, & in. 6. de Trinita. loco indicato iam, patrem & filium conteſtatur ſe diligere Spiritu ſancto. Et quanquã priorem propoſitionem correxerit & retractauerit in libr. 1. retracta. c. 27. cæterum ſecundam propoſitionem ſuam nõ limauit, aut correxit ſua cenſura. Et vtiq; videbatur impendio ſaluberrimum in vtrãq; propria animaduertere cenſura, & non præſtitit Augu. Quid quod etſi ambas propoſitiones ſua donaſſet cenſura, aliorum ſanctorum quædam ſunt teſtimonia, quæ idem profitentur, patrẽ & filiũ ſe diligere Spiritu ſancto: vt extat apud Hier. comm. in Pſal. 17. & apud quoſdam alios. At revera veritas patens eſt, quam præmonuimus, ideo totus labor eſt in diſſerendo modo dicendi, vt inquam modus hic loquendi defendi queat, pater & filius ſe diligunt Spiritu ſancto. Et Thom. in. 1. p. q. 37. art. 2. indicat multorum placita, & Scotus diſt. hac. q. 1. totidem refert, quæ ſudant omnia in explicanda prædictæ propoſitionis veritate, ſeu explicando modo dicẽdi ſanctorũ & Tho. in diſt. hac. q. 1. ar. 1. & in ſumma idẽ conatur efficere. Et nõ ſolum ſecũdũ improprietatẽ ſermonis ſed ob ſeruata ſermonis, pprietate. Modũ enim dicẽ di aſſerere curat propriũ eſſe, pater & filius ſe diligũt Spiritu ſancto, ait, enim agẽtiũ quædã denominari ab actionibus ſuis, vt ignis calefaciẽs dicitur calefactione: alia vero denominãtur ab effectu incluſo in ratione actionis, vt arbor dicitur florere flore, & quãquã hic nõ eſt forma arboris, at vero eſt quaſi forma, quatenus denominat arborẽ florẽtem, propterea q; vocat florẽ quaſi effectũ formalẽ: quippe vices gerit formæ, vt denominat arborem: itaq; terminus actionis denominat aliq̃ agẽs ſuũ. In quẽ modũ theologizat Thomas ſe trãsferẽs ad diuina. Nãq; diligere diuinũ vt eſſentiale eſt, eſt diligere improductũ, & non producẽs, nã eſt ipſa diuinitas, quæ ad intra non eſt productiua: at vt notionale eſt diligere, dilectionẽ ſignificat diuinam vt à principio ſuo exeuntẽ. Nanq; amor ſignificat dilectionẽ vt productã, at diligere ſignificat ipſam dilectionẽ vt eſt in exitu, & non vt eſt in termino, aut vt eſt terminus diligẽdi. Quapropter diligere denotat actũ notionalẽ, ſpirare vero ipſam notionẽ, ideſt, emanationem, amor vero ipſum emanatum. Ita generare ipſam denotat notionẽ, genitũ vero ipſum emanatũ ex generatione. Generare enim, aut ſpirare, nõ actũ ipſum ſed egreſsionẽ ſignificãt: at diligere actũ etiã denotat, vt eſt in exitu: ideo diligere nõ notio eſt ſolũ ſed actus notionalis, igitur diligere diuinum notionaliter, ſignificat ipſum amorem diuinum, ſcilicet, Spiritum ſanctum, vt eſt in ema-

Spiritꝰ ſanctꝰ eſt amor diuinus productus.

Et. 15. de trinitate. ca. 3. & 7. de trinita. c. 6.

Auguſtini obſcura uerba diſſeruntur.

Pater & filius quomodo ſe diligũt Spiritu ſancto.

Aduerte Thomiſtici & obſcuri dogmatis elucidationem.

Notio actus notionalis diligere ſpirare generare dicere.

in emanatione, ideſt, tantiſper dum emanat à patre & filio. Quapropter verbum hoc diligo ſignificat actionem includentem effectū, & quia in diuinis non eſt effectum aliquid, ideo diligere diuinum notionale, non includit aliquem effectum propriè, ſed quaſi effectum verè productum ex amore, ideſt, Spiritum ſanctum. Quamobrem hanc aſſerit eſſe propriam locutionem pater & filius ſe diligunt Spiritu ſancto: quippe in actione quam ſecum conuehit diligere notionale includitur effectus, vel quaſi effectus, qui eſt terminus actionis diuinæ, ideſt, dilectionis notionalis qui terminus eſt Spiritus ſanctus. Nam diligere notionaliter ſubaudi vt prędiximus, ſignificat actum amoris vt eſt in exitu, ideſt, tantiſper dum emanat à ſuo principio, ideſt, à patre & filio, ideoq; includit quaſi ſuū effectum in ſua ratione, ideſt, includit Spiritū ſanctum (vt præmonebam) qui eſt quaſi effectus dilectionis notionalis: non vt eſt in termino, ſed in exitu ab agente, ideſt, patre & filio, propterea que rectè denominat ſuum agēs vt flos denominat arborem. Propterea q; Tho. cenſet effectiuum caſum hunc Spiritu ſancto, habitudinem importare quaſi effectus formalis, non quia Spiritus ſanctus ſit forma patris & filij, ſed quia inſtar formæ denominat ſuū principium. Et ad eundem modum illa ſe habet propoſitio, pater dicit ſe verbo. Nam dicere etiam includit in ſua ratione ſuum quaſi effectum, ideſt, verbum vt eſt in exitu à dicente, propterea q; eandem ſubibit legem. At vero hæc neganda venit, pater & filius ſpirant Spiritum ſanctum Spiritu ſancto. Siquidem ſpirare actionem ſanè denotat, at actum ipſum nō includit, ideo notionem potius denotat ſpirare quam actum notionalem. Quia igitur actū non includit ſed ſolum actionem, ſeu emanationem, aut emiſsionem, propterea ſatis eſt ſi denominat agens ab actione quam denotat, at à termino actiōis denominare nequit: quippe que n nō includit in ſua ratione. Itēque dicito de generare, vt patet ex prędſcriptis. Tho. verò in loco indicato ſummę ſecius non nihil hæc diſſeruit, quam in ſcriptis loco prænotato. Nam in ſumma dixit ſpirare, importare actum notionalem dilectionem videlicet, quanquam non determinatè, at diligere determinate illum conuehit, ſcilicet, dilectionem, ideoq; nō denominat ſpirare, ab effectu, ſed ſolū ab actiōe. Mihi verò magis arridet quod diximus ad mentem eius in diſt. hac quia planiorem rem facit. Demum hanc fatetur, pater & filius diligunt ſe Spiritu ſancto, tanquā per ſona procedente: & diligunt ſe dilectione tan quam actu notionali. Itidem pater dicit ſe verbo vt perſona procedente, & dicit ſe dictione vt actu notionali. Et vt pater dicit ſe verbo ſuo & creaturas omnes, ita & amant ſe pater & filius Spiritu ſancto: & creaturas omnes. Nam Spiritus ſanctus procedit ex amore ſummæ bonitatis ex quo etiam amantur creaturę, hāc porrò quam abſolui clariori quo potui ſermone multa turbant ſententiam. Nam & Scotus inuexit non pauca contra ipſam machinamēta, vt eandem arietaret & peſſundaret, itidēq; Durand. q. 3. & Aureolus indicante Capreolo hac diſtinctione mirum dictu quā ſolerter placitū S. Tho. carpit. Porrò autē animus nō eſt huc in noſtras illa omnia vocare chartas. Nāque quibus ſummū eſt ſtudiū aſſerendi Thomam vt Caietano & Capreolo hoc relinquo vt ſoluant obiecta ſuo duci aduerſantia. Et revera qui non iurauerunt in verba magiſtri fingunt tentoria contra fundamentum S. Tho. & contra exēplum. At fundamentum erat quando effectus (& eſt ſermo de effectu vt Durād. accepit ſubſiſtente) hic ergo quando includitur in ratione actionis, denominat agens, exēplum eſt vt flos denominat arborem quæ floret flore. Irruunt prædicti in fundamentum hoc, nam genitum includitur in actione generādi, at vero hæc falſa eſt generans generat genito, & ſpiratum includitur in actione ſpirādi & hæc neganda venit, ſpirans ſpirat ſpiritu. Vt etiam plerequæ aliæ vt domificat domo. Et contra exemplum eſt argumentum, nā flo rere non eſt actio, & ideo flos non eſt effectus floritionis, ſed arboris emittētis florē. Et rurſum ſi florere eſt producere florem, ergo hæc eſt falſa, arbor floret flore, nam ſenſus eſt producit florem flore, vel florificat flore, quę ſenſa veritate non conſtant. Neq; ſuffragatur Capreoli diffugium, credit enim vt hæc euadat quæ exemplum Tho. turbant in verbo florere, includi actiuum verbum vt emitto, vel produco, vt floritio ſit floris emiſsio, vt ſi dixeris hortus rubet roſis, ideſt, rubentes pullulat roſas. At vero ſi includitur hoc actiuum verbum in neutro hoc floreo, propoſitio illa arbor floret flore eſt falſa, nā ſenſum edit falſum, emittit florem flore. Neque actiuum verbum includit verbum floreo, magis quam hæc verba palleo, rubeo, albeo, vt ſi dixeris pallet Petrus pallore, rubet rubore: albet albore, quæ neutra ſunt verba: at vero quia Ariſtotele authore, exempla proponuntur vt

Obſeruat ſermones Theologicos.

Quaſſatur fundamentū Tho. à multis Theologis.

Capreolus carpitur.

discentes facilius discant, & non vt vera sint, ideo exemplorum non tanta est exquirenda veritas. At verò fundamentum prænominatum confidit Caietanus se stabilire, docens in actione bifariam claudi effectum aut specificatiuè, id est, determinando speciem, & qualitatem actionis, aut vt coniūctum actioni, & hoc secundo modo quando coniūctus est actioni, ablatiuus seu effectiuus casus adiunctus actioni denominat agens vt flos, qui coniungitur floritioni denominat arborem in effectiuo. Quare ait, in generatione, aut spiratione, includi effectum, ideſt, genitum, vel spiritum tanquam specificans actiones, non tamen vt illis conuictum, ideoque pater non generat genito, neque pater & filius spirant Spiritu sancto: at diligere includit amorem seu dilectionem vt sibi conuictum effectum, ideo denominat ablatiuus principium agens, vt sit hæc vera, pater & filius se diligunt Spiritu sancto. Quippe Spiritus sanctus est amor productus & sensus est se diligunt amore producto. Cæterum facilior est noster sermo prior, spirare & generare, non includere in prima & per se significantia effectum .s. genitum & spiratum. Nam primo & per se tantum emanationem denotant: at diligere non solum emanationem denotat imò ipsum actum amoris, vt emanantem, ideoque ab illo actu poterit denominare principium & agens. Et re libratè expensa citra veritatis offensam adest exemplum familiare in verbo loquor, quod significat actionem loquendi, & in hac actione quæ est locutio, includitur effectus, qui est verbum vocale: & hic effectus in effectiuo denominat loquentem. Est enim loquens & locutione, & verbo, & non solum se loqui quispiam potest loquutione & verbo, sed & alia similimodo. Et est sermo proprius neque maximi refert quod sit effectus subsistens vt Durandus, & multi existimant. Nam verbum non est subsistens: nam semel emissum volat irreuocabile verbum, si ergo apud nos tantisper dum amamus formaremus aliquod amatum in nobis, vt verbum formamus loquendo, exemplum adesset familiare ad vtramque diuinam processionem adumbrandam: at verò quia desideramus hoc propterea maximè laboramus in eruendo sensu huius sermonis, pater & filius se diligunt Spiritu sancto: atqui seruata singulis ratione sua vt pater se dicit verbo producendo verbum, ita pater & filius se diligunt Spiritu sancto producēdo Spiritum sanctum.

Decisio ex authoris calculo.

Obserua studiosè exemplum germanissimum.

Refellitur Durandus & alij.

¶ Iam verò non me latet hoc Thom. placitum vt dicebam, non arridere Durando cum magna caterua Theologorum. Durandus enim hanc quam ventilamus propositionem, si diligere capiatur notionaliter, falsam duxit. Nam æquipollere huic credit pater & filius spirant se Spiritu sancto. Et demum colligit si se hoc modo diligunt, ergo se diligunt Spiritu sancto. Igitur se spirant Spiritu sancto id quod falsum est vt liquet. At probat priorē consequentiam, siquidem determinatio huius effectui Spiritu sancto, non est distrahens, aut remouens, vt si dixeris homo pictus, distrahitur hominis significatio, & si dixeris homo mortuus, aut homo irrationalis remouetur hominis significatio, vnde nō sequitur est homo pictus, ergo est homo, at verò est homo sapiēs ergo est homo, rectè colligis, igitur valebit collectio, diligunt se Spiritu sancto, ergo se diligunt, & cum hoc diligere sit spirare, se igitur spirant quod falsum est. Si verò essentialiter vsurpetur diligere, illam fatetur esse veram, in sensu improprio, ideſt, pater & filius se diligūt essentialiter, qui amor appropriatur Spiritui sancto. Itemque patris sapiētia est filius, ideſt, filio appropriatur sapientia. Et Alexander Alensis præcessit Durandum in asserēda hac sententia. At Gabriel putat diligere & esse notionale, & essentiale vt vsurpatur in propositione hac sæpé agitata, vt sit sensus, pater & filius diligendo se essentialiter producunt Spiritum sanctum: ante quem qui factionem nominalem amant etiam firmauerunt eandem sententiam. Thomas verò arbitratur si diligere capiatur essentialiter falsam esse propositionem præfatam, sinuerò notionaliter verū edit sensum. Nam diligere notionaliter est producere amorē subsistentē, ideſt, Spiritum sanctū.

Diligere notionaliter & essentialiter.

In sensu improprio pater & filius se diligunt Spiritu sancto Durando.

¶ Obseruas ne candide lector quantis inuoluitur tenebris sensus commemoratæ propositionis? qnam nobis obtulit Augustin. & fortasis has quispiam putabit facile discutere tenebras, si dixerit plerunque sanctos doctores abusiuas protulisse propositiones, vt supra cōmemorauimus Basilium, & Damascenum, &c. tradentes Spiritum sanctum esse verbum & imaginē filij idcircò quid miratu dignum si Augustinum improprié nunc loquutum quis dixerit? vt Durandus & alij dixerunt. At verò vt nihil intentatum relinquam, volo prioribus quædam paucula adijcere, si fortasis maiore luce donabitur, quod Thomas secum duxit propositionem prædictam in sensu proprio esse admitten-

Decisio quæstionis.

Sancti doctores nonnunquam abusiuas protulerūt propositiones.

tendam. Et exquisiui mihi exemplum fortassis aptius quam fuit Thom. exemplum. Nanque accipe tibi verbale nomen hoc fœcundatio, quod descendit à fœcundo, hæc actio fœcundandi includit in sua ratione effectum sibi coniunctum, ideſt, fœtum, & denominat suum principiũ in effectiuo, vt si dixeris mulier aut fœmina est fœcũda fœtu. Et quia Galenus cum medica turba existimat fœminam esse principium prolis, seu fœtus actiuum, iuxta hos recte dices fœmina se fœcundat fœtu: vbi ipsa reflexio & cõuersio apta est, id quod ineptum erat in verbo floreo, ineptus enim sermo & falsus est arbor se floret. Neque hoc exemplum cum calumnijs patet vt Thom. exemplum, tum etiam quia fœcundo actiuũ est non neutrum verbum: & ideo fœcundatio actio est, & fœtus verè terminus actionis. Quã obrem fundamentum præscriptum Thom. & si non vsquequaque verum sit, at verò non adeo prosternendũ esse iudico, vt multi iam commemorati authores prosternunt. Iam ergo propositio hæc vera est, fœmina se fœcundat vel fœtificat fœtu. Etenim in sua substantia fœtum producit, pater autem & filius in sua substantia producunt Spiritum sanctum. At Deo est gemina fœcunditas alia intellectus, alia voluntatis, quando ergo dicimus pater & filius se diligunt Spiritu sancto, æquè est atque si dixeris se fœcundant Spiritu sancto. Et vera est reflexio, se enim fœcundare, non est se producere sed producere Spiritum sanctum, in sua propria eorum substantia, vt diximus fœmina se fœcundat non quia se producit, sed quod in sua substantia ingenerat fœtum. Et rectè quia diligendo vel ex dilectione est hæc fœcunditas, exposui se diligunt Spiritu sancto, ideſt, se fœcundant Spiritu sancto, & cum determinatione ex effectiuo Spiritu sancto, & citra determinationem suppetit concedendi copia. Nanque si dixeris se fœcundant sine adiecto, verum est, & se fœcundant, Spiritu sancto itidem verum est. Item pater similiter se fœcundat verbi prole, hoc enim est, patrem se dicere verbo, quod est se fœcũdare verbo. Est enim hoc propria in substantia producere verbum. Quam ob rem fœcundare in diuinis cum vsurpatur notionale est verbum, & cum adiecto, & sine adiecto prædicatur, & cum reflexione & sine reflexione vt prædiximus. Et rursum propositio hæc pater se diligit Spiritu sancto, item non aliena est à veritate, nanq; pater se fœcundat Spiritu sancto producẽdo Spiritũ sanctũ in propria substantia, idẽ de filio dicito. Quanquam nec solus pater se fœcundat Spiritu sancto, neque solus filius, sed ambo simul, seruata demum sermonis proprietate arbitror Augustini sermonem esse verum illique subscribendum fore. Tametsi non legamus in sacro sanctis musis patrem & filium se diligere Spiritu sancto. Porrò propositionem hanc pater, & filius, creaturas diligunt Spiritu sancto, nisi ex improprietate sermonis nollem illam admittere, quia diligendo creaturas, non producunt Spiritum sanctum, quia dilectio creaturarum non est fœcunditas diuinarum personarum patris & filij, vt producant Spiritum sanctum: sed dilectio proprie diuinitatis: quanquam alijs aliud collubitum est: quam rem supra egimus. Et vt semel dicamus diligere notionaliter capitur vt Sanct. Thom. est arbitratus in propositione ista, pater et filius diligunt se Spiritu sancto. Neque consectarium est se diligunt notionaliter, ergo se spirant. Nam se diligere est se fœcundare ex dilectione fœcundatiua, aut productiua Spiritus sancti. Vnde & hæc item vera est se diligunt dilectione tanquam actione fœcũdatiua, aut quasi fœtifica Spiritus sancti. Nam Thom. audet dicere & Durand. & cæteri Theologi Spiritum sanctum esse quasi effectum patris & filij. Ad eum prope modum audeo dicere dilectionẽ illam esse quasi fœtificam, & pater & filius ex illa dilectione se quasi fœtificent Spiritu sancto, qui est veluti fœtus diuinæ voluntatis: & verbum diuinum fœtus diuini intellectus. At verò sine dictione, quasi nollem, vt verbo quo vsi sumus fœcundo, quando de Spiritus sancti productione agitur, nequis existimet Spiritum sanctum esse prolem patris & filij: etsi Theologi alij hanc correctionem non curant. Ex istis planus erit tibi Augustin. libr. de Trinitate. capit. 5. dicens, Spiritum sanctum esse quo coniunguntur pater & filius, & quod est vnitas amborũ & charitas & sanctitas. Quod si obstrepis si Spiritus fœtus est, igitur proles & filius, espondebis nos dixisse Spiritum sanctũ esse quasi fœtum diuinæ voluntatis, ideo non consequitur esse filium. Vtimur enim hoc nomine abusiuè, ideò adiecimus duo antidota esse quasi fœtum diuinæ voluntatis Spiritum sanctum.

¶ Iuxta hæc quæ decreta sunt promptum est discernere quæstionis alterius veritatem, num filius est sapiens genita vel ingenita sapientia? Sapientia enim nomun quã in

vsur-

Exponitur rursum Thomas ex authoris placito.

Obseruandum exemplum & aduerte hæc omnia diligentissimè.

Gemina fœcunditas in Deo, & intellectus & voluntatis.

Pater & filius se diligunt Spiritu sancto ut vera est & concedenda propriè & non abusiuè.

Augustinus egregie exponitur.

Pater & filius se diligunt Spiritu sancto nõ extat in sanctis musis.

Argumentũ Durandi solutur.

Augustinus exponitur.

Quæstio connexa.

vsurpatur personaliter, vt idem sit atque verbum, & notitia genita: & tunc re vera filius est sapiens sapientia genita, quia ipse est sua sapientia & ipse est persona genita, vt est enim verbum productum & notitia producta subsistens, ita & sapientia producta. Ab initio, ait, & ante sæcula creata sum, ideſt, producta vel genita sum. Sinverò essentialiter vsurpetur filius non est sapientia genita. Quandoquidem tunc sensus esset natura filij aut diuinitas est genita, id quod falsum est, pater igitur & filius & Spiritus sanctus sunt vna sapientia essentialis, & hæc neque est genita, neque ingenita sed est non genita. Quanquam si ingenitum idem sit atque increatum Damascenus est author diuinitas est ingenita, quippe quæ increata est. At verò ingenitum à Theologis vsurpatur vt sit proprietas personæ patris, secundum quam rationem essentia diuina non est ingenita: est enim ingenitum hoc modo, quod est principium primum productiuum in sancta Triade, & hoc principium non est essentia, sed solus pater, qui est velut caput in beata & arcana Triade, vt Hilarius dixit libr. de Synodis propositione. 26. Nihil tamen formidabis concedere filium esse sapientiam genitam, verum hæc sapientia genita est ex sapientia ingenita: nam ex parte habet diuinitatem, & sapientiam, at tametsi ex patre habeat, at non est aliena diuinitas à filio neque sapientia, ideo vt est Deus filius ex sua diuinitate quia non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo ad Philipp. 2. ita est sapiens sua sapiētia, & per semetipsum est Deus, & sapiens, &c. etiamsi à Deo patre omnia habeat vt sol à Deo lucem est sortitus, at vere lucet per propriam sui ipsius lucem.

Filius quomodo est sapiens sapiētia genita.

Pater est sicut caput in sancta Triade ac fine superioris excellentia.

¶ Iam verò post longam & laboriosam disputationem, non erit arduum argumenta diluere primò obiecta, primo igitur dicito in propositione agitata verbum diligere capi notionaliter, nec consequens est ergo se producunt pater & filius sed inferas ergo producūt in sua substantia Spiritum sanctum.

Ad argumēta respondetur.

¶ Argumento secundo dicito, propositionem hanc esse veram pater & filius diligunt Spiritum sanctum Spiritu sancto: neque firma tamen est collectio ergo producunt Spiritum sanctum Spiritu sancto. Nanque in antecedenti ex effectiuo, hoc Spiritu sancto, significatur Spiritus sanctus quasi effectus productionis, in consequente verò tanquam principium productionis. Quamobrem inualidè colligit argumentum, at colligere oportet ergo producunt Spiritum sanctum ex amore Spiritus sancti.

2. Argum. Solutio.

¶ Tertio argumento respondebis patrem & filium se diligere Spiritu sancto non est se spirare, neque se producere, sed se fœcundare Spiritu sancto: vt satis iam præloquuti sumus. Et demum quid interſit inter spirare, & diligere superiora te docebunt.

3. Argumēt. solutio.

¶ Postremum argumentum solues sine tædio si annotaueris in primis quædam esse notionalia prorsus, vt ea nomina vel verba, quæ originem & distinctionem personarum denotant: vt pater, filius, &c. item spiro, genero, dico, dicens, generans, & hoc genus alia, alia vero sunt prorsus essentialia, vt diuinitas, essentia, quæ neque originem, neque distinctionē notant: alia verò sunt quæ simpliciter sunt essentialia, at vero ex adiecto notionem sapiūt: quia rationem notionis indicant, vt intelligere, sapientia, & diligere. Hæc enim plane essentialia sunt, at vero nonnunquam ex adiecto notionem induunt, vt si dixeris pater intelligendo se producit verbum, gerundium hoc, intelligendo, significat intellectionem, vt est in patre productiua filij, & ita notionē sapit sic intelligere. Quippe hac ratione non est intellectio aut sapientia communis Triadi sed propria patri: & hoc intelligere est idē atque dicere, vt diligere notionaliter est idem atque spirare. Quanuis scrupulus est quibusdā Theologis, si intelligere, notionale dixerint esse, at vero quod aliquando ex annexo sit notionale, iam indicaui propositio igitur hæc pater intelligit verbo, si essentialiter capiatur verbum intelligit, falsa est, nam pater non intelligit verbo, nisi per essentiam suam, at vero si ceperis notionaliter vera est, est enim idem atque si dixeris dicit se verbo, aut se fœcundat verbo, tanquam ex persona producta. Denique quia intelligere notionale, est ratio productionis verbi, vt diligere est ratio productionis Spiritus sancti, eadem causa dixi hæc duo verba esse rationes notionum, quanquam simpliciter non sunt notiones. Multa tandem vt finem sermonis faciamus essemus hoc acturi loco de processione Spiritus sancti, an scilicet ex amore creaturarum procedat? quæ tetigimus distinctio. 28. & acturi vberius distinct. 37. quando de idæis se obtulerit occasio dicendi, propterea consultè mittimus in eum locum.

Ad postremum.

Obserua diligenter hæc de notionalibus & essentialibus nominibus, & uerbis.

Pater intelligit uerbo quomodo sit accipienda.

(?)

DISTIN-

DISTINCTIO trigesimatertia, & trigesimaquarta. Quarum initia sunt, Post supradicta interius considerari, &c. Prædictis autem adijciendum est.

Disputatio prima. Num proprietates personales sint idem atque diuinitas? num quoque admittendus sit sermo proprietates sunt in personis?

Argum.1. IVIDEBITVR fortasis alicui proprietatem & essentiam non esse idem. Nanque si idem sint, persona ergo est eademque essentia, consequetiam ostendo: nam persona diuina non est aliud quam proprietas subsistens in essentia, quod si hæc proprietas est essentia, ergo ipsa persona est essentia, concedes fortasis, iam sciscitabor à concedente, si est eadem essentiæ, quid ergo personalitas addit ne quicquam supra essentiam, annihil? si nihil addit, cur ergo proprietas constituit personam si nihil addit? nam si nihil addit proprietas personæ (quam vocaui personalitatem) nod aliud est quam ipsamet essentia, neque aliud includit: ergo vt essentia est communis tribus ita persona, vt pater verbi causa esset communis tribus, & in cæteris simili modo, sin verò dixeris proprietatē personæ, vel personam aliquid adijcere supra essentiam, num illud adiectum est res? num est rei ratio, si res est persona ergo conflatur ex duab⁹ rebus ex essentia nēpe & ex relatione, id quod simplicissimæ Dei simplicitati detrahit quam maximè, nam quando res & res conflant vnum, non est aliud conflatio hæc quam compositio: at verò Deus ab omni compositione infinitum abhorret, & damnata est in concilio Senonensi hæresis Petri Abailardi compositionem admittens in diuinis personis. At si dixeris additionem non esse rei, sed rationis, quid ergo proprietas, personalitas ve pendebit à ratione intellectus? neutiquam pendet, neutiquam ergo adiectio ex ratione est.

Argum.2. Secundo vel persona est eadem quæ essentia, aut alia ab essentia, si eadem & quæ sunt eadem vnitertio inuicem seruant vnitatē, at tres personæ sunt eædem essentiæ, ergo mutuo sunt eædem. Etsi hoc affirmas perturbas cum Sabellio Triadis venerandum mysteriū. Confundis enim personas, quod si dixeris nō esse eadem essentia, atque persona, quia alterū est absolutum aliud relatiuum, obijciam tibi, si alia est essentia á persona, ergo essentia est origo personæ, nā in diuinis origo sola est quę alietatem præstat, at verò essentia non est origo personæ, quia neq; generat, neq; generatur, extra de summa Trinitate & fide catholica capit. firmiter. ex quo testimonio promptum est, neque essentiam esse originem personæ, neque personam essentiæ, igitur si inter hæc non est origo ergo neque distinctio.

Argum. in contrarium. Contrariam verò defendit partem ecclesiæ quæ firma est authoritas, loco dudum indicato, quæ fatetur esse proprietates personales, quibus personæ diuinæ inuicem secernuntur, vel si mauis discernūtur: at verò ex essentia non discernuntur diuinæ personæ, ergo essentia & personę non sunt prorsus idē. Quia per ratio communionis non est ratio discretionis. Porrò est ratio cōmunis essentia, & proprietas est ratio discretionis, igitur non sunt idē essentia, & proprietas, aut clarius age proprietas indiuiduat personam, essentia non indiuiduat, ergo non sunt idem.

Disputatio hæc satis dilatauit fimbrias suas in .d.26. & in.d.2. vbi pleraq; disseruimus hanc disputationē concernentia, eo nanq; loco de distinctione formali vsq; ad fastidium disseruim⁹: quę huic attexere loco nō subit, nā occidit miseros discrābe repetita magistros.

Gilberti placitum cōtra quod dimicauit B. Bernardus & expugnauit. Vt ergo paucis rē agamus recolendū est ex dist. 26. Gilbertū Porretanū Pictonum episcopum, qui autor sex principiorū nūcupatur relationes diuinas nō esse in personis tradidisse infixas, at affixas, & foris: adesse solū cæterū melius tandem sapiēs placitum suum retractauit in concilio Rhemensi, author est Bonauētura hac distinctiōe, & Tho. 1.p.q.28.ar.2. eiusdem placiti meminit: & ante hos Magister sententiarum hoc in loco & Guilihelmus Altisiodorensis eiusdē mentionē fecit. Neq; est quod multa in hāc sententiā vibremus argumenta, satis sit dixisse relationes creatas accidētia esse, at verò accidēs nō est affixū sed infixū subiecto, nō adhærēs, sed inhærēs substātiæ. Relationes porrò diuinæ si affixæ essent, & nō infixę, nō cōstituerēt neq; indiuiduarēt psonas: at vero vel hoc solo nomine sunt excogitatæ, vt essēt qb⁹ psonę beatę indiuiduarētur, & discernerentur

Gilbertus non probatur.

tur intrinsecis proprietatibus. Nam individuatio non est ab extrinseco, sed ab intrinseco. Vnde Sophronius in epistola inserta sextæ Synodo Constantinopolitanæ, has proprietates personales vocat alterificas, & insitas esse personis commemorat. At verò S. Thom. Porretanicā sententiam eatenus cēsuit esse veram quatenus relationes rationis, non insunt, sed adsunt, ideoq; non infiguntur sed potius affiguntur vel adsistunt, & non insistūt. Nam hic author relationes creatoris ad creata rationis voluit esse, de quibus censuit verū esse Gilberti sermonem. Quinetiam decernit relationes vt sunt relationes, id est, secundum esse relatiuum nō habere esse infixum, quia non insunt subiectis hac ratione, sed solum vt accidentia sunt, cui ego subscribo in hoc placito. Quod si Gilbertus intellexisset relationes diuinas secundum esse relatiuum nō esse in personis, at esse ad personas verum narrasset, modo asseruisset vt proprietates verè insitas esse in personis. Etenim relatio ex suo esse relatiuo habet esse ad aliud: & esse ad aliud, nō est esse in alio, sed esse ad aliud, ideo non est insistere sed assistere, non est infigi, sed affigi, at Gilbertus, qui retractauit suam sententiam, nō intellexit eandem iuxta hāc normam, sed putauit non esse proprietates relatiuas in diuinis personis, reclamante tamen ecclesia. In essentia etenim confitetur esse vnitatem, & in personis proprietatem, non sanè inhæsiuè, sed tā quam in fundamento relationis. Retenta igitur hac sententia prominent scopuli ardui, & actiues in materia ista, vt inquam essentia, & proprietates personæ, se habeant num vt idē? num vt diuersa sint? Scotus siquidem distin. 2. huius primi & 26. distinct. formaliter duntaxat essentiam & proprietatem credidit distingui: neque aliam excogitauit distinctionem, inter essentiā & proprietates personales, quā inter essentiam & attributa. Quippe quæ habent diuersos essentiales seu formales conceptus. Et S. Tho. & in hac distinct. & in summa Theologica docet esse distinctionē rationis. Tametsi hoc loco vnū expressit qđ in partibus suppressit, inter essentiam & proprietatē esse distinctionem rationis ex parte rei intellectæ, & non solum ex parte intelligentis. Vnde subripuerunt familiares Tho. occasionem hanc distinctionem vocitandi rationis ratiocinatæ. Et vt admonuim⁹ suo loco fortasis Scotus & Thom. verbo tenus dissident nisi quod Tho. suam cōmentatur distinctionē, vtens cō paratione ad creaturas, at Scoto hæc comparatio vsui non est nanque citra illam distinguit. Durand. verò. q. 1. huius distin. tribus sententijs suam edocuit mentem. Prima essentiā & relationē ex natura rei submota intellectuali opera differre. Hæc ostenditur nam submota rationis nostræ opera, essentia est cōmunis trib⁹ personis, & personalis proprietas est individua. Secunda non differūt essentia & proprietas, tanquam duæ res, hæc prompta est, nā paternitas est verè diuinitas, nam pater est Deus & demū personæ sunt ipsa essentia Dei, & relationes sunt Deus. Tertia quodam modo, id est, secundum quandam rationem differunt realiter, non quidē simpliciter, sed secundum quid. Hæc est corollaria ad priores sententias. Nam si distinguntur ex natura rei, & non distinguntur simpliciter realiter, tāquam res, & res, ergo secundum quid. Etre vera hæc distinctio realis secundum quid est distinctio Scoto formalis. Et Aegidius Roman⁹ alijs verbis hac dist. vtens eādem habet mentem, relatio ait, secundum esse est idē cum essentia at secū dum quidditatem relatio non est eadem cum essentia. Nā relationis quidditas est ordo ad aliam personam, & essentiæ quiditas absoluta est. Et quod Duran. dixit ex natura rei, nō est aliud à dogmate. Tho. distinctionem tradēte inter essentiā & relationes esse rationis sanè, at verò quæ habet originē ex re intellecta, & non solum ex intelligēte. Nāq; origo hæc ex re intellecta est origo realis, seu ex natura rei. Et demū omnes isti authores illò tendunt excepto Scoto, & in hoc incūbunt, vt doceant essentiā & relationem distingui non distinctione purè elaborata, à mēte nostra quæ ficta est: at distinctione rationis, quæ habet ex ipsa re originē & fundamentū: quam alij formalē vt Marsilius. q. 36. 1. sent. alij ex natura rei vt Durandus, alij rationis rationatæ vt allūni Tho. quilibet pro suo arbitratu variè illā appellās. Nullus tamen ausus fuit illam realem simpliciter nuncupare, quia fidei veritati detrahebat.

¶ Porrò autem vnum mihi confessum est, essentiam & relationes diuinas maiori distingui distinctione quam essentiam & attributa. Inter hæc nanque arbitror esse distinctionem rationis solum vt commenta. Auerroes dispu. 5. contra Algazellum tradidit. Et. 12. Metaph. comment. 51. & 39. hæc enim operante intellectu puto distingui: illa verò nō item. Obserua autem inter relationes quas vocitamus esse rationis latum esse discrimen, sunt enim quædā quæ fictæ sunt prorsus vt inter chimeram & hyrco ceruum, aliæ vero quæ nō sunt effictè pror-

Notanda uerba Sophronij.

Scotica opinio.

Thomas Gilbertum ex parte probat.

Tres Duran di sententiæ

Porretanus explōditur.

Distinctio formalis est realis secundum quid.

Distinctio rationis habens origine ex re intellecta alia, alia ab intelligente.

Distinctio rationis ratiocinatæ & ratiocinantis.

Decisio quæstio. ex authoris placito.

Relationū rationum uaria genera.

prorsus,quippe quæ non nihil originis habēt ex re,quanquam ex remoto & non ex proximo,vt distinctio inter duas secundas intentiones,vt genus & specem, habet sané distinctio hæc nonnihil originis ex re, nanq; plura verbi causa continētur sub animali, quam sub homine.Experimur enim plura esse in re animalia,quam homines, propterea q; mens sibi fabricat diuersam intentionem generis ab intentione speciei.At verò alia est distinctio rationis cui ex proximo res ipsa suffragatur, vt inter actionem & passionem quas Arist.3.Physicor.distinxit secundum rationem.In quibus mens vtique habet ex re ipsa vnde satis illa distinguat . Nanq; experimur effectum egredi ab agente,& recipi in patiente . Quamobrem ex re distinctio hæc fundamentum proximū habet.Iam verò attributa quia in Deo nō sunt plura,si Deum tantū in seipso consideras,quia secundum rem Deus est vnissimus, & simplicissimus ideo omnia Dei attributa sunt vna perfectio essentialis, infinitas tamen continēs eminentissimé. Sunt autem plures relationes reales distinctæ realiter,proinde alia est ratio habenda distinctionis attributorum alia relationum.V traq; conueniunt sanè,quippe quæ sunt vna res ipsa atque essentia.Et quia vna res sunt non distinguntur realiter, propterea que Tho.illam vocitat rationis: nempe vt distinguat illam contra realem.Cæterum quia plura numerare attributa diuina,non habet originem ex Dei vnitate, sed ex operante intellectu,ideo hęc attributorum distinctio ex ratione emergit.Porrò hæc distinctio nō est adeo ficta vt nihil habeat ex ipsa re suffragij.Nanq; eminentia diuinæ celsitudinis in causa est, quod mens creata illi tribuat varias quas colligit meditando ex creaturis perfectiones,ideò que ex remoto origo est in diuinitate, vt mēs nostra diuina multiplicet attributa,porrò autem si qua distinctio est rationis inter essentiā & relationes,illa sanè ex proximo,rei innititur.Siquidem res ipsa ex se hoc habet, & vnā esse essentiam,& plures esse relationes ex sua natura multiplicatas, ex oppositione quā ex origine nactæ sunt.At vt Tho. & Scotum cōciliem,dixerim huiusmodi distinctionem verè esse rationis,vt Tho.astruxit,& formalem siue ex natura rei vt Scotus & Durand. & alij tradidere.Nanque essentia atque relatio vna res sunt,& cum consideramus distinctionem relationis,& essentiæ consideramus vtique distinctionem eiusdem ad seipsum & hæc distinctio planè ex intellectu meditante est,qui capit vnum vt duo quæ ex consideratione duntaxat duo sunt.Et hoc inficiari nequit Scotus,qui vnam esse rem confitetur essentiam & relationem.At verò nobis ex creaturis exēplorum fit non modica copia,nam vnam rem sortiri duas quidditates, quas Scotus formales vocat rationes, cernimus passim. Nam vnus effectus duabus quidditatibus potitur, & actionis & passionis.Nāque actio & passio (quippe quæ duo sunt genera generalissima) duas necesse est vt sortiatur quidditates diuersas. Etsi credimus nominalibus philosophis substantia,& quātitas,& relatio realis vna res sunt,at quidditatibus distingui diuersa ve esse quis ambigit?nemo,vtique nemo. Atque iam hinc scande ad diuinorum excelsitatem & non molestum tibi erit creditu , vnam rem esse essentiam & relationem , seu proprietates personales : at verò nihilominus duabus insigniri quidditatibus, nanque essentia & relatio diuersa amant genera: quanquam vt sæpè aiebam,diuinitas non est in genere, nisi analogicè est in genere substantiæ . Est igitur quidditas essentiæ quidditas absoluta ad se existens, at quidditas relationis relatiua est ad aliud existens,vt Augustin.est locupletissimus testis.2.de Trinitate.capit.5.& sæpe aliàs , vt superius commonefecimus . At quidditates istæ non beneficio aut munere mentis nostræ , aut angelicæ competunt diuinæ essentiæ , & diuinæ relationi. Quandoquidem ex proprijs sibi illas conciuere naturis.Non enim sunt vt quidditas generis,quæ accepta ferenda est menti illam paranti,& ita de alijs secundis intentionibus censeto. Quapropter si quidditates consideras quatenus vnius sunt & eiusdem rei , ratione illas distingues . Ipsa nanque essentia vt essentia distinguitur à seipsa vt relatio , vt vnus effectus , vt actio , secernitur à seipso vt passio , ideoque Aristotel.ex ratione hæc secreuit: cæterum si ipsas consideras quidditates vt vnam alteri conferas, dices ex seipsis distingui non ex intellectu,ideoque Scotus illa distinxit formaliter, & Durandus non formidauit illas asserere secerni realiter, quodam modo siue ex natura rei.Et Aegidius dixit essentiam & relationem secundum esse idem esse, & distingui secundum quidditatem . Et alumni D.Thom.non indoctè dixerunt esse distinctionem rationis ratiocinatæ. Itaque quia vna res duas nanciscitur aut plures quidditates, inde habet ortum distinctio quæ & formalis est,aut sapiens realem distinctionem.Siquidem

Relatio rationis multiplex.

Considera distinctionē attributorū ab essentia.

Alia est distinctio attributorum à distinctione relationum diuinarum.

Distinctio attributorum ex re moto habet fundamentum in re distinctio relationum ab essentia ex proximo.

Conciliatur Tho.& Scotus.

Obseruanda de.

Vna res duas habet quidditates.

Hæc aduerte sedulo ut Theologorum placita habeas & concilies.

Ratio rationis ratiocinatæ.

dem iſtæ quiditates ſunt natiuæ rebus & non ex mendicato ab intellectu acceptæ,& eſt rationis quia res vna comparatur ſibi ipſi: at verò quia quiditates ſunt differētes aut diſtinctę inde emergit vt eſſentia ſit communis,& proprietas ſit indiuidua, proprietasque diſtinguat,& eſſentia perſonas non diſtinguat. Idēque cenſebis de ſpiratione communi,quæ nō ſolū ab eſſentia diſtinguitur formaliter & ex ratione operāte,ſed etiam à relationibus alijs. Nā ſpiratio cōmunis vna res eſt paternitati & filiationi. At verò formalem habet diſtinctionem quemadmodum cæterę propterea quod quanquam ſit relatio realis eodemque potita genere ad aliquid quo aliæ,at verò quia quiditas relationis eſt eſſe ad aliud ſpiratio alio modo eſt ad aliud quam paternitas,& filiatio, nā illa refertur ad Spiritum ſanctū, hæc verò inuicem opponuntur. Demum ne multis te morer indico tibi.2.diſpu.diſt.2.vbi vberius hæc diſſeruntur.

Argumenta ſoluuntur.

¶Ad argumenta igitur reſpondere opus facto eſt,primo ergo dicito relationem nullam addere rem ſupra eſſentiam:cæterum addit rationem. Nanq; vt probè Tho. dixit hoc loco relationes tranſeunt in ſubſtātiam eſſentiæ diuinæ:non tamen in rationem ſubſtantiæ. Vnde hæc additio cōpoſitione vacat: nanque rei non eſt ſed rationis ad rationem, & pluralitas rationum nihil cōponit diuina. Etenim ſi pluralitas perſonarū nullam exhibet compoſitionē,neq; rationū aut quiditatū exhibebit. Perſona igitur ſimpliciſsima eſt at verò eius ratio ex duobus eſſentia & relatione conflatur. Eſt enim diuina perſona eſſentia diuina incōmunicabiliter ſubſiſtēs,neq; duæ quiditates eſſentiæ atq; relationis,ſe habent vt potentia, & actus,vt vnum cōponant:quippe quæ ſunt vna res ſimpliciſsima. Neq; ſi fingas ex impoſsibili Deū non eſſe Trinum eſſet tunc ſimplicior quam modo eſt Trinitate beata gaudens. Eſt enim diuinitatis infinita vnitas atq; ſimplicitas. Quare neq; pluralitas rationum,aut perſonarum tātæ vnitati officere quicquam poteſt. Attributa verò diuina quia & trāſeunt in ſubſtantiā diuinam & in rationē ſubſtantiæ, ideo eiuſdem ſunt quiditatis atq; diuinitas. Ideoq; nō ab re dicebam attributa ab eſſentia diſtingui ex ratione non tamen formaliter, vt relatio diuina atq; eſſentia,ſunt qui has quiditates vocent realitates,aut formalitates,ego nil moror has appellationes:modo de veritate conſtet, voca rationes quiditatiuas, voca quiditates,voca vt animus tulerit:tametſi vſitatius eſt

Pluralitas rationum non componit.

Perſona diuina quid ſit

Formalitas quiditas ratio rei idē.

qditatis nomē vel rationis priſcis philoſophis.

¶Argumento ſecūdo dices,relationes eſſe idem atq; eſſentiam,non tamē continuò colligas rectè ergo inuicē ſunt idē,ſiquidē axioma illud quæ ſunt eadē vni tertio ſunt eadē inter ſe,intelligendū eſt quādo vniūtur cum tertio omnino. Nāq; ſi arguteris animal eſt homo,& equus eſt animal, ergo equus eſt homo,tua argumētatio flacida eſt. Quāquā enim homo & equus vniātur vni tertio, ideſt, animali quod eſt medium in paralogyſmo hoc,cæterum ex vnione cum tertio non reſultat vnio extremorū mutua vt cernis. Cōcluſio enim eſt vbi extrema ſyllogiſmi vniūtur inuicē, at concluſio hæc falſa eſt homo eſt equs,cur ita? quia extrema in præmiſsis nō omnino vniebantur cum medio. Etenim homo non omnino eſt idem quod animal: vt neq; equus. Igitur cū relationes & eſſentia nō omnino vniātur,nanq; dixi mus quiditatiuè diſtingui,propterea nō conſequens eſt ſi vniuntur cū tertio & ſecum inuicem vniri. At occinnis relationes diuinæ ſunt eędem eſſentię,& eſſentialiter & realiter,ſunt enim vna res & vna eſſentia diuinitatis diuinę relationes, ergo & inuicem erūt eſſentialiter, & realiter idē,id quod veritas orthodoxa reijcit,quæ tres rēlationes diuinas fatetur intrepidè realiter diſtinctas eſſe. Reſpōdeo occinnēti tres relationes diuinas eſſentialiter idē eſſe, ideſt,ſunt vna eſſentia,vnaq; diuina maieſtas: & realiter ſunt idē,abſolute vna res ſunt,hoc eſt vna res ſunt abſoluta:nempe ipſa diuinitas, non tamen realiter idē relatiuè:ſunt enim tres relatiuę,vt non ſemel ſupra proclamatum eſt. Propterea autem relatiuam vnitatem non habent,quia relatio & eſſentia quiditatiue diſtinguntur ad ſenſum præexpoſitum. Quia ergo non omnino vniuntur cum tertio,neq; inuicē vniuntur. Quidā hoc axioma putant fallentiā habere in Trinitatis arcano, ideoq; cum axioma iſtud ſit in quo forma ſyllogiſtica radices iacit firmiſsimas, ſubinde ſequitur formam ſyllogiſticam non habere locum in hoc ſacratiſsimo Trinitatis arcano. Ego verò non eo in horum ſententiam,puto nanque axioma commemoratum verum eſſe etiam in Triadis myſterio. Itemque ſyllogiſticam rationem non deficere, ſi tamen ſeruentur ſeruanda & intelligantur intelligenda. Nanque ſi colligas omnis eſſentia diuina eſt pater, filius eſt eſſentia diuina, ergo filius eſt pater, non recte colligis. Nanque pater & filius ſunt ſyllogiſmi extrimitates,quę non omnino vniūtur cū tertio,quod eſt mediū ſyllogiſmi.

Argum.2. dilutio.

Obſerua diligentiſsime axioma in quo fundatur ars ſyllogiſtica ut intelligatur.

Aduertenda obiectio.

Obſerua diligentiſsime ut forma ſyllogiſtica in diuinis etiā teneat.

Dixi-

Diximus enim paternitatem, & filiationem quiditatiuè distingui ab essentia, ideoq; non sequitur vnio extremorum in cõclusione. Et loborat syllogismus vicio familiari huiusmodi syllogismis qui in materia hac fiũt, ab identica enim ad formalẽ vicioſus est processus. Vt si dixeris omnis effectus procedens à causa est actio, & omnis huiusmodi est passio, ergo actio est passio. At si colligas omne quod est essentia diuina est pater, & filiꝰ est omne quod est essentia diuina, ergo filius est pater, proba est collectio: at præmissæ sunt falsæ, vt ipsum consequens. Nanque in præmissis præfertur essentiam esse prorsus idem quod relationes. Et ita ex proba collectione improbæ sunt, id est, falsæ præmissæ cũ cõclusione histu mihi pende quam scitè dixerimus personas non constitui ex absolutis, etenim vt asserebamus ex distincta quidditate essentiæ & relationis, procedit quod relationes distinguantur realiter essentia indistincta. At vero si proprietas esset absoluta excogitari nequit, vt esset alia quidditas essentiæ diuinæ, & alia ꝓprietatis absolutæ, imo prorsus esset vna quidditas. Vt ergo intelligendũ foret nõ multiplicata neque distincta essentia multiplicari relationes, atque realiter distingui inintelligibile vtique est. Id quod planiꝰ multo est constituendo personas ex relationibus. Quia enim essentia est ad se & relatio ad aliud, etiamsi vna res sunt ex alia tamẽ horũ & alia quidditate resultat personarũ multitudo relatiua, atque realis distinctio, vnitate essentiæ & identitate seruata. Tandẽ ne cũcteris super verbo illo superiori relationes sunt essentialiter idẽ cum essentia, nãque fortasis, ais, si essentialiter igitur & quiditatiuè sunt idẽ & diuersum dicebamus quiditatiuã esse distinctionẽ essentiæ & relationis quam alij dixere formalem, &c. At scito ex sermone nostro hoc haberi duntaxat essentialiter sunt idẽ, ideſt sunt vna essentia. Neque aliud intellectũ volumus per illud aduerbiũ essentialiter. Neque vsurpare volumus vt vulgo vsurpatur eo ꝙ est pro quiditatiuè. Absoluimus Christo cooperante vt potuimus, disputationem quã Magister censuit difficillimã, & non immerito censuit: circa tamẽ dist. 34. nihil est quod nos moretur, nanque ex absoluta. 33. dist. tota pendet, citat autẽ Magister hæreticos quosdã, qui sibi applaudentes ex verbi Hylarij. 8. de Trinit. paulo ante mediũ contendebant naturam diuinã non esse personã realiter. Nanque authore Hylario aliud est natura, aliud res naturæ: Personæ igitur cum sit res naturæ, non est ipsa natura diuina seu essentia. Veruntamen Magister ex eodẽ Hylario in creatis asserit rebus diuersitatem esse inter naturam & rei naturæ, in Deo autẽ nulla est realis diuersitas. Portò autem si Aristotel. peripateticum dogma hæretici isti cõsuluissent non tam furerent in mysteriũ. S. Triadis, vt furiũt: siquidẽ at etiamnũ in creatis rebus res naturæ est idem quę natura: nanque hoc nomen substantia multifariã significat, iam rei diffinitionem, quã essentiã dixere nostri vt suo ostendimus loco, iam vero secundam intentionem significãt vt vltimum subiectum lege Tho. 1. p. q. 29. arti. 2. iam vero subsistentiam vt quod est per se existens: subhęc quoque res naturę nominatur, vt scilicet subditur naturæ communi, vt hic homo denique denotat hypostasin, nempe vt subiacet accidentarijs formis. Istud sanè in creatis extat rebus, at vero in diuinis vocitamus Dei naturam essentiam & substantiã abusiuè: at prius subsistentiam ibi concedimus. Nanque & diuinitas per se existit, & personæ diuinæ per se existunt, tametsi diuinitas per se existẽtiam habet absolutam cõmunemque tribus personis: personæ vero in cõmunicabilem habent subsistẽtiam. Est enim relatiua subsistẽtia personalis. Rursum & personas dicere res naturæ diuinæ, nihil obsistit, at vt hic homo realiter est humanitas, ita & pater est ipsa diuinitas, & filius itidem, &c. Itaque res naturę est natura, & apud nos & apud diuina: tamet si lata est differentia hinc & istinc. Etenim hic homo est hic, ex proprietatibus absolutis indiuiduantibus, at persona diuina nihil habet absolutum vnde sit hæc persona, nisi ex proprietate relatiua. Præter hæc res naturæ creatæ non continet totam naturam, nam hic homo nõ est tota humanitas, quæ in alijs hominibus est distributa: imo humanitas huius realiter differt ab humanitate alterius, at persona vna diuina est tota diuinitas, quę est in alia persona. Itaque pater tota est diuinitas filij, & filius tota diuinitas patris & Spiritus sanctus est amborum tota diuinitas, atq; maiestas. Itaque in diuinis res naturæ diuinæ est tota diuina natura, tantum abest vt nõ sint vna res, & hoc obseruans magister tradidit non esse in creatis idem res naturæ, & naturam.

Proprietas absoluta cur non constituit.

Quid est relationis diuinas esse essentialiter idem.

Natura et res naturæ aliter in deo quã in creatore ex opinione anti qua.

Subsistentia relatiua, et absoluta.

Res naturæ in Deo et in creatis rebꝰ est et si differenter.

Magister exponitur.

DISTINCTIO TRIgesimaquinta, Cuius initium est.

Cumque supra diſſeruerimus.

Diſpatio. 1. Num Deus ſciat alia à ſe?

1. Argum. ET videbit alicui fortaſsis Deū neſcire alia à ſe. Etenim ſi ſciret alia à ſe, vel extra ſe, vel ſciret illa contingēter, aut neceſſario, ſi cōtingenter igitur ne ſcire poterit quæ ſciebat prius, iamque ſciētia Dei eſſet mutabilis, id quod eſt impoſsibile, at ſi ſcit q̄ ſcit neceſſario erit, & periret humana prudentia, atque prouidentia, quæ circa contingentia ſtudent diſponenda.

2. Argum. ¶ Secundò ſi ſciret aliud extra ſe ergo ſciret præſentia quādo ſunt præſentia & futura &c. igitur ſi ex præſentibus elabuntur & ceſſant, neſcit illa Deus. Vt ſi ſcit me modo ſcribentē, quādo vacauero ab ſcribendo iam neſciet me ſcribentē, & ita cōficitur diuinā ſciētiam eſſe mutabilē, id quod impoſsibile eſt.

3. Argum. ¶ Tertiò ſi Deus ſcit extra ſe ſcit ergo neceſſaria & contingentia omnia, alioqui in abſoluta eſſet diuina cognitio: nanq; vel neſcit omnia, aut ſcit omnia alia à ſe, at ſi ſcit cōtingentia, diſponet illa iuxta ſcientiā ſuam ſine errore & çitra fallentiā: at experimur iuſtos pati indignè varia calamitoſa, & iniuſtos cōtra illos fraudibus & iniurijs pręualere. At verò ſi hæc Deo notæ ſunt iniurię cur permittit impunè? videtur igitur hæc mala Deo ignota eſſe. In contrariū eſt Paulus ad Hebr. 4. omnia nuda tradens eſſe & aperta inconſpectu Dei: & inibi diuino verbo nihil eſse inuiſibile docet. Diſputatio hęc grādis eſt, & vt dixit Commen. Auerroes. Quæſtio hæc de diuina ſcientia an ſit aliorū à ſe eſt deſiderabilis cūctis: ex hac enim pēdet quæſtio alia quæ philoſophos torſit & hæreticos vexat peſsimè de diuina prouidentia, nanque ſi Deus alia à ſe neſcit illis prouidere nequit. Et propterea in diſputatione hac decidēda primum ex cōmunibus procedēdum inſtitui, tandem vero ad propria me conuertā. i. primo philoſophū agam in re Theologica: poſtremo Theologica theologicè diſcutiā. Mittamus tamen modo Ignoitas hæreticos quorum meminit Iſidorus lib. 8. æthymio. cap. 5. qui Deo ſcientiā detrahebant, & ignorantiā impingebāt alio rum à ſe, quorum dementia ex dicendis liqueſcet. ¶ Vnū ergo eſt q̄ quæſtio hæc præſupponit & aliud quærit: præſupponit igitur Deū eſſe cognoſcentē, & quærit an eius cognitio ad alia ſe proferat, an ſolū in Deo dūtaxat conquieſcat. Atqui Deū eſſe cognoſcētē & non cognitione ſenſitiua, ſed intellectiua, nullus eſt philoſophorū qui hactenus dubitauit. Etenim naturā dirigi ab intelligētia non errāte Ariſtoteles, & ſuus clientulus Cōmentator aperta voce proclamāt. Vt enim ſagitta dirigitur aiaciēte vt figat ſcopum, neq; ex ſe dirigeretur figēdo ſcopo, niſi à ſagitario dirigeretur: neque etiam natura rerū ſuos perageret fines, in propriaſque ſe deduceret operationes tam iugiter, tanque irrequieto curſu niſi ab aliquo intellectu dirigeretur. Directio enim rei ad finem ſuum, non eſt referenda ad ſenſus notitiā. Nā bruta animalia neſciūt alia à ſe dirigere, ideo politicā non habent adminiſtrationem: igitur eſt actus intellectus directio hæc vniuerſorum, non cuiuslibet ſed ſupremi. Eōdem accedit Deum eſſe actum puriſsimum, & ideo neceſſario eſt alieniſsimus ab omni materia: at verò ſubſtantia quæ eſt immaterialis omnino neceſſario eſt intellectualis, & proinde potens intelligere: at ſi eſt potens intelligere, neceſsario eſt intelligens. Alias Deus ab aliquo extraheretur ex potentia intelligendi ad actum intelligendi, vt nos ex obiecto extrahimur. Porrò Deus non item, quippe qui actus puriſsimus eſt: ideo neque in potentia eſt, neque inhabitu eſt, ſed ſemper intelligens eſt: eſt enim ſua intellectio. Quippe qui ab extrinſeco perfici nō poteſt, alioqui mutabilis eſset: id quod ſumè naturæ repugnat. Cæterum non me latet hanc poſteriorem rationem infirmam eſse apud pleroſque qui Theologico nomine cenſentur. Nanque Gabriel diſtinct. hac quæſtion. 2. hærens Okanicis veſtigijs, cenſuit immaterialitatem non colligere intellectualitatem. ¶ Etenim ſunt accidentia quædam immaterialia, vt ſpecies intelligibiles, & actus voluntatis, & intellectus, qui nihil intelligunt, & rurſum animæ beatæ in corporibus reaſſumptis puriſsimè intelligent, tametſi conſortio materiæ gaudebunt. Et præter hæc forma cæleſtis eſt immaterialis & nihil intelligit. Atqui vt rem hanc libremus ex proprio perpendiculo, obſerua quod immaterialitas, aut poteſt obſeruari ex obiecto, aut ex potētia, ſi obſeruetur ex obiecto ego facilè crediderim nō obſtare materiā

Deum eſſe cognoſcentē nullus philoſophorum dubitauit.

Notanda philoſophica ratio probans Deum eſſe ſcientē.

Gabriel errat.

Immaterialis an ſit cauſa intellectualitatis.

quominus

Argumentum in diuerſum.

Auerroes.

quominus obiectum intelligibile sit. Etenim puto intellectum intelligere non solum vniuersalia, sed & singularia materialia: quāquā excellentiori modo quam sensus. Nanq; intellectus distinguit Petrum sub ratione albi ab eodem sub ratione musici, verbi causa, & hanc distinctionē esse rationis vniuersa scho la & Theologorum & philosophorum fatetur, ergo intellectus est qui singulare materiale à seipso sub varijs rationibus distinguit & intelligit: igitur intellectus singulare excellē tiori modo cognoscit quam sensus, qui hoc præstare nequit, vt distinguat idem à se ipso sub rationibus diuersis. Accedat quoque huic intellectum cognoscere ipsam materiam refe rendo ad formam, si ergo materia est intelligibilis, materialitas non est obstaculo in obiecto, quominus intelligibilis sit. Et vniuersale vt hominem, quamlibet abstraxeris ab au toramentis, seu appendicijs materialibus, illum non exues à materia: nam abstractio nō reddit hominem incorporeum, vt angelum: esset enim mendax hæc abstractio, ideò homo qui verè intelligitur compositus est ex anima & corpore. Quanuis abstractio nudat ab his carnibus & his ossibus, &c. Et rursum ego non hæsitandum duco angelos motores orbium suos distinctè quos mouēt orbes cog noscere. Neque puto Aristotelem aut Auer roem diuersum sensissent, imo planè testarētur motores sua distinctè explorata habere mobilia, alias non perfectè suos motitarent orbes, nisi determinatè & singulariter illos in conspectu habuissent. De hac tamen re vberiorem habuimus tractatum supra dist. 3. quā do de agente intellectu differebatur. At verò si materialitas referatur ad potentiam cog noscentem, haud dubium materialitas obsta culo est cognitioni. Nāque quæ penitus sunt materialia cognitiua non sunt, vt lapis & lig num, &c. Hæc nanque nequeunt species cog noscibiles suscipere ex obiecto: & quia non possunt excipere species, quæ materiæ sunt expertes, ideo in ordine cognoscentium non annumerantur. At vero sensitiuæ vires quia eleuatiores sunt & possunt suscipere formas sine materia, vt albedinis similitudinem sine albedine excipit visus, &c. Propterea vires sensitiuæ, quia in materialiores sunt viribus naturalibus, propterea in sublimiorem conscendunt formarum locum, nempe quia sunt cognitiuæ. At vero in ipsis viribus cognitiuis eò præstantiores sunt quædam alijs, quò defecatiores sunt, & liberiorem habent à materiæ conditionibus functionem. Quapropter externi sensus infimū in cognoscendo tenēt locum: nāque tametsi formas excipiunt absque materia, porrò non defecatissimā habet functionem à materiæ appendicijs. Nō enim possunt se extricare à tempore & loco, &c. Nam sensus exterior necessariò fertur in rem præsentem in hoc vel illo loco existentē, sub hoc vel illo tempore: sensus autem interiores sunt perfectiores, quippe qui eleuatiorem habēt & à materia liberiorem functionem. Nā que phantasia & memoria in rem absentem sæpè se proferunt. Porrò intellectus sensibus cunctis præstat: nanque liber est in cognoscē do à tempore, & loco, & accidentibus omnibus, à quibus potēs est abstrahere, & illa quę extrinseca sunt ad rei essentiā deducere, quibus deductis ipsam essentiam rei nudè spectare poterit. Quapropter substantia quæ prorsus est immaterialis, quę est diuina (nam nihil habet potentiæ passiuæ admixtum, & nihil recipere potest) necessario est purissimus intellectus, fateor igitur vt Gabrieli faciam satis, pleraque esse accidentia in materialia non intellectiua, nāque gratia, & charitas, & hoc genus cætera, nihil intelligere queunt. Hæc enim sunt affectiui & nō intellectiui ordinis: species autem intelligibilis si non intelligit intellectum format, &c. Et demum nos non de accidentibus sed de substātia loquimur, hāc enim profesi sumus, si spiritualis est, necessario quoque erit intellectualis: & quāto magis à materiæ fuerit affinitate submota, tanto magis & purius intelliget. Et vtiq; si fingas cum Gabriele Deum condere spiritualem substātiam, nō intellectualem, ipse enim arbitratur huiusmodi opus non inuoluere contradictionem, fingat igitur vt volet, etiamtū sciscitor â fingente, hæc substātia quo donabitur ope re? Ipsa enim non cognoscit, igitur erit stupida creatura, vt lapis, & multo vilior brutis, & plantis, imo lapidibus inutilior. Quia cū spiritualis sit ædificandis domibus etiamnū nō seruiet. Quod vero non viliora hac substantia sint bruta in absoluto est, quippe quæ cognoscunt, & illa substantia stupida est sine cognitione. Et quid illa substantia num viuet? non vtique quia, nulla illi aderit vita non vegetalis, non sensifica, non intellectualis, igitur plā tis etiam inferior erit. Ad hoc mens refugit, corporalia posse præstantiora esse spiritualibus substantijs. Atre vera si implicat nō diffinio modo, at vix est intelligibile, substantiā esse spiritualem non viuentem: quod si viuit intel-

Intellectus intelligit singularia materialia.

Abstractio non prorsus exuit rem a materia.

Annotabis non indiligē ter materialitatē expar te potentiæ impedimento esse intellectualitati.

Sensus externi infimā habent nobilitatem in cognoscēdo.

Intellectus quantum excellat cæteras vires cognitiuas.

Absoluitur Gabrielis sententia.

Gabirel non probatur.

Argumentū cōtra Gabrielem ostēdens impossibile esse substantiam spiritualem cōdi non intelligētem aut non intellectualem.

intellectualis eſt. Et equidem implicare videtur quod ſit ſubſtãtia ſpiritualis & non viuẽs, Demum vltimo argumento Gabrielis dicito formam cœleſtem non eſſe ſpiritualẽ ſed materialem: quanquam cœleſtis materia eſt alterius eſſentiæ quam hæc noſtra quæ iugiter inhiat generandis & abolendis rebus. De qua re alibi erit operoſior conſideratio. Iam ergo ſubactis aduerſarijs iſtis nitida lucet ratio noſtra: quę colligebat Deum eſſe ſummũ intellectum, quia eſt ſubſtantia nihil prorſus ſapiens materiam. Vnde etiam conſequens eſt intellectum diuinum eſſe ſuam intellectionem. Etenim quia ab alio nihil recipere poteſt, quippe qui actus eſt puriſsimus, conſicitur quod ipſe ſibi eſt ſua intellectio: ſemperque actu intelligit, quia eſt ipſemet ſuus actꝰ intelligendi, qui eſt ſubſtantia diuina. Ipſe quoque eſt ſibi obiectum ſui actus intelligẽdi: nanque ab obiecto extrario ſi moueretur iã eſſet in potentia paſsiua, & non eſſet actus puriſsimus, neque motor primus: quippe ab altero mouebatur. Hæc igitur ſententia Deũ ſe intelligere teſtatiſsima eſt & omnium philoſophorum, qui digni ſunt hoc nomine probata calculis. Alioqui in Deo nihil eſſet in ſigne vt traditur. 12. meta. text. com. 51.

Deus eſt ſua intellectio.

Deum ſe intelligere ueritas eſt omnium philoſophorũ probata calculis

¶ Porrò autem in eo quod agitat diſputatio noſtra non plenè conueniunt, neque in vna ſede morantur philoſophi. Etenim vt author eſt Algazelus apud Auerroem diſput. 12 deſtructorij Auicenna credidit diuinã ſciẽtiam non eſſe ſingularium rerum. Scit enim Deus vniuerſalia ſecundum Auicennam, & omnium effectuum cauſas: at vero non ſub quo tempore exiſtunt neque ſub quo loco. Patet enim Deo cauſa eclipſium, at latet in quo tẽpore ſit futura eclipſis: itidemque ex quo tempore ſit tranſacta induxit hominem iſtum in hanc ſententiam argumentum hoc, ſcientia nãque Dei tam immutabilis eſt quã ipſe Deus, at vero ſi ſub tempore, & loco, vel ad tempus & locum referretur Dei ſcientia, variato tempore, aut loco, aut quauis alia ſingulari circunſtantia, ſcientia De demutaretur. Nam ſi ſcit me modo ſcribere me non ſcribente, iam neſcit Deus me ſcribere, igitur mutaretur ſcientia Dei, at verò circa vniuerſalia quia varietas non extat, ideo hæc aperta eſſe Deo fatebatur Auicenna. Porrò autem Algazelus arabs quoque nobiliſsq; philoſophus, non probat Auicennæ placitum. Etenim Dei ſciẽtiam independentẽ credidit à rebus ſcitis, eoq; vel maximè differre à ſciẽtia noſtra, noſtra quippe pendet à ſcibilibus quibus demutatis neceſſum eſt & noſtram demutari ſcientiam, porrò diuina non item, ab ipſa enim dependent ſcibilia omnia. Quia diuina ſcientia cauſa eſt omnium ſcibilium, ideo quamlibet ſit mutatio rerum diuina ſciẽtia immutabilis perſeuerat, quanquam ex rerum demutatione ipſa nouas denominationes cõciliat, vt me ſcribente ſcit me ſcribere, & me non ſcribente eadem ſcientia ſcit me non ſcribere. Vt columna quæ ex dextra ſit ſiniſtra, ipſa columna immobili perſeuerãte. Et adiecit hic Arabs philoſophus Auicennæ placitum euertere omnem religionem: & extirpare ſectarum radices & rectè. Nanque ſi Deus ſingularia ignorat facta hominũ neſcit ſeu bona ſeu mala. Quamobrẽ ſi vera narraſſet Auicenna cultus diuinus inanis eſſet. Colimꝰ enim Deũ quia cõfeſſum nobis eſt ex pio cultu reportaturos mercedẽ, vt ex ſuperſtitioſo pœnã exoluturos. Porrò autẽ hanc Auicẽnæ ſententiã multis perſuaſſum eſt Ariſtote. quoque fuiſſe: & cõmentatoris ſui, ex quorũ numero Gregorius Arimineus eſt in diſ. hac. credũt autẽ hoc ita eſſe collectũ iri ex. 12. meta. text. cõm. 51. quo loco exprofeſſo Cõmentator multis agit quibus oſtendat Deũ ſe tantũ ſcire & nõ alia à ſe. Etenim ſingularia ſunt infinita, & infinita ſciri nõ poſſunt. Rurſum intelligibile, & intellectus in Deo ſunt prorſus idẽ, nõ ſimpliciter ſed per accidẽs: accidit enim rei intelligibilitas, eſt enim ab extrinſeco intelligibilis: ſunt quæ alia nõ pauca quæ ex eodẽ colligũtur argumẽta, quibus adde in eodẽ lib. text. cõm. 37. dixiſſe Auerroẽ Deũ de rebus indiuiduis ſolicitari ſub ratione ſpeciei, & non ſub ratione indiuidui. Vnde colligere quiſpiã poterit Deũ ſcire ſpecies rerũ: at non ſingularia. Et exempla eiuſdem illò tendunt, ut ſi ignis ſe intelligeret, ſeu calor ſe ſciret ſanè calida omnia ſub calidi ratione ſciret, at non hoc calidum eſſe, aut illud calidum. Et contra Auerroem multas fulminauit rationes Gregorius vt à ſua illum diſturbaret ſentẽtia: quas paucis referam. Primo equidem in eum inuehitur, nanque cauſa naturalis vt ignis indifferens eſt, vt. a. vel. b. producat. Quare igitur potius. a. quam. b. produci tur, vtique oportet in aliam cauſam refferre quę ſciat &. a. &. b. & velit. a. produci & nõ b. & hæc cauſa Deus eſt. igitur Deo conſtant ſingularia. Veruntamen hæc ratio fundamentis peripateticis non innititur: ſcimus enim ex Ariſtotel. 2. phyſic. textu.

Algazelis error.

Auicennæ delirium circa Dei ſcientiam.

Quid Cõm. et Ariſtot. de diuina ſcientia.

Auicennæ placitum de diuina ſcientia.

Greg. refellitur et aduerte improbationem.

38. causas vniuersales, habere effectus vniuersales, vt particulares & Commentator inibi tradidit Aristotel. hæc docuisse contra Platonem, effectus singulares referentem ad ideas vniuersales. Iam ergo effectus isti particulares siue a. siue b. nō possunt reduci in vniuersalem causam. Nam hæc non determinat ad singulares effectus, imo opus facto est horum effectuum causas particulares exquirere, quæ determinent vniuersales. Quod ergo a. potius quam b. producatur ad individuantes causas recurrendum est, vt hodiernum lumen est hodiernum & non hesternum, quia hodie diffusum est, & non heri. Quam tamen rem non parcè egimus supra quando de principio individuationis agebatur. ¶ Est autem 2. argumentū quod Gregor. visum est demōstrasse Deum cognoscere singularia. Nanq; potētia cognitiua quo fertur in plura cognoscenda, eò est præclarior, igitur præclarissima omnium intelligentiarum, quæ diuina est ex omnium philosophorum decreto, intelliget vniuersa, quæ aliæ intelligētiæ: & quæ humanus intelligit intellectus. At hæc ratio vera colligitur seruatis seruandis. Nanque scripsit Aristotel. præstantius esse pauca de maximis, quam multa de minimis prospecta habere: & minima diuinorum cognitio nobilior est longè quam maxima decreatis intelligētia rebus. Vnde si Aristotel. credidit (vt ipse Gregorius arbitratur) Deum nescire singularia, planum illi esset Gregorium absoluere, diuinam intelligentiam esse longè præclarissimam, quia semetipsam intelligit: id quod excellentius est, quam cæterorum omnium notitia, vnde & agentē intellectū credunt magni peripatici singularia nescire & priuationes & mala ignorare, quę ditioni tamen possibilis intellectus subijciunt, & agens intellectus præstantior est quam possibilis. ¶ Itidem. 3. colligit ex humano semine quod vniforme est, varia compinguntur, quædā enim pars in sanguinem cedit, alia inossa, alia in carnes, id quod agenti creato tribuendum non est, sed Deo. At vero ista secretio seminis humani in partes varias semini tribuenda est, vt causæ proximæ. Nanque etiamsi aspectibus nostris vniforme, & non organicum sese præbeat semen, at in virtute varijs constat qualitatibus, vt & alia semina stirpium, atque plantarū viribus constant varijs. Ex quibus caulis, & cau dex, & radix, trūcus, folia, cortex, flos atque fructus prodeunt, vt nos in commentarijs nostris ad lib. Ari. de anima tradidimus

Plato male retulit effectus particulares in ideas, quæ sunt causæ uniuersales.

Argum. 2. Greg. soluitur.

Greg. 3. solutur argumentum.

Semina sub uniformi aspectu uarias continent uirtutes.

luculentius. ¶ Quartò se accingit contra Aristotel. inducēs insomnia, quæ nobis accidūt futurorum præsagia: & naturales quasdā præsensiones futurorum remotissimorum etiam num, vt Aristotel. docet lib. de Diuinatione per insomnia: at huiusmodi præsensiones, quas alij vocitant, vt Auicenna, naturales prophetias, nisi in Deum autorem referātur, autorē non habent. Cæterum neque hoc argumentum rem colligit. Etenim huiusmodi præsensiones, aut sunt de rebus naturalibus, vt pluuiarum, & serenitatum præsensio, aut sunt de rebus forensibus, siue humanis: atqui prior præsensio in cœlum & astra quis no referat? nāque cœlum influentiam huiusmodi suam in cerebra non solum humana sed brutorum quoque imprimit. Vnde & sæpe somniamus humescere cœlum aut siccescere, id quod rei probat euentus. Nōnunquam & complexio propria ad id compellit, vt homines cholerici lites & bella somniant, & alij aliter iuxta propriæ complexionis temperaturam, aut distemperiem. Præsensio quoque humanorū negotiorum, quæ certissima nonnunquā accidit hominibus, itidē in astra & constellationes referat oportet, qui diceret ex Arist. Deū nescire alia à se. Nanque Ptolemæo authore vultus inferiores subduntur vultibus supernis ideoque etiamsi constellatio non cogat arbitrium, at inclinat & propendit illud. Et astrologi ex natalibus astris siue ex constellatione qua potitur infantis genitura præsagiunt paruuli nati et vitæ & mortis tempus statum vēturum: & sæpe certa præsagiunt. At dicat Gregorius, num astrologus consulit primam causam vt ita præsagiat? negabit sanè, ita prope modum qui credidisset ex Aristo. Deum singularia nescire, respōderet præsensiones insomniorum in cœlum esse referendas, sunt autem qui hoc argnmētum aliter soluant: intelligentias enim asserunt donare hæc insomnia certa: at vero vniuersales fundendo similitudines venturorum, quæ tamen ex phantasia somniātis particulares res euadunt, & determinatur forma vniuersalis, ex causa particulari, id est nostra ex imaginatione vt particularia repræsentēt ventura. Cæterum vt pace Marci Antonij (doctissimi alioqui philosophi) dixerim, non est opus facto ad intelligentiam recurrere volentem Aristotel. & Cōmenta. defendere placitum. Nā vt Astrologus præsagit ex cœlo futura, ita humana phantasia ex cœlo præsagit, vel sibi vel alijs vēturā. Nos vero qui cœlesti fidei catholicæ

Quartū solutur argumentum.

Præsensiones futurorū quædā sunt naturales.

Marc⁹ Antonius non probatur.

rer fundimur luce non operoſe hoc extricabimus, ſcientes huiuſmodi inſomnia Deum ſæpe authorem habere. Quia eſt Deus in cœlis reuelans myſteria Dani. 2.

¶ Quinto colligit inſtinctibus quibuſdam nos plerumque agi ad quædam peragēda, vt qui inſtigantur intrinſecus ad fodiēdum ſcrobē vnde theſaurus effoditur? & ad alia multa mirabilia inſtigantur homines: quæ nobilem habent euentum, quæ tentare videbatur ſtultitiæ, & non conſilij, imo ſunt contra humanum conſilium, quæ niſi in Deum referas, vi debitur in aliam cauſam non eſſe referenda. At neque hoc Gregorianum argumentū pōdus habet, contra Auerroem. Etenim inſtinctus hos in cœlum ſi referat philoſophus, vt de inſomnijs prætulimus facilè euadetur argumentum. Et re vera ſi philoſophus inſiſtat aſſerens effectum particularem tribuendum cauſæ particulari, Gregorius tacebit, aut ſi ad huc tonauerit non ex Ariſtotel. tonabit, ſed ex proprio loquetur ingenio.

Soluitur argu. quintum

Deciſ. quæſtio. ex autoris calculo.

¶ Vt autē meū quoq; proferā ſenſum, & in re tā ardua quid Ariſt. & ſuus cōment. ſenſerint aperiam, dixerim vtiq; non eſſe admodum perſpicuū quod fuerit Ariſt. Decretū, ſuper. q. iſta ex text. indicato. 12. meta. tex. 51. Nanq; ſi prætextus rationū Auerroiſticarū conſideretur ſingularium rerū notitia ſubtrahitur Deo: at. 10. Ethic. ca. 10. &. 1. intrepidum habet ſermonē, ſi qua, inquit, Deo eſt de hominibus cura circa amicos ſuos eſt: id q̄ hauſit à Platone lib. 10. de legibus. Et in lib. de diuinatiōe per ſomnia, maximè hæſitat an hęc diuinatio ſit à Deo: quandoquidē ſæpe diuināt homines impij, & ſceleſti q̄ vt videtur à Deo nō ſunt diuinatione hac donādi. At vero hęc nō colligūt Deū neſcire alia à ſe, ſi quidē hic prouidentiā Dei circa humana Ariſt. cōmemorat, & dixit ratiōabile eſſe Deū cura re ſuos cultores: nō vt prouidentiā neget, ſed quia non demōſtrat, ideo ait, rationabile creditu eſſe, at vero non de re hac modo diſputatur, ſed an ſciat Deus ſingularia, non enim idē ſunt ſingularia ſcire, & illis prouidere. Porrò mihi conſeſſum eſt ex Ariſ. & Cōmen. Deū ſcire ſingularia, putoq; cū Marſilio iniurioſe eſſe tantis philoſophis, qui tantū crimen illis imponunt, q̄ vt ego abſtergam nō alia aſperginе vtar quā amborum prolatis teſtimonijs. Nanq;. 3. met. tex. cōm. 15. cōtra Empedoclē ducit in cōmo dū Deū neſcire omnia elementa: id q̄ vicio verterat iā in. 1. de anima tex. 86 dicens Deum eſſe inſipiētiſsimū, ſine ſcie bat hæc inferiora. Et. 2. meta. c. 2. Deū eſſe principiū & cauſam omniū aperta teſtatur voce, q̄ ſi cauſa eſt omniū, & eſt cauſa per intellectū, quid ergo cauſat quæ neſcit? abſit. Nā ignorāter face re tid quod neq; ſapienti homini laudi dabitur. Et. 1. de cœlo, & mundo text. 13. & ſæpe aliàs idē proclamat Ariſt. cū cōm. Deū & naturā nihil facere fruſtra: iā quæro id q̄ faeit Deus num eſt particulare? an vniuerſale? vtique non eſt vniuerſale, quia homo vniuerſalis non ſit, igitur particularis cum ſit, ſequitur neceſſario Deū ſcire particulare aliquod: & qua ratione vnū & cętera omnia particularia nouit. Quia ſicut nihil cauſalitatem primę cauſæ diffugere poteſt, ita nihil illius euadit conſpectū. Iſtis adde vniuerſa, quæ ſupra in prioribus diſputationibus diſſeruimus diuinā prouidentiam ex Ariſt. colligentia, quia illa vniuerſa notitiam particularū Deo eſſe probant. Nam prouidentia notitiā ſingularium exigit. Neque me latet pleroſq; eximios philoſophos, atq; theologos confeſſum habuiſſe Auerroiſticum & Ariſ. placitum eſſe Deum neſcire ſingularia, è quorū numero ſunt Niphus, & Petrus Pomponatius, & Marcus Antonius Zimarrus in ſuis Theorematibus, &c. Quibus ego fidē non præbeo. At vero ſi verba libramus Auerrois illū aſſeremus ab hoc oprobrio, etenim diſputatio. 6. cōtra Algaze. in ſolutione. 3. dubij ſine inuolucro ſermonis apertè docet Dei ſcientiam vnā eſſe, & quanquam ſit vna retinet ſcibilium multitudinem 1. plura ſcit. Et ſubdit nō eſt impoſsibile apud philoſophos quod Deus ſciat ſeipſum, & alia præter ipſum. At multitudo inquit ſcibilium eſt Deo impoſsibilis, vt Deus ſciat plura ſciētiam accipiens ex rebus ſcibilibus vt ab illis perficiatur, vt nobis accidit. Et ibidem docet ſcientiā Dei neque eſſe vniuerſalē, neq; particularē: at vero quia ſciētia particularis eſt magis in actu quam vniuerſalis, ideo diuina ſciētia eſt magis particularis, & in diſp. 13. in ſolutione primi dubij hæc habet, Dei inquit, intellectus quodāmodo nō intelligit aliud præterſe, in quantū ſciētia eius non eſt paſsiua: & aliquo modo intelligit aliquod præterſe, ex hoc q̄ ipſemet eſt ſcientia actiua, ideſt Deus nō ſcit neq; habet rerū ſcientiā paſsiuā. 1. acceptā à rebus, quæ eſt noſtra ſciētia: at vero vt ipſe eſt ſciētia agēs omnia, hoc modo ſcit omnia. Et demū vt in vnū caput Auerroiſticū redigam placitum, mens illi fuit equidē ſana in negocio iſto tradēs, Dei ſcientiā eſſe in cōprehēſibilēā nobis: qa ille ſcit omnia modo ineſa

Loci Ariſt. pēduntur notantes Dei prouidētiā.

De⁹ ſcit ſingularia ex Ariſto. cui faciunt iniuriam qui illum dicunt aſſeruiſſe Deum latere ſingularia.

Obſerua philoſophe.

Eximij quidam philoſophi decepti. Niphus Pōponatius Marcus nō probantur.

Notādus cōmētator tradens Deum habere prouidentiā ſingularium.

bili

bili qui nos latet:& hæc ſciẽtia nõ eſt vniuerſalis,quia confuſa non eſt, neque in potentia qualia ſunt vniuerſalia, neq; eſt particularis, quia particularis ſciẽtia eſt diuiſa, quia eſt vnius & nõ alterius at Dei ſcientia eſt omniũ. Et q̃ hæc ſcientia non accipitur à rebus, neq; à rebus cauſatur, aut perficitur vt noſtra: imo diuina ſcientia res agit,& cauſat. Et quod hęc ſcientia non terminatur ad res extra motiuè, ita quod obiectum motiuum diuinæ ſcientię ſint res, ſed hæc ſcientia in diuinitate ſiſtit & ibi & ſe & vniuerſa comprehendit alia à ſe. Et Auerroes in primo lib. de generatiõe animalium inquit Ariſtot. magnificens, laudemus Deum qui ſeparauit hũc. 1. Ariſtotelẽ ab alijs in perfectione appropriauitq; ei vltimã dignitatẽ humanam, quã nullus hominũ poteſt in quacunque ætate attingere, ſi laudandus eſt Deus quia orbi dono dedit Ariſto. vtique Deus fecit Ariſto. & illũ ſciuit antequã faceret. Ex Auerroe ergo vt Ariſ. notus erat Deo, cæteri homines cur ignoti Deo? at ſi hæc reſpexiſſet Durandus. q. 2. huius non dixiſſet Auerroẽ in re hac ſibi repugnaſſe: quia dixit primo de cœlo Deũ induxiſſe illum ad cognoſcendã veritatẽ. Imo ſemper ſibi conſtat, Auerroes ſi rectè intelligatur. Neq; dixiſſent (ſi legitimè intelligeretur) alij ex Auerrois ſententia eſſe, Deũ ſcire entia in cõmuni. Nãque ipſe planè fatetur Dei ſcientiã nõ eſſe cõmunẽ, vt prædiximus, at qui ad pauca reſpiciunt facile teducuntur. Et quod in. 12. meta. text. cõm. 51. traditur non eſſe perfectioni tribuendum vilia ſcire, vtiq; planam habet in telligentiam: nã capere ſcientiam à vilibus rebus, nõ eſt perfectionis: Deus autẽ neq; à vilibus, neq; à præcioſis rebus notitiã haurit: ſed in ſemetipſo vniuerſa cõprehendit. Et exemplum Auerrois de calore ſe cognoſcente, nõ eſt per omnia ſimile. Nã vt ipſe inquit, diſp. 6. nihil ſimile eſt in nobis ad diuinã ſciẽtiam. Nam calor ille ex hypotheſi cognoſceret calida omnia. 1. quidditatẽ calidorũ: non tamen illorũ exiſtentias & habitudines. Diuina aũt ſcientia vniuerſa perſpicua habet,& quidditates & exiſtentias: quia cauſa eſt entium. Et quod dixit cõmen. 37. 12. meta. Deum curare indiuidua propter ſpeciẽ nihil alienũ dixit à vera philoſophia. Nãque Deus vniuerſale bonũ in primis ãmat & curat, & indiuidua procreat vt vniuerſalis ordo rerum ſeruetur. 2. de anima tex. 44. ſed nũquid quia vniuerſale bonum reſpicit Deus in adminiſtrando vniuerſo, ideo neſcius eſt ſingularium? abſit & demum tradidit in Deo intellectũ & intelligibile eſſe omnino idem: in nobis autem per accidẽs ſunt idem. Et ideo Deum ait, ſolum ſe ſcire hoc eſt in ſe ſolo ſcit omnia: itaque noſtra ſcientia eſt cõprehenſio rei exterioris ex illa cauſata. Quare mutata re & mutatur noſtra comprehenſio: cæterum diuina ſcientia eſt comprehenſio ſui, & quia ipſe Deus eſt omnia eminentiſsimè, ideò ſe comprehendens, comprehendit vniuerſa, vnde diſputa. 12. laudat philoſophos tradẽtes Deum eſſe omne. Eſt enim Deus omnia ex efficientia, & ex eminentia ſupra ambitum omnium rerum. Et re vera Auguſt. lib. 83. q. eundem ſermonem habet quem Auerroes. Tradidit enim Deũ nihil ſcire extra ſe: id quod & Auerroes docuit: & ambo vera docent ſi ad verum temperentur ſenſum. Nanque ambo ſunt audiendi nihil Deum intelligere extra ſe motiuè, quia à rebus extra, Deus nõ mouetur vt intelligat, ſed ex ſemetipſo ſine motu omnia nouit: at ſi terminatiuè loquaris De⁹ intelligit extra ſe. Quippe vniuerſa viſilia & inuiſilia nouit. Itaque diuina ſcientia ſe primum reſpicit, deinde vero creaturas, vt obiecta terminantia, nõ tamen vt mouentia. Et hic ordo ſecundum rationem eſt, nam ex re non eſt ordo: quippe ipſamet diuinitatis notitia, eſt vniuerſorum comprehẽſiua notitia, aſpicis ne quam peſsimè actum eſt cum Auerroe & Ariſt. à noſtris theologis apud quos malè audit vterque præſertim tamen Auerroes?

¶ Hactenus de intelligentia Ariſtot. & ſui inſignis alumni, placet autem & nouo argumento philoſophico diuinam ſcientiam eſſe omniũ ſingulariũ rerũ oſtẽdere. Nãq; ſiquid obſtat quo minus Deus hæc ſciat, aut eſſet ſingulariũ rerũ materialitas, aut infinitas, aut vilitas, quarundã rerum, vt ſunt ſemices, pulices, veſpæ, & id genus, at primum nõ obſtat, pleraque enim multa ſunt immaterialia vt angeli, cõceptus noſtri, & affectus, & rationales animæ: & quia. 2. de generatione animaliũ intellectus noſter de foris venit, vtiq; Deum habet autorẽ, igitur noſter intellectus Deo notus eſt, & eiuſdem actus, atq; comprehenſiones: at ſi infinitas obſtat multa ſunt indiuidua non infinita, vt cœli, & aſtra, & elemẽta, hæc igitur cur Deo ignota erunt? ſi vilitas nũquid hæc vilia in ſuo genere non ſunt perfecta? nõne à Deo habent eſſe? cur igitur ignorabuntur? quod ſi quædam particularia nouit, vt noſcit, ergo & vniuerſa. Et rurſum intelligentiæ intelligunt Deum, ergo & Deus intelligit in-

Exponitur egregie Auerroes.

Ariſto. laus eximia. in digreſſione contra Galenum.

Deſeditur Auerroes contra duran dum.

Nihil ſimile perfecte in nobis ad diuina ex Auerroe.

Obſerua ſedulo.

Diuina ſciẽtia eſt ſui cõprehenſio.

Auguſtinꝰ exponitur quidueli dicens Deum non cognoſcere aliquid extra ſe.

Nouum argumentum probãs Deũ ſcire uniuerſa.

Neque materialitas neque infinitas neque vilitas Dei notitiæ impedimento ſunt.

telligentias. Neq; hoc dubitatum fuit vnquã ab Auerroe, vel ab Arist. ergo cognoscit Deꝰ distinctè aliquid extra se, vt & proprium orbem, quem mouet. Et demũ Deo idẽ est esse, atq; intelligere, ex disp. 6. at esse Dei est omnia efficienter & eminentissimè, ergo se intelligens, intelligit vniuersa non cõfuse, quia imperfectè cognosceret, ergo clarè & distinctè. Et meo iudicio non probè Gabriel & Okam censuerũt nõ esse demõstrabile Deo patere vniuersa: imo arbitror esse demõstrabile, quãtũ ditio philosophica finit. Tametsi Deum prouidere cunctis non tam planas habet demonstrationes. At aliud est scire vniuersa, aliud est habere prouidentiam, & solicitudinem omniũ singularium rerum nulla excepta. Deus enim necessario scit res: at vero prouidẽtiam suã contingenter illis impartit, quia poterit non prouidere si voluisset.

Gabriel & Okam non probantur.

Dei prouidentia non planam habet demonstrationem physicam.

Vt lucidiora tamen hæc, quæ docui faciã in conclusiones illa placet agere. Quibus tamen quædam hypotheses præstituere oportebit. Prima est, actio index est formę, vt etiã passio materiæ. ¶ Secunda est, quæ agunt simul atq; patiũtur necessum est ex formæ & materiæ participio gaudere. Nanq; qa agũt formam sortiuntur, vt quia patiuntur materiæ non sunt expertia. ¶ Tertia, Deus est intransmutabilis: nanq; si transmutabilis est ab alio transmutaretur, igitur non esset agẽs primum, & mouens primum: at est mouent primum, ergo est intrãsmutabilis. Ad has hypotheses consectariũ est Deum esse alienissimũ ab omni materia, vel gustu etiam leui materiæ. Nanq; si materiam vtcunque saperet, ab alio posset moueri. Nã materia iudicatur ex passione, vt forma ex actione. Vnde Cõmentator. 3. de anima cõmen. 17. fatetur angelos ad Deũ collatos, non nihil sapere materiam: quippe qui ab alio, ideſt, Deo mouentur. Habes in absoluto ex istis benè pensis Deũ esse purum intellectum. Et hanc accipito in primam conclusionẽ, cuius probatio nõ est difficilis, quippe est purus actus sine materia, vel sapore eius, ergo est purus intellectus. ¶ Secũda cõclusio intelligit Deus se p semetipsum. hæc liquida est, alioqui si aliunde mendicatò haberet suam intellectionem, nõ esset purissimus actus, atq; plenissima perfectio. ¶ Tertia conclusio. Intellectus diuinus, & intelligibile sunt prorsus idem hæc constat ex superioribus. Vnde consequitur quod creatura m benè intelligit Deus, quæ extra Deum est, at non vt est extra Deũ, quia hac ratione intelligibile & intellectus diuinus nõ essent prorsus idẽ. Ideo dixit Arist. Deũ tantum se intelligere, quia quod intelligit, etiãsi extra Deũ sit, non vt est extra intelligit: sed vt est ipse Deus. Id quod supra dicebamus, nihil Deum intelligere extra se motiuè, terminatiuè verò aliquid extra se perspectũ habet. Et colligo cõtra Scotũ hac dist. non esse veri dogmatis quod ipse tradidit, creaturas gaudere æterno quodã esse medio inter reale, & ratiõis, quod esse est intelligibile, quod hauriũt ex actu intelligẽdi diuino, quo intelligit creaturas. Nã q; hoc esse intelligibile num mouet diuinũ intellectũ? num terminat? mouere sanè nequit, vt diximus, quia ita pẽderet diuinus actus intelligẽdi à creaturis, si terminat, vt terminet, non est necesse hoc esse intelligibile, esse extra Deũ, de qua re dist. sequẽs pleniorẽ habebit discusionẽ. Interim scito Petrũ Abailardum hæreticũ tradidisse esse quodam mediũ quod neq; erat creator, neq; creatura, etsi reale habebat esse. Et equidẽ hoc Scoti dogma non lõge abest ab hoc errore, imo ad illud alludit. Fuit hæresis cõuictus Petrus hic in concilio Senonensi. ¶ Quarta cõclusio Deus sub vna ratione simplicissima omnia scit. Et hæc palam est quia essentiæ diuinæ infinitas perfectionis in causa est quod Deus sit omniscius. Neq; puto Deum scire omnia qa est causa omniũ, vt Cõm. contra Themistiũ ita philosophãtem, & hoc ipsum credẽtem differit. Deus enim nõ ex eo scit quia causat, imo cõtra ideo causat, quia scit, & amat: sciẽtia nãq; Dei actiua est, & quæ sciendo amat, quia illa scit & amat producit, at quę scit, & nõ amat, non producit. Ad scientiã igitur diuinam, & volũtatem consequia est causalitas: & ad causalitatẽ non cõsequia sunt volũtas atq; scientia. Et quod Dionysius lib. de diuinis nominibus scripsit. ca. 7. Deũ quia præhabet omnia, & est causa omnium, scire omnia non à priori habẽdus est, sed à posteriori, cognoscimus enim tanquam ex signo Deum scire vniuersa, quia vniuersorũ est autor. Carpendum autem iudico Durandum, in. q. 2. huius asseuerãtem Deũ nõ sub vna ratione repręsentare plura, quia idẽ in quãtum idẽ natũ est facere idẽ. At debuisset aduertere diuinã essentiam sub summa idẽtitate esse omnia eminentissimè, idcirco sub vna ratione essentiæ, quæ eminentissimè est plura, repręsentat diuersa. Solent congeri exempla varia vt palam fiat vt diuinitas repręsentat omnia. Profertur enim à Thom. exemplum de centro & lineis,

Hypotheses physicæ.

Angeli collati ad Deum sunt materiales.

1. *Conclusio*

2. *Conclusio*

3. *Conclusio*

Explicatur quod supra dicebatur cõtra Scotum.

Eliditur Scotus.

Concilium Senonẽse in Gallia damnat Petrũ Abailardũ.

4. *Conclusio*

Dionysius exponitur.

Duran. carpitur.

neis, de speculo, de senario, quæ vniuersa latissimè distant ab immensa diuinitatis repræsentatione. Lege Thom.1.part.quæst.14. artic.6. Et memineris Hilarium rectè admonuisse exempla ex creatis rebus plurimum deficere ad diuinitatis immensitatem explicandam lib.1.de Trinit.in medio lib.Dionysius quoque lib de diuinis nominibus. cap.7. alia prosequitur, quæ tibi apud eundem licebit videre.

Aduerte Hilarij documẽtum.

¶ Vt autem Deus impossibilia cognoscat prõptum est illa Deum cognoscere ex possibili, vt chymeram: & hircoceruum. Nam horum partes sunt possibiles, at Deus simplici notitia hæc nouit, non componens neque diuidens, vt nos componimus & diuidimus. Negationes autem & priuationes per affirmationes noscuntur à Deo, sine discursu tamen, sed simplici intuitu, omnia nouit. Mala vero vt sibi opposita cognoscit, nã cum ipse sit infinitum bonum mala vt à se disidentia nouit. Lege Thom.1.part. quæst. 14. artic.9. &.10. Iam vero vt ad calcem deducamus philosophorum decretum, de disputatione hac memineris oportet Plotinum eximium Platonicum Eneade. 3. libr. 2. cap.45. tradidisse mundum hunc sensibilem, & illum intelligibilem, sibi inuicẽ correspondere: ideo quidquid habet sensilis mundus sensibiliter, ille habet intelligibiliter. Et quod apud nos materialiter extat, in illo mundo formaliter adest. Et Comm.12. metaphy. com.37. formas bifariam habere esse commemorat, aliud sanè esse habent in materia, aliud vero in mente diuina: primum esse appellat potentiale, secundum vero esse actuale & intelligibile. Ex quibus collectis promptum est vniuersa creata habere esse in Deo actuale, & intelligibile: longeque præclarius ibi esse quam in seipsis. Quia in seipsis sunt potentialiter, in Deo autem actualissimè, sunt nanque is ipse sunt Deus. Quare negari nequit Deum esse perfectissimè cunctisapientem ex philosophico calculo.

Quomodo Deo pateãt impossibilia negationes et priuationes.

Plotinus nõ tãdus de geminomundo

Res duplex habent esse potentiale, et actuale.

Iam vero vt ex proprijs agamus, si diuina testimonia quæruntur quæ hoc probent scriptura refertissima est hoc genus testimonijs. Legimus enim Eccle.42. Non præterit illum omnis cogitatus, & non abscondit se ab eo vllus sermo cæteraq; ibi legimus, quæ cum hac refaciunt Eccles.1. diuina sapientia cœlos metitur, & arenas dinumerat. Et psalmus apertè testatur. Qui plantauit aurem non audiet, & qui finxit oculum non considerat? Et apud Ieremiam, Scrutans est corda, & renes Deus. Non necessarij deniq; studij omnia illa denarrare, quæ huic instituto seruiũt, quia sunt innumera. Et Demum ipse Deus fecit cœlos in intellectu: & quidquid facit ex summa scientia facit, quia artifex quod facit ex arte nouit vtique. Et quanquam artifices nonnunquam quædam præstent non ex arte, sed casu, Deus autem minimè. Consule August. lib. 10. de ciuita. cap.11. Exigua tamen est dubitatio annectenda istis quo nomine sit nuncupanda diuina scientia num vniuersalis? num particularis? Durand. quæst. vltima multis meandris vtitur vt se explicet à quæstionis huius meandro: denique putat particularem nuncupandam esse & etiã vniuersalem. Quoniam Deus scit vniuersa scibilia nõ solum genera sed species specialissimas omnes: & harũ proprietates & operationes. Putat quoque diuinæ essentiæ diuinam notitiam, non esse scientiam, sed simplicem intelligentiam. Nã scire est rem per causam cognoscere, at diuinus intellectus scit se non ex causa alia, ideo est scientia tãtisper dum alia à se per se vt per causam nouit. Cui ego non subscribo imo arbitror esse sui ipsius scientiam & aliorum à se. Imo diuina notitia singularium est verè sciẽtia: quia infallibilis est sui & aliorum notitia. Et Aristo. de scientia diffinitio de nostra est audienda non de diuina. Quanquam Thom. & Bonauentura vtrunq; reijciunt nomen à diuina scientia. Nam non est vniuersalis quia esset imperfecta & confusa, & in potentia, neq; particularis quia limitata. Porrò dixerunt obiectum cognitum à Deo & esse vniuersalia, & particularia, ideò habita ratione huius vtroq; cognomine esse nominandam: at referendo ad essentiam diuinam, quę est primarium cognitum diuinæ mentis nullum cognomen illi aptatur. Ego vero dixi superiùs ex Com. diuinam scientiam, neq; esse vniuersalem, (& si cognoscat vniuersalia) nec particularem, & si sciat particularia: quia hęc non sunt primaria, sed secundaria intelligibilia diuinæ mentis, ideo nomen non conciliãt diuinæ scientiæ. Est tamẽ particularis scientiæ magis proxima diuina scientia, quia actiua est, & actio particularium est: & demum est diuina scientia innominabilis, quia infinita est. Lege disp.3. Auerro. 15. dub. 3. Et vt se mel dicã scito sciẽtiã Dei siue referas ad essẽtiã. i. diuinitatẽ siue ad scibilia, quæ sunt genera, & species, & horũ proprietates, siue ad singularia, quę apud nos nõ sũt scibilia, esse verè

Agitur disputatio theologica.

Dubitatio annexa.

Durand. nõ recipitur.

Diuina sciẽtia non est uniuersalis, aut particularis sed eminentissimè omnia.

scientiam. Et ideo siue vniuersalia siue particularia omnia sunt scibilia, quia infallibili cognitione vniuersa scit. Et quid nonne cœli sunt singulares vt cœlum lunæ, & cœlum veneris. &c. At de istis singulis est singularis etiam scientia, vt patet ex theoricis planetarum, quas scripsit Georgius Burbachius cur ita? quia hæc sunt singularia necessaria & non corruptibilia, ideo illarum notitia nō est cur reijciatur à scientia: Deus autem cognoscit singularia hæc & alia fluxibilia, at inde fluxa notitia propterea scientia est diuina horum notitia. De singularibus autem non esse scientiam Arist. commemorat, non de perpetuis singularibus, vt sunt sol, luna. &c. At de caducis, & horum non est scientia, quia esset fallibilis, & sunt innumera ideo & scientiæ horum essent innumeræ. At diuina scientia vnica cum sit vniuersa hæc innumerato habet, & infallibiliter habet quæ in seipsis fallentiam habent. Solent autem theologi discernere diuinam scię iam ex parte obiecti, quæ est præteriti, & futuri, & præsentis visionis vocant, quæ vero possibilium simplicis intelligentiæ vocitant, lege 1 hom. 1. part. q. 14. art. 9.

Singularium necessariorum est scientia.

Scientia, visionis & intelligentiæ simplicis quæ sunt in Deo.

Opportunum iam duco istis absolutis argumentis respondere in principio obiectis, primo dicito Deum scire contingenter, quæ sunt contingentia, quia potuit illa non produxisse, vt sic nescirentur esse producta, vt contingenter hæc creat, ita & contingenter hæc scit, quæ scientia visionis scit. Quippe scientia hæc etiam est ex diuina voluntate, quæ contingenter sese gerit increādis, & conseruandis rebus. Neque rectè colligit argumentum, ergo diuina scientia est mutabilis, siquidem etsi me scribente scit Deus me scribere, & me non scribentem nesciat me scribere modo, quia quod non est nescitur: at hoc sanè est sine varietate diuinæ scientiæ, & diminutione, quia si falsum est me scribere & hoc nescit Deus, verum est me non scribere, & hoc scit Deus sine defectu. Nam vna eadēq; cognitione vtrunq; contradictorium scit Deus, & alterum esse verum, alterum esse falsum, vt dixit Commētator disput. 10. soluēs tertium dubium: Et demum diuina scientia est causa rerum, ideo varietas rei non variat Dei scientiam, vt variat nostram, quæ a rebus prodit. ¶ Secundum argumētum eādem amat solutionem. ¶ Tertio argumēto dicito apud theologos argumētum non habet operosam solutionem, etenim non aduersatur diuinæ prouidentiæ, calamitosos esse aliquando viros iustos, & felices iniustos: imo hoc eri gitat animos benè aduertētes, vt secum recogitent iustis alia meliora asseruari bona, quādo quidē istis visibilibus fraudātur bonis, & iniustos manere cruciatus inuisibiles: siquidem voluptatibus perfunduntur præsentibus immeritò. Vt scitè aduertit Seneca lib. de prouidentia Dei. Quid quod etiam iusti nonnunquam à Deo mirabiliter eriguntur, & eleuantur à miserijs quibus succumbunt, vt Ioseph. eduxit Deus ingenti gloria de carcere Aegypciaco quondam, vt Petrum de manu Herodis, & Danielem de lacu leonū & iniusti torquentur etiam impræsenti vehementer aliquando, vt Pharao cum suo equitatu Exodi 14. inuolutus est gurgitib⁹ maris rubri, & Antiochus & Herodes infausta morte de medio sunt sublati: Quæ sanè abundè testantur Deum gerere curam omniū, & si ex sua celsitudine nos sæpe fugit cur quædam ita disponat quia terribilis est in consilijs super filios hominum.

Obserua Sedulo.

Gene. 41.

Diuinæ prouidentiæ sæpe nos fugit mysterium.

Respōsio argumentorum.

Vtrumque contradictorium scit Deus.

Argu. 2. solutio.

Quæret tandē aliquis cur diximus omnia esse in Deo eminētissimè quale est hoc esse? num quia Deus est causa rerum? at ignis est causa alterius ignis, & ignis productus non est eminenter in producente, quod si causas specificas æquiuocas idem habebis. Etenim homo est solis effectus & cætera animalia: nam sol & homo generant hominem. 2. Physi. At vero non est homo eminēter in sole, quippe homo solem perfectione antecedit. Et rursus si dixerit quispiam esse vnum perfectius alio hoc est illud continere eminenter, vt vegetatiuum contineatur in sensitiuo, & hoc in intellectiuo, at neq; hoc. Nanque quis dicet hominem eminenter continere perfectiones omnium animalium? & omnium vegetalium? & deniq; lapidum & cœlorum & stellarum? nemo sanè nemo. Quanuis testatissimū nobis sit hominem dignitate, hæc quæ retulimus antecellere. At siquidem perfectionibus quibusdam etiam bruta, plantæ, lapides, hominem superant, igitur non sunt perfectiones omnium visibilium in homine contentæ, ex eminentia seu eminenter. Dicamus igitur in diuinitate esse similitudines rerum vniuersarum, & corporalium & spiritualium & istæ similitudines, sunt ipsa diuinitas, ideoque excellentiori modo sunt res vniuersæ in Deo quā in seipsis. Quia etiam si nō sint in Deo essentialiter, sed tātum ex similitudine, at hæc similitudo Deus est, ideoque emi-

Notanda q appendicia quid est esse in Deo omnia eminentissimè.

Notatu digna, quid sit Deum continere omnia eminenter.

In diuinitate sunt similitudines rerum uniuersarum.

Ioan. exponitur dicens quod factum est in ipso uita erat.

eminentissimè sunt in Deo Ioan. 1. quod factum est in ipso vita erat. Quid vita erat? id est, Deus erat, nam Deus vita est. Et non dixit viuens erat, ne falleremur credentes creaturas fuisse æternas. Si enim dixisset viuens erat, occasio fallendi erat, quia creaturæ viuentes sunt, sed vita erat, ait quia non est creatura similitudo creaturæ in Deo: sed vita erat, quia ipsa diuinitas erat. Est sanè in opifice similitudo opificij, at hæc similitudo non est mens artificis, quod si esset eminentius esset domus in artifice, quam in seipsa. Quāquam realiter non esset in mente artificis, sed eminentius quam realiter subsisteret, si mens esset. Quia ipsa mens opificis erat. At similitudines rerū in supremo opifice Deo sunt ipse Deus, ideo eminentius esse habent in Deo quam in seipsis. Ex illis discès si sapis, quid regius Dei loquutus vates voluit Psal. 49. canēs illud & pulchritudo agri mecum est. Et quod de pulchritudine agri meminit, de pulchritudine vniuersitatis rerum dictum puta quæ in Deo est non per essentiam at ex similitudine.

Psal. exponitur.

DISTINCTIO TRIgesimasexta, Cuius initium est.

Solet hic quæri cum omnia dicantur. &c.

Disputatio. 1. Num idææ sint in Deo & si sunt num idem sunt quod Deus?

1. Argum.

ET in primis forsitam alicui vi debitur nullas idæas esse in Deo, si quidē idæa est forma vniuersalis, at istæ vniuersales formæ non sunt in Deo. Maior est Platonis qui traditur inuentor primus idæarum, minorque colligitur, nam idææ si quæ in Deo sunt admittendæ, est sanè vt sint exemplaria huius mirabilis, quod videmus opificij, at si vniuersales sunt nequeūt esse exemplaria particularis ædificij. Nam vt effectus vniuersalis reducitur ad vniuersalē causam & particularis ad particularem. 2. physi. text. 38. ita quoque effectus particularis eget in opifice exemplari particulari.

Secundo.

Secūdo vel est vna idæa aut plures, si vna est quomodo creaturæ quæ ex illa idæantur sunt plures? tamq; variæ tamque diuersæ? sin plures vt Deus est simplicissimus tot tamq; varijs refertus idæis?

Argum. in contrarium

In cōtrarium est sacer ille locus Genes. 2. Fecit Deus hominem ad imaginem & similitudinem suam. Et Exo. 26. Dominus Moysi ait vide vt omnia facias secūdum exemplar tibi ostensum in monte. Hoc exemplar igitur siue similitudo, quæ in Deo est idæa est.

Disputatio hæc vt sua finiatur decisione præexigit vt aperiamus in primis quid sibi velit hoc nomen idæa, & in significantia nominis dissensus est nullus: nā idæa ab spectando nūcupatur, & idē est atque forma vel species, siue figura. Et si Eusebio libr. 12. cap. 1. de præparatione euangelica creditur, primus idæarum inuentor Socrates extitit: etsi Augustl. lib. 83. cap. 46. Platoni tribuit inuentionem idæarum. Quanquam & alios ante Platonem illas potuisse excogitare commemorat. Et ante hos Arist. acerrimus idæarum obiurgator, vt inuenta Platonica ideas carpit & ridet. Et Iustinus Martyr in suo admonitorio contra gentes Platoni illas tribuit easdemq; asseuerat Platonem ex sacris accepisse eloquijs: vt patet ex loco dudum indicato Exodi. 26. & Victorinus Mario illas rursum Platoni ascribit vt autori, & vulgus philosophorum idæas Platonicas esse putat, fortasis hęc controuersia eluitur si autorē dicamus fuisse Socratem, & Platonem rem auxisse idæarū: ideoque Platoni tribuunturvt patrono, infra tamē aperiam quid mea tulerit mens: in Phedone autem vt Arist. meminit. 12. meta. text. 51. idæas introduxit Plato, vt essent effectrices causæ rerum naturaliū. Et Cicero academicarum quæst. libr. 1. sola ait, mens cernit quod est semper simplex & vnius modi, & tale quale esset, hanc idæam illi appellabant iam à Platone appellatā nos speciem appellare possumus. Etenim in Timæo Plato tria voluit principia rerum primum Deum, seu mentem diuinam, materiā primam, & idæā Et Seneca ad Lucillum epist. 66. quatuor inquit fuerunt Aristoteli rerum naturaliū principia: quibus & Plato adiecit vnum alterum idæam, quæ est exemplar rei faciendæ. Diuus porro Aug. loco citato, & lib. de ciuitate Dei c. 10. & c. 11. & lib. 7. c. 28. idæarum meminit, illasq; in mente diuina locat. Et colligit idæas quia Deus quæ fabrè fecit sciens fecit, nam si artifex quæ ex arte facit sciens facit, amplius Deus: ergo De⁹ antequā hęc faceret

Quid idæa.

Quid sit idæa.

Autor idæarum quis.

Tria principia rerū secundum Platonem.

quæ

quæ cernimus sciebat quę facturus erat. Et rerum faciendarum apud se rationes habebat, & has æternas rerum faciendarum rationes, idæas ipse vocat. Iuxta Aug. igitur lib. 83. q. est hæc finitio idææ, idæa est exemplar æternum diuinæ menti existens, rerumve faciendarum apud Deum existens inuariabilis ratio. Porro autem Augustinus Platoni patrocinium impartit, nanq; idæas nō est interpretatus vt Arist. vt formas illas vniuersales effingeret, at diuinas esse voluit rationes, vt diximus. Et Plotinus & Apuleius in dogmatis cū Aug. faciūt. Platonici q; calūniam passe cē sent Aristo. Platoni, quia Platonem sinistre voluit exponere, vt illi imponeret idæas esse formas vniuersales creatas vt hominem vniuersalem aut bouem. Etenim Plato mundum tradidit exordium habuisse, Deumque solum & materiam voluit esse æterna, igitur ante mundi constitutionem idææ huiusmodi non extabant, at Platonici idæas Platonicas asseuerant æternas esse, non ergo sunt illę formę vniuersales, quæ si essent cœpissent esse. Dixit auē Plato in Timæo idæas nō omnibus hominib⁹ esse perspicuas sed paucissimis illis sanè qui optima fruuntur contēplatione. Vnde videtur idæas nō esse necessarias scientis rebus naturalibus: id quod cē fuit Arist. ex Platonis decreto, idæas. s. esse necessarias propter scientias, quia sunt de vniuersalibus. At verò si hic est scopus vel idæarum hoc est institutum, cur Plato ait rarissimis hominibus esse notas idæas? imo essent notæ omnibus qui scientias physicas & alias sciētias profitentur. At Plato ait, illum futurum sapientissimum qui optimo mentis oculo idæas cō templatus fuerit: qui locus satis suffragatur contendenti idæas platonicas diuinas rationes esse. Nam qui has cernere valet, is sapientissimus est. Vnde & Augu. lib. 83. quæst. 46. accepit, quod tradidit idæas non cuiuis patere menti, sed purgatissimæ & serenissimæ. Et Socrates apud Platonem in Cratylo, tātisper dum hic vitam degimus verarum idæarum notionem subduxit: sed solum idæas quasdam secundarias, quæ primarias referebant nobis esse notas voluit. Vnde colligis idæas primarias illas Socratem vocitasse quæ sunt diuinæ, quas sanè dum hic degitur, nemo cernit: at idæas secundarias cernere datur. At Aristo. non abhorruit à nomine idæa, quanquā in aliam rem transtulit nomen istud. Nam in artificibus & medicis ideas esse fatetur. Vt idæa domus ideaque sanitatis lege. 7. metaphysic. textu. 22. Et has idæas vocitat formas, & causas. At verò diuinas esse ideas noluit esse vt plures diceret esse idæas diuinas: at non inficiatur diuinam essentiam esse vnicam vniuersorum idæam, & exemplar: quia supremus artifex & simplicissimus non eget multis exemplaribus, imò adeò exhorruit vt exactius loquar Aristot. hæc exemplaria Platonica vt. 1. de cœlo, textu. 92. neget in Deo fuisse exemplar aliquod, instar cuius mundum condidisset. Nanque qua ratione ex illo exemplari vnum condidisset mundum & plures conderet. Hoc tamen Aristo. dogma intelligito nullum exemplar fuisse Deo mundi, quod Plato archetypum nuncupabat: quod esset sanè à Deo diuersum, porro quod diuina natura ipsa sibi esset exemplar rerum, nihil alienum est à doctrina peripatetica. Siquidem ipsa eminentissimè est vniuersa & superior commone fecit sermo. Imo vt hoc addam, arbitror ex mente Aristot. Si quis contendat Deum apud se habere recōditas idæas, quæ sunt ipsamet diuinitas non peccat: neque peripatetica lęderet dogmata. Siquidem est causa efficiens Deus omnium secundum Aristot. & operatur & sciens, & volens, igitur exemplaria apud se habet non diuersa à se, sed quæ sunt ipsissima diuinitas. Vt te docebit Simplicius si mihi non fidis ad cāleē comm. ad. 8. Physic. Quod vero locus inductus contra videtur monere ex. 1. de cœlo, non est cur nos impediat. Etenim ibi negat exemplaria Platonica Aristot. quæ erant diuersa à diuinitate, at exemplaria hęc quę Aristo. credimus consentanea esse non sunt Platonica, sed secundum essentiam vnum exemplar sunt, at secundum rationem multa, quia varia respiciunt opera.

Et si rem hanc arduam sanè ex meo arbitratu me pēdere finis, sub breuibus aperiam sensum meum. Crediderim enim Arist. nusquam negasse diuinas rationes rerum faciendarum, quod si has solum idæas Plato affirmasset, nunquam tāta iurgia exorta fuissent inter Aristo. & Platonem, quanta exorta legimus. Puto rursus prēter hęc exemplaria diuina, quę sunt primarię idææ, Platonem aliàs excogitasse idæas, quę non erant archetypi. id est, primarię formę, vt priores, sed secundarię formæ rerum materialium. Vt homo communis. &c. & has formas voluit abstractas à materia seu separatas: at vero adhuc participabant materiam. Quia homo cōmunis aut

Quid idæa Augustino.

Augustinus patrocinatur.

Idææ pauciſsimis notæ.

Idææ patent purgatis mentib⁹.

Idæa prima ria & secundaria.

Aristo. fatetur idæas.

Notabis strenuè.

Idæa quid Aristoteli.

Deus si habet idæam.

Ex Aristo. Deus habet idæas eaſdē sibi.

Decisio. q. ex autoris censura.

Idææ primæ et idæa secundæ.

aut bos,non erant intelligentiæ puræ. Item participabant materiam.4.phyſ.tex.comm. 18.Et has idæas introduxit Plato, quia Heraclíti & Cratylli hærens dogmati credidit omnia ſenſilia eſſe in iugi fluxu: quãobrem illa cenſuit non eſſe ſcibilia,neque diffinibilia, ideoq; excogitauit ſubſtantias quaſdam ſeparatas, quas ſolas credidit ſcibiles.1. meta. text.com.5. at verò ſi intellexiſſet per idæas ſolum rationes diuinas,quia iſtę ſemper ſunt nobis latentiſsimæ,neque à nobis naturaliter ſcibiles, neque harum ſunt ſcientiæ naturales, neque diffinitiones: imo ad ſcientias phyſicas,vt contẽplentur nõ ſunt neceſſariæ:ideóque neceſſarium eſt aſſerere idæas alias præter commemoratas diuinas Platonem excogitaſſe. Et vanè loquuntur qui credunt illas collocaſſe Platonem ſub concauo lunari, quia Plato tradidit idæas non eſſe in loco.3. phyſi.text.commen.25.ad hæc mihi quoque ſatis perſuaſum eſt Platonem non Socratem Primum fuiſſe harum idærum machinatorem, eorum ſaltem quos memoria prodidit philoſophorum. Nam Socrates circa moralia verſatus eſt,& idæas non aſſeruit,vt te docebit Ariſt.13.meta.c.3. Et quanuis Euſebius refragatur vt ſupra cõmemorabar. Ariſto. fidem magis adhibeo,quam Euſebio, & cæteris Platonicis.Et re vera exactius calluit Ariſto. Platonicam mentem quam ex ore accepit loquentis, quam cæteri Platonici qui ex libris Platonis mentem eiuſdem aucupantur. Porrò autem primus qui ex ſacro theologorum cœtu in theologicum orbem inuexit idæas fuit Auguſt.& ſcola theologica gratam habuit hanc idærum introductionem: non credens idæas Platonis eſſe veras (quas dixi ſecũdarias)ſed idæas docet in Deo eſſe rationes rerum omnium faciendarum. Et haud dubium catholicè illas oportet confiteri, vt exuſſentur errata quædam & philoſophorum & hæreticorum quorundam. Philoſophis enim quibuſdã creditum fuit Deum agere inſtar agentis naturalis, vel eſſe Deum cauſam primã,ſed naturalem. At vero exuflat hoc erratum Deum ſi dicamus agere ex idæa,nam ſic agens agit ex intellectu & volũtate:& in ſic operãte effectus præexiſtit ſecundum eſſe intelligibile,in ſua cauſa, vt Domus in artifice:at in agente naturali præexiſtit ſecundum formam materialiter non intelligibiliter. Vt ignis in igne lege.7.meta. text.22.&.12.metaphy.tex.23.ſanitas ait,quæ in anima medici eſt non ſanat:at quæ extra animam eſt,ſanat habentem. Secundum eratum fuit aliorum credentium Deum in vniuerſali eſſe rerum autorem non tamen particularium rerum, id quod Auicenna cenſuit, quod ſanè refellitur, nam agens ex idæa particularia agit,vt artifex.3. erratum quod deludit idærum aſſertio, eſt eorum qui ex caſu crediderunt cuncta fieri, atqui ex idæa opatur nõ ex caſu operatur,ſed ex ppoſito.

Cur Plato.introduxit idæas.

Plato non collocauit idæas ſub luna.

Ariſt.rectè intellexit Platonem.

Augu. inuexit in ſcholam theologicas idæas

Errata philoſophorum deluduntur ſi in Deo aſſerimus idæas.

Porrò autem quod ſecundum locum diſputationis tenet, eſt num idææ ſint idem quod ipſa diuinitas an diſtinctæ? & profectò Auguſt.ſi cõſulueris eaſdem eſſe atque Deus reperies.Dixit nanque illas ſimpliciſsimas et immutabiles.Idẽ ſapit Apulei⁹ in dogmatis, & Porphirius, idæam opificis eſſe credidit eandem cum intellectu. Cæterum aperiamus vt pugnaces theologi rem hãc diſſerũt, nam Scotus in diſtinct. hac credidit idæas non eſſe diuinitatem. Arbitratur enim idæas eſſe ipſas creaturas ſecundum eſſe intelligibile: quas ſecundum hoc eſſe duxit per actũ intelligendi diuinum à Deo æterno productas. Exiſtimat enim Scotus vt per actum intelligendi ex quo intellecta eſt Deo ſua diuinitas producitur diuinum verbum,ita per actum intelligẽdi ex quo intelligit Deus creaturas,etiã creaturę producũtur ineſſe diminuto non plenè reali,neq; plene rationis:ſed medio,cõſule Scotũ.14.quolibet.&.32. diſt.1.q. 1.& in.2.diſt.1.q.1.& videbis cõmẽtũ Scoticũ fuiſſe duo eſſe in Deo naturæ inſtãtia,primũ inſtãs horũ abſoluit diuina,nã hoc diducit in duo inſtantia originis,& horum primum generatiõi ineffabili diuini tribuit verbi, poſtremum verò ſpirationem Spiritusſancti.Porrò inſtans ſecundum naturæ,creãdis aptat.quæ antequam in re exiſtant ſunt à Deo producta diminutè tamen, vt ex eius placito dudũ dicebã.Proinde filiũ nõ ex cognitione creaturarũ productũ putat,neq; Spiritũ ſanctum ex amore creaturarũ ſpiratũ. Nã creaturæ & intelligũtur & amãtur à Deo in.2.inſtãti naturæ:at in prima abſolute ſunt diuinæ emanatiões,fortaſsis ducitur in ſentẽtiã,qa.7. meta. text.22.artificialia ex ſimili pdeũt,vt domus exterior ex interna domo. Et ſecũdo qa act⁹ intelligẽdi diuinus eſt efficaciſsimus, vt producat creaturas in aliquo eſſe reali ſecũdum quid,ideoq; ex creaturis iſtis intelligibilibus De⁹ cũcta operatur. At vero has creaturas intelligibiles, Deus produxit ex arte, vel ex natura,nõ ex natura,quia hæc productio eſt ad intra & non ad extra, ergo nõ ex natura producuntur

Idæ diuinæ ſunt Deus.

Pugnaces theologi de idæis.

Inſtantiana duo in Deo ex commento Scoti co.

Obſerua ex poſitionem Scoticæ mẽtis.

Scotus reijcitur.

ducuntur, ſi ex arte, ergo has produxit ex idæa diuina, vt ergo ſine iſtis produxit has intelligibiles creaturas, ita & ſine illarum opera produxit verè & realiter creaturas in mundi exordio. Rurſum ſi iſtæ ſunt idææ diuinæ ſine iſtis nihil ſummus opifex fecit Deus, at quantum incommodum eſt Deum pendere à ſuis creaturis in producendis creaturis, me tacente quiuis diiudicabit. Et rurſum conſequens eſt Deum moueri ab aliquo intelligibili ad extra, id quod nequit eſſe vt diſt. 35. luculenter demonſtratur? Etſi rectè memini Tho. Vualdenſis lib. de antiquitate fidei. c. 8. indicat Vuiclephum Anglum hæreſiarcam in libr. cui titulum fecit de idæis, tradidiſſe idæas eſſe creaturas ipſas ſecundum quodam eſſe intelligibile: id quod reale eſſe erat non ſimpliciter, ſed ſecundum quid. In quē multa coaceruat argumenta, quæ tu ipſe legere apud autorem poteris. Mihi ſatis ſit collegiſſe contra Scoticum commētum, vel idæa eſt materia ex qua vel eſt cauſa efficiens à qua, ſi primum, ergo res ex nihilo non prodierūt, at ex aliquo, id quod Aug. lib. de vera & falſa religione. c. 34. prorſus deſpuit, tradēs creaturas ex nihilo omnino eſſe conditas. & libr. de natura boni. c. 25. deliramentum eſſe commemorat Manichęorum documentum aſſerentium res fuiſſe nihil, & per conditionem illud nihil eductum eſſe ad effectum. Et demū veritas eſt orthodoxa. 2. Machab. 7. proteſtat. Mater enim Machabæorum liberos exhortans ad martyrij palmas, atq; trophęa reportanda, illos ex nihilo factos eſſe memoratur. Et nullus tā ſtupidi eſt ingenij, qui idæā cauſam eſſe materialem exiſtimat. Quod ſi efficiens eſt, ergo Deus habuit cooperatricē creaturam, vt cōderet creaturas, id quod hæreticum eſſe credo. At dices neque materialem eſſe cauſam neque efficientem, & ego tibi occinam, ergo neque idæa eſt illud eſſe intelligibile. Adde eſtis, ſciſcitor enim ab Scoto num iſtæ creaturæ ſunt etiā productæ ex actu amoris diuini? vt etiam ipſe fatetur per actum intelligendi eſſe productas, ſi dixeris per ſolum actum intelligendi inſultabo contra te, nā iſtæ creaturæ bonæ ſunt & amatæ à Deo, ſiquidem hæc productio ad extra ex amore diuino procedit, ſi ergo amatæ, quo amore? num neceſſario? Si hoc, ergo creaturas Deus neceſſario amat, id quod falſum eſt, ſi verò libero, ergo potuit Deus non amare, & potuit nō producere, ergo non ſunt æternæ. Et rurſum creaturæ iſtæ ex quo productæ

Vuicleph Anglus Hæreticus malè, de idæis philoſophatur.

1. Argum.

Deus ſine cooperario creat.

2. Argum.

3. Argum.

ſunt? num ex nihilo? non ex nihilo, quia ſunt Deo coæternæ, neque ex aliquo, quia nihil ſubſiſtebat æterno ex quo fierent. Porro autem diuerſum ab hoc placito amplexi ſunt Tho. 1. p. q. 15. art. 2. & Bonauentu. diſt. hac & Henricus Gandenſis quolib. 9. q. 2. & alij venerandæ antiquitatis Theologi eſſentiam diuinam eſſe idæam quatenus refert creaturas: itaq; re ſanè idem ſunt ſola ratione q; diſcrepant. Nam idæa reſpectum habet rationis ad creaturam, vt illam repręſentat, ideoq; fatentur idæas eſſe plures: at vnicam eſſe diuinitatem. Et rurſum idæam eſſe in diuinitate, at diuinitas non eſt in ſeipſa: & id genus cætera. Propterea Aug. q. ad Oroſiū. q. 26. teſtatur diuinum verbum eſſe plenum rationibus, ſiue idæis ſempiternis. Tho. autem artic. indicato dudum eſſentiam diuinam reputat eſſe idæam, vt imitabilem à creatura: & quia variè poteſt imitari ideo & variæ ſeu plures ſunt idææ. Vnde colligit ſibi Okam, diſt. 35. q. 5. antiquorū theologorum placitum fuiſſe idęam eſſe diuinam eſſentiam, vt imitabilem à creaturis. Et inſultat huic placito, quia hæc imitabilitas, aut eſt reſpectus realis, aut rationis, non realis, quia Tho. Dei ad creaturam teſtatur ſemper reſpectus eſſe rationis. Si ergo rationis eſt reſpectus iſte, vtiq; nō eſt idæa reſpectus rationis. Nam hic non eſt exēplar rei faciendæ: nam relationes neq; reales, neq; rationis exemplaria ſunt, quia ab Ariſt. reijciuntur à cauſalitate: at exemplaria ſunt cum cauſæ effectus producendi ab agente à propoſito, vt Ariſt. indicat. 7. meta tex. 22. Et rurſum relatio rationis non poteſt eſſe idem cum eſſentia diuina, quia tū relatio rationis eſſet ens reale: nam eſſentia diuina eſt reale ens. Quamobrem Okam exiſtimat rem producibilem vt habet eſſe cognitum in Deo, eſſe idæam, & re vera ſi autorē expendis Scotizat, & ideo argumenta alia non ſunt expectanda contra Okam, quam contra Scotum. Et re vera iſtum reſpectum rationis, ſi ipſe intellexiſſet eſſe ſimilitudinem diuinæ eſſentiæ, ad creanda non acerbè tuliſſet vt tulit reſpectū rationis eſſe idæam. Neq; enim Tho. aut Henricus tam deſipiūt quam ipſe putat, vt credant reſpectum rationis vt rationis eſt relatio, eſſe idæam, at crediderunt ſimilitudinem diuinæ eſſentiæ ad creanda eſſe idæam, & exemplar faciendorum. Et hæc ſimilitudo eſt ipſamet diuinitas, prehabens omnia in ſemetipſa vt prædiximus. Sic ergo reſpectus rationis fundamentaliter eſt ipſa diuinitas.

Idæa & diuinitas ſunt re idem.

Quid ideæ ueteribus theologis.

Relationem eſt exemplar.

OKam ſcotizans reprehenditur cum Scoto unde ſcotizat.

quanquam

quanquam non formaliter,& ita elues Okanisticas captiones.

Decisi.q.ob seruanda. *3.Esse ex Augusti.* Porrò autrem istam quæ satis tenebris in uoluitur apud autores explicatius edisseram, vocandum iudico Augu.libr.5.super Genes. ad literam.c.26. quo loco scitè annotat rem creatam seu creaturam triplex habere esse, & in diuina mente,& in potentia causarum, & tādem in seipsa. Vt habet esse in Deo,vtique habet esse intelligibile, at vero in causis suis habet esse potētiale,vt mixta in elementis,& fructus & flores in arboribus,vt rosa in hyeme habet esse potentiale in rosario aut roseto:in seipsis vero res habent esse actuale. Et hæc tria esse si inuicem conferas inuenies esse primum quod est esse intelligibile,vt esse diuinum est,cætera esse superare. Nanque sanctorum est imo & philosophorum est placitum creaturas melius habere esse in Deo quam in proprijs subsistentijs.Id quod candidè intellectū velis, nō qđ lapis verius habet esse lapidis in deo,quā in seipso nāq; in seipso realiter & verè subsistit,at in Deo non est lapis subsistēs verè & realiter,alioqui nō creare tur lapis. Porrò obseruabis similitudinem rei apellari ex vsu recepto loquētium rē ipsam. Vt imago sacræ virginis sancta Maria nuncupatur.Quamobrē quando philosophi & sancti receperūt hunc sermonem creaturas. s. verius esse habent in Deo quam in seipsis, non est audiendus de ipsa substantia creaturę,sed de similitudine. Vt fit sensus similitudo creaturarū in Deo verius habet esse in Deo quam in re cuius est similitudo,nāq;similitudo lapidis in Deo est Deꝰ ipse & Deꝰ verius subsistit quā creata vniuersa: & ita de cæteris iudicato.Et hoc maximè obseruato vt Plotinū,& Cōmentatorē,& cæteros quos indicabat distinctio præcedēs perspicuos habeas,cæterū reale esse vt reale,verius esse est,quā alia esse. Iam vero vt planā tibi reddam quæstionem alioqui difficilem.Primā accipe cōclusionē, esse reale creaturarū non est idæa, hæc in absoluto est. Nanq; esse hoc, est effectus idææ ideoq; est exēplatum & idæatū & nō idæa.

Intelligentia philo.& sancto.

Creaturæ uerius habent esse in Deo quam in seipsis ut est recipiendum.

1. Conclusio

2.Conclusio ¶Secunda cōclusio esse potētiale creaturarum nō est idæa,hæc non est facilis probatu vt præcedēs. Nāq; esse potētiale creatura habet,& in causis creatis & in Deo,de primo esse potētiali nullius negocij est cōclusio hæc: nanq; prima cōclusio hanc probat,siquidem hoc esse potētiale est ideatū,& non idea. Nā virtus productiua rosæ(quæ hyeme est)creata est à Deo.At vero esse potētiale quod habent creaturæ in Deo non esse idæam nō est in propatulo.Erit tamen si aduertis esse potē tiale vt tale diuinā esse potestatē,at potestas artificis non est idæa: & potestas etiā diuina faciēdorum,non est idęa faciēdorum,sed potius re acutè inspecta potestas diuina est potestas exequēdi idæam, & exēplar diuinum. Quāobrē esse potētiale creaturæ in Deo non est idæa formaliter semp sermonē accipito.

Esse potentiale non est idæa.

¶Tertia conclusio esse intelligibile creaturæ quod habet in Deo creatura,vt est similitudo creandorum est idæa. Notabis in gratiam huius aut recoles id quod admonuimus in dist.proxima,intelligibile diuinum & intellectum diuinum esse idem prorsus re,itaque esse intelligibile lapidis in Deo est ipsa diuinitas. Nisi quod esse intelligibile lapidis quod est in Deo lapidem respicit,id quod diuinitas non respicit. & hoc esse intelligibile creaturārū est similitudo earum, idemq; est exemplar faciendorū Deo:ideoq; idæa nuncupatur.Instar idææ quam intra mentis suæ conceptaculum gerit artifex. Annotabis autem duo esse idææ germana, & quod sit principium vnde cognoscimus, & vnde operamur. Nam artifex spectās internam domum exteriorem faciendam cognoscit & iuxta illius rationē & mensuram operatur. Porrò ne decipiaris cum audis idæam esse principium intelligendi.Non est enim principium intelligendi vt vis intellectiua,neq; vt actus intelligendi,neq; vt species intelligibilis,quia hęc absunt ab idæa:at vero eatenus dicitur principiū intelligendi,qa in ea spectatur,id quod ex arte faciēdum est,ideoq; non iniusto nomine exemplar dicitur. Et si rem acutius meditari animo est, dispice idæam non habere esse in mente subiectiuè.Nanq; non est actus intelligendi,neque species intelligibilis.Neq; etiam habet esse obiectiuum,siquidem facile mihi est habere in prospectu domos, & ædificia,imo & naturales res:quę quāquā habēt esse obiectiuū in mēte mea vel alterius, non tñ illorū adest mihi idæa,qa nō sum artifex.Nāq;idęa nō solū est principiū cognoscēdi,vel quæ habet esse obiectiuū quin etiā est principiū operādi.Domusigitur cognita nisi sit ab artifice spectabilis vt inde illā exterius operetur nō est idæa,aspicis ne vt idæa nō solū esse habet obiectiuū quin etiā oportet, vt sit exemplar vnde operetur habens idæam. Quæ igitur non sunt factibilia vt impossibilia nō habētin Deo ideā.Itē quę non sunt,vt priuationes,& negationes non habent idæā.

Duo habet idæa.

Cur idæa principium dicatur intelligendi.

Quæ non habent idæā.

Itemq;

Itēq́ue peccata quia à Deo fieri nō poſſunt, idæam non habent in Deo. Vnde & ſi Deus omnes iniquitates nouerit iuxta Dauidicum oraculum poſuiſti ſeculum noſtrum in lumi natione vultus & iniquitates noſtras in conſpectu tuo: cæterum non ſubinde dices peccata eſſe in Deo, aut mala eſſe in Deo. Quia hęc idæa orbantur ex ratione præmiſſa, Magiſter aliam excogitauit viam quia Deus mala non approbat, ideo non eſſe in Deo: at verò noſtra ſolutio exactius remiſtam abſoluit.

Obſerua ſedulo.

Porrò autem prioribus annecte principiū operandi geminam habere rationē, aut qua fit operatio, & hac ratione idæa non eſt principium operandi, ſed ars eſt, qua artifex operatur & ſi Ariſtoteli aliquando ars ſit idæa: alia ratio vero eſt principij operādi & ea eſt quæ principiū operandi vocat, id iuxta quod fit operatio: ſiue ad quod aſpiciens operatur artifex. Et hoc ſanè modo idæa eſt principiū operandi vt & cognoſcēdi. Vt regula menſoria eſt principium regulandi, non quia ipſa rectum facit, ſed quia ad eius aſpectum artificum opera diriguntur.

Quarta concluſio.

Quarta concluſio, quæ ex prioribus præſcriptis reſultat hęc eſt, idęa creaturę in Deo eſt ipſa diuinitas, ſecundum rem, & ſi formaliter aut ex ratione diſcrepent, hæc prompta eſt. Nanq; ſimilitudo rei creandæ, vel creabilis eſt idæa diuina, at hæc ſimilitudo eſt ipſa diuinitas. Hæc eſt concluſio contra Scotum & Okam, quia aſſeuerāt idæam non eſſe eſſentiam diuinam vt ſuperiora te docebunt.

Marſilius non probatur.

Quorum tamen placita Marſilius Inguem ſe proſequitur in. p. q. prologi tu leges apud autorem. Namque mihi illa tranſcribere faſtidio eſt, Marſilio tamē ego non ſubſcribo, dicenti cognitionem diuinam eſſe idæam diuinam: nam hæc eſt ratio faciēdorum. At verò vt dicebam, idęa non eſt id quo cognoſcit artifex, ſed ad quod ſpectans operatur: nanq; eſt exemplar. Et apud mentem non impedita ſemper ad eſt actus intelligendi, at non idæa, vt prædixi. Et ratio faciendorū eſt idæa apud Auguſt. non qua res fiunt, ſed ad quam res fiunt exterius & cognoſcūtur interius: & ita habebis Auguſtinum ne fallaris vt Marſilius. Vnde etiam ſi Ariſtoteles relationes diſpungat à catalogo agētium, non propterea mirabile dictu erit ſi affirmemus idæam eſſe ſimilitudinem quandam diuinæ naturæ ad creaturas quę tamen ſimilitudo relatio eſt rationis: & æterna relatio, & hæc relatio nihil agit, at vero ad hāc Deus ſpectans cuncta affabrè patrauit, quod ſi Okam hæc cōſideraſſet non vanè ſudaſſet. Et Henricus Gandenſis quodlib. 20. dicens idæam reſpectum eſſe, hanc ſimilitudinem quam prædiximus intellexit: nam ſimilitudo relatio eſt. 5. meta. tex. 22. Tho. imitabilitatē appellat, fuerūt quoq; Auerroi probatæ idææ diuinæ. 12. meta. commēto. 36. quo loco ꝓbatū eſt ſibi in Deo eſſe formas omniū rerū, vt iā ſupra etiā docuim⁹. Id quod de angelis non eſt cōfeſſus ipſe, neq; Ariſtoteles: quare Prateolus lib. de Sectis verbo Menander iniquè culpat Ariſto. quaſi verodixiſſet angelos eſſe factores rerū id quod neq; ſomniauit Ariſtoteles, apud quē Deus eſt opifex rerum, ſeu effectuum naturalium, quia ipſe ſolus habet idæas naturalium effectuum, non Angeli. Quibus motus cæleſtis conceſſus eſt ab Ariſtotele, non tamē formarum productio, & ſi Auicenna & alij errantes aliter ſenſerunt: id quod hæreſis eſt aſſerere angelos eſſe conditores, vt ſecundus liber demonſtrabit.

Elidit⁹ Okam.

Eſt autē dubitatio exigua an idæa ſit verbum mentale? & reſpondetur non eſſe idem. Etenim Deus vnico mentali verbo gaudet, & plures habet idæas, & multi potiuntur mētalibus verbis, qui idæis orbantur, vt potè qui artifices non ſunt, at verò ſi quis hæſitat num ſingula indiuiduorum ſingulis in Deo potiātur idæis, an ſola ſpecies correſpōdentem habeat idæam? dubio ſequenti differetur. Rurſus eſt alia hæſitatio, num idæa ſit ſpecierum an indiuiduorum? etenim Comment. 12. meta. text. com. 3. Deum dixit ſolicitari circa indiuidua ratione ſpeciei. Et Plato. idæas quas poſuit ſpecierum eſſe poſuit, & indiuiduari ex materia, cæterū idęæ platonicæ, non ſunt huc vocandæ, quia ille idæas quas dixit ſpecies, & ſecundarias formas vniuerſales eſſe tradidit: at nunc de idæis diuinis ſermo eſt, quæ ſunt ipſa diuinitas, ideo non ſunt vniuerſales. Et Tho. 1. p. q. 15. artic. 3. in calce idem putat idæam non eſſe ſingularium primo, at vt prouidentia eſt ſingularium eſt. Cæterum cito expedies quæſtionem hanc, ſi dixeris idæam duplici frui dote, vt prænonebam, eſt enim principium operandi, & principium cognoſcendi, vt eſt principium operandi, vtiq; in diuiduorū eſt, nam particularia ſunt quæ fiūt, & generantur, & corrumpuntur, nam ſpecies fit ex indiuiduo. Hoc eſt quia indiuiduum generatur, ſpecies generatur. Vt homo ex homine hoc vel illo & artifex per idæam hanc vel illam fabrę facit domum. Porrò vt eſt princi-

Lege Tho. de ueritate. q. 4. ar. 7.

Deciſio. q. lucida, & ſine ambage

Idæa eſt ad quam et nō ex qua res fit.

Idea eſt principium operandi, & cognoſcẽdi.

principium cognoſcendi idæa ſpeciei eſt. Nã idæa in vniuerſali domũ repreſentat, & idæa reconditur in mente artificis, non ceu vnius domus componendæ ſed ceu plurimarum cõſtruendarum: propterea quæ exemplar ſpecificum eſt, vnde & ſpecies apud Ariſtotel. appellatur & forma, imo ipſa forma, idos vocatur ab Ariſtotel. vt Seneca commemorat epiſto. 66. ad Lucillũ. Et vt ſummatim rẽ perſtringamus hæc vocabula ſcientia Dei, cognitio diuina, ars diuina, exemplar, & diuina idæa, & ratio diuina eandem rem denotant in Deo: at ratione diſcrepant. Nanque ſciẽtia eſt ſui ipſius, & cognitio ſui ipſius, at verò ratio non eſt ſui, ſicut neque ars, neque exemplar, neque idæa: ſed hæc omnia creaturas ſpectant. Quod ſi exigas num idæa eſt vniuerſalis an particularis? nihil reſpondendum puto amplius quã id quod de ſcientia diuina exequuti ſumus diſtin. 35. & per hæc quæ tradita ſunt, argumentorum, quę obiecit diſputatio in exordio ſuo, in numerato ſolutionem paratam habebis.

Scientia Dei. Cognitio Dei. Ars Dei exemplar & idea & ratio ut ſe habent.

DISTINCTIO trigeſimaſeptima, cuius initium eſt, Et quoniam demonſtratum eſt ex parte, &c.

Diſputatio prima. Num Deus omni adſit loco?

1. Argum.

LET VIDEBITVR alicui fortaſsis nõ omni loco adeſſe, etenim ſi cuiuis adeſt loco, ergo apud inferos eſt diuinitas, hoc autem refugit auditus Deum agere apud teterrimos manes.

2. Argum.

¶ Secundo, Si cuiuis adeſt loco vt adeſt, num circumſcriptiuè? num definitiuè? non primum, nam Deus quantus non eſt, ideo circumſcribi nequit loco, ſin diffinitiuè ſigna locũ, num locus eius cœlum eſt? locus nanque hic ex pleno priſcorum philoſophorum conſenſu Deo tribuitur indicante Ariſtotel. 1. de cœlo tex. 22. Deo, ait, immortali cœlum quod eſt immortalis locus, omnes tribuunt: iam ſciſcitor quod cœlum illi tribues? nunquid vnum duntaxat quod eſt mobile primum? an & cæteros etiam illi ſignabis? ſi vnum duntaxat primum mobile, illi ſignas in locum? perſiſtam adhuc in ſciſcitatione mea, nũ diuinitas totã implet cœli huius ſubſtantiam? an partem ſolum verbi cauſa orientalem vnde cœlo huic motus eſt exordium? ſi hoc poſtremũ annuis, quid igitur Deus non magis implet ſũ orbis ſubſtantiam, quam cæteri angeli motores orbium qui partibus certis ſuorum ſunt affixi orbium? hoc ſanè dementiſsimum videbitur æquos facere angelos Deo in loco replendo: at verò ſi primum aſſerueris Deum omnium globorum cœleſtium replere ſubſtantias, vtique qua ratione te huic dogmati aſſerẽdo adegeris adigendus eris vt dones Deum vniuerſum replere ſua maieſtate, vt Auguſtin. docet indicante Magiſtro. Vt rationalis enim anima implet corpus & eſt tota in toto corpore & tota in qualibet parte, ita Deꝰ in toto eſt vniuerſo, & in qualibet vniuerſi parte. Porrò hęc comparatio non videtur æquabilis, nanque Deus non eſt anima vniuerſi, nanque vniuerſum non eſt vnum animal, neque anima eſt in corpore, tanquam locatum in loco, ſiquidem locus continet locatum: at verò corpus non continet animam, imò contra anima corpus, Deus quoque non cõtinetur ab vniuerſo, imò continet vniuerſum, ergo non eſt in vniuerſo tanquam in loco. Et rurſum ſi eſt in vniuerſo tanquam in loco, ergo non eſſet extra vniuerſum, quod ſi non eſt extra vniuerſum, coarctabitur vniuerſi limitibus, vbi ergo eſt immenſitas ſuæ eſſentiæ? at ſi extra vniuerſum diuinitatem eſſe fatearis, extra vniuerſum nihil eſt, vt ergo erit in nihilo? Contra vero eſt Ierem. 23. cœlum & terram ego impleo.

Argum. in diuerſum.

¶ Diſputatio hæc patulam habet reſpõſionem ex proprijs Theologicis principijs, nanque ſcriptura vbilibet reſonat diuinitatem cũcta replere Eſai. 66. cœlum mihi ſedes eſt, &c. & 2. Parali. 6. cœlum & cœli cœlorum te capere non poſſunt. Et pſalmo. 138. quo ibo à ſpiritu tuo & quo à facie tua fugiam? ſi aſcendero in cœlum tu illic es, ſi deſcendero in infernũ ades. Et Acto. 7. indicantur verba Eſaiæ. Et demum citandis teſtimonijs eſt ſuperſedẽdum, nam obuia ſunt paſsim ſcripturas ſacras lectitantibus, & ſanctorum chorus doctorum dogma hoc vt orthodoxum & catholicum probatum habet vt tibi indicat Magiſt. D. Greg. Nazianzenus excitat hanc. q. lib. de Theologia, an Deus ſit ſolum in rerum machina hac an etiam extra? quod ſi ſolum ſit in vniuerſo hoc, iam contentus eſſet vniuerſi limitibus, quod ſi extra vniuerſum quærẽdum ſupereſt, quod eſt illud quod diſterminat Deũ ab vniuerſitate. Et tandem ſe cõducit in ſententiam Deum & intra, & extra vniuerſitatem rerum

Deus eſt extra uniuerſum & inuniuerſum.

esse. Et Hilar. libr. 1. de Trinita. & in lib. 2. non longe à principio tradidit Deum & interiorem esse & exteriorem rebus omnibus. Et Basilius homilia. 1. in Examerõ dicit Deum vbilibet esse: & supra omnia ait, Deus redundat, & supereminet vniuersis, infinit⁹ enim est porò Augustin. Eugubinus quendam enarrans psalmum nescio quo ductus erroris spiritu, Deum tradidit replere omnia non essentia, sed operatione: vt sol qui cœlo defixus, machinam hanc visibilem sua micante illustratione replet. Psalmus enim commemorat de cœlo, Respexit Deus super filios hominũ, vt videat si est intelligens, aut requirens Deum. Et visa est sibi bella hæc Theologia, quia indecentem credidit Theologiam nostram quę Deum locat vbilibet. Nam tum etiam in fœcibus & sordentibus latrinis, Deum esse fateri cogeremur. Porrò autem Theologi orthodoxi istud nõ esse orthodoxi dogmatis credũt: & meritò, ideoque aperto ore proclamant Deum esse vbique, secundum essentiam suã, & præsentiam, atque potentiam. Imò antequã sanctorum intonuissent oracula orbi, hoc dogma cecinnere poetæ peruetusti atque philosophi vetustate item doctrinæ celebres, quorum testimonia tibi luculenter primus liber diui Cyrilli contra Iulianum apostatam donabit. Et inter cæteros Orpheum commemorat, qui superstitiosum quo olim imbutus fuerat deorum retractans cultum, & vero Dei se dicans cultui prioris superstitionis recantans palinodiam, hæc extulit carmina. Ipse enim firmatus est in æreo cœlo, aureo in Throno, super terram autem pedibus vadit. Manumque dexteram ad fines Occeani vnde quaq; extẽdit, tremunt enim in circuitu montesque magni, & flumina profundumque iucundi maris. Et Pythagoram item indicat tradentem hæc, Deus quidem vnus, & non vt quidam suspicantur extra mundi gubernationem, sed in ipso totus, toto circulo. Et post pauca pater inquit omnium mens, & animatio omnium circulorum, omnium motio. Et præter hæc Aristo. citat Taletem Millesium docentem dijs esse plena omnia, primo de anima text. 86. Et Themistius, primo de anima. ca. 36. docet Zenonem dixisse Deum in intellectualibus esse intellectum, in naturalibus naturam, in animalibus est animus, in affectib⁹ est affectio & habitus. Credidit enim Deum esse substantiam vniuersa penetrantem, & in omnia per meantem. Quæ quidem planè demonstrant clarissimis Philosophis atque Poetis Deum esse nõ coarctatum ad loca sed vniuersa replere propria maiestate.

August. Eugubinus exploditur. quia male sensit de uniuersali existentia Dei.

Philosopho rum & poetarum placita de Dei immensitate.

¶ Iam verò vt ex principijs physicis hanc deducamus Theologicam doctrinam supponenda sunt quædam, alterum est mouens & motum esse simul hæc hypothesis tam certa est quam reputatur ab Auerroe. 7. Meta. text. commen. 10. esse velut proloquium in peripatetica disciplina. Et Aristotel. illam in omni genere motuum veram esse ostendit loco indicato. Secunda hypothesis esto Deum esse causam efficientem, & conseruantem omnia hanc esse peripateticã alibi docuimus. In præsentia sat sit ostendisse simplicium egregium peripateticum in calce Comment. ad. 8. physi cor. ita censuisse, iam ergo Deus si vniuersa cõseruat, & vniuersa mouet, erit simul cum motis, atqui angelos à Deo conseruari solum quis inficias ibit? itidemque & cœlos demũ & materiam primam. Nam hæc non habet suæ conseruationis & existentiæ authorem nisi solum Deum. Quod si Deus materiam omnium rerum materialium immediatè conseruat, consequens est Deum esse intimum in substantia materiæ, continuoque in substãtia rerum omnium materialium: id quod probatu videtur operosius. Nanque spiritualia in promptu est à Deo tantum seruari, vt angeli neminem habent seruatorem excepto Deo, quapropter apertum est Deum intimũ esse angelicis substantijs. Et mea saltẽ sententia hæc ratio à me hactenus prosequuta non tam physica est, quã Theologica: Paulus enim Actu. 17. in ipso inquit, viuimus mouemur, & sumus, quid est in ipso? hoc est per ipsum. Quippe Deus est principiũ motus, principiũ deniq; primum esse n di: ergo erit simul cũ viuentibus, erit simul cũ motis, & deniq; etiã cũ entibus omnibus. At Scot⁹ à dogmate nõ discrepãs colligit quædã quæ videtur aduersari dictis istis. Etenim probat solem agere in terra mineralia, & non tangit terram sol, & quanquam illuminet proxima prius, hoc est secundum aliam actiuam potentiam, non secundum potentiam generandi mineralia. Tandem sibi persuasit suam sentẽtiam Scotus quæstio. vnica distinctio. huius nam si ex possibili Deus haberet decretum locum nihilominus ageret in distans & remotissimum in tactu proximo. Itaque ratio agendi Deo non est simultas, aut intimitas cum loco, imò commentatur ipse prius Deum esse alicubi secundum potentiam, vt ibi causet aliquid quam quod ibi sit secundum essentiã, intelligę secundum considerationem. Et denũ quan-

Disputatio agitur Theologicè.

5. fo. 190.

Deus est causa efficiens omnia & cõseruans omnia.

Scotus philosophatur mrle.

quando creabat vel antequam crearet vniuersum diuina essentia nullibi præsens erat, siquidem nihil tum erat, at verò mundum condidit, quia etiam si essentia non erat præsens, nihilominus tamen secundum potentiam erat præsens vt de nihilo quicquam faceret. Quibus adiecit & hoc Deum agere ex voluntate, at voluntas in distans est potens agere prius quam in propinquum. Et demum vt semel dicam Scoti placitum est propositionem hanc, quæ est philosophicum columen mouens, & motum sunt simul, & agens prius agit in propinquum, quam in distans, quia in hoc agit ratione propinqui veram esse peraccidens. Ex eo enim est, quia agẽtia sunt imperfecta, ideoque sol prius agit illuminando aerem, & calefaciendo simul atque terram quam aurum ingeneret, in recessibus terræ. Et ignis prius etiam calefacit proxima quam generat ignem, &c. hoc sanè ideo esse fatetur quia hæc imperfecta sunt, & operantur necessario mediantibus alijs. Ego verò Aristotel. prædictam arbitror per se esse veram sententiam, in agentibusque omnibus ita corporalibus vt spiritualibus credo verum esse, proloquium mouens, & motum sunt simul & se se contangunt, aut contactu secundum quantitatem, aut secundũ substantiam, aut secundum virtutem. Nam agens, & passum se contangunt necessario, ali quando secundum quatitatem: vt experimur ignem tangere lignum, aut si hic contactus desideretur, contactus ex virtute necessario aderit: vt sol terram contangit non quantitate, sed virtute: siquidem lumen & influentiam proximis sibi elementis donat, vnde & terræ donantur, vt fœcundetur producẽdis metallis, & alijs mineralibus. Itidem dicito de alijs planetis, prius autem agit in sibi proxima sol. Porrò virtus luminis delata per media, ad terræ interna vsque, in ipsa mineralia seu fossilia generat. Nec subscribo Scoto autumanti substantiam solarem esse causam immediatam fossilium, imò arbitror lumen & influentiam, esse causas immediatas vt alibi luculentius differendum erit. At verò torpedo piscis stupidam reddens piscatoriam manum saluo recte vtique contangit manum contactu virtutis: & qualitas piscis diffunditur per recte ad manum vsque: at recte illesum est: quia actus actiuorum sunt in patiente bene dispositio. Itemque in agentibus quæ vocantur intentionalia, est etiam iste contactus mouentis & moti necessarius: ideoque sine medij interuentu sensio non fit. Et obiectum contangit vires sensificas diffusis speciebus ex medio ad ipsam potentiam. Et hoc vitio datur ab Aristotel. Democrito asserenti si vacuum esset muscam esse visibilem cœlo hærẽtem. Etenim si vacuum esset nullus esset virtutis contactus inter obiectum & potentiam: quia medium est vehiculum sensilium formarum. Itemque in agentibus spiritualibus est contactus secundum substantiam, & secundum virtutem. Est sanè contactus prior, vt quando angelus præsens adest huic vel illi loco: est contactus secundus quando operatur. Quo sanè modo planum est intelligentias motrices orbium & suos contangere orbes secundum substantiam, quia suis orbibus præsentialiter adsunt: & secundum virtutem, quia illos motitant. Quamobrem & Deus est in omnibus secundum substantiam suam, & hic contactus est secundum præsentiam suæ essentiæ, cæterum quia præsentia diuinæ essentiæ est ex operatione diuina: nã ex eo substãtia diuina adest, quia causat esse rei vel illud conseruat, ideo contactus secundum substantiam & secundum virtutem in Deo ne distingnas, nisi solum secundum rationẽ. Nempe quia prius consideramus contactum virtutis quam contactum substantiæ, est enim operatio signum diuinæ præsentiæ. Quamobrem quando nihil erant omnia ante orbem conditum, Deus nihil contangebat neque ex substantia, neque ex virtute, nisi tantum potentialiter: at vero si mul atq; mundum effecit illum contagebat secundum substantiam suam, & secundum virtutem suam, quia intimè operabatur in rebus conditis, & ipsa rerum creatio rerũ est tactus, quia igitur causat omnia, ideo est simul cum omnibus. Et fieri nequit, vt agat in distans à se, siquidem à nullo distat Deus: neque quidpiã ab illo distat, quia est intimus rebus vniuersis. Nanq; nihil est intimi⁹ rei quam suum esse, at hoc esse penetrat Deus, quia suo influxu conseruat esse rerum. Ideo aiebat Augustin. domine intimior es intimo meo. Et re vera quod cõtinet aliud, tangit contentum, Deus autem cõtinet sua virtute omnem creaturarum Paulo docente. Portans, inquit, omnia verbo virtutis suæ. Necessario igitur vniuersa tangit secundum substantiam & potententiam suam. Vnde Albertus Magnus tractat. 4. de causis. capit. penulti. & vltimo indicat Gregor. Naziancenum, in hanc sententiam Deum esse in omnibus, at non inclusum & extra omnia, & non exclusum, post omnia, sed non præuentum, ante omnia sed non solitarium. Que verba etiam

Scotus non probatur. Exponitur Aristotel.

Diſceditur ab Scoto.

Exponitur contactus necessarius ad actionem.

Contactus est necessarius ad agẽdum.

Contactus secundum substantiam & virtutem in Deo nõ sunt diuersa.

Respondetur argumẽtis Scoticis.

ad Heb. 1.

Observa Gregor. Naziancenum.

ba etiam Augustin. transtulit in libellum suū meditatorium, porrò autem occinnes forsan mihi Deum agere per causas medias, ideoque etiamsi contactu virtutis in aperto sit Deum contangere vniuersa, at verò propriæ substantiæ contactu illas contangere non tam in absoluto esse videtur, propterea quia Okā & suus diligentissimus sectator Gabriel hac distinct. confessum habent ex fide certum esse Deū ex substantia sua vbique esse: at verò ex ratione naturali credunt non probatum iri. Et philosophicum illud mouens & motum sunt simul in agentibus physicis verum solum esse, non in agentibus ex intellectu & volūtate volunt. Et isti suffragantur Scotico placito. Nanque si voluntas nostra ad extra esset producti ua, vt potest velle aliquid in distans, & non in propinquum, ita & producere Tho. vero. in. 1. p. q. 8. art. 1. & 2. aliter Theologizat. Nāque ex peripatetico fundamento Deum vbilibet esse collictum iri censuit. Ego verò iudico immensitatem seu infinitatem diuinæ naturæ in causa esse quod sit vbique: & quod sibi non repugnet esse in infinitis mundis siue centricis siue concentricis cum nostro. Et hoc est quod scriptura testatur cœlos Deum capere nō posse: & ecclesia concinnit virginem enim laudibus celebrans canit, quia que totus orbis capere non potest in tua se clausit viscera factus homo. Et rursum quem cœli capere non poterant tuo gremio contulisti. Et Augustin. epist. 57. ad Dardanum ita colligit ex diuinæ naturæ proprietate Deum vbilibet esse: at verò à posteriori vniuersalitas diuinæ operationis apud nos causa est vniuersalis existentiæ diuinæ. Nam diuinitas vbi est ibi operatur, & hæc duo sunt indiuisa esse diuinum & operatio. Nanque vbi non est, vt in loco ibi non operatur: & contra vbi operatur ibi est. Et quia sunt variæ diuinitatis operationes, ideoque & varijs modis in suis creaturis existit. Quapropter in sanctis suis habitare dicitur: & sancti tē pla appellantur diuinitatis, quia in sanctis suis ex particulari notitia & charitate Deus residens est. At verò est generalis alia existentia diuinitatis, ex generali operatione. Et hæc triplex est secundum substantiam, & secundum præsentiam, & secundum potentiam, sanè secundum substantiam quia diuinitas veraciter vbilibet est, nulli tamen creaturæ commixta: sed ab omnibus secreta omnia penetrat, secundum præsentiam verò, quia omnia intuetur, secundum potentiam denique quia author est omniū. Tametsi Albertus lib. de causis tract. 1. cap. 7. alijs verbis hæc eadem extulit, ait enim Deum esse in cunctis per lumē suæ intelligentiæ, & per operationē suæ potētiæ, & per eisē tiam suā. Et satis cōsentit cū Tho. q. indicata art. 3. etsi verbis non eisdē. Et Tho. cum Magistro dist. hac. Esse enim per præsentiam in omnibus rebꝰ apud hos est omnia habere in prospectu, ideo dixit Albertus Deum esse in omnibus per lumē suæ intelligētię. Et hæc sermonis phrasis non abhorret ab scriptura diuina. Legimus enim in. 4. lib. Reg. ca. 5. Non ne cor meum in præsentia erat quādo reuersus est homo de curru suo. Et. 1. ad Corin. 5. Ego quidem absens corpore, prēsens autē spiritu. Alijs autē Theologis non ita collibuit rem hanc explicare: at meo iudicio rectissimè explicata res est, vt tradidimus. Obserua interim Albertū dixisse loco mox indicato, peripateticā esse doctrinā, Deū esse in omnibꝰ tribus quibus diximus modis. Neq; turbet hoc placitū Aristot. tradidisse. 8. phy. Primū mouēs esse in circūferētia orbis, vt inde colligas nō esse in toto orbe. Et enim illud sanè scripsit quia circūferē tia orbis occius monetur, quā orbis cōcauitas, ideoq; quia inibi magis lucet motoris operatio, propterea dixit motorē esse in circūferentia. Vt nos catholicè cōfitemur precātes Deū prece dominica illa, pater noster qui es in cœlis: quia in cœlis Deus videtur. At verò ad incœptū regrediamur sermonē & illò referamꝰ pedē vnde digressi sumus. Et proinde tu tria cōsiderabis hæc & immēsitatē diuinæ substantiæ, ad quā cōsequia est immēsitas suæ potestatis, ad quā consectaria est vniuersalitas diuinæ operationis. Quapropter causa prima & radicalis omniū est diuinitatis infinitas, itaq; scisciti cur Deus vbilibet operatur, causa est infinitas diuinæ potestatis, & cur hęc infinita est, nēpe quia diuinitas est infinita: at naturę ordo hic est. Porro apud nos naturæ inuertitur ordo, quippe q à notioribus nobis progredimur ad notiora secūdū naturā, ideoq; Deu colligimus esse vbiq; quia vbilibet est eius operatio. Et obiectio illa superius mota Deū inquā agere per causas medias, nō est obstaculo, quominus sit simul cū creaturis productis & producētibus. Quippe etsi pictor pingēs penicillo imaginē, vtiq; nō attingit imaginē depictā, nisi medio instrumēto, & Rex in regno suo prę sidēs nō attingit administrationē Reipublicæ nisi medijs ministris, at Deus vniuersa attingit per seipsum quia attingit á fine vsq; ad finē & disponit omnia suauiter. Et effectus cuiuslibet causæ secūdæ magis pendet à Deo quā á causa secun-

Immensitas à priori est causa quod Deus sit vbilibet.

Esse diuinū & operatio sunt indiuisa. Obserua.

1. ad Cor. 6.

Existentia diuinitatis in rebus est generalis secundū tria

Exponitur Aristotelis.

Obseruanda sedulò hæc immensitas substantiæ immensitas potestatis operationis generalitas.

ſecunda: ideo q; Deus eſt præſentiſsimus effectui producto, & cauſæ producenti. Tametſi quæ dã exequatur per medias cauſas. Et profecto vt eſt diuinæ dignitatis vniuerſa cognoſcere, & vniuerſa poſſe, ita ad eandem dignitatẽ ſpectat vniuerſa replere loca. Quod ſi Deum ſtatuas in cœlo ſolum reſidentem & inde hæc ſublunaria proſpectare & gubernare, quæren dum à te eſt, num Deus poterit demutare cœlicam ſedem, vt hæc ſublunaria ſua præſenti ſubſtantia decorentur? an non poterit demutare ſedem? ſi non poterit vtique imperfectionis erit conſtrictum eſſe vni loco, etiã num cœleſti, nam ſi Rex poterit mutare regiã & in regno ſuo alias deligere ſedes, cur Deus nequibit ſe exhibere præſentẽ rebus, quas cõdidit ipſe? id quod ſi præſtitiſſet Deus, demutationẽ ſã tearis in Deo eſt neceſſe. Et nullus eſt regũ qui nõ optaſſet ſi poſsibile fuiſſet ſubſtãtialiter toti regno præſentẽ eſſe, at quãdo hoc nõ datur fruitur rex quilibet quo licet, nempe per miniſtros ſuos eſſe præſentẽ regno ſuo. Eſt ergo dignitatis hæc ſubſtãtię prẽſentia loco cuilibet, quare Deo nõ detrahẽda imò illi ſoli propria eſt. Quod verò Tho. dixit quodlib. 11. art. 1. ſi Deus nõ eſſet vbiq; ſed verbi cauſa teneret iuga cœlorũ ſolũ, inde poſſet orbẽ adminiſtrare, recte dixit ſi adminiſtraret iubẽdo, & non operãdo, vt reges faciũt: at verò quia adminiſtrat operãdo ideo fieri nequit ſi nõ eſſet vbique adminiſtrare Deũ poſſe omnia, quare ex impoſsibili quodlibet ſequitur poſſet adminiſtrare, & nõ poſſet, quia Deus vbi eſt ibi operatur & cõtra vbi nõ eſt vt in loco ibi nõ operatur. Denique timida fuit cogitatio Eugubini Deũ nõ eſſe vbiq; ne inquinaretur ex ſordẽtibus locis, quaſi verò ſpiritus, ſordidari poſsit ex ſordibus corporis. Oportebat aduertere vlcera cõporis animũ nõ maculare, quid quod corporales ſordes diuinũ nõ inquinẽt ſpiritũ? ¶ Argumẽta porrò Scoti exiguum eſt quod faceſſunt negociũ, nanq; ſol mediãte lumine ſoſsilia ingenerat, & lumẽ terrã tãgit & penetrat. Neq; arbitreris eſſe aliã vim actiuã quæ ſeruit in generandis mineralibus, & aliã quæ illuminationi ſeruit, vt putat Scotus duas eſſe vires ſubordinatas, imò vis illuminãdi eſt vis productiua mineralis ſubſtãtiæ, vt vis ſolis calefactiua, ignis eſt productiua, vt experimento diſcimus, ex lumine reflexo ex ſpeculo cõcauo ignẽ generari. Itaq; accidẽs poterit præſtare ſubſtãtiã de qua re alibi. ¶ Secundo argumẽto dicito falſum eſſe quod colligit prius eſſe Deũ ſecũdũ potẽtiã, ideſt, prę intelligi priquã ſecundũ eſſentiam vt aliquid cauſet, niſi quoad nos apud quos eſt progreſsio ab operatione ad poteſtatẽ, & inde ad eſſentiã: at ex ordine naturæ cõtra eſt, vt prædiximus. Et quando nihil erat totus hic orbis, Deus neque erat præſens ſecũdũ eſſentiã nihilo, neq; ſecũdum potentiã, niſi tantum potentialiter. Quia ſcilicet poterat operari in ſpacio illo imaginario. At vero prius oportet intelligere ibi eſſe Deũ ſecundũ ſubſtantiã, quã ibi operari. Quanquã hæc ſimul ſunt Deo, & eſſe & operari. Quod ſi eſſet Deus omnipotens, at certum haberet locum vt Scotus fingit, ageret vtiq; vt ipſe cõmentatur, cæterum repugnans eſt cum ratione & cõtradictionẽ inuoluit, Deum eſſe omnipotentẽ: & eſſe in limitato loco. Etenim omnipotẽtia ex immenſitate naturæ adeſt, ſi ergo eſt omnipotẽs eſt quoq; immẽſus. Quãobrẽ quẽlibet replebit locũ, ideo q; ex hypotheſi inuoluẽte contradictoria ipſe inferat quod maluerit. ¶ Tertio dicito quod Deus ante mũdum conditũ, nulli erat loco præſens, neq; ſecundum eſſentiã, neq; ſecundũ potentiam, niſi tantũ potentialiter, ideſt, poterat. Deus adeſſe & operari. Et quãdo cœpit operari ex potẽtia cœpit producta replere ſua ſubſtãtiali præſentia, neq; poſſumus prę intelligere producta præexiſtere huic præſentiæ, aut cõtra intimitatẽ eſſentiæ priorẽ eſſe productis, quia hæc ſimul ſunt prorſus. ¶ Quarto dices diuinã volũtatẽ poſſe ſanè velle diſtãs prius quam propinquũ, vt poterit finẽ velle ſine mediis: at vero producere vel agere aliquid in diſtãs à ſe non poterit quia nihil diſtat à Deo quia eſt omnia in omnib⁹ tradẽte Paulo. Quod ſi volũtas noſtra eſſet productiua ad extra qualis eſt diuina, neceſſario prius ageret in propinquũ quã in diſtãs: nã hic eſt ordo naturæ agẽs ſcilicet & paſſum eſſe neceſſario ſimul aut cõtactu ſubſtãtiæ, aut cõtactu virtutis. Neq; hoc eſt ex imperfectione agẽtis, vt Scotus putat, aut hoc eſt peraccidẽs ſed ex ordine per ſe naturali. Quãobrẽ Ariſt. traditio hæc, mouẽs & motũ ſunt ſimul firma & rata eſt in omnibus mouẽtib⁹, quæ proprie dicto motu mouẽt: nã volũtas & intellectus creata nõ agũt hoc proprie dicto motu, neq; ſe neq; alia: quippe horũ actio immanẽs eſt, at in agẽtibus quæ extra ſe agũt veriſsima eſt peripatetica hæc traditio, vt ſatis oſtẽdimus. Quod ſi aduertiſſent hęc Scotus, Okã, & Gabriel, & cęteri quibus non arridet prior doctrina manibus & pedibus in noſtrã iiiſſent ſententiam, quę Tho. & Alberti eſt.

¶ Primo argumẽto, quod diſputatio obtu-

Aduerte.

Apud nos ab operatione eſt progreſsio ad operantis potentiam dignoſcendam

Cõtradictionem inuoluit Deum eſſe omnipotẽtem & eſſe in limitato loco.

Exponitur Thomas.

Auguſtin. Eugubinus trepidauit timore ubi non erat timor.

Argumenta Scoti diluuntur.

Vis accidentaria productiua eſt ſubſtantiæ.

Ariſtot. traditio defenditur.

Ad argum. in principio obiectare ſpondetur.

lit. Hæc responsio est legitima si dixeris Deū esse vbilibet non diffinitiuè nec circumscriptiuè, sed repletiuè. Quia omnia sua præsentia implet, & nihil occupat: non tamen vniuersa replet vt anima corpus. At August. exemplo familiari animæ vsus est, vt rē explanaret difficilem, ineq; exempla ex toto opus est, vt pro positæ rei conquadrent, satis nobis sit vt anima rationalis est tota in toto, & tota in qualibet parte, ita Deus in toto vniuerso: tametsi Deus non est anima vniuersi. Et rursum vt anima vbicunque est in corpore operatur, & vbi non operatur non est, ita Deus in toto vniuerso. Argumento secundo respondebit disputa.

DISTINCTIO trigesimaseptima, Disputatio secunda. Num Deus est extra cœlum?

LICET VIDEBITVR alicui forsitam Deum non esse extra cœlum, nam æqua ratione dicere Deum esse in chymera.

¶ Secundo, vel est extra cœlum secundum potentiam, aut est secundum præsentiam aut secundum essentiam, non primum: nam Deus inibi nihil operatur, neque secundum præsentiam, quia extra cœlum nihil est, quod cognoscat Deus nec tertium: etenim nullus est extra cœlum locus cui intima sit diuina substantia.

Argum. in diuersum. ¶ In diuersum verò est. 2. Paral. 6. cœlum, & cœli cœlorum te capere non possunt. Quid est autem non possunt capere? nisi quod rerū vniuersitas angustus est locus diuinæ maiestati excipiēdæ, ergo est extra vniuersum Deus.

1. Argumē. ¶ Disputatio hæc satis controuersa est, quidā enim ex Theologorum numero confessū

Placita varia. habent Deum esse extra mundū non actu, sed potestate, cuius est sententiæ Alexāder Alensis in. 1. p. summæ. q. 7. & nonnulli alij: & probant placitū hoc, quia Deus est vbi operatur,

2. Argum. ergo vbi non operatur ibi non est. Secundo, idem colligunt, nam existentia diuina inibi esset otiosa. Tertio vel Deus esset inibi circun

3. Argumēt. scriptiuè, aut diffinitiuè, aut repletiuè, at nullo ho um modorum Deus ibi est, vt patet discurrenti, & non extant alij modi existendi. Quar

4. Argumē. to, idem ego colligo quia Deus est extra mundum, ergo est vbique extra mundum, at verò hoc falsum est, etenim hæc vera est, Deus nullibi est, extra mundum. Nanque hæc æquipollet huic in nullo loco est extra mundum, & hæc patentem habet veritatem. Quandoquidem in spacio illo imaginario nullus est locus, igitur si hæc est vera sua contraria est falsa, Deus est vbique extra mundum, si ergo nō est vbique ergo nullibi est extra mundum, si nullibi est extra mundum, ergo ibi non est. Nam si ibi est, ergo vel alicubi, vel vbique est, at nullibi est, ergo ibi non est. Alij autem quibus magis arridet contrarium placitum, fortasis non orbantur rationibus eque suaforijs. Nāque est locus Iob. 11. celsitudinem immēsam Dei denarrans in hæc verba, Excelsior cœlo est, & quid facies? ergo si excelsior cœlo est extra cœlum est Deus. Et demum vt fastidio parcam, Basilium & Naziācenum induximus disputatione peracta in hanc sententiam, imò & Aug. Tho. verò in summa Theologica nihil de hac re commemorat. Porrò in quodlib. 11. art. 1. asserit Deum esse non solum in ijs quæ sunt & fuerunt, sed etiam in ijs quæ imaginari possunt. Vnde apertum videtur esse Tho. placitum esse Deum esse extra mundum istum. Porrò Bonauentura dist. huius. p. 2. artic. 1. q. 3. propositionem hanc, Deus est extra mūdum, non simplicem esse existimat, sed amphibolo gam: aut enim significat Deum esse extra mūdum vt positionem habentem in loco, & hic sensus falsus est, aut significat Deum esse ibi tāquam excedētem vniuersum & tum vera est, vt dictio extra, non locum, sed excellentiam denotet. Reperio autē ante hos authores qui pugnacem colunt Theologiam Aug. lib. 2. cōtra Maxi. c. 22. hāc quoq; versasse dubitationē, nō sub prætexta formā, sed sub alia, quæ vulgaris est omnibus etiā nū vetulis quæstio, vbi nam Deus erat ante conditum orbem? At respondēs tradidit Deum tunc esse aut fuisse in semetipso: id quod fauori est sententiæ primæ negāti Deum esse in spacio imaginario extra mundum. Nanque eadem ratio habēda videtur de spacio illo imaginario, ante mundū cōditum, atq; de eo quod modo est extra mūdū cōditū. Neq; secus erat tum ibi ante condēdū quam modo extra mundum conditum.

Quæstio vulgata vbi Deus erat antę mundum conditum.

¶ Porro autem vt meam tandem post tot authorum recensitas sententias, sententiam ac fessam Deum verè & actu esse extra mundum. Et quia extra mundum spacium infinitum imaginamur qua huiusmodi spacia nullo clauduntur termino, verè Deus est in hoc spacio infinito. Quia immensitas propriæ diuinitatis non clauditur terminis, ideo est in spacio infinito, id est, non finito. At

Decisio quæstio. ex auctoris decreto.

qui

qui si negatiuè propositio hæc quæ agitatur ista disputatione Deus est extra mundum capiatur nihil difficilem habet sensum. Est nanque sensus eius Deus non solum est in mũdo: at si affirmatiuè agatur in maiores nos cogit angustias, vt verũ sit Deum esse extra mundũ. Siquidẽ nos non latet inibi nõ esse tanquã in loco, quia locus ibi desideratur. Et qui has euaserũt angustias affirmãtes Deũ inibi esse potẽtialiter, quippe qui inibi operari potest, vtiq; ad maiores nos compellunt. Nam quæram ab Alexandro & ab alijs qui hoc sibi persuaserunt, num modo Deus est ibi verè an nõ? si verè est & actu est igitur non potẽtialiter est, sin verò non est ibi verè, sed potest esse, est autem verè in hoc mũdo, fac ergo esse in illo spatio producẽdo angelũ vel lapidem, vel aliud vniuersum supra hoc vniuersum, tum sanè Deus se constituit vbi non erat, restat à te quærendum in spatio inter medio inter lapidẽ & hoc vniuersum est ne Deus actu? dices non, quid ergo est in distanti, & non in propinquo, vtique non cohæret imaginationi. Naque est in hoc vniuerso, & est in lapide creato extra vniuersum, & in spatio interiacente ad imaginationẽ inter vniuersum & lapidẽ aut quoduis aliud creatum, Deus non est. At hoc argumentum eluitur si quispiam amator placiti dixerit corpus domini nostri Iesu Christi esse in distanti, nempe in altari non tamen in proximo aere, aut elementis, quid ergo miratu dignum erit si Deus in seipso præstet quod in corpore domini exhibet. Sed nihilominus lego apud Paulum corpus Christi euectũ esse super omnes cœlos. Ascendit, ait, super omnes cœlos quod si corpus Christi quod creatura est, extra cœlum est, quia vertices cœlestes proprijs beatisque pedibus calcat, & quid si creator ipse sit extra cœlum? subit quoque mirari non solum oraculis diuinis hoc dogma nostrum consentaneum esse, quin etiam & peripateticis traditionibus est admodum amicum. Recolo enim Arist. 1. de cœlo dixisse text. 99. extra cœlum esse quædam entia beatam vitam ducentia, &c. quæ entia haud dubium Deus, & sancti angeli sunt. Ergo Aristotel. non formidauit tradere Deum esse extra mundum. Neque solum Deum, quinimò & beatos Angelos. Etenim quanuis. 8. Physicor. text 84. intelligentias affixerit orbibus, collatis tamen locis intelligendum est Aristotel. prẽter intelligentias motrices, alias docuisse non motrices, quas Deo assistentes esse insinuat dum ait, extra cœlum esse quædam entia beatam, &c.

Excutitur antiqua sententia Alexandri & aliorum.

ad Ephe. 4.

Deus est extra mundum secundum Aristot. & non solum in mundo.

At quæritas fortasse quid ergo ibi operantur iuxta Aristotel. extra cœlum. Sanè beata fruũtur operatione, idest, contemplatione primæ intelligentiæ, quę Deus est, ideoque non sunt ociosæ, neque laboriosæ, sed planè beatę. Neque enim vt sermonem etiam habeam de motricibus intelligentijs istarum præcipua functio est cœlorũ rotatio, imò insignior est Dei contemplatio. Nanque quod perfectum est non est gratia imperfectioris, angeli autẽ motores præstantiores sunt orbibus cœlestibus. Quamobrem operationem habent aliam nobiliorem quam sit cœlorum motitatio, nõ ergo intelligentiæ quæ sunt extra cœlum sunt ociosæ, quippe quæ fruuntur proprio fine suo qui est contemplatio diuinæ intelligentiæ. Neque Deus ibi ociose est siquidem seipso fruitur, nisi velis ociosum asserere Deum antequam hunc condidisset orbem quod est impium. At verò discernere quis sit hic Dei existendi modus hic labor est. Dixerim autem tibi Deum esse extra vniuersum non tanquam in loco, at tanquam continens omnia possibilia quæ ibi producere potest, illaque cognoscens. Est igitur ibi secũdum essentiam vt excedens vniuersa, secundum presentiam vt cognoscens quę in spacio illo imaginariò facere potest, & secundum potentiam vt potens illa condere si sibi placuisset. Et demum ibi est vt se cognoscens esse extra orbem, ibique se considerat potentem creare quę in hoc creauit orbe & multa plura. Scotus autem hęrens suo commẽto creaturas habere esse quodam secundum quid ante mundi constitutionem facilè diceret Deum tunc esse in creaturis illis, quas ab ęterno producebat: & modo etiam in illis est. Nam ęternas esse credidit secundum esse illud diminutum quod ipse finxit, etsi vera esset narratio Scotica plana esset responsio motę dubitationis. Deum esse modo in creaturis illis, at verò quia est plus quam commẽtitium figmentum Scoticum illud valere iubeamus vt supra luculentius edocuimus distinctio. 36.

Aristot. exponitur.

Angeli non sunt gratia motus cœlestis.

Quomodo Deus est extra vniuersum.

Deus est extra mundum secundũ præsentiam potentiam & essentiam.

¶ Iam vero ratio poscit vt argumenta in principio obiecta sua solutione donentur, primo dicito Deum non esse in chymera quia Deus est extra orbem in spacio illo imaginario tanquam se cognoscens, & possibilia quę inibi condere potest, ideo est in possibilibus omnibus: at chymera est impossibilis, ideo in chymera non est, quia etsi imaginari quidem potest, imaginatur tamen vt impossibilis. Sed ais spatium hoc est infinitum,

Argumenta diluũntur.

Deus nõ est in impossibilibus.

ergo si in toto spacio est vt continens omnia, quæ ibi producere potest, igitur poterit producere infinitum Deus, dicito poterit, sincathegorematicè, non tamen cathegorematicè: quam rem. 2. libro. Christo ducente docebit.

Ad arg. 2. ¶ Argumento secundo dices Deum esse extra mundum secundum præsentiam, quia cognoscit quæ ibi facere potest, & secundum potentiam, quippe qui potens est illa ibi facere, & secundum essentiam, quia ibi est se cognoscens esse immensum omniaque excedentē. Et re vera in hoc orbe non est Deus tanquam locatum contentum à loco, imo tanquam continens actu omnem locum. Est namque Deus locorum omnium eminentissimus locus: extra vniuersum verò est tanquam locus eorum quæ ipse præstare potens est si voluisset, quod verò tradidimus disputatio. 1. Deum esse potentialiter extra mundum, non accipias quasi vero Deus ibi non esset sed quod potest ibi adesse, quem sensum amauit factio contraria, at potentialiter intellige Deum esse ibi vere, vt continentem vniuersa quæ ibi facere potest. Sed ais, quid igitur discriminis statues inter modum essendi diuinum in orbe hoc & extra orbem, si etiam extra orbem est secundum essentiam, præsentiam, & potentiam? latum sanè, nam extra orbem quidem est vt potens producere, & conseruare, in orbe vero vt producens & conseruans. Et rursum in orbe est secundum præsentiam, vt cognoscens quæ iam producta sunt, & illis prouidens, at extra orbem cognoscens est producibilia. Et rursum in orbe est vt replēs sua maiestate omnia, at extra orbem vt potens replere omnia posibilia.

Explicātur & moderantur superius dicta.

Ad. 1. Alexandri arg. ¶ Argumenta verò quæ Alexandro faciunt Deus est vbi operatur fatemur, & quando colligit, & non est vbi non operatur, vera narrat collectio si sermo sit hic, Deus nō est tanquam in loco vbi non operatur, at in spacio imaginario non est tanquam in loco. Quid quod extra orbem etiam si non operatur Deus extra se, at verè operatur se amando, & beata se visione intelligendo.

Ad. 2. ¶ Secundum argumentum soluitur in decisione.

Ad. 3. ¶ Tertiò, dicito tres modos illos esse eorum quæ sunt in loco, at Deus extra mundū est extra locū, ideò nō est repletiuè, qui modus est proprius diuinitatis quando est in rebus. Nisi velis admittere esse Deum repletiuè quatenus potens est replere totū spacium illud imaginarium si volet. Est igitur ibi repletiuè potentialiter.

Ad. 4. ¶ Quartò, dicito hanc esse falsam, Deus est vbique extra mundum, & hanc veram, Deus nullibi est extra mundum, ideſt, in nullo loco est, at ibi est nō vt in loco, sed aliter vt dissertum est. Cæterum si aduerbia localia extendas etiam ad locum imaginarium nihil incōmodi est si dixeris Deus est vbique in spacio imaginario, habes igitur vt Deus est in rebus posibilibus, vtque est in præteritis, & futuris, & præsentibus. In omnibus namque est quanquam non eodem modo prorsus est in eisdem vt iā patuit. At verò quia futura apud Deum censentur vt præsentia imo Deo sunt præsentissima antequam fiant. Ierem. 1. Antequam te formarem in vtero noui te, ideo dicimus Deum esse in illis quia vocat ea quæ non sunt tanquam ea quæ sunt, ad Roman. 4. authore Paulo, nam quæ sunt, prēterita, & futura, & posibilia hæc à Paulo appellantur. Quæ non sunt, cæterum hæc perinde sunt in Dei prospectu, atque potestate, vt ea quæ sunt præsentia, ideo in omnibus istis est immensitas diuinitatis. Et tandem colligas oportet ex præscriptis vt Deus est extra tempus, quippe qui æternus est, ita & extra locum, quia immensus est, vt enim æternitas se habet ad tempus, ita immensitas ad locum.

Deus est in posibilibus præteritis futuris & præsentibus

Paulus exponitur.

Deus est extra tempus.

DISTINCTIO trigesimaoctaua, cuius initium est, Nunc ergo ad propositum reuertentes cœpto insistamus.

Disputatio prima, Num diuina scientia sit actiua rerum? num voluntas? num potentia?

1. Argum. SET IN PRIMIS alicui fortasis videbitur diuinam scientiam non esse actiuam rerū, etenim si actiua est rerum, siquidem ab æterno sciuit res omnes ergo ab æterno illas fecit, at verò res ex tempore prodierunt, ergo diuina scientia non est actiua rerum.

2. Argum. ¶ Secundo, Deus scit & mala & bona, si ergo scientia est actiua, igitur Deus author est malo-

malorum, quod dementissimum est asserere. Nam Deo autore nemo deterior fit vt Augustin. tradidit libr. 83. quæstionum. Et ante eum Diuus Iacobus capitulo. 1. Deus intentator, ideſt, incentor malorum non est. Contra vero est quod ipsa sapientia de semetipsa testatur Prouerbiorum. 8. Cum ipso, ait, eram cuncta componens, igitur diuina sapientia est quæ vniuersum composuit, compositio autem est actio igitur scientia Dei actiua est.

Argu. in diuersum.

Decisio quæstionis.

Disputatio hæc alterum quidem offert quod confessum est Philosophis atque Theologis, diuinā sciētiam esse actiuam. Et Theologorum confessionem Magister indicat in litera: at Philosophorum traditionem de diuina scientia, nos supra indicabamus. Alterum porrò est quod exploratu est difficilius, vt sit actiua, si sola est actiua? an simul cum diuina voluntate? & rursum si hæc sat sunt diuinis absoluendis actionibus, an secum etiam vocent tertium, diuinam nempe potentiam? Et quidem Deus vniuersa composuit mirabili artificio, diuinaque arte, ideoque ex arte humana illò scandendum erit nobis, quò nonnihil diuina nobis ars subluceat. At in artificibus nostris artem esse principium factiuum Aristotel. luculenter demonstrat prudentiam actiuam esse docens, artem autem factiuam. Porrò quod non sola ars efficiat artificiata, vel inde constat artem non semper esse factiuam nisi à voluntate artificis inclinetur & propendatur. Ars enim non trahit artificem neque cogit ad opus, ad quod tamen ipsa deducit voluntas. Et indormiente ars est orbata opere, & in vigilante itidem si animus exequendi non adest. Cæterum etsi ars adsit, & voluntas exequendi non desit, si tamen vires non suppetunt exequendi artis iussa opus desiderabitur. Est ergo arti sociandavoluntas, quibus necessario sociandaest exequutiua potestas: vt in absoluto sit & paratum artis opus. In supremo igitur architecto Deo hæc eadem consideranda veniunt, quanquam non subea diuersitate, qua tenentur apud nos. Apud quos ars res est differens à voluntate, & voluntas à viribus exequutioni mandantibus, & artis præcepta & voluntatis imperium. At in Deo ars diuina, quæ est scientia creandorum, & creabilium non est diuersa à voluntate, & hæc à potentia re non differt. Porrò citra realem diuersitatem rationis ordinem & differentiam obseruant. Etenim ad condendas creaturas primum quod cogitamus necessarium esse, est diuina ars seu scientia faciendorum: at vero quia possibilia etiam scit Deus quæ tamen non operatur, necessum est vt voluntas cocat cum diuina scientia, ad operandas res. At vero scimus Deum æterno sciuisse, & voluisse mundum creare, non tamen subinde ab æterno creauit, cur ita obsecro? nempe quia non applicabat ab æterno suam potentiam, vt mundum crearet. Igitur videtur potentiam exequutiuam esse cum cæteris necessariam ad opus, atqui hæc potentia exequutiua aliud non est quam ipsa Dei voluntas, volens exequi suum opus hoc vel illo tempore aut instanti. Deus igitur ab æterno voluit condere secula, at non voluit, nisi pro certo instanti, vt voluit vnigenitum suum dare in redemptionem nostram, at non voluit à principio orbis, sed quando venit plenitudo temporis. Nam voluntas Dei est omnipotens, voluntati enim eius quis resistet? Et ipse dixit & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt. Est porrò Dei mandatum, voluntas diuina volens exequi opus à sua arte decretum hoc vel illo tempore. Ideoque interest multum inter voluntatem opificum creatorum, & opificis creatoris. Potrò autem dixit Durand. distinctione hac quæstione. 1. has tres causas esse ordinatas scientiam, voluntatem, atque potestatem, scientiamque diuinam atque voluntatem esse causas mediatas diuini operis, at potentiam Dei esse immediatam causam. Id quod si ad legitimum reuocetur sensum ferri potest. Nanque rem ipsam si obseruas inter hæc tria nulla est mediatio. Etenim scientia Dei est ipsa voluntas, & hæc ipsa est potestas: ideoque diuina voluntas atque scientia immediatè sunt causa rerum: vt & potestas. Verum si rationis obseruas ordinem, primum intelliges Deum scire res creandas, dein illas velle creare, tandem posse exequi creationem. Et re accuratius inspecta præter hæc tria scientiam, nempe voluntatem atque potentiam exequutionem intelligere est necessarium: quippe vt æternò sciuit Deus condenda & voluit condere, ita & æternò potuit condere: at nō æternò condidit. Quia suum posse & velle noluit ab æterno in actum deducere. Est autem ista exequutio diuinæ scientiæ, atque voluntatis, atque potentiæ, applicatio ad opus faciendū: hæc aut applicatio est ipsa diuina voluntas, volens exequi quod sibi placitum erat in hoc vel illo tempore.

Dei scientia an sola sit actiua.

Ars voluntas potentia.

Scientia Dei voluntas & potestas idem.

Potestas exequutiua quid est.

Dei mandatum quid sit in psalmo.

Durand. exponitur.

Scientia voluntas potentia exequutio.

Diuina uoluntas libera.

Cæterum de diuina scientia plura diſſerui mus diſtinctione. 35. at de diuina voluntate expedit modo nonnulla commonefacere. Et quidem quod ſit Deo libera voluntas ſcriptura diuina nunquam non clamat, ideo teſtimonijs ſuperſedebo: ſat enim ſit illud commemoraſſe, confiteor, ait, tibi domine cœli & terræ, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus: & reuelaſti ea paruulis, liberum autem hoc opus Deo fuit, quandoquidē ob hoc diuinitas à Chriſto commendatur. Porrò libet paucula ex officina Philoſophica in medium proferre de re hac. Etenim Albertus Magnus lib. de cauſis tractatu. 2. tradidit commentatorem, Theophraſtum, Porphirium q; in ſententijs habuiſſe Deo non eſſe liberam voluntatem. ¶ Primo quidem quia voluntas eſt appetitus imperfecti, ideſt, deſiderantis, at Deus nihil deſiderat. ¶ Secundò voluntas eſt ad oppoſita indifferens, diuina vero voluntas non eſt indifferens. Nanque in differentia materiæ eſt, at actus puriſsimus qui eſt Deus nullatenus materiam ſapit. ¶ Tertiò voluntas diuina eſt æterna ergo neceſſaria, quod ſi eſt neceſſaria non eſt indifferens: argumentum porrò patet iſtud, quia æterna ſunt neceſſaria. 3. Phyſicor. text. 34. & hoc inſinuatum videtur ab Auerroe in diſputat. 1. contra Algazell. diffinit nanque ibi voluntatem eſſe appetitum intelligentis circa oppoſita indifferentem. Quæ quia Deo non congruunt Deo abeſt voluntas, vt hæc præferunt argumenta. Ego vero vt pace dixerim Alberti Magni diuerſum puto commētatori placuiſſe, Deum verè eſſe liberè voluntatis. Et iniuſtè culpatum puto ab Alberto. Nanq; diſputat. 1. dubit. 1. & diſputat. 10. prope finem, & ſæpè alibi contra teſtatur. Collatiſque locis inuicem libuit mihi haſce ex eius placito promere veras ſententias. Prima eſt Deo non eſt voluntas inſtar noſtræ. Hæc perſpicua eſt, noſtra enim volubilis eſt ad malum & bonum, at diuina fixa ſemper in bono eſt. Item noſtra non cauſat bonum quod amat, at diuina cauſat. Rurſum noſtra mouetur ab obiecto creato, at diuina ex obiectis creatis non allicitur: vt neque ſcientia Dei ex creatis pendet rebus imo contra. Secunda diuina voluntas à nobis eſt incomprehenſibilis, quanquam ex negatione nonnihil pateat: vt cœlum ex negatione patet: quid enim non ſit apertius eſt quam quid ſit. Scimus enim non eſſe graue corpus vel leue, neque alterabile, aut augmentabile, &c. Tertia fatenda tamen libera voluntas eſt in Deo, quippe Deus non agit modo naturæ, ſed multo ſublimiori modo. Quandoquidem natura eſt coarctata ad vnum, at diuina actio eſt ad vniuerſa. Quamobrem non inſtar naturæ, ſed per intellectum & voluntatem agit Deus. Præterea diuina ſcientia actiua eſt duorum contrariorum, quærendum igitur ſiquidem ſimul illa ſcit, vnde eſt quod duo contraria non operatur ſimul, equidem ratio alia non eſt, vt Auerroes commemorat, niſi quod diuina voluntas eligit vnum facere & non aliud. Eſt ergo diuina voluntas ſimpliciter electiua & non neceſſaria erga creaturas. Argumenta vero quæ protulimus ſunt flacida & euaneſcunt cito ſi obſeruas, quæ diximus, in Deo enim non eſt voluntas deſiderij, quæ imperfecta eſt, quia deſideriū eſt nō habiti: at eſt volūtas alia cōplacētiæ, & eſt voluntas, quæ eſt mouēs primū. At profecto ſi attendis Deum eſſe mouens primum, videbis fieri non poſſe quin Deus ſit agens liberum. Nam mouens primum ab alio non poteſt agi neq; moueri, ſed ex ſe habet quod cætera moueat, igitur actio primi mouentis ſi eſt ex ſeipſo mouente eſt, & non ab alio determinatur ex ſe ad opus faciendum. Quamobrem non ſolum libera eſt, ſed maximè libera. Nam quæ libera non ſunt, ab alio determinantur ad agendum, & aguntur & mouentur ab alio, & non ſe agunt, quippe quæ non ſunt ſui iuris in agendo: Deus autem maximè ſui iuris eſt in cunctis actionibus, quas circa creaturas adminiſtrat, ergo eſt maximè liber.

Philoſophi quid de diuinæ uoluntatis libertate.

Quid uoluntas Auerroi.

Reijcitur Albertus.

Sentētiæ ex Commētatore Auerroe notandæ de diuina uolū tate.

Voluntas Dei eſt electiua erga creaturas.

Obſeruaſedulo.

Ratio phyſica colligens Deum eſſe liberum agēs.

Argumenta autem in exordio quæſtionis propoſita ſi tenes, quæ inter diſſerendum tradidimus ſine tedio ſolues. Primum enim patens eſt, non enim ſola ſcientia Dei eſt rerum agendarum actiua, quin etiam voluntas diuina illi ſociatur, ceu illam determinans, vt annotauit Commētator: at vero Deus ſciens ab æterno mundum futurum & à ſe fabricandum ex voluntate ſua elegit quando tantum opus erat exequutioni mandandum. ¶ Secundò dicito mala quædam eſſe pœnæ, alia culpæ, alia naturalia mala vt morbus, & mors, quæ quanuis homini inflicta ſint in pœnam, verumtamen animalibus cunctis, & viuentibus vniuerſis nō ſunt in peccati vindictam: at ex naturæ neceſsitate, vt dixeris eſſe naturæ viuentium autoramentum naturale. At mala pœnæ dicuntur pœnæ illæ præcipuè quæ torquent miſeros æternò, quæ dicuntur pœna ſenſus: at alia ſunt mala culpæ vt peccata. Inter hæc mala hoc eſto diſcriminis, nanque

Solutio argumentorum.

Ad. 2. argumentum.

Malum culpæ & pœnæ.

nanque mala pœnæ sunt mala secundū quid, patienti enim illa vt Iudæ vel diabolo mala sunt, quia illis nocent: at vero supplicia illa siue exitia bona sunt simpliciter, quippe quæ Deo autore sunt inflicta ad correptionem culpæ, ideoque hæc mala à Deo & sciuntur & efficiuntur, quia bona sunt simpliciter: at vero mala naturalia quæ vt diximus autoramenta sunt seu appendicia naturæ, illa sane non habent Deum in causam positiuam, sed potius priuatiuam vt dixit Aristotel. 2. Physico rum subuersionem nauis ex absentia causari nautæ. Mors ergo cæcitas, surditas, & reliqua hoc genus naturæ mala Deum non habent in causam positiuam: sunt enim hæc omnia priuationes: at habent Deum in causam priuatiuam. Etenim mors est quia Deus non influit vitam, aut cessat à vitæ donandæ influxu, & ita de alijs & sicut causat priuatiuè ita illa per suas affirmationes cognoscit: vt mortem Deus cognoscit quatenus ipse cessat à largienda vita. Cæterum mala culpæ Deus nullatenus causat, neque vt causa positiua neq; priuatiua. Nanque ex absentia diuinæ gratiæ non consequitur necessario admissio huius vel illius culpæ, vt ex absentia nautæ consequēs est necessario naufragium, nam submota gratia liberè peccat homo. At ais si Deus nullatenus causat peccatum, vt ergo scit Deus peccatum? nanque scientia Dei de peccato aut causatur à peccato, & hoc neutiquam admittendum est: quandoquidem scientia Dei æterna est, peccata autem sunt temporalia, nequaquam igitur scientia Dei causabitur à quoquam temporaneo, quid ergo vel scientia Dei causat peccatum, & hoc impium est asserere, aut causatur à peccato, & eiusdem impietatis est assertio hæc atq; prior: vnde ergo Deus peccatum nouit? Porro autem peccatum (quia sermo est de peccato) formaliter priuatio est, priuatio autem ex habitu dignoscitur. 3. de anima tex. comm. 25. qua propter quandoquidem peccatum est priuatio diuinæ rectitudinis, atque iustitiæ Deus cognoscens se esse infinitam rectitudinem, cognoscit peccatum, ex scipso Deo, quia quod opponitur suæ iustitiæ immensæ & illi aduersatur peccatum esse & iniustum iudicat Deus. Diuina igitur scientia est causa rerum, at non peccatorum: & rursum peccatum non est causa diuinæ scientiæ, quippe quod scitur vt est priuatio diuinæ iustitiæ, ideo per diuinam iustitiam cognoscitur à Deo antequam fiat. Quia ab æterno nouit Deus vniuersa pec cata hominum & Angelorū, scies enim suam iustitiam nouit quidquid illi erat aduersaturū ab hominibus & Angelis patrandum.

Quorum malorum Deus est au tor.

2. Phy. tex. comm. 30.

Deus ut cog nōscit mala.

Deus non causat mala culpæ.

Deus quo modo cogno scit pecca tum.

Iam vero hac absoluta vtcunque disputatione annectere libet quæstionem non peu streperam argumentorum digladiationibus: at illis sublatis quærendum venit, num Deus sciat omnes enuntiationes affirmatiuas, atque negatiuas, & omnia enuntiabilia? & ponsio est affirmatiua & est orthodoxa conclusio, vnde dominus Iesus dixit quibusdam, Quid cogitatis mala in cordibus vestris? id quod argumentum erat propriæ diuinitatis scire quæ cordibus condebantur Phariseorum cogitata siue enuntiationes mentales illorum. Porrò Philosophis etiam confessa est conclusio: nam vt superius docebamus ex Aristotel. si Deus nesciret amicitiam & litē Deus esset insipiens, id quod superat omnem impietatem affirmare. Istis tamen addo. Deum scire hæc vniuersa non componendo, aut diuidendo vt nos, at simplicissima notitia illa Deus conspecta habet. Siquidem Deus vniuersa scit in essentia sua & per essentiā tuam, & non per res ipsas: diuina autem essentia simplicissima est & intellectio Dei est eadem atque diuinitas, quare Deus non componit & diuidit vt nos, nanque imbecillitati nostræ menti ascribitur, quod componat affirmando aut diuidat negando. At vero ne magnæ hoc tibi sit admirationi, Durandum scito quæst. 2. huius distinct. dixisse mentes humanas etiam per qualitates simplices affirmare, vel negare, itaque enuntiationes mentales sunt Durando simplices. Conceptis enim prædicatis & subiectis tandem vltimatas simplicesque habet enuntiationes. Cui sententiæ etiam astipulantur alij. Primo hoc colligentes nam alias eadem propositio esset vera simul atque falsa: exempli causa hæc, omnis albedo est qualitas, nanque hæc in mente non potest differre ab hac, omnis qualitas est albedo. Siquidem non est diuersus situs terminorum in mente, & vtriusque idem subiectum & prædicatum & copula, &c. Nanque non habent in mente vnde differant. Demum fundamentum Durandi est intellectum nostrum nequire simul plures habere intellectiones. Contra quod Gregorius ex multis inuehitur in. 4. distinct. 11. art. 3. q. 1. tradens nos posse simul plures habere intellectiones. Et probat inducto Aug. 4. super Genes. ca. 32. docet enim inibi Angelos intelligere omnia: secūdo testimonio colligit cōm. 6. Met. tex. cōm. 3. ait enim intellectū nostrum

Quæstio annexa.

Deus scit omnes enuntiationes ue ras.

Deus scit cō posita sine compositione & diuisa.

Enunciatio nostræ mentis est simplex Durādo.

Gregorius contra Durandum.

strum simul intelligere duo opposita. Et demum vt sapores sunt simplices qualitates euadentes ex mixtione qualitatum tangibilium, item & colores, ita creduntisti simplices animæ qualitates esse enuntiationes, quæ euadunt ex ipsa compositione extremorum & vt visus simplici visione totum & partes videt, ita mens simplici qualitate enuntiabilia nouit quanuis pro diuersitate enuntiabilium erunt diuersæ qualitates simplices, Deus autem quamlibet diuersa simplici nouit intelligentia.

Durandus non probatur.

Iam verò ne quis putet Durandum rem istam absoluisse totam, argumenta sanè quæ illi fauent sunt admodum plana quæ soluantur. Et enim in mente quanuis non sit situs, est ordo tamen conceptionis: aliter enim concipit mens quando intelligit omnem albedinem esse qualitatem, quam si concipiat omnem qualitatem esse albedinem, & hic diuersus ordo sat est vt mentales enuntiationes sint differentes: at subiectum in mente non habet locum priorem quam prædicatum, cæterum subiectum est vt concipitur quod de eo aliquid dicitur, vt prædicatum quatenus de alio dicitur, neque Gregorius solide quatit fundamentum Durandi, nam quod de Angelis commemorat vt inquam Angeli intelligant, alia est disputatio, quæ huic negotio non seruit. Et vt semel dicam fundamentum eius corruit totum, intellectum enim no strum plures habere intellectiones simul, patens est experientia, nanque intelligimus prædicatum & subiectum propositionis huius Petrus non est lapis, at vero paulisper mecum fige pedem, in gradu isto, nanque commentator Auerroes vt dudum indicabam. 6. Metaphysi. text. comment. 8. ex Aristotel. tradidit intellectum nostrum simul intelligere contraria. Et Aristotel. non obscurè inibi rem hanc docet, ait enim duo contraria, idest, verum & falsum simul se admittere in mente: verum & falsum simul esse in cognitione, porrò bonum & malum non se admittunt simul, imo se expellunt mutuo, quia bonum & malum tenent se ex parte rei, at verum & falsum ex parte intellectus: & habent esse in intellectu & non in re. At vero Thom. in. 1. part. quæstione. 12. articulo. 10. in contrarium esse putat intellectum non posse simul intelligere plura, id quod Durandus etiam asseuerans arripuit sibi in suæ assertionis fundamentum, vt diximus Paulo ante. Ego verò vt calculum meum adijciam, lego

An intellectus plura intelligat simul.

Verũ & falsum non se depellunt, bonum & malum se depellunt.

apud Aristotel. 3. de anima compositionem & diuisionem esse opus intellectus: & propria intellectui: quippe quæ negantur sensui. Vnde qui malè componit intellectus, est instar eius qui membrum hominis aptat bruto, & talis est compositio falsa vt homo est lapis, & qui male diuidit est instar illius qui proprium à suo locamento dislocat membrum, vt qui diuidit falsò cogitans quod homo non est animal. Et in. 6. Metaphy. text. 8. compositionem ait, esse affirmationem, & diuisionem esse negationem, seu propositionem negatiuam: & hæc duo non esse in rebus testatur, at in sola mente. Vnde colligementem verè componere apud se & diuidere & vera & falsa. At vero si enunciationes sunt simplices qualitates vt Durandus existimat, vbi est compositio aut diuisio, in mente? Et rursum reperio Aristotel. 3. de anima. text. 23. tradidisse intellectũ nostrum iã intelligere penitus indiuisibilia, vt pũctũ & hæc in instãti intelligere: at vero nonnunquam intelliget in diuisibilia actu, & diuisibilia potestate: & hæc quandoque intellecta habet mens, etiam num in instanti, nempe quando intelligit illa vt indiuisibilia actu, vt quando intelligit vnam lineam vt vna est: at quando intelligit lineæ partes iam diuisibiliter, & succesiue intelligit lineam, quia illam intelligit vt plures lineas & non vt vnam. Quę si tecum voluis in promptum tibi erit quæstionis huius obscuritatem elucidare. Etenim intellectus multis intellectionibus intelligit plura vt plura, & diuisibiliter intelligit diuisibilia, vt diuisa, at plura si expendit vt vnum, & indiuisibile actu vna intellectione illa explorata habebit: vt acerum tritici vt indiuisum actu, vna intellectione capit mens: at vt diuisus est in multa grana multis intellexit intellectionibus. Itemque si propositionem capias, vt vnum est ens rationis, vtique vna intelligentia percipi potest: at vt partes habet, sic sanè est plura actu nempe subiectum, copula, prædicatum, &c. Et hæc vt plura diuisibiliter & pluribus intellectionibus mens assequitur. Deus quoque qui plura intelligit vna intellectione planè illa intelligit, vt vniũtur seu vt sunt vnum intelligibile in propria essentia vt diximus distinct. 35. Et tu lege commenta. Auerro. 12. Meta. comm. 39. Et inibi te docebit propositiones formatas de rebus cõpositis habere subiectũ, & prędicatũ, quę sunt vnũ in actu: at duo in potẽtia. Igitur enũtiatio mẽtalis vltimata, est plura in potẽtia, nõ ergo est sim-

Decisio quæstion. ex auto. sensu.

Exponitur Arist.

Propositiones mentales non sunt simplices qualitates.

Plura intelliguntur simul.

Quomodo plura intelliguntur simul.

Contra Durandum Auerroes.

Exponitur Commentator.

est simplex qualitas. Denique quod tradebat Comm. intellectū nostrum simul intelligere oppositā, noli intelligere vnam intellectionem esse duorum oppositorum. Etenim vt opposita sunt plura sunt, ideoque multis capiuntur intellectionibus, variaque sortiuntur intelligibiles species. At sensus est qui vnum oppositorum capit, promptum in eodem puncto est, quoque vt & reliquum capiat ista si percepisti videbis visum cognoscentem simul duo contraria, idest, album & nigrum: vt qui legit librum vtrumque simul cernit: at quia hæc contraria plura sunt & plures habent species, ideo est necesse quod pluribus quoque visionibus cernantur & nō vna. Ideoque non est recta consequutio simul hęc videntur aut intelliguntur, ergo vna intellectione intelliguntur, aut vna sensione sentiuntur. At planum est sensus auditum & visum in eodem puncto suas aliquando habere sensiones: at non subinde colligendum erit ergo vnam habent sensionem. Et plura sanè essent differenda de re hac si censerem necessaria, at quia arbitror sat esse quæ diximus, cætera valebunt, hoc vnum tamen non supprimam si autores hæc ita vt nos distinxissent, non tantas fudissent tenebras lectoribus vt fundunt.

Aliud est simul intelligere plura aliud unico actu.

DISTINCTIO Trigesimaoctaua, disputatio secunda. Num præscientia diuina pugnet cum humana rerum contingentia? an illi potius consentiat?

1. Argumentum.

TFORSAN ALIcui videbitur pugnam esse, atque disidium non reconciliabile, inter hæc duo. Nanque Deus præscit bellum verbi causa nauale futurum, aut ergo sub hac præscientia bellum erit, contingenter aut necessario, quod si necessario rerum humanarum cōtingentia nulla est: quod si contingenter, poterit non fore bellum. Sit igitur ita verbi causa non erit, at Deus præsciuerat futurum, ergo Dei præsentia fallax est, Deusque fallitur, quod impium est. ¶ In contrarium est locus sacer Actorum. 7. Vos inquit Stephanus Spiritui sancto semper restitistis, vt & patres vestri, iam ergo si resistere possunt homines Deo, ergo possunt aliter facere quam Deus præscius est, igitur contingentia est fatenda in actionibus humanis.

Argumentum in contrarium.

Disputatio obscurissima.

Disputatio hæc non meo solum quod tenue est sed clarissimis ingenijs fuit & etiam nunc est obscurissima. An pugnent hæc duo inuicem & Dei præscientia & humanarum rerum contingentia? Et legitima est quæ differatur, siquidem sermonibus iam exactis de scientia Dei tractatum absoluimus, quæ sanè ad præsentia, præterita, futuraque se dilatat omnia: at præscientia futura duntaxat spectat. Neque molesta est disputatio de diuina præscientia futurorum naturalium, vt de solis exortu, atque occasu, siquidem hæc aliter fieri nequeunt quam à Deo præscita sunt. Porrò quæ vexat admodum etiam procerrima ingenia quæstio est, de arbitrij nostri actionibus, num aliter euenire queant quam præscita sunt ventura? Et primum quam hallucinantes fuerint in re hac philosophi quidā proferamus, deinde vero ad nostros se deducet calamus noster, vt aspirante Christo veritatem tantæ rei vt, vt donata nobis fuerit, virium cœlitus portio enodemus. Meminit igitur Marcus Tullius libro de fato Diodorum & Empedoclem dixisse nullam esse rerum contingentiam: vniuersaque necessario euenire: cum quibus inuoluit etiam (at iniuria) Aristotelem. Et mirari subit cur Aristotel. in hanc vocetur sententiam etiam à Theodoreto, libr. de Græcanicis curandis affectionibus, siquidem ipse Aristotel. hanc sibi falsam impositam esse culpam, haud dubium testatur libr. perier-men. 1. capitulo vltimo, quo in loco clarissimo confitetur testimonio rerum humanarum contingentiam. Nanque hac sublata perit funditus omnis politica gubernatio: vt autem consentiat inuicem diuina præscientia & rerum contingentia, non est admodum apertum apud Aristotel. Probant porrò Philosophi prænominati, suum placitum, nanque præterita sunt necessaria, igitur & futura. Nam æqua ratio est præteritis fuisse, quæ est futuris fore: at præterita fuisse est necesse igitur futura fore. Chrisipus vero fatum fatebatur, at nihilominus voluntarias statuebat esse actiones humanas, & fato non subiacere. Etenim fatum Chrisipo non erat causa præcipua vnde actio prodibat humana, quanquā fatum oppidò adiuuabat humanas actiones.

Placita uaria de Dei præscietia.

Asserītur Arist. ab iniurijs Ciceronis & Theodoreti.

Vnde

Fatum non pugnat cum libertate arbitrij secundum Chrisi-pum Prisci-lianus Abulensis Episcopus dam natur hæreticorum deliria.

Vnde aiebat fatum sanè homines impellere, aut instigare potius vt quædam gerant, at hęc instigatio, non cogebat hominem vt illi pareret: quia illi non parere liberum erat, Diodoro vero persuasio erat vt sibi probatam haberet humanarum rerum necessitatem, nam si verum est hoc qui nascitur sub canicula in mari nequit mori, at Fabius sub canicula natalia habuit, ergo Fabius in mari mori non potest, ergo fata necessario sunt implenda. Et Priscilianus hæreticus subscripsit isti, fato tribuens vniuersa quem damnauit Bracarense Concilium capitul. 9. decretorum, & ante hunc hæretici alij extitêre qui lapsi etiam sunt turpiter in hac re. Etenim sub lucis Euangelicæ exordio quidam tradiderunt hæretici peccata hominum esse necessaria, & modo idem astruunt neohæretici. Nanq; ex diuino impulsu illa patrari censebant, cuius errati memi nit Beda exponens Iacobi catholicam epistolam. In quos ipse Iacobus iam tum aduertebat, quia id æui Iacobus scripsit, & protulit illa verba capitulo. 1. Nemo cum tentatur dicat quoniam à Deo tentatur, &c. Itaque hæretici isti bona diuinæ inspirationi tribuebāt, & mala itidem diuinæ suggestioni. Cui errato multa post secula Vuicleph Anglicus accesit, & Lutherus cum sua tetra progenie. Et est istis persuasum Dei prædestinationem necessitatem imponere hominibus, vnde salutem æternam, & reprobationem hoc est damnationē non ex operibus putant pendere, sed ex Dei præscientia. Nam ad Roma. 9. cui vult Deus miseretur & Iacob dilexit & Esau odio habuit & non ex operibus: quia antequā nascerē tur fuit dilectus Iacob, &c. Et Ioan. 3. Ego ait, scio quos elegerim, &. 2. ad Timoth. 2. nouit Deus qui sunt eius. Vnde colligunt præscitos frustra laborare benè operando, & prædestinatos, laxare posse habenas peccatis quia illis nihil nocebit. Cæterum Pauli locus exponitur Deū prædestinare gratis, non tamen Deū citra opera saluare æternò gratis. Item Deus reprobat non ex demeritis præuisis, at non damnat nisi ex peccatis, vt patebit, post hęc at ad institutum regrediamur. Sunt igitur nonnulla quæ commemoratæ hæresi suffragari videntur: vt quod sæpè legimus Deū decepisse quosdam Pseudoprophetas. Porrò autē contra hoc erratum scripsit August. libellum. 15. errorum illi imputatorum. In quorum numero hic fuit Deum sua in misione ad peccata nos impellere. Et eliditur planè error Ecclesiast. 15. vbi legimus non dicas ille me implanauit, &c. Prophetæ vero dicuntur seducti à Deo permisorie, de quà re alibi copiosius fuerunt alij quos Chrysostomus commemorat Homilia. 47. ad Ioannem, quibus fuit in sententijs diuinam vocationem & electionem necessitatem inducere rebus humanis. Et horum cineres iam pridem à ventis diffiatos reuocauit ab orco Lutherus cum suo sodalicio vt dudum memini, confunditque & deturbat cœlestia sacramenta in hoc virulentum erratum Chrysost. igitur tradens electionē & reuelationem & vocationem non cogere nos, vt simus necessarij in operibus bonis: verum illa hæc cohortantur. Fuerunt præterea Manichæi qui vt primi peccata necessaria esse cō fessi sunt, at ex principio alio prouenire dicebant. Nempe ex concupiscentia mala, quæ à malo Deo exortum habebat & Manichæi sanam Ecclesiæ doctrinā corruperūt. Etenim excipientes ab Ecclesiastica doctrina peccatum in nobis originale necessarium esse, corruptosque nos hac originali labe, aduertentes omnia peccata ex praua hac radice suboriri necessario existimarunt. Et neo hæretici istud idem sapiūt quia arbor mala non potest bonos fructus facere, at tu intellige voluntatem sub malitia non posse proferre meritoria opera, at potest mutari ex malitia in bonitatem quia non est agens naturale sed liberū & tunc erit bona arbor & bonum fructum faciet. Et introduxerunt duos Deos, alium principium virtutis alium verò viciorum & peccatorum. Et culpam primi hominis necessariam dixerunt fuisse propter illius vindictam. Quos reuera summus ille Philosophus Aristo. nondū natos. 3. Meta. text. 15. subsanat dicens, nullum Philosophorum dixisse duo esse principia alterum corruptibilium, aliud permanentium: sed omnium esse vnum principium. Et commentator Auerroes exponens locum hunc recte docuit, vili pendēdos esse qui duos Deos inducunt alium bonorum, alium vero malorum principium. Et Diuus Dionysius libr. de diuinis nominibus capitulo. 4. parte. 4. longiusculè rem hanc egit euertens quod ædificandum erat à Manichæis pessimum placitum. Et breuiter colligit vniuersa entia bonum appetere, ideoq; progredi non possunt à malo principio. Nam si à malo essent malū appeterēt quoq;. Et Hierō. tu lege Epistolade fide ad Damasum ex sacris scriptis hunc errorem elidentem. Et Manicheus aduersarius est Iouiniano millum esse tradenti in renatis peccatū. Et sapit Lutherus cū cōplicibus & mani

Errata hæreticorum.

Aliud prædestinatio æterna atq; reprobatio à glorificatiōe & damnatione illa enim non ex præuisis operibus hæc uero consequūtur opera & hoc non intelligunt neothe rici hæretici.

Aristot. exponitur cōtra Manichæos & est aduersus locus.

Elliditur delirium Manichæorum.

pularibus

pularibus ſuis Manichæam vecordiam. Docet enim ſemper in nobis etiamnum recens prolutis ex baptiſmo, ſupereſſe peccatū: quia non deletur, ſed ſolum non imputatur. Porrò ſi Deus non imputat peccatum vel verè vel falſe, ſi ſecundum, ergo decipitur Deus ſi primum, igitur quod Deus indicat hunc verbi cauſa baptizatum Petrum eſſe ſine peccato verè ita eſt, igitur peccatū ex baptiſmo prorſus abſtergitur, & non mutilatur. Sub hæc & alij extiterunt quibus confeſſum erat prædeſtinationem neceſsitatem imponere rebus humanis: & propterea iſtis cognomen inditum eſt ex errore, appellati nanque ſunt prædeſtinati vt meminit Proſper in chronicis: ſubque Cæleſtino Papa iſti fuerunt exorti. Quam tamen ſententiam Vuiclephica dira amplexa eſt propago, ex peſsimo progenitore peſsimè edocta. Et iſtis multis contendunt ſuū aſtruere errorem. Et quidem primò, nā ſcientia Dei eſt neceſſaria, ergo quod ſcit eſt neceſſarium, igitur ſi præſciuit peccaturum Petrum, neceſſario peccabit Petrus. Nam ſi non peccabit, 2. Deus falletur in ſua ſcientia. ¶Secundò: præterita ſunt neceſſaria, ergo & futura, probatur collectio, nam ęqua ratio videtur de hac, Adā fuit vt de hac Antichriſtus erit: imo fortior de poſtrema, nam hæc ab æterno & ſine initio vera eſt Antichriſtus erit, illa autē de præ 3. terito cœpit aliquando eſſe vera. ¶Tertiò qđ Deus decreuit, à nullo impediri poteſt, quia omnipotens eſt. Et docet Eſaias voluntati 4. meæ quis reſiſtet? ¶Quartò nam futura naturalia ſunt neceſſaria vt ſolis, & aſtrorum exortus, aut occaſus, at diſpoſita à Deo de rebus humanis gerendis ſunt certiora iſtis, vt Antichriſtum fore, diemque iudicij futurum, & id genus. Nanque domino tradente cœlum & terra tranſibunt, ſed verba mea non tranſibunt, igitur reuelata fore neceſſario erunt. Adde 5. Eccleſiaſt.7. diuinum dixiſſe ſermonem. Attende in operibus Dei, quia nemo poteſt corrigere quem ipſe deſpexerit: ergo reprobus à Deo, corrigi non poterit. Et rurſus Ioann. 10. Ego cognoſco oues meas & meæ me: & nemo rapiet eas de manu mea, &c. igitur prædeſtinati perdi nequeunt. Et præter hæc, propterea capitul.12. ait, Ioan. Non poterant credere quia dixit Eſa. excæcauit oculos eorum. Et alia hoc genus ſunt pleraque multa, & admodum difficilia in ſcripturis ſanctis, quæ nos fuſo ſermone perſequimur in declamatione de excæcatione cordis ad cap. Eſa. 6. At verò hoc dogma Vuiclephicum complexus eſt vt memineram, Lutherus. Amator enim fuit Vuiclephicæ doctrinæ, ideoque liberum negauit arbitrium quo ablato eſſe vniuerſa noſtra neceſſaria non difficile eſt videre. Et Philippus Melanchthon lib. locorū communiū duxit vniuerſa opera relata ad prædeſtinationem eſſe non libera: at vero voluntas relata ad opera externa eſt libera, relata denique ad affectus non eſt libera. Et plane hoc eſt hæreticum, quia volūtas libera eſt, relatā ſiue ad opera interna, ſiue externa, & affectus ſenſuales, etiam ſi vitare nequeat compeſcere poterit: id circo libera eſt quoad illos ſub hac ratione. Quia illis dominatur polytico dominio, vt eſt autor Ariſto. & ſub hæc nos de hac re non nihil attingemus. Porrò Cōcilium Conſtan. poſt quod Tridenti. progenitorem hunc iniquū huius perniciosiſsimi dogmatis deſpuit. 45. articulos damnās hæreticos ex libris Vuicleph collectos. Inter quos præhabitum placitum numeratur. Neque ab re fecit hāc damnationem, nam diuinæ muſæ non ſilent arbitrij humani libertatem. Et Eccleſi.11. cap. reliquit Deus hominem in manu conſilij ſui. Et Ierem. 21. Ecce Iſrael coram te eſt via vitæ & mortis, & non eſt quod nos iſtis moremur citandis locis, ipſum principium humanæ naturę obſeruemus Adam, qui ſimulatq; conditus fuit, pręcepto diuino oneratur ſub præſcripta quę pœna mortis violatio illi prohibetur: ſi autem liberi arbitrij compos non erat, cur violator pręcepti erat mortis pœna mulctandus, ſi neceſſaria erat violatio? vtique in culpa non erat: neq; in præceptis erat reponenda à ſapiētiſsimo Deo. Hæreticorum autem quæ produximus argumenta: itemque ſacra teſtimonia quæ retulimus ex diſſerendis prompta erunt vt ſoluantur. At vero in negotio iſto præterturbam ſententiarum indicatā quę aliena ſunt à fidei doctrina & ſyncritate, etiam vexant ſanctorum teſtimonia obſcura, & non peruia lectoribus. Et vt quædam ex multis in mediū proferamus eſt Augu. lib.6. de Geneſi ad literā. c.17. tradens Deū ſcire neceſſario futura: & de fide ad Petrū. c.34. firmiſsimè tene nullatenus dubita prædeſtinatū perire non poſſe: & hominē reprobū nulla ratione ſaluari poſſe. Et libr.3. de libero arbitrio. c. 4. quod præſcit Deus neceſſe eſt fieri. Et Anſelmus de caſu diaboli quod fuit, ait, neceſſe eſt fuiſſe: & qđ eſt neceſſe eſt eſſe, & quod erit neceſſe eſt fore. Et is ipſe libr. de concordia præſcientiæ & liberi arbitrij cap. 3. idem docet. Et Boethius ſeu Boethus lib. de cōſolatione proſa. 3. lib. 5. eiuſdem

Vuiclephicum dogma virulentum expuitur ſimul & Lutherus exibilatur cum Philippo Melāchthone.

ciusdem est placiti. Porrò autē vt ad nostros disputatinos theologos vertamus sermonem, reperies in Thom. vbilibet recipi quod ab istis dudum indicatis indicatum est autoribus. Nam in quæstion. de veritate. 2. articul. 12. & hac distinct. & in. 1. part. quæst. 14. articul. 3. idem sapere, atque priores nominati videtur. Redigam tamen autoris huius sententiam in aliquot conclusiones facilioris doctrinæ gratia. Prima esto cōtingēs à Deo nescitur vt cō tingēs. Etenim cōtingēs vt cōtingēs, est impedibile, at scita à Deo impedibilia nō sunt. Secūda, futurum vt futurū non est à Deo scitū, etenim Deo nihil futurum est: sed omnia sunt Deo quam præsentissima vt Boetius ait. 5. de consolatione exemplis quoque cōclusionem hanc illustrat, sicut enim qui sublimem conscendit speculam aspicit subtereuntes simul, tametsi euntes & iter facientes, quidam alijs sint priores, & alij posteriores, ita quanuis rerum quædam sunt præteritę, aliæ vero futurę, Deo tamen omnia sunt præsentia simul. ¶ Secundum exemplum est, fige baculum in medijs aquarum vorticibus, vtique baculus est fixus, at interlabentes vndæ variæ succedunt sibi quæ baculo alioqui sunt præsentissimæ. ¶ Tertium exemplum est ex. 3. lib. cōtra gentes capitul. 67. centrum circuli est indiuisibile, at vero coexistit omnibus lineis ab eò latis ad periferiam vsque circuli: ita quoque diuinitas cum sit tota simul, & indiuisibilis, tempori tamen partibili tota simul coexistit. Nam æternitas totum tempus intra ambitum suum comprehendit. Et ego volo huic patrocinari placito, ex Augu. libr. 2. ad Simplicianum docente quæst. 2. diuinam præscientiam futurorum esse sciētiam, quippe vtiuersa Deo sunt præsentia. Et. 2. idem colligit, quia nisi ita esset vtique mutatio adesset Deo, etenim si futura præscit fac futura præsentia vt Antichristum iam Antichristi non est præscientia, sed scientia. Et Augustalluslit Boetius. 5. de consolatione dicens Dei esse prouidentiam rerum, sed non præuidentiam. Et in libr. 5. super Genesin ad literam ca. 18. idem commemorat. Res esse Deo præsentes ab æterno, non in propria natura, at in diuina scientia. Quanuis autem Augustl. ita loquatur loco ad Simplicianum præ notato, non tamen illud documentum apud eum est, ita sanctum & inuiolabile nusquam appellitare Dei præscientiam: imo libro præ notato de libero arbitrio capitul. 4. vtitur voce præscientia. Et rursus Paulus nō exhorruit Dei dicere præscientiam, atq; prædestinationem, vt est tibi promptus locus ad Roman. 8. & Diuus Hilarius libr. de Trinitate capit. 12. in medio libri omnia fatetur esse nota Deo secundum præscientiam, & potentiam, secundum quam nihil illi recens, neq; nouum est: sed omnia coram Deo iam facta sunt. Et demum ex diuinis literis discimus Matth. 22. Deum esse viuorum & non mortuorum. Et dominus suscitaturus Matth. 9. puellam dixit non mortuam, esse sed viuere. Et Ecclesia concinit in officio mortuorum canens, Regem cui omnia viuunt, venite adoremus. Itaq; tutus est sermo diuinam futurorum scientiam appellitare præscientiam. Neq; tamen firmè colligis, ergo mutatio est in diuina scientia: etenim quando adsunt futura, etsi diuina præscientia iam est scientia, est sanè sine vlla mutatione: vt nulla est mutatio, si ex non creante fit creans Deus: aut ex conseruante fit non cōseruans, vt supra meminimus. At Augustl. loco prænotato solum prætendit docere non esse nouam accedentem Deo scientiam, si futura præsentia fiant & hoc validè probat.

Exponitur Thomæ placitum quibusdam conclusionibus.

Exempla Tho. ad explanandam Dei scientiam rerum contingentium.

Dei præscientia est scientia Deo enim omnia uiuunt ut cantat Ecclesia regem cui omnia uiuūt uenite adoremus.

Iam vero quāquā hæc ita se habeāt, vt præscripsimus, est autem Thom. sermo durus satisq; asper intellectu, creaturas omnes coexistere æternitati. Etenim sanctorum testimonia audienda sunt quæ retulimus omnia esse Deo prę̨sentia secundum scientiam diuinam, & potestatem. Quia mortuos facilè Deus excitaret ad vitam si volet omnes, ideoque omnia illi viuunt vnde testabatur Hilarius Deo nihil nouum, neque recens, &c. quia illi omnia sunt præsentia secundum præscientiam & potestatem: at vero quod creaturæ omnes diuinæ coexistant æternitati vt Sanct. Thom. contendit cernere non possum: at ille cernebat, quippe qui acutiora quam ego lumina mentis habebat. Etenim si coexistunt æternitati, antequam forent, & postquam desierunt esse adhuc coexistunt, igitur creaturæ sunt Deo coæternæ. Etenim hoc esse coexistentiæ reale est, & non rationis, igitur si coexistunt æternitati, habent vtique esse reale, simul cū æternitate, igitur sunt coæternæ. Quod esset pessimi dogmatis astruere: & multo peioris quam siquis asserat cum Scoto creaturas habere quodam esse intelligibile æternum. Et meo iudicio rectè Scotus distinct. 39. & Durandus dist. hac huic repugnant placito, quippe quod inintelligibile est, si verū est, etsi falsum nullum est. Nanq; istud esse productum creaturæ quod cœpit sub mundi exordio, aut coexistebat antequam extaret, & ita aut bis produ-

Ventilatur Thomæ placitum.

An creaturæ coexistant æterni tati.

productum fuit aut coæternum, si autem nō coexistebat æternitati quomodo omnia illi coexistunt. Et lego apud Daniel. ca. 13. Deus est absconditorū cognitor, & videt quæ non sunt: si non sunt quæ Deus videt, vt ergo æternitati coexistebant? Et rursum vera est corruptio rerum, veraque generatio, ergo quæ erant verè, desinunt & quæ non erat vere incipiunt esse. Vnde non possum acquiescere interpretationi Caietani, hic enim æternitati creaturas coexistere etiam credens duo docet instantia, & pro instāti temporis creaturas incipere & desinere esse fatetur: at pro instanti æternitatis, vtque illi cohærent, hoc modo res non interlabi, sed præsentes esse Deo semper: & duas contradictorias veras esse secundum hoc instans æternitatis nō formidat fateri. Cæterū in sua responsione petit principiū, etenim hoc est quod vertimus in dubiū, si creaturæ Deo coexistūt pro instāti æternitatis, nā de instantibus tēporis quis hæsitauit vnquam? Et de toto tempore antequā conderentur secula est hęsitatio, num hoc totum tempus cum contentis antequam fabricaretur orbis, Deo iam præsens erat secundū esse reale. Nanq; hoc est quod negamus planeq; docemus esse inintelligibile. Ipse ergo suo glossemate nihil lucis attulit nobis imo tenebras densiores offudit, vt enim cogitare possumus ante mundi conditionem has esse veras ambas Petrus est, & non est? Etenim in nullo instanti etiam imaginario, imaginari valemus Petrum esse simul & non esse, quid quod in instanti vero quale est instās æternitatis? Nanq; si ambæ sunt veræ pro illo instāti ergo possibile est simul Petrum esse & nō esse: at hæc impossibilis est copulatiua Petrus est & Petrus non est. Quia componitur ex partibus repugnantibus. Quod si Deo nō subest facere quod implicat contradictionē, vt sine diuina operatione contradictio erit vera pro instanti æternitatis? Vtique dignitas illa metaphysica quodlibet est aut non est, pro quouis instanti veracissima est, alioqui pro instanti æternitatis proloquium hoc falsum est, quod est absurdissimum. Nam promptum erit colligere, igitur pro instanti illo scientia metaphysica falsa est, quæ suas demonstrationes pendentes habet ex illo principio quodlibet est aut non est. Et demū si pro instanti æternitatis duæ contradictoriæ veræ sunt, ergo poterit Deus facere in illo instanti aut pro illo Petrum simul esse & non esse, & si veræ sunt non repugnant, & Deo subiacent: id quod fateri est dementis. Exempla autem Diui Thom. non conuincunt, nam qui ex specula cernit prætereuntes existentes simul videt, non tamen absentes. Et Baculus fixus in aquarum gurgitibus aquis præsentibus non elapsis alluitur, & centrum lineas existentes pro spectat non illas quæ non sunt, ideo exempla hæc non admodum conferunt, si introspiciantur, tametsi apparenter demulceant sententiam autoris.

Caietanus reijcitur.

Creaturæ Deo non coexiterunt ab æterno, sed quā primum esse cœperunt.

Soluuntur Tho. exempla.

Porrò autem vt gloriam hæreticam deludamus, Vuiclephum absoluamus, qui suis nenijs fretus contingentiam abstulit à rebus. Et radicem petamus iugulumvé quæstionis patefaciamus, num diuina præscientia sit necessaria? nanque si necessaria est præmunt angustiæ, ergo futura ab ea pendentia sunt necessaria. Et profecto Thom. 1 part. quæst. 14. artic. 13. vt supra expressimus difficilem plus satis prompsit sententiam. Res sanè futuras secundum naturam suam esse contingentes: at verò vt à diuina pendent scientia quia sciētia Dei est causa rerum, hac sanè ratione necessarias esse. Itaque diuina scientia aut præscientia est secundum se necessaria, & futura vt ad illam referuntur, id est, vt sunt scita, vel præscita esse quoq; necessaria: quāquā secundū quod pendēt à suis causis secūdis sunt contingentia. Vt Antichristus vt præscitus à Deo hac vtiq; ratione necessario erit, at vt à parentibus suis est exoriturus, est contingenter futurus. Nam parentes eius contingenter coibūt. Et neotherici hæretici itidem dicunt res omnes si secundum se considerentur contingentes esse & fortuitas quasdam, vel casuales, at relatas ad Dei præsciētiā esse prorsus necessarias, vt supra indicabam Philippum Melanethonem in hanc sentētiam. At vero hinc colligunt nullum esse liberum arbitrium, quia opera humana sunt necessaria siue bona, siue mala. Sed qd Christi mors num fuit necessaria? non vtiq;. Quia potestatem habuit ponere animam suam, & iterum sumendi eam Ioann. 10. at vero Christi mors præscita erat à Deo seu prædestinata. Et rursum tu ais, voluntatis opera esse secundum se contingētia ergo nō sunt necessaria. Quia Dei scientia non tollit eius naturam. At vero vtrem enodatius tibi edisseram lapis tibi esto in paradigma qui vt est intellectus, est immaterialis: at secundum propriam naturam est materialis. Et demum est immateria lis nuncupatiuè, & extrinsecè, at vero secundum substantiam suam corpulentus est. Ad eundem

Vuiclephus exploditur.

Difficilis Tho. sententia.

Ioan. 10.

Mors Christi etsi præuisa a Deo non fuit necessaria.

eundem prope modum res humanæ ſecundum propriam naturam contingentes ſunt: at vt præſcitæ à Deo extrinſecè ſunt neceſſariæ: qa vt præſcitæ à Deo impediri nequeũt. Et adiecit adhuc huiuſmodi contingentia vt præſcita à Deo eſſe abſolutè neceſſaria, vt & diuina præſcientia. Quod verò Thom. abſolutè vocat neceſſaria eſſe contingentia vt ſcita à Deo ad propoſitionis qualitatem Caietanus in Comm. retulit hanc enim Deus præſciuit Antichriſtum fore abſolutè neceſſariã eſſe fatetur. Nam hæc de præterito eſt, & vera, quare neceſſaria abſolutè, ex modo ſignificandi, hæc verò Deus ſcit Antichriſtum fore, quia de præſenti eſt, & de materia contingenti, ideo eſt contingens abſolutè, eſt autẽ neceſſaria tantiſper dum ſcitur, vt eſt neceſſum Petrum ſedere dum ſedet: at contingens eſt ipſum ſedere, quia poteſt non ſedere. At vero quod fuit, non poteſt non fuiſſe, ideo neceſſe eſt fuiſſe. Quamobrem in re hac aliud eſt de ipſa re habere ſermonem, aliud de ipſa propoſitionis neceſsitate, vel contingentia, id eſt, aliud de ipſa ſcientia diuina, aliud de propoſitionibus iſtis Deus ſciuit fore aut ſcit fore Antichriſtum, aut Deus vult fore diem iudicij, aut voluit fore, nanque ſi de re tractetur, vtique diuina ſcientia, atque voluntas erga res contingentes non ſunt neceſſaria abſolutè, quippe potuit Deus neſcire Antichriſtum forè, vt potuit non velle illum fore, & ſi nõ eſſet futurus neſciretur à Deo futuritio Antichriſti, quanquam poſtquam voluit, & ſciuit immutabilis eſt eius ſcientia, atque voluntas decernens quicquam erga contingentia. At verò ſi de veritate propoſitionum agatur ſeu neceſsitate, & cõtingentia quam propoſitiones ex ſuo contextu prætexunt, vtique alia ratio eſt habenda. Nam propoſitiones de præterito, vt Deus contingentia ſciuit, Deus voluit, &c. ex modo enunciandi ſunt neceſſariæ abſolutè, at Deus ſcit contingens, vult, amat, contingentia. &c. Sunt ſolum ex hypotheſi neceſſariæ, & non abſolutè. Quapropter, vt Thom. lucidius comprehendas, obſerua ipſum exiſtimaſſe res contingentes vt ſcitas à Deo eſſe neceſſarias, at vt cauſatas à Deo quaſdam neceſſarias alias contingentes. Nam neceſsitas rerum à diuina ſcientia eſt, & contingentia rerum ſimiliter. Nanque hæc conſequia ſunt ad naturam rerum, quam ſupremus artifex Deus ex ſua arte ineffabili elargitus eſt rebus, quaſdam enim neceſſarias eſſe duxit, vt cœlum & angeli ſunt. &c. alias vero voluit eſſe contingentes, vt ſunt humana opera cæteraque obſtaculis impediri poſſunt, quominus exequutioni mandentur. Itaq; quanquam ſcientia Dei ſit actiua, & noſtra non eſt actiua, & hoc nomine latiſsimo diſcrepant interuallo, noſtra atque diuina ſcientia: at verò certè hoc conueniunt nomine quod vtraque eſt de neceſſarijs quia quod ſcitur neceſſarium eſt ſiue à Deo ſiue ab homine ſciatur. Nam quod ſcitur infallibile eſt, alioqui non ſciretur: habes apud Ariſto. primo poſteriorum: ideoque ſcita à Deo vt talia, ſunt neceſſaria: niſi quod etiam ſub hac ratione multum ad huc eſt diſcrepantiæ, quia nobis ſingularia non ſunt ſcibilia, ſed vniuerſalia duntaxat: at vero Deo etiam ſingularia ſunt ſcita, & quatenus ſcita ſunt neceſſaria. Quamobrem quæ nos ſcimus ſimpliciter non poſſunt aliter ſe habere, vt quod triangulus habet tres angulos. &c. atque Deus ſcit etiam ſi relata ad diuinam ſcientiam non poſſunt aliter ſe habere, at ſecundum ſe poſſunt aliter ſe habere. At verò quod me malè habet dogma iſtud eſt cur dixerit Thom. contingentia eſſe abſolutè neceſſaria vt ſcita à Deo. Etenim ſi lapis eſt immaterialis vt eſt intellect⁹ à mẽte noſtra, non protinus pronuciabis lapidem abſolutè eſſe immaterialem, ſed ſolum ſub ratione intellecti: itidem etſi ſcita à Deo vt ſcita neceſſaria dixeris. Porrò quod abſolutè ſint neceſſaria non continuo conficitur: ſed ſolum vt ſcita. Etenim ſi abſolutè ſunt pronuciandæ contingentes res humanæ, verbi cauſa, quomodo abſolutè ſunt neceſſariæ? Neque valet argumentum, lapis vt intellectus eſt immaterialis, ergo eſt immaterialis, itidem neque valebit vt ſcita ſunt neceſſaria, ergo ſunt neceſſaria à dicto ſecundum quid ad ſimpliciter variatur collectio. Vt non conſequitur, domus in mente artificis eſt ſpiritualis, ergo eſt ſpiritualis. Et rurſum quid vocet abſolutè neceſſarium, rogitemus à Thom. nunquid eſt ſine additamento neceſſarium? quod ſi hoc, vt igitur tu fateris contingẽtia vt ſcita eſſe neceſſaria: nam hæc confeſsio cum additamento eſt. Non ergo abſolutè ſunt neceſſaria. Item fateri oportebit peccata futura hominum abſolutè eſſe neceſſaria. Nanque præſcita ſunt à Deo, ergo abſolutè ſunt neceſſaria. Fortaſsis eluent Thomiſtæ hæc argumenta, ſi dixerint rem contingentem non eſſe abſolutè neceſſariam at propoſitionem ſubordine ad diuinã ſcientiam

Obſeruadum genter ut cõueniant ſciẽtia creata et increata.

Thomas diſſeritur quid uocet abſolute neceſſaria futura.

Contingẽtia ut præſcita.

Elucidatur Tho. dogma de contingentia & neceſſitate rerũ.

tiam illam significantem esse necessariam absolutè, non ergo peccatum futurum est necessarium absolutè, at propositio hæc peccatum præscitum à Deo necessariò erit, est propositio vera, quia præscitum à Deo vt tale nō potest non fore: vt sit sensus compositus & non modalis diuisa, id est, hoc est absolutè necessarium præscitū à Deo peccatum erit: nam Deus falli nequit. At vero si iuxta hanc rationem penderis Thomisticum dogma, nihil à communi abhorret. At vero ego non video vt hæc inuicem sese admittunt futura cō tingentia vt scita à Deo sunt necessaria, & absolutè sunt necessaria. Nam si vt scita sunt necessaria, ergo relatiuè sunt necessaria. Nam scitum relatiuè se habet ad scientem, si relatiuè ergo non absolutè: absolutum enim est, vel quod non est relatum, aut quod connotatiuum non est. At nō sunt absolutè necessaria primo modo, quia relatiuè potius sunt necessaria, neque secundo quia si qua est necessitas rerum est connotando ordinem ad diuinam scientiam aut voluntatem. Et præter hæc quod Caietanus discernit inter has Deus sciuit à fore & Deus scit à fore, quia illa de præterito ex modo enunciandi est absolutè necessaria vtique vera enarrasset, si diuinus actus sciendi aut volendi præteriisset, at illi non prætereunt: ideoque non subit rationem propositio præfata propositionum de præterito, libratè si loquaris aliud enim est de hac, Adam fuit, promendum decretum, aliud de hac, Deus præsciuit. Nāque existentia Adę verè præteriuit & elapsa est, at actus diuinus elabi non potest: ideoq; quanquam pronunciamus hanc, Adam fuit necessariā, quia est de præterito vera, non continuo hæc Deus sciuit, eandem subit legem. Conueniūt sanè hę propositiones atq; differunt: etenim vt potuit Deus non condere Adamum, & simpliciter loquendo aliquando potuit non fuisse Adam, & ante conditum falsa erat hęc enunciatio, Adam fuit: at vero postquam cō ditus fuit absolutè est necessariū Adam fuisse: & modo est necessaria, imo repugnat non fuisse, vt dixit Agatho. citante Aristot. hoc solo priuatur Deus vt factum infectum fiat. itidem & potuit Deus non præsciuisse Antichristum vt potuit non condidisse Adam, & tunc falsa esset hæc Deus sciuit Antichristū fore: si voluisset nempe Antichristum non futurum: at verò postquam sciuit, ad huc modo potest non sciuisse: quia diuinæ potestati subest modo velle Antichristum non fore, ideoque hæc modo possibilis est, Antichristus non erit: & possibile modo est Deum nō sciuisse, neque voluisse Antichristum futurū, quia præteritio non est in diuino actu. Vnde Moses dixit. Qui est misit me ad vos: vt omnia diuina esse semper & non elabi in præteritū demonstraret. *Exod. 4.*

Thomæ sententia expēditur.

Caietanus nō probatur

Porrò autē Theologi recētiores huius summam pendentes difficultatem aliam viam ingressi sunt, vt tot angustias euaderent quantas habet dogma Diui Thom. tradiderunt igitur diuinam scientiam futurorum nō esse necessariam, sed contingentem. Quippe simpliciter loquendo potest Deus non velle Antichristum fore, & non præscire ipsum futurum. Quanquam in sensu compositio necesse est futurum esse quod scitum & volitum est à Deo fore. Aiunt præter hæc propositionem hanc, Deus sciuit, a, fore etiam si de præterito sit, at vero quia est pendens ex futuro contingenti, ideo non esse necessariam sed contingentem. Neque Bonauentura, quæst. vltima huius distin. alienus est à placito vulgato theologorū istorū. Credit enim diuinā scientiam non esse necessariam, quia habet ordinem ad contingentia. Et re vera religiosius loquitur quam vulgati theologi. Etenim æquo animo non fero sermonē istum quem circumferunt ipsi diuinam scientiam, scilicet, de contingentibus, pendere à futuris contingentibus. Etenim diuina scientia neutiquam pendet à rebus siue præteritis, siue præsentibus, siue à futuris contingentibus, vt non semel admonuimus: imo contra futura omnia, atque res omnes ex diuina scientia pendent. Vt lib. Sapientiæ. c. 7. Salomon profitetur, ait enim, diuinam sapientiam esse vniuersorum opificem seu artificem. At dices modernos theologos non dixisse diuinam pendere scientiam à futuris, contingentibus, at veritatem istarum propositionum Deus præsciuit, a, fore vel voluit, b, fore pendere à futuro contingenti. Cæterum quia ab eo quod res est vel non est oratio dicitur vera, vel falsa, si veritas huius Deus sciuit, a, fore pendet ab ipso futuro contingenti eò est quia præscientia diuina ab illo pēdet, id quod nos diffitemur. Aliud est enim habere respectum ad futura contingentia, aliud dependere, primum fatemur postremum negamus.

Theologi recentiores tradūt Dei scientiam esse contingentem.

Recētiores theologi cuncti pantur docentes Dei scientiā esse pendentem a contingentibus.

Prima conclusio decidens quæstionem cum sequentibus

Porrò vt paucis expromam quid in re ista grauissima sensérim primam accipite conclusionem, diuina scientia non est necessaria, sicut nostra. Hæc probatu non est difficilis:

cilis: præsertim si aduertis nostram scientiam esse necessariam, ex necessitate rei: eo enim necessaria est mathematica scientia, exempli gratia, quia conclusiones quas demonstrat sunt necessariæ. Et ita excurres in alia exempla, vt in isto: atqui diuina scientia non habet necessitatem si quam habet, ex rebus scitis extra se: quia vt identidem admonebam, diuina scientia non pendet ex rebus scitis: imo scita ab ipsa pendent.

Dei scientia nõ habet necessitatẽ ex rebus scitis.

Secunda conclusio.

Secunda conclusio diuina scientia non est contingens, vt contingentia sunt apud nos: obseruabis, vt hanc tibi persuadeas conclusionem, contingentiam ex duplici capite exoriri apud nos: aut ex defectibilitate causæ, vt arbor hæc, aut illa contingenter fructificat, quia potest non fructificare, aut ex inclementia cœli, aut ex alio quouis impedimento: vt semina mandata terris, sæpe non se produnt in culmos, aut quia in tẽpestiuè sata sunt: aut quia cœli non iuuat aspectus. &c. At verò liberum arbitrium nostrum contingenter operatur, nam etiam nullo oppediente potest velle & nolle, ex mutabilitate sibi intranea: quia hæc est natiua eius proprietas vertibile esse. Iam vero Deus est causa indefectibilis, cui nihil obstare potest. Et rursum est immutabilis, propterea q; diuina scientia non est contingens, vt nostra sunt contingẽtia. Vnde Aristoteles & suus diligentissimus sectator Auerroes, in Deo dixerunt nihil esse posibile: sed omnia necessaria: per posibile contingentiam quam diximus insinuantes. Et. 3. Physicorum, text. trigesimoquarto, posibile in æternis actu esse diffitetur. Id quod catholicè interpretaberis si dixeris, in intrinsecis vel in ijs, quæ ad intra sunt. Nam in ijs quæ ad extra sunt, non est vera peripatetica sententia. Nam Deus poterat creare ab æterno, non tamen creauit.

Contingentia ex duplici suboritur capite apud nos.

Liberum arbitrium habet intrinsecam contingentiam in suis exercẽdis operib⁹.

Egregiè philosophãtur Arist. et Auerroes tollentes a Deo posibilitatẽ hoc est passiuã potentialitatem.

Tertia conclusio.

Tertia conclusio diuina scientia est causa necessitatis rerum atque contingentiæ in rebus. Nanque quædam sunt necessariæ, aliæ sunt contingentes, & quidquid habent res omnes sibi natiuum ex Deo habent. Qua propter diuina voluntas quædam voluit facere necessaria vt cœlum, & angelos, &c. Et alia contingentia vt sunt humani mores & diuina scientia, eadem quoq; vt supremus rerum artifex fecit necessaria alia vero contingentia, itaque liberum arbitrium si contingenter præstat operam suã, hoc habet ex diuina scientia, atque voluntate: quæ illi hanc naturam vertibilem præstiterunt. Etsi cœlum est necessarium ex eadem causa habet necessitatem. Quod si diuina scientia & voluntas vertibilem fecerunt arbitrij nostri naturam, prædestinatio, aut præscientia non imponunt illi necessitatem, id quod neotherici hæretici nugantur, vt paulo ante commonefeci.

Quarta conclusio.

Quarta conclusio diuina scientia eminentissimè continet in seipsa omnem rerum necessitatem, atque contingentiam. hæc prompta est, quippe diuina scientia est causa necessitatis & contingentiæ rerum, consequens est igitur hæc duo præhabere diuinam scientiam, absque vllo defectu: sed ineffabili modo, qui nos latet propter suam celsitudinem.

Quinta conclusio.

Quinta analogicè prædicantur hæc de Deo, & creaturis necessitas, & contingentia, hæc liquidam habet ex prænotatis conclusionibus intelligentiam, idem dicito de voluntate diuina atque de scientia Dei.

Sexta conclusio.

Sexta conclusio, Si diuina scientia spectetur, vt se & omnia posibilia contemplatur ineffabili modo est necessaria, etenim Deus non potest non se contemplari, & posibilia omnia quæ contemplatio scientia simplicis intelligentiæ à theologis appellatur.

Septima conclusio.

Septima conclusio, Si vero de diuina scientia vertatur sermo, vt præterita præsentia & futura intuetur, distinguenda est oratio: nanque vt spectat præterita & exacta iam, est necessaria, quia non potest non sciuisse Adam fuisse, cæteraque præterita omnia. Quanquam non tam est necessaria hæc diuina scientia, quam est sui ipsius, atque posibilium. Nanque scientia sui ipsius, & posibilium est simpliciter necessaria: & repugnat cum Deo se nescire, & posibilia omnia. At verò non repugnat non fuisse. Verbi gratia. Adam, & ideo non est repugnans cum diuinitate illa nescire, si feciſſet non fuisse: id quòd faceret non producẽdo orbem. At vero præsentium est scientia necessaria Dei pro modo præsentium: videlicet tantisper dum illa sunt. Vt scit me scribere, quandiu ego scribo. Denique futurorum contingentium non est sciẽtia necessaria: sed infallibiliter cõtingẽs, id est, sine mutabilitate, aut defectibilitate, vt ita dixerim. Itaq; quia Deus necessario

Pro modo diuinæ scientiæ moderãtur necessitas & contingentiarum.

rio scit præterita illa etiam sunt necessaria, & quia futura scit Deus contingenter, illa etiã sunt contingentia, & ita de reliquis. Demum iuxta rationem diuinæ scientiæ, id est, pro modo eius quo se habet circa res vniuersas, quoque ipsæ temperantur in necessitate & contingentia. Ita etiam dicere oportebit de diuina prouidentia, quæ necessarijs prouidet veluti necessario, vt prouidentia cœlestis ordinis demonstrat: & naturalibus rebus gerendis, & corrumpendis, veluti naturalem administrat prouidentiam, & cum volantarijs, etiam voluntariam ostendit prouidentiam. Vt sit Deus omnia in omnibus: omnibus rebus prouidens pro modulo naturæ diuinitus sibi ipsis impartito. Cuius instar Paulus se attemperabat Iudæis factus Iudæus, & ijs qui sine lege erant quasi sine lege esset, vt omnes lucri faceret.

1. Ad Corinthi. 15.
1. Ad Cor. 9

8. Conclusio

¶ Octaua conclusio etiam si diuina scientia necessario moueret nõ propterea necessario perit libertas, & contingentia humanorum operum. Hanc vt habeas memento. 2. de anima. Arist. dixisse actus actiuorum sunt in patiente benè disposito: itaque causæ secũdæ quæ excipiunt in fluxum primarum, in fluxum hunc moderãtur, & determinãt, pro sua ratione: quamobrem & si cœlestis constellatio, homines propendat ad multa facienda, vel auertenda at non cogit illos, vt illa præstent. Quippe possunt propriam compescere libidinem, admonente Ptolemæo. Vir sapiens dominabitur astris. Et hoc ex eo est, quia quanuis influxus cœlestis necessario moueat, at mouet secundum modificationem, & rationem patientis, si ergo patiẽs est causa libera, liberè excipit influxum sinuero necessaria, citra repugnantiam parens est influxui, magis, vel minus: tamen recipiet pro sui capacitate & dispositione. Nam terra optimè sata & culta, fœlicis fructificat quã inculta ideoq; voluntas nostra si diuinę scientiæ esset necessaria motio, illam vtique reciperet, tamen pro sua libertate. Cæterum diuina scientia non mouet necessario: sed liberè voluntatem nostram testante scriptura. Voluntariè nos genuit Iaco. 1. vt diximus quanquam vt se moueat voluntas necessaria est sibi diuina cooperatio: de qua re alibi. Et hæc si libratè pensitaueris aduertes non esse syncerum Scoticum dogma Philosophum asserens sibi obuiam fuisse, Deum statuens esse causam necessariam, & præter hæc rerum concedens contingentiam: imo hæc sibi esse consequentia maximè amica demonstrauimus.

Obserua nimis.

Diuina scientia mouet humanam uolũtatem libere

Scotus carpitur.

Si ergo lector amice obseruasti sedulo quæ hactenus non inerti vt reor calamo, prosecuti sumus, planum tibi erit aduertere quam præceps fuit Vuiclephi venenatum commentum contingentiam subtrahens à rebus. Cui assensẽrũt Luterani qui petulantissimè blaterant in papistas, nam hoc scomate feriunt Catholicos. Aiunt igitur papistas miseros esse seductos, quia oculos flectunt ad rerum humanarum contingentiam, & non ad conspectum Dei. Nam ad superna spectantibus omnia sunt nobis necessaria ex Dei præscientia, vnde Paulum fuisse tradunt conuersum Acto. 9. contra suum velle, & vocatum fuisse, & prostratum. Et Petrus similiter Matth. 27. ideoque in media & maxima negatione à Christo respicitur nõ ex proprio studio aut voluntate, sed ex Dei præscientia. Et num. 24. Balaam prophetat. contra suam voluntatem: & Psalm. 124. non est ait, sermo in lingua mea, igitur oẽs humanæ operationes nõ sũt volũtariæ, sed nobis inuictis faciet Deus quæ disposuit. Porrò aliud est de prostratione Pauli quæ necessaria fuit, aliud de iustificatione quæ voluntaria fuit. Paulo dicẽte, Domine quid vis vt faciam: & vocatio Pauli non fuit contra volũtatem Pauli, quia illi morem gessit. Et quomodo Paulus ait, cursum consummaui, fidem seruaui, de reliquo reposita est mihi. &c. Si coronam expectabat, non ergo necessario fidem seruarat. Et Petr⁹ cur ait, Satagite per bona opera certam facere vocationem si necessario fuit conuersus. Balaam vero Deus mutauit animum sine coactione vt voluisset sponte, quæ nolebat.

¶ Et primo argumento satis liquet, quæ sit adhibenda responsio.

Fauentium argumentorum Vuicleph. Respon. 2.

¶ Et secundo dicito præterita esse necessaria, at non continuo futura quia præterita iam transierunt, & futura nondum venerũt, sed condita iacent in suis causis: quæ causæ impediri valent quo minus proprios non assequantur effectus: ideo ventura sunt contingentia, at præterita impediri nequeunt, quo minus fuerint, ideo latum est discrimen. Et quanquam hæc, Antichristus erit æternô fuerit vera, non tamen est necessaria, quia æternô sanè verum erat quòd erit, at vero non æternô, verumque necessario erit. Sic enim

Et si non ex studio nostro uocemur a Deo, at non sine nostro studio iustificamur.

præscit Deus futurum contingens, non vt necessario, sed contingenter futurum.

3. ¶ Tertio dicito si decreuit Deus, vt à nullo impediantur futura non impedientur, & ita non impedientur futura à Deo præscita: at possunt impediri. Et quanquam certissimè euenient sublatis obstaculis, at possunt non euenire.

4. ¶ Quarto dicito certissimum esse præscita à Deo futura tandem fore, at possunt non fore: & certissimè nihilominus erunt.

5. ¶ Quinto dicito correctionem peruersi hominis ex duobus pendere, & ex gratia preueniente Dei, & ex liberi arbitrij operatione, ait ergo, Nemo potest corrigere peccatorem submota Dei præuentione. Istud enim est quod despiciat Deus, nō præuenire Deū cœlesti auxilio, quasi dixisset apertius attende opera Dei, & hoc tu considera diligentissimè, neminem posse corrigere hominem peccatorem, id est, illum ad gratiam collapsam reparandam reducere, si diuina ope est destitutus: tamen peccatorem non esse liberi arbitrij Salomon non decernit, aut necessario facinora admissurum. Quippe etiam si diuina ope, auxiliarique gratia ad conuersionem celebrandam destituerit hominem, at vt gratia non tollit naturam si adest, ita si non adest, illam non mutat. At hoc differere non huius est pensi; ideo differatur in suum locum diferendum. Lege interim declamationes nostras ad Esaiam.

Correctio peruersi ex duobus pendet.

Quid est despicere Deū peruersos.

Salomon ex po.

2. Pet. 1.

6. ¶ Sexto dices si excæcatio cordis afficit, vtique illa agrauante humanum cor obdurescit, vt Deo hærere nequeat, nisi illa discutiatur. Iudæi igitur suam cæcitatem amantes, non poterant credere. Poterant sanè credere discussa cordis caligine, at non poterant incredulitatis caligine detenti. Et quia Esaias hanc præuiderat Iudaici cordis venturam caliginem propter hanc rem dixit Ioann. Non poterant credere, quia dixit Esaias, &c. non quia scriptura Esaiæ in causa extitit, quod Iudaicum cor cæcaretur: at quod scriptura non fecit, præuidit futurum vt fieret.

Ioha. explica.

Oues Christi rapi possunt a Satana, sed non rapientur. Obserua notatu digna.

Postremo dicito oues electas à Christo non rapiendas à Satana, at rapi posse: quia cum sint prædestinati liberi arbitrij, peccare valent, vt cæteri: & obstinari possunt vt cæteri, qui sunt reprobi, quia quos discernit gratiæ Iesu Christi electio, non discernit naturæ operatio. Quanquam autem quia eiusdem naturæ humanæ sunt reprobi, & electi, potentes sunt etiam ad eadem & mala, & bona: at vero electi, quæ possunt mala præstare non committent & reprobi quæ possunt bona exhibere non exhibebunt. Rideiam hæreticos huius æui dicentes prædestinatos non posse lædi à quibusuis facinoribus, & reprobos non posse iuuari à quibusuis sanctis operibus. Nam quod dominus ait, Scio quos elegi, non aliud probat quam quod Dei electio certa est. Et quod Paulus ait, nouit Deus qui sunt eius, idem colligit: non tamen quod liberum non sit arbitrium. Aliud est enim esse certum, aliud esse necessarium diuinum de contingentibus iudicium.

¶ Iam istis dilucidatis argumentis Vuiclepho suffragantibus nonam adhibebo conclusionem. Mira est concordia diuinæ præscientiæ & contingentiæ rerum: hanc probatam habebis si obseruas causam & effectum non esse discordes: sed sibi admodum amica. Nusquam enim causa pugnat cum effectu suo, vt liberum erit tibi in cunctis causis, & effectis periculum facere: iam vero supra ostendimus, contingentiam rerum esse effectum diuinæ scientiæ, quod si effectus est, vtique concors est huiusmodi contingentia cum præscientia diuina. Et hoc si diutulè expenderis clarius fulgebit tibi disputationis huius enodatio quam hactenus fulsit.

Soluuntur argu. hæreticorum.

9. Conclu.

Ioan. 3.

2. Ad Thimo 2.

Diuina præscientia non potest discordare cō tingentia rerum.

¶ Iam vero argumentum in principio obiectum vires deponit, etenim diuina præscientia & humanarum rerum contingentia, sibi consentiunt, vt prædiximus: neque dissident, aut dissidere possunt: sunt nanque causa, & effectus. Verum si facis bellum nauale quod futurum est alioqui, non fore, Deus non præsciuit futurum: sed non futurum, ideo Deus non fallitur. Vt enim falleretur esset necessarium Deum præscire futurum, quod non erit: & hoc fieri nequit. Possibile est vtique esse non futurum Antichristum, sed si facis ita esse, Deus nunquam præsciuit futurum: sed contra potius præsciuit non futurum.

Argum. p. resp.

¶ Hinc iam tu mihi considera quam pessimè Cicero rem istam cogitauit, negans Dei præscientiam futurorum contingentium, vt ipse testatur, 2. libr. De diuinatione. Secum enim male ducebat, si præscientiam ces-

Appendix quæstio.

conceſsiſſet rerum humanarum, contingentiam peſſum ire: quia Dei præſcientiam rebatur eſſe neceſſariam, ideoque aduertebat ſi neceſſaria eſt præſcientia Dei, rerum connexio, & ordo neceſſarius eſt, ideo nihil eueniet contingentium, imo vniuerſa fato ſuccumbent. Maluit Cicero diuina lędere, quam humanis detrahere: at contra eſſet optandum nedum faciendum: ſi vtrisque diuinis atque humanis proſpicere non datur, humanis lęſis diuina illęſa ſeruare. Id quod prudentiſsimus iſte non fecit. Lege Auguſtinum reprehendentem Ciceronem libr. 5. de ciuitate Dei. cap. 9. & commerita ſatis eſt reprehenſio. Porrò Cicero culpat Ariſtotel. De rerum humanarum neceſsitate, ipſe culpandus potius de neſcientia quam Deo tribuit. Nanque tolerabilius eſt multo humanas res neceſſarias eſſe aſſerere, quam Deum eſſe inſcium, nam Deus inſcius, non eſt Deus. Et mirari ſubit, vnde hoc ſibi arripuit Cicero dogma, quod Ariſtot. ſuccenſuit. Nanque quod in metheoris ſcripſit Ariſto. neceſſe eſt mundum hunc inferiorem contiguum eſſe lationibus ſuperioribus, vt inde tota virtus eius gubernetur, connexionem inferiorum & ſuperiorum ſubindicat, non rerum neceſsitatem humanarum docet. Quare & deceptus Alkindus in theorica magicarum artium, credens ex conſtellationibus aſtrorum omnia pendere neceſſario: nam humana acta ex illis pendula eſſe voluit. Siquidem Ariſtot. locus non hoc demonſtrat vt diximus, imo in libr. Perihermenias. cap. vltimo, etiam lippis oſtendit rerum humanarum contingentiam. Tradit enim propoſitiones veras de præterito & de præſenti, eſſe neceſſario veras: nam omne quod eſt quando eſt neceſſe eſt eſſe: & quod fuit, neceſſe eſt fuiſſe. At vero de contingenti futuro, non eſſe veras, imo neutram partem contradictionis docet eſſe veram. Tametſi diſiunctum ex illis contradictorijs eſſe neceſſario verum. Et denique contingentia illi alia ſunt ad vtrumlibet, alia plerunque, alia rarenter. Contra quæ tamen Grego. Ariminenſis: hac diſtin. ſcripſit amaritudines & velis expanſis inuehitur in monarcam philoſophorum. Et non aduertebat Gregorius hic ſe formicam agere contra elephantum. Et re vera non culpaſſet Ariſtot. ſi obſeruaſſet futura contingentia, habere non actu exiſtentiam, ſed ſolum in cauſis ſuis: quæ tamen cauſæ quo minus exequantur ſua effecta impediri multifariam poſſunt. Quapropter non ſunt determinata & fixa in ſuis cauſis: iccirco rectè ait Ariſtot. neutram partem eſſe veram contradictionis in futuris contingentibus, id eſt, neutra eſt determinatè vera quo ad nos harum hic reperiet theſaurum ſcrobem defodiens, aut non reperiet, vt neque iſte erit Epiſcopus, aut non erit: ſciebat equidem Ariſtot. alteram eſſe veram, quia alterum horum erit, vel Epiſcopus, vel non epiſcopus: & ab eo quod eſt, vel non eſt oratio eſt vera, vel falſa: at quia neutrum habet eſſe fixum, vt præſens, aut præteritum quod habet fuiſſe determinatum, ideo nulla apud nos eſt determinatè vera. Et ex calce capitis prædicti liquidò conſtat quam Ariſtotel. noſtra hæc germana eſt expoſitio, nam ipſe hoc vnice expedire laborat, alio modo eſſe veras propoſitiones de præterito, & de præſenti, quam de futuro contingenti. Apud diuinam autem præſcientiam, altera diſiuncti pars eſt determinatè vera, altera falſa, nam ipſe nouit obſtacula quæ ventura ſunt ſi efficaciter obſtabunt aut non obſtabunt.

¶ Eſt porrò appendicium dubium, id quod ſine argumentorum bombis decidere inſtitui, num præſcientia Dei ſit cauſa futurorum contingentium? Etenim ſcientiam Dei eſſe cauſam rerum diſtinctione. 35. meminimus, at ſpecialis eſt difficultas de futuris contingentibus propter Origenem in Comment. ad Roma. capitulo. 8. dicentem, non ex eo res fore, quia Deus illas futuras eſſe præſciuerit, imo contra ideo præſcit, quia futuræ ſunt. Idemque cenſuit comment. ad Geneſin. Et ſi cæteros eccleſiæ patres conſulueris fortaſsis non eſt Origenes ſolus in hanc ſententiam. Nanque Chriſoſtomus tractans verba domini comment. ad Matthæum, capite decimo-octauo, elucidans verba illa, Neceſſe eſt vt veniant ſcandala, idem commemorat, atque cum Origene idem ſapit, non eo ſcandala ventura, quò Deus præſcit illa, imo contra quia illa venient, præſcini à Deo, & Auguſtinus libr. de libero arbitrio. 3. capite. 4. non nihil viſus eſt præ ſe ferre hoc idem, confert enim præſcientiam diuinam de futurorum contingętia noſtræ præſcien-

Aduerte Ciceronis reprehenſionē

Defenditur Ariſt. cōtra Ciceronem.

Exponitur Ariſto.

Alkindus deceptus.

Grego. Ari. expoſuit peſſimè.

Obſeruabis expoſitionē egregiā Ariſtote. quæ latuit plerosque.

Quæ. appēdix an Dei præſcientia ſit cauſa rerum.

Placita priſcorum theologorum.

tiæ quæ consequitur alioqui ad res futuras. Et Vualdensis libr. 1. de antiquitate fidei in idem deflexit Placitum. Et Scotus tria vt sibi est moris instantia distinguit, primo instanti Deus nouit simplices rerum naturas, in secundo voluit res fore: tertio instanti demum iudicat futuras: vbi vides etiã Scoto iuxta sua commenta idem etiam esse placitum, diuinum intellectum iudicare futura ex futuris ipsis, id est, ideo futura iudicat, quia erunt: non ideo erunt quia iudicantur ventura. Cui etiam rei consẽsit Armacanus libr. 16. quæst. Armenorum, & Ludouicus Viues Valentinus scholijs ad August. de ciuitate Dei. 5. capit. 9. idem existimat, sed malè ex August. diuinam scilicet scientiam, ex rebus manare futuris, aut si hoc absurdum ducitur ex fluxis, & caducis rebus æternam expectandam esse scientiam. Putat nanque ex prouidentia, & voluntate diuina progredi præscientiam. Nanque quæ Dei prouidentia statuit facienda, illa præscit diuinus intellectus: id quod Scotus iam dixerat. Et Ambrosius Catharinus ex iurisconsulto Theologus, nescio quid noui effinxit commenti. Commentus nanque est, diuinam præscientiam esse indifferentem, & suspensam, at ex rebus ipsis determinari. Itaque ab æterno nihil definiuit Deus de Petro beando, aut Iuda damnando: at ex ipsis personis certò definit de statu singulorum. Istud autem est ridendus, error, imo explodenda blasphemia. Nanque scriptura vbilibet testatur prædestinatos esse sanctos Dei, ante mundi constitutionem ad Ephe. cap. 1. & ad Roma. cap. 9. de Iacob, & Esau lucidum est testimonium, antequam quicquam egissent boni vel mali dictũ est Maior seruiet minori. Itaque indifferentia nulla est apud Deum, qui omnia limpidissimè nouit & actui purissimo qui Deus est, omnis indifferentia repugnans est. Et nihil indignius est quam Deum asserere ex rerum euẽtibus determinari. At vero Scoticum placitũ mihi non placet. Etenim si philosophicè res hęc tractetur, ipse cõfessum habuit secundum Aristo. Deum esse causam necessariam id quod nisi fallor. D. existimauit Ambrosius exameron, lib. 1. cap. 5. quo in loco commemorat Deum philosophis esse causam necessariam, vt corpus est causa vmbræ, & lumen est causa fulgoris, ita Deum mundi autorem esse. Hoc autem vt superius commonefeci, meò non consentit iudicio: vt suo loco opulentius differemus: verum hoc mea nihil interest modo. Nanque vt cum Scoto agam, si Deus creditus est philosophis necessaria causa rerum, non agit ex voluntate: sed ex intellectu, non ergo diuina mens determinatur à voluntate diuina circa futura: imò contra diuina voluntas ab ipsa æterna mente: at vero ex proprijs si rem istam aggredimur, lego August. 15. de Trinitate, cap. 13. tradentem res ideo futuras quia Deus nouit illas futuras. Et Magister in litera idem probatum habet. Et. 5. de ciuitate Dei, capitulo. 9. Augusti. sibi concinnit, ait enim voluntates nostras non esse plus valentes quam Deus prænouit illas valituras. Et in libr. de bono perseuerantiæ. 2. cap. 15. edisserens, domini apud Ioann. verba hæc. Ipsi non poterant credere, quia dixit Esaias excęcauit oculos eorum, Docet Iudæos non credidisse verbis Christi, quia prædestinati non erant: id quòd ipse Dominus insinuasse visus est Iudæis loquens, Propterea inquit, vos non auditis, quia non estis ex ouibus meis. Ergo quia reprobi erant non audiebant. Quanquam hæc verba expectabunt distinctio. 40. vt sua luce donentur: nanque aspera videntur intellectu. Et demum diuina scientia est causa præsentium, ergo diuina præscientia est causa futurorum. Collectionem proba, nam vt scięntia Dei sese gerit ad præsentia ita & præscientia ad futura: quod si causa est, ergo non quia erit præscitur, imo quia præscitur erit. At Augusti. libr. indicato de libero arbitrio, conferens Diuinam præscientiam nostræ hoc solo nomine probanda est collatio, quia vt nostra non infert necessitatem rebus, ita neque Diuina. At vero quam maximè discrepant vtraque præscientia Diuina, atque humana. Nam illa est causa futurorum, hæc vero est causata à futuris. Et quod scias, Albertus in libro de processione vniuersitatis, probè rem istam probat contra Auicembronem, qui author extitit Scotici placiti: & argumentum Alberti est tractatu primo, eiusdem libr. agens est quod dat formam rei: at verò intellectus Dei est qui dat formam rebus non voluntas, vt apertum est exemplum in artificiatis apud nos, quibus non artificis voluntas, sed ars donat

Scotica instantia.

Ambrosius Catha. excluditur.

Nulla indifferentia in deo quia est actus purissimus.

Scotus repudiatur, & Ludouicus Viues.

Quid Ambrosius de philosophico placito.

August. & Magister id eo dicũt res futuras quia Deus nouit illas.

Aug. exponitur.

Diuina scięntia et nostra quo consentiunt & dissentiunt.

nat formam, voluntas autem exequitur artis imperiū, non imprimendo formam artificiatis: sed exequendo impressionem formæ præscriptam ab arte, est ergo diuina scientia causa rerum. Et quod impendio grauem facit hanc quæstionem est præscientia peccatorum. Nanque de cæteris planius multo est, ideo esse futura quia præscita, quia Dei scientia est causa non naturalium solum, sed moralium virtutum atque meritorum. At vero quis audebit fateri peccata ideo esse futura, quia præscita, & ex eo Petrum peccasse quia præscitum erat eundem peccaturū? nemo sanè. Peccatum enim non Deum habet authorem, sed voluntatem creatam. Ideoque Chrysostomus & Origenes hæc spectantes tradidere scandala eo præscita, quo futura, & quod Origenes commemorat eodem tendere est censendum. Etsi Mag. & Bonauentura aliter exponant authorem.

Exponitur Chrysost. et Orig.

¶ Ego vero dixerim, in peccato quodam est materiale, & hoc ens est: & diuinus effectus: quodam vero est aliud quod est priuatio, & nihil est: ideoque causam non habet, nisi defectiuam. Quamobrem si peccati materiale consideras, sanè Deus præsciuit illud materiale, & quia præsciuit erit: nam cuiuslibet entis diuina præscientia est causa. Peccatum porrò est ens secundum substantiam materialem suam, at vero vt priuatio est, non præscitur per se: sed per accidens. 3. de anima, textu. 25. priuatio per habitum est dignoscenda: Non ergo quia peccatum præscitur erit, sed præscitur, quatenus suam æternam Deus iustitiam agnoscit, & quod illi est aduersarium plane iudicat: qualia sunt omnia peccata, quia aduersaria sunt supremæ rectitudini. Nam rectum Iudex est sui & obliqui vt Aristotel. meminit, itaque neque quia peccatum præscitur erit, neque quia erit præscitur, & lego Augustin. in meam sententiam. 5. de ciuitate, capitul. 10. Non quia præsciuit, ait, peccata Deus erunt: at vero si sciuit erunt. Neque possum meum exibere assensum dicentibus, quia Deus præsciuit, peccata erunt: at vero quia contingenter præsciuit Deus peccata fore, ideo contingenter erunt. Etenim quid mea quod contingenter erunt, siquidem quia Deus præsciuit erunt. Iā enim Deus causa vtique erit peccati, si non necessaria, certè contingens: id quod impium esse

Peccatū ut priuatio præscitur per accidens.

Expo. Aug.

Deus nō est causa necessaria uel contingens peccatorum.

asserere planum est videre. Deus nanque secundum catholicam pietatem neque necessaria est causa, neque contingens peccatorum: neque efficiens, neque deficiens. Quia Deus iniquitatem non volens est, & iustus est dominus, & iustitias dilexit, æquitatem vidit vultus eius: Et odio habet impietatem, & vt semel dixerim, diuina scientia, quia æterna est, antecedit omnia. Ideo neque à rebus pendet, neque à moribus, siue bonis, siue malis, neque ab his determinatur, neque ab istis mouetur, vt ab obiectis: sed ex propria essentia vniuersa nouit: & quia nouit erunt. Quia hæc sapientia Dei, est artifex supremus vniuersorum: at peccata sunt non ex artificio diuinæ sapientiæ: sed ex diabolico actu, ideo vt nihil sunt, non cognoscit per se illa Deus, sed per accidens, id est, per rectum suum Deus cognoscit obliquum nostrum. Neque solum hoc imo diuinus intellectus non determinatur ad cognoscendas res futuras ex voluntate diuina, vt censuit Scotus, neque à prouidentia diuina, vt censuit Ludouicus Viues. Imo Gerson in epistola commendatoria Bonæuenturæ vt erratum theologicum hoc cusit, Scoto. Et multo vehementius existimandum est erratum esse pessimum asserere Deum scire res ex ipsis rebus, vt luculenter superior sermo noster edocuit. Quanquam quod Gerson impegit Scoto, vt erratum, non video legitimis probationibus esse assertum. Ego sanè fidem non exhibeo Scotico placito propterea quæ diximus, at vero de errore damnare non audeo, vt de falsitate fidentissimè reprehendendum Scotum puto de dogmate hoc memorato.

Aduerte.

Deus ut cognoscit peccata per suam rectitudinē nostrā obliquitatem.

Scotꝰ defenditur ab aspergine Gerſonica.

¶ Iam vero obseruabis ea quæ actenus de scientia Dei prosequuti sumus, De scientia Dei capienda esse non quatenus est essentia Dei, at quatenus scientia Dei est spectatrix futurorū contingentium. Nam vt est essentia citra controuersiam est esse necessariam simpliciter, idemque asseuerabis de diuina voluntate.

Scotus non probatur.

¶ Est autem dubitatio secunda etiam priori appendicia, num aliter nouerit Deus præterita, quam futura, & hæc aliter quam præsentia, & re vera digna est quæ agitetur quæstio, etenim de præsentia iudicat esse, & futura non esse itidem quæ præterita, & denique antequam verbum diuinum caro fieret, iudicabat futuram huma-

2. *Quæ appendix.*

nationem proprij verbi: id quod modo iudicat exactum, igitur variantur diuina iudicia. Quod si annuis, etiam varietatem annuere in Deo cogeris. At vero August. 5. super gene. ad literam, capit. 18. formidat concedere Deum aliter cognoscere præterita, quam futura: atque præsentia: at. 15. de Trinit. cap. 13. intrepidè fatetur Deum non aliter cognoscere, hæc atque illa, sed vniuersa æqua paritate. Et. 2. libr. ad Simplicianum. quæstio. 2. idem sapit varietatem temporum non conciliare Deo varietatem cognitionis. Atqui quæstio hæc si de alietate tractetur diuinæ notitiæ propatula est Deum vna, & non alia, atque alia eaque simplicissima notitia vniuersa in prospectu habere. Etenim diuina notitia nō causatur à rebus: ideo non variatur ex varietate obiectorum, vt alia notitia spectet præterita, alia præsentia, alia denique futura.

Obseruāda decisio.

Imo rem exactè si libraueris, contra esse videbis, variationem rerum ex diuina scientia, atque voluntate procedere: quæ cum sint vna immobilis diuinitas, motum rebus atque variationē donant. Nanque quia ęterno non sciuit, & voluit, elapsurum hoc tempus, quo scribo, & post hæc accessurum non scribendi tempus, & quia sciuit & voluit ita erit, ergo impossibile est ex varietate temporum diuinam variari notitiam, aut voluntatem, imo contra est, vt dixi: nam ex diuina immobilitate omnis rerum pendet variatio. At vero si quæstio hunc habeat sensum, num diuina scientia aliter aspiciat prętерita quam futura, &c. Certa res est, nam vniuersa respicit qualia ipsa sunt, non tamen variatur propter ea eius notitia, aut iudicij substantia. Nam eodem actu æterno iudicat duo contradictoria successiuè esse vera. Et quanuis aliud est prædestinare, aliud reprobare, aliud nolle, aliud velle, aliud amare, aliud odire, cæterum in Deo hæc prorsus sunt idem, secundum substantiam, verum quia aliter respicit electos, aliter reprobos, aliter quod vult, aliter quod non vult propterea est alietas inter hæc non substantiæ, sed rationis.

Ex diuina stabilitate omnis rerū pendet instabilitas.

In diuinis actibus non est alietas substantiæ sed rationis.

DISTINCTIO Trigesimanona. Cuius initium est. Præterea quæri solet: vtrum scientia Dei possit augeri vel minui.

Disputatio prima, Num diuina scientia sit mobilis.

VIdebitur enim alicui forsitā mobilem esse. Etenim diximus exacta disputatione, Deum scire contingentia, cō tingenter, igitur & mutabiliter scit illa. Collectionem probabis, nanq; nunc præscit Antichristum fore, & potest non præscire, & præsciuit eundem fore & potest non præsciuisse. Etenim quod vult modo Deus circa creaturas suas potest nolle, quia contingenter vult, & nō vult, circa suas creaturas disponenda.

Argumētū primum.

¶ Contra vero est quia diuina scientia est diuina essentia, at hæc immutabilis est vt supra ostensum est.

Argumentum in contrarium.

¶ Huiusmodi disputatio abundè differta est, & dilucidata superiori disputatione. Et non solum ex superiore, sed ex ante actis lucidam habet responsionem. Deus nanq; potest velle modo quæ noluit, & contra nolle quæ voluit, & scire, quæ prius nesciebat, citra vllam ignorantiam, aut mutationem. Nanq; vt dicebamus contingenter scit, & vult, citra mutationem, & defectibilitatem. Porrò aut ē quę modo scit, æterno nō sciuit, & quę modo vult æterno voluit, itemq; de reliquis. Nulla enim est Deo aduētitia notitia, nullūve nouū placitum: sed ęterna omnia hæc sunt in Deo. Quod si ais, Deus præscit modo Antichristū fore, & potest nō præscire, igitur est variatio actus sciendi: dicito ex vulgata dialectica modalem bifariam ædere sensum, aut ex composito sensu, aut diuiso, ex composito igitur sensu si præscit Deus Antichristum fore, necesse est præscire: quia dum præscit non potest nō præscire, vt necesse est sedentem sedere, quā do sedet: at ex diuiso sensu posibile est stare sedentem, si surgat. Et Deum posibile est nō præscire si voluisset, æternò non præsciuisse. Et vetus Theologia idem alioqui docens, sermonē tamē varium habebat, propositionem dupliciter esse necessariā tradēs, aut de dicto aut de re, vocabat de dicto necessariā quam

Deo nulla est aduentitia notitia.

nos

Vetus theologia de sensu composito & diuiso.

nos ex composito sensu necessariam aiebamus. De re vero quã ex diuiso nuncupamus, vnde dicebat Henricus Gandensis, hanc esse necessariam, Deus vult diem iudicij futurũ de dicto: quia dum vult necesse est futurum fore: non tamen de re, quia poterat Deus noluisse: & modo potest nolle, at si modo noluisset, æterno noluisset. Argumentum obiectũ deponit iam per hæc suas vires.

DISTINCTIO Trigesimanona. Disputatio secunda. Num Deus cognoscat infinita.

1. Argum.

ET in primis alicui forsitam videbitur, Deum non cognoscere infinita. Nam hæc aut sunt præterita, præsentia & futura, aut sunt posibilia, si primum illa non sunt infinita, si secundum illa quoque sunt finita: nam si infinita sunt ergo Deus sciens illa sciret aliquod infinitum, ergo extra Deum aliquid posset esse infinitum, id quod falsum est. Et rursum si cognoscit infinitum vel actu, vel potentia, si actu, ergo poterit facere infinitum actu, & consequenter si hoc non formidas annuere, creatura euacuaret Dei potestatem, quia maius illo infinito actu, Deus producere non potest: hoc autem absurdum esse quiuis iudicabit. Si autem est infinitum potentia, hoc est actu finitum: & ita non cognoscit infinitum.

2. Argum.

Argumentum in contrarium.

¶ Contra vero est oraculũ ex psalmographo cõcinnente miro encomio Dei sapiẽtiã. Sapientiæ eius (ait) nõ est numerus, ergo Deus quæ scit numero comprehendi non possunt, igitur infinita nouit.

Placita uaria authorũ

¶ Disputatio hæc non leuis est, ex varijs enim placitis necessum est vt quæstionibus difficultas accedat: Thom. igitur. 1. p. quæst. 14. articul. 12. in dubitatas duxit sententias has duas, prima est, Deus notitia simplicis intelligẽtiæ comprehendit infinita. Secunda est, scientia etiã visionis cõprehẽdit etiã infinita, prima sentẽtia nõ est difficilis probatu apud ipsum, nã illa scientia simplicis intelligẽtiæ est omnium posibilium, at hæc sunt infinita, secunda quoque suadetur sententia: nam quæ scientia illa visionis solũ diffunditur ad præterita, presentia, & futura: at futura sunt infinita, nam futuræ sunt cogitationes hominum infinitæ, & angelorum. Et has omnes comprehẽdit simul Deus. Et Gregorius Arimineus iuit quoque in hãc Thom. sententiã distinction. 35. quæstion. 1. adeò vt confessum habeat Deum cognoscere distincta notitia omnes partes continui, in quas est diuisibile: at continuum est diuisibile in partes infinitas, quæ sanè partes etiam si realiter sint diuisibiles, at apud diuinam mentem complectentem sua scientia omnes partes continui in quas sectile est, iam non sunt diuisibiles, imo indiuisibiles: idem dicit de instantibus temporis, & de punctis linearum. Porrò est quod fauet istis, nanque si Deus cognosceret partes continui, aut partes motus, aut temporis posibilis, & non simul omnes posibiles partes sed solum sic cognosceret esse infinitas, quia vltra partem quam cognoscit Deus, est alia pars continui, aut motus, aut temporis, aut numeri quæ superest cognoscenda, vtique cognosceret imperfectè infinitum Deus, quippe non cognoscit actu simul omnes partes posibiles ex quibus infinitum coalescit. Quapropter traditum est ab authoribus istis quibus allubescit placitum hoc. Deum comprehendere totum tempus posibile: itaque extra cognita à Deo nihil temporis sit accipere, itidem cognoscere omnes partes motus, itidem & cogitationes omnes, & extra cognitas, non est accipere aliam, & numerum omnem simili modo gloriantur isti in placito suo, quia legunt Augustin. 12. de ciuita. Dei. capitul. 18. tradentem Deum cognoscere numeros infinitos, &c.

Placita authorum si Deus cognoscit infinita.

Thomas uarius.

¶ Porrò Thom. in primo sententiarum distinction. 39. aliam quam in summa sententiam est amplexus. Deum cognoscere infinitum sincathegorematicè, ideſt, non tot Deum cognoscere quin plura, aut non tanta quin maiora. Itaque iuxta hunc sensum partes continui non omnes ita ambit sua cognitione Deus, vt iam sint apud Deum insectiles: & idem de reliquis. Imo nullam partem continui cognoscit vltra quam non sit diuisio: sed ibi sistendum sit. Et hanc sententiam est sectatus Durand. distinct. hac. quæstion. 2. & plerique alij, & Maiori etiam ita visum est. V tenim nullum est à Deo perfectisimum creabile, vltra quod Deus non possit & aliud perfectius in lucem emittere, ita nulla est rerum multitudo, vltra quam aliã Deus non posit cognoscere. Et rursum

quia

quia motus & tempus sunt successiua entia, neque fieri potest, vt habeant partes suas simul, vt sunt permanentia, imo post vnã partẽ est semper altera restãs. Ideo totũ tẽpus nõ est comprehensibile vt vltra acceptum, & cognitum, non sit aliud cognoscendum itidem de motu, &c.

Decisio quæ ex authoris placito.

¶ Porrò autem si disputatio ista cũ Arist. differeretur, cui mundus est sine tẽporis exordio, quippe qui coæternus est opifici, apud ipsum æquidem video consectarium esse ad peripateticam sententiam Deum comprehendere infinita cathegorematicè. Nam ex hypothesi quam nos alibi in commem. nostris ad lib. Aristotel. de anima fusius tradidimus, animas esse immortales, & singulas esse singulorum, manifestarium est. Rursumque mundi æternitate, quæ Aristotel. credita est, huic hypothesi adiecta fuisse homines infinitos & futuros itidem infinitos, liquet ergo animæ & fuerunt, & erunt denique infinitæ.

Quid Aristoteles de quæstione.

Quarum numerum infinitum omnem Deus comprehendit simul: & est hic numerus permanentium, & non successiuorum. Atqui si de successiuis ratio habeatur, secundum eundem itidem in absoluto est motus cœlestes fuisse infinitos, & futuros, quoque infinitos, & generationes, & corruptiones fuisse infinitas, & futuras itidem. Quæ omnia Deus apertissimè, & simul nouit, nanque Deus cum sit primus motor, & primum mobile, ex Aristotel. à Deoque æternò circumagatur, omnes quos ipse mobili primo donat motus, & donauit & est donaturus, necessario illi sunt cõspicui: ita nisi fallor iuxta Aristotel. commẽtum philosophandum esse iudico. Etiamsi nunquam probaui sententiam asserentium Deum iuxta Aristotel. nescire singularia, vt suo demonstratum est loco. Porrò autem nos qui spiritu fidei ducimur & cœlum ex tempore cum cæteris contentis intra ipsius ambitum cœpisse credimus, non eisdem vestigijs hæc sectanda esse censemus, quibus Aristotel. est sectatus, cæterum quanquam Aristotel. fidem nõ habeamus circa mundi æternitatem, puto tamẽ circa diuinam scientiam perinde esse cẽsendum atque si mundus coæternus suo authori fuisset. Existimo enim diuinam scientiam esse infinitorum. Et non solum infinitam esse, quia propriam intuetur essentiã, quæ infinita est, quinimo ex seipsa cognoscit infinita: itaque omnia posibilia collectiuè cognoscit & non solum distributiuè. Vt enim extra præterita quæ cognoscit, nullum est præteritum, & extra præsentia quæ videt nullum est præsens, & extra futura nullum est futurum, ita extra posibilia quę cognoscit nullum est posibile. Quia totam posibilitatem entis simul nouit, & extra hãc quam nouit Deus, nulla est entis posibilitas. Et simili modo omnes partes continui simul nouit, collectiuè, extra quas non supereſt alia in quam sectio fiat. Etenim in diuino conspectu insectiles sunt: quanquam in seipsis sectiles sunt in semper sectilia, at non ita apud diuinam mentem, quæ sanè omnes huiusmodi partes collectiuè captas, simul conspectas habet: inquas secari potest continuum quoduis. Et re vera si quacunque parte cognita à Deo, adhuc restet alia cognoscenda, & quocunque posibili conspecto, aliud supereſt Deo cognoscendum. Et quocunque numero inspecto, adhuc reliquus est alius, qui à Deo perspiciatur. Diuina mens in potentia esset ad cognoscendum infinitum, & non actu explorata haberet ipsa quæ sunt infinita: imo nunquam totaliter & comprehensiuè Deus sciret ipsa infinita, quæ sunt in potentia, vt cõtinuum, motum, tempus, & reliqua: id quod præexcelsissimæ scientiæ diuinæ plurimũ detrahere, non ineptè iudicabit quispiam. Veruntamen quanquam hoc de scientia diuina verum sit documentum, at de potestate diuina, ne itidem dicito. Quandoquidem non potest Deus tanta facere quin maiora, neque tot facere, quin plura. At tot cognoscit quot non plura poterit cognoscere, idem de tantis dices, quia vt dixi totam entis posibilitatem perspectam Deus habet: Et exploratissimũ Deo est totus entis posibilis ambitus: alioqui non esset infinita diuina sciẽtia relata ad creaturas & non actu infinita esset, sed potestate dũtaxat, si in nullo cognito sisti t, sed semper iam cognitis plura valet cognoscere. Porrò autem si tanta faceret quanta maiora præstare non posset, diuina potestas infinita non esset, itaque si diuina scientia sciret finita præcisè, infinita non est, ideo tot scit quot sunt infinita: & infinitis plura nulla sunt. Et si tanta faceret quanta maiora non posset imperfecta esset, quia facere infinita non expedit cathegorematicè: at cognoscere infinita diuinę excelsitati est admodum congruum. Quibus omnibus accedat Deum sanè etiamsi infinita simul sciat, non tamen infinita simul seu collectiuè facere potest, propter ea, quæ dixi mus. ¶ Quod si obieceris quidquid est à Deo intelligibile, est factibile à Deo, vera narras: at non

Partes continui sunt insectiles apud Dei scientiã nõ apud nos.

Scientia & potẽtia Dei ut differant

Notandum ratio.

obiectio

at nō oportet vt prorsus eodem modo, vt est intelligibile, illo etiam modo sit factibile, vt perspicuum est si priora obseruasti non indiligenter.

Ad. 1. argu. ¶ Argumenta vero in principio obiecta, non sunt ardui negocij vt soluātur, dicito primo extra Deū nullum esse infinitū, aut perfectione, aut magnitudine, aut multitudine, aut permanens, aut successiuum si de actu infinito sermo vertatur: at vero si de infinita potestate facias verba, vtique est infinitū potestate: vt continuum est potestate infinitum tempus, & motus, & numerus: qui potest crescere in infinitum. Et Deo præter hæc subditur infiniti operatio sincathegorematicè, quia non tot aut tāta facere valet, quin multo plura, atque maiora. Si vero rogitas an cathegorematicè infinitum Deo subsit sequentes post hæc disputationes si consulueris fortassis te docebunt.

Ad secundū. ¶ Secundò dicito Deum non cognoscere aliquod in re actu infinitum. Quanquam in sua cognitione continuum est actu infinitū, & numerus, rerūque posibilitas omnium vt diserta iam satis iudicant. Quanquam non te lateat Diuū Thom. tradidisse loco commemorato, Deo palam esse infinitū, quod actu erit vt sunt cogitationes hominum, & Angelorum quæ ad infinitum multiplicabuntur in æternum: id quod si referas ad cogitationes beatorum satis mecum traho hanc rem dubiam. Nam Aug. 15. de Trinita. cap. 16. commorat fortassis nō erunt tunc volubiles cogitationes: & est sermo de beatis, cælica iam visione Dei fruentibus. Et induxit sibi in testimoniū huius dogmatis, Ioan. dicentem cum apparuerit similes ei erimus: vt ergo Deus nō est volubilis, ita neq; sanctorū cogitationes variabūtur ex hoc in illud vagātes vt nostræ, sed fixę persistent, in immobili diuinitate. Quanquam cogitationes damnatorum plusquam satis erunt volubiles, nam trāsibunt ab aquis (testante cap. 24. Iob) niuium ad calorē niuium de qua re alibi.

Expo. Tho.

Aug. expo.

Sanctorum cogitationes defixæ in Deo subsistent.

DISTINCTIO Trigesimanona disputatio tertia, num Deo rerum omnium prouidentia est.

ET VIDEBITVR alicui forsitam non esse vniuersorum apud Deum prouidentiam: nam si illud tecum voluis, quod vir simplex ille & rectus corde Iob, commemorat, cardines cœli perambulat neque nostra considerat. cap. 22. id quod de Deo Iob enarrasse perspicuè locus docet, videbitur non adesse prouidentiam Deo. *1. Argum.*

¶ Et egregius ille ecclesiastes cap. 7. verti me (ait) ad aliud, & vidi sub sole neque velocium esse cursum, neq; fortium bellum, neq; sapiētium panem, nec doctorū diuitias, neq; artificum gratiam: sed tēpus & cāsum in omnibus. At si casus est in omnibus, prouidentia diuina procul abest ab omnibus. Quia casus, & prouidentia pugnant. *2. Argum.*

¶ Contra vero persuadet cælica illa quæ Matth. scripsit oracula Matth. ca. 5. & 6. esto te perfecti sicut pater vester perfectus est, qui facit solem suum oriri, super bonos & malos: & pluit, super iustos & iniustos. Respicite volatilia cœli quæ nō serunt, neque metunt, neque cōgregant in horrea, & Pater vester cœlestis pascit illa. Et Paulꝰ hebræis scribēs, Accedentibus ad Deum (ait) oportet credere ꝙ est: & quod inquirentibus se remunerator est ad Hebr. 11. *Argumentum in contrarium.*

¶ De huiusmodi quā agitamus disputatione, August. lib. 3. de libero arbi. ca. 2. tres enumerat sententias, quarum prima sustulit Dei prouidentiam, secunda vero illam statuit, at infirmam, tertia demum vera est, quæ illam statuit & firmissimam, circa omnia visibilia & inuisibilia gerenda. Et quidem ij philosophi quibus nomen clatura ab stoa est, fatali necessitati vniuersa nostra deputauerunt: quibus confessum fuit, prouidentiam Dei non esse. Et in hanc sententiam is etiam vocatur qui ab ea summo opere abhorret Aristotel. qui huius notæ aspergine maculatur à Cicerone: & à Gregorio Naziacæno libr. de Theologia primo ad finem, & à Theodoreto. libr. de hominis natura, vt nos iam præmonuimus distinct. 38. *Decisio. q.* *Stoica stultitia, & si non est omnium stoicorum.* *Aristoteles defenditur.*

¶ At vero Aristotel. vt emaculet has infames aspergines, non egetalio iperaspiste: ipse nanque est sui egregius iperaspistes ideſt defensor sui strenuus & patronus est: vt supra docuimus. Sunt autem plerequæ captiones sophisticæ, quæ videntur stoicam suadere in prouidentiam, quas commemorat Seneca libello egregio de diuina prouidentia

dentia.

Seneca assertor diuinæ prouidentiæ

¶ Et prima ratio est quia iusti præmũtur,& tundũtur interim dũ hic agitur: & scelerati gloriantur,id quòd Diuus ille vates Abacuc cap.1.obijcit Deo in hæc verba.Quare respicis contemptores,& taces, conculcante impio iustiorem se?

¶Secundum argumentum est multa sunt fortuita & casualia,at si prouidẽtia esset,nullus casus aut fortuna admittenda foret.

Argumenta quæ uidẽtur eleuare Dei erga homines prouidẽtiam.

¶ Tertium quia si prouidentia Dei vniuersa gubernat, & hominibus præest cur tot scelera videmus in orbe committi tot homicidia?tot stupra?tot incestus?tot hæreses?tot sectas? tot denique cernimus gentium mores pluſquam bestiales? Et equidem hæc & hoc genus,alia sunt quæ stulti homines commenti sunt argumenta:vt diuinæ detraherent prouidentiæ.Cui detrahendo sibi applaudebant & sese palpabãt vt securius peccarẽt. Quorũ amẽtiã Iob ex illorũ persona enarrãs aiebat, Cardines cœlestes Deũ versare:& nostra vt caduca,& fluxa negligere:quasi indigna tanto prouisore.Cæterũ Diuꝰ Chrisostomus ex particulari instituto homilias quasdam composuit cõtra hanc vecordiam,de diuina prouidentia. Et homilia.4.&.5.conuincit derisores hos philosophos. Etenim si Deus est, ipse sanè iustus est, ergo vnicuique pendet mercedem proprij operis.Et ante Chrisosto. Plato de legibus.libr.10. collegit Dei prouidentiam,etenim vel Deus non est prouisor, quia non vult,aut quia nõ potest,si non vult, vtique desidiæ est nolle prouidere in necessarijs potenti.Si vero non potest, impotentiæ est quidem non posse prouidere. At vbi est diuinitas si impotens est ? quibus adde Deum oportet fateri opificem vniuersorum, ita cœlestium,vt terrestriũ:at Deum prouidere cœlestibus, inficiari nequit,etiamnum proteruus,nam eximius ordo,& certissimus, quo cœlestia reguntur, planè testatur eximiam Dei erga cœlestia prouidentiã. At vero si in terrestribus non tanta certitudo ordinis est, illud sanè ascribendum est,materiæ quæ cum ad varias se tendat formas, & auida semper est mutationis, ideo certus ordo figi nõ potest in terrenis rebus.At hoc magis cõmendat diuinam prouidentiam, quæ illęsa rerum natura vniuersis prouidet vt non indoctè Damascenus tradidit lib. de fide orthodoxa.2.cap.ad finem.Diuinam enim cõmemorat prouidẽtiam, vniuersis prouidere, iuxta illorum naturam: & genuinam capaci tatem. Vt naturalibus rebus veluti naturaliter prouidet, & liberis & voluntarijs causis veluti liberè,& contingenter. Et demum vt Augustꝰ.sanè docuit Deus res quas condidit, sic administrat, vt illas proprios effectus agere sinat:& Ecclesiastes.c.5. stultam stoicorũ opinionem auertens(ait)ne dixeris coram angelo tuo non est prouidentia, ne fortè iratus Deus contra sermones tuos dissipet cuncta operã manuũ tuarum ,& Sap. 14. Tu autem pater prouidentia tua cuncta gubernas: & cætera sunt in scripturis sanctis non pauca, quę hoc quidem vberrimè docent.Magister, porrò distinct.hac. 39. indicat Hieronymi verba dura, quæ obuiant ex prætextu & diuinæ scientiæ, & prouidentiæ, quæ tu apud Mag.legere poteris. Et ante Hiero. Aristot. & Comm. dixerant.12. meta. expedientius esse quædam nescire,quam illa scire. Vt vilia quæque verbi causa. Vt sunt culices,& semices,muscæ,& araneæ:at vero nos supra exposuimus vilitati esse tribuendum ab altis capere scientiam.Deus autem à nullo capit scientiam,quia dux scientiæ est: & sapiẽtum emẽdator. Magister aliter soluit lege apud eudẽ. At vero prouidentiã circa irrationalia Deus non gerit, vt erga rationalia:ideoque Paulus 1.ad Corit.9.dixit,Nũquid de bobus cura est Deo,non sanè volens boues subtrahere à cõplexu diuinæ prouidentiæ, hoc Paulus scripsit:at volens verba legis reconditiorem habere sensum, nempè vt ministri Dei alantur ex opere suo: & ita quoque Hieron. est audiendus.

Locus facer indicans prouidentiam.

Hier. obscurus dilucidatur.

Aristoteles et commẽtatorinterpretatur.

Paulus exponitur.

¶ Captionibus autem sophisticis respondebis commemoratis,primæ dicito, quod illa obtendit,quam maximè commẽdare Dei prouidentiam erga electos suos:quos finit tũ di præsuris,quibus expoliuntur, vt digni sint qui aptẽtur coronis æternis, à temporalibus expurgati affectibus.

Ad. 1. argũ.

¶ Secundò respondebis Deo nihil casuale aut fortuitum esse:sed nobis. Vt compertus est mihi thesaurus conditus in agro isto: qui latet famulum meum,ipso ignoranter ex iussu meo, effodiẽti scrobẽ,& reperienti, est fortuita repertio thesauri, non mihi. Deo igitur cuius nutu cuncta mouentur nullus casus est:qui nobis sæpe accidit. ¶ Tertiò respondet Augustꝰ. in enchyridio Deũ nõ finere mala fieri,nisi gratia boni.q. ex sua puidentia resultabit ex malo.Permittit igitur mala culpę propter bonũ pœnæ,quæ correctura est culpam vel saltẽ correptura ,at vero si rogitas, nonne

Ad.2. argũ.

Ad.3. argũ.

Deus pmittit mala in gratiã boni.

Cœlestibus et terrenis Deus prouidet iuxta illorum naturam.

Nota diuum Damascenũ

Cap.22.

Argumenta colligentia dei prouidẽtiam.

nonne satis esset & diuinæ prouidentiæ, commodius siquidem est omnipotens, mala culpæ saltem, arcere omnia? Et demum ab omni creatura miseriam depellere? mirum in modum videbitur fortasis ad diuinam istud spectare prouidentiam, nam cur mala non depellit? num quia impotens est? num quia inuidus est? at respondebit tibi August. lib. 3. de libero arbitr. cap. 9. Ordinem creaturarum à summa vsque ad infimam in gradibus iustis ita decurrere, vt ille inuideat qui dixerit ista non esset: inuideat etiam ille qui dixerit ista talis esset, & ne prolixius verba Aug. ducã, hoc indicatũ caput nõ in aliud incumbit, quam vt ostendat mala quæ à Deo promittuntur esse conducentia ad decorum vniuersi, vt & bona, ideoque vtraque recipit sub suo complexu diuina prouidentia. Rhetores enim vtuntur antithetis, quæ sanè ex contrarijs componuntur, & illustrant impẽdiò, atque venustant orationis contexturam: ita & vniuersum ex cõtrarijs, bono, hoc est: & malo, venustatur, & ornatur. Nanque Aristo. teste. Oppositа, iuxta seposita, magis micant: vt nigrum, si apposueris albo, candidius micat: ideo igitur mala permittuntur ad maiorem bonorum commendationem, vt ex fœditate iniustitiæ, resplendet iustitiæ claritas vehementius. Deus igitur finit homines suæ naturæ, quæ libera est: hoc enim prudentiæ diuinæ est aptissimum, ne vanè videatur naturam condidisse, si inhiberet illam, ne propriam functionem absoluere. Quod si facinus homo admittit, aut pœnitentia lauatur, & ex malo hoc, bonum insigne pœnitentiæ munus cõquiritur, aut si impœnitens est cor, suplicij animaduersione malitia eius corripitur. Et diuina iustitia, ita lucet animaduertẽs in impœnitentem, vt misericordia resplendet blandiens pœnitenti. Quãuis non ex animo Dei est hominis culpa neque mors, & calamitates illi connexæ, quia Deus fecit hominem rectum, & ipse miscuit se quæstionibus multis, nam Deus mortem non fecit, quippe qui hominem condidit potentem non mori, verum homo ex sua libertate mortem sibi acersiuit. Quamobrem Deus maluisset omnes mortales saluare quam aliquos damnare. Maluissetque vti misericordia in omnes quã iustitia animaduertere in plerosq; , ideo creauit hominem liberum ab omni labe, at vero gladium suæ iustitiæ exemit vt culpæ malũ ordinaret. Quia ad Dei sapientiam spectat, vt ordini suo subdat, quod homo contra Dei ordinem admisit. Hinc discis quod quanquam plures damnet Deus quam saluet verum nihilominus Deo proprium est misereri, quia misericordia ex animo Dei est, at iustitia ex nostra excitatur culpa.

Obserua sedulo.

Antitheton in creaturis orbem illustrat.

Cur permittitur mala a Deo fieri.

¶ Vnum tamen præter hæc non supprimam, in re nãque hac incandesco dum lego Ambro. Catharinum friuolam ne dicam impiam inuexisse Theologiam, de diuina nanq; prouidentia quædam narrat pijs auribus inconsueta. Esse nanque tradit diuinam prouidentiam pendulam, & indeterminatam fatetur, quo vsq; res ipsæ illam finiãt, & determinent, vt de peccato (exẽpli causa) Iudæ Scariotis ab æterno putat hic autor nihil à Deo prouisum esse: at admissa venditione illa facinorosa, ordinata illa est in redemptionem humani generis: & ad hũc modum de reliquis ita studiosis, vt viciosis operibus iudicat. Porrò hic homo posuit in cœlum os suum, & lingua eius transiuit in terram. Et non aduertebat hoc dicẽs nouam facere Deo adesse prouidentiam de rebus gerẽdis, id quod summo pere philosophis odiosum fuit, nedum Theologis. Nouam prouidentiæ vel scientiæ accessionem in Deo concedere: & ob hoc vel maximè persuasam habuerunt mundi æternitatem, ne ex nouitate operis in opifice nouitas concederetur.

Eccl. 7. ca. 1.

Ambro. Catharin. taxatur in theologia de Dei prouidentia

¶ Ad hæc num Deus ab æterno conscius fuit peccati Iudæ? non negabit, si conscius ab æterno, ab æterno igitur illud permissurũ se vidit Deus, & quia nõ permittit mala nisi gratia boni ex malo futuri, nouit ideo Deus atq; prouidit ex peccato Iudæ orbis cum Deo reconciliationem parare. Quamobrem certa tenenda est sententia, diuinam prouidẽtiam infallibilem esse, & vt est generalis circa omnia attestante Psalm. Qui producit in montibus fœnũ, & herbam seruituti hominum: & demum. Qui dat escam coruis, & pullis coruorum inuocantibus eum, ita est particularis erga homines. Est autem Dei prouidentia dispositio æterna rerum faciendarum in tempore. Nanq; hoc prouidentiæ diuinę germanissimũ est opus vniuersa deducere in proprios sibique cognatos fines. Cæterum quia & si vniuersorum Deus est finis, qui est, α, &, ω, verum rationalis creaturæ ex speciali causa finis est, quippè ipse est possessio eius. Iob trigesimosexto, ideo huius creaturæ insignior Deo cura est, quam cæterarum creaturarum visilium attestante psalmo, Terribilis in consilijs super filios hominum. ideoq;

Vnde philosophis persuasa mundi æternitas.

Generalis Dei prouidentia circa omnes creaturas et speciales circa homines.

Prouidentia quid.

Prouidentia Dei eximia erga hominem.

ideoque eximiam suam erga humanam naturam prouidentiam Deus ostẽdit, mittens verbum suum caro factum ex muliere, vt homini collapso subueniret. ¶ Vertitur autem in quæstionem cuius potentiæ sit prouidentia. num voluntatis sit prouidere an intellectus? naq; Damascenus li.2.c.29. de fide ad finẽ voluntatis esse opus credidit: cæterum siquidem prouidentia est ordinatio rerum faciendarũ & mẽs est quæ ordinat ideo prouidentia mẽtis opus est, quanquam executio prouidentię ad voluntatem pertinet, idcirco tu si velis in aperto habebis quid velit Damascenus loco prænotato dicens, prouidentia est voluntas Dei per quam omnia quæ sunt conuenientẽ gubernationem suscipiunt. Quid vero interest inter prudentiam, & prouidentiam, nõ est peruium videre, videntur enim sibi quã germanissima. Nisi dixeris prudẽtiam esse particularem prouidentiam, & prouidentiã esse vniuersalem quandãm prudentiam. Atqui videntur hæc duo ita se habere, sua seruata ratione, vt magnificẽtia, & liberalitas, est enim liberalitas ex modico sumptu, vt magnificẽtia ex magno: ideo non ineptè dixeris liberalitas est quædã exigua magnificentia, & magnificentia est quædam eximia liberalitas.

Quid prouidentia Damasceno prudẽtiaq; prouidentia fere idem sunt

Optimum Exemplum.

¶ Argumentis in principio obiectis respõdebis, primo verba illa. Posuit nubem latibulum suum, nec nostra considerat: & circa cardines cœli perambulat pendere ex prioribus, quæ sub interrogatione efferuntur? Et dicis (ait) quid nouit Deus? & quasi per caliginẽ iudicat? & sub eadẽ interrogatione hæc quæ argumentum cepit verba sunt legenda. Qua si dicat num dices Deum posuisse nubem in latibulum suum? & sphęras versare cœlestes, & nostra negligere? Et est interrogatio violẽta, quasi minimè hoc dicendum à te est. Et sunt verba demum Eliphaz arguentis Iob. immisericordiæ, vnde objcit illi viduas dimisisti vacuas, &c. Et eò tendũt verba Eliphaz quo Iob non sibi aplaudat, & gratuletur? in operibus suis, quia habet Deũ iudicẽ omniũ, vt is qui est omniscius humani cordis, atque eorum omnium quæ sub sole geruntur, & infra solem, & supra solem, quanuis Eliphaz temerè Iob insimulat, quẽ alioqui Deus probat. Quibus accedat Augustinum dixisse in lib. ad Orosium non omnia quæ scripta sunt in lib. Iob esse recipienda vt vera, quia multa dicũtur ab amicis Iob quale hoc est, quod non esset verum si citra interrogationem legeretur vt etiam quæ dicũtur à Iudæis in euã gelio non semper vera, quale illud nõ ne benedicimus nos quia Samaritanus es? & alia hoc genꝰ, verũ porro est illa, & hęc esse dicta.

Responsio argumentorum exponitur locꝰ Iob.

Non omnia scripta in li. Iob recipiẽda tanquam uera.

¶ Argumento. 2. respondebis Ecclesiastẽ hoc loco denarrare id quod perpetua seculorum serie iusti nunquam nõ doleat, quod vir tutum præmia indignis concedantur. submotis dignis, at vero istud non auertit diuinam prouidentiam, quæ sanè iubet dignum esse operarium mercede sua. Quare ociosi, & inertes indigni sunt mercede. Cæterũ quia prouidentiæ est naturam à Deo factam suæ operationi quã elegerit permittere, ideo reliquit hominem in manu consilij sui, vt eligat quod maluerit, seu bonum, seu malum, cæterũ quia ad malum prona est humana natura, diuina sapientia reges, & principes, quorum interest facere iudicium, & iustitiam frequenter hortatur & proprij muneris commonefacit. Et nunc reges (Psalmus.2. ait) intelligite erudimini qui iudicatis terram. Et parentibus tantæ iussioni, præmia statuit: & contumacibus supplicia minatur. Neque solũ magnates admonet, qui & vniuersos, vt rectã Dei arripiãt viam, vt diuina exhortatio atque cælica visio natiuæ ad malum libidinis, mitiget incẽdia: quid quod non solum iubet, sed iubendo præfidijs nos cœlestibus fouet, vt bona amplectamur, & mala vitemus.

Argu. 2. responsio.

Diuina præscripta sunt ad cohibendam natiuã ad malũ humanam libidinem.

¶ Quod si mala quæ à Deo permittuntur dehortantur diuinam prouidentiam, cur bona quæ ex malis dissultant non cohortabuntur eandem? Ad hæc nullum atrocius malũ secula habuerunt quam occidere in fontem Dominum Iesum, at nullum sperabunt seculum bonum augustius quam ex nece Domini orbi accesit. Adeoq; Deus omnipotẽs suam temperet prouidentiam, vt seruato, illęsoq; libero arbitrio creaturæ rationalis mala, vertat in bona, vel proprij autoris, quia diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum: aut si non in bonum autoris, in bonum aliorum, nam castigato vno pestilente cæteri sapientiores euadunt vt admonet sapiens.

Aduerte argumentum ostendens diuinam prouidentiam.

¶ Catholica igitur ecclesia prophetico, & apostolico spiritu, edocta citra hæsitationẽ, imo certissima fide Dei prouidentiam constetur. quæ vniuersa & bona, & mala, suo ambit complexu: Bona quidem efficiens, mala vero permittens: & ex hac cõfessione fatum quod commentabantur stoici ritè despuit. erat autem fatum illis cõcatenatio causarum ex indissolubili nexu, quæ indissolubilis concatenatio rerum ineuitabiles faciebat euentus.

Appendix de fato.

Fatum quid stoicis.

tus. At Augustin. libr. quæstionum mixtarum ex vtroque testamento quæst. 115. luculenter, vt solet cætera, delirium ridet stoicum & multa colligit contra has fatales necessitates. Etenim si fato necessario subduntur vniuersa, igitur qui iusti cœperunt persistent iusti, & similiter qui iniusti. Nam vtraque & iustitia, & iniustitia fatalia erunt, continuoque necessaria. At plerosque legimus ex iniustis, ad iustitiæ conuolasse virtutem: vt Abraham, quē ex Vr Chaldæorum & ex patria idololatriæ subdita ad fidei iustitiam vocauit Deus. Et Paulus est exemplo, & Magdalena, & innumeri alij: vt contra alij ex iustis lapsi sunt in iniustitiam: vt suos commemorans Paulus Galatas (inquit) ò insensati Galatæ, quis vos fascinauit vt recederetis à via veritatis? Præterhæc si fatalis est necessitas, lex temerè punit scelera, & remunerat virtutes.

Virtus non subditur fatali necessitati.

Quibus adde idem cœlum est omnibus, ijdemque globi cœlestes, easdem deuehunt vbiq; gentium influentias, vnde ergo tanta varietas morum humanorum? vtiq; ex libertate arbitrij, & non ex fatali necessitate: quod si dixeris varios astrorum aspectus varios ab hominibus excutere mores, ego facilè dixerim diuersos aspectus diuersas inclinationes parere. Et fortunatos prodesse, & infortunatos ob esse rebus humanis, ita moribus, vt statibus hominum. At vero autor est Ptolemæus vir sapiens dominabitur astris. Et vt industria humana iuuat astrorum fortunatum aspectum, ita humana diligentia potest infortunato esse impedimento, vt solenne cubiculum illuminet impediet qui clauserit fenestram. Actus enim actiuorum sunt impatiente benè dispositio Esau demum & Iacob, & ex ijsdē exorti parentibus, ex eodemque æditi vtero diuersis satis vixere moribus. Ad Roman. 9. Et astra rursum sunt causæ vniuersales, & vt deducantur in effectus indigent particularibus causis alioqui impedibilibus. Picus autem Mirandulanus libr. contra Astrologos. 4. capitulo. 4. tradidit Physicam esse opinionem fatum esse naturam rerum. Vnde quæ sunt violenta & contra naturam non sunt fatalia. Hancque sententiam ante Picum Mirandulanum amplexus est Alexander peripateticus, in libr. de fato ad principes: & themistius libr. Physicor. 5. paraphrasi ad tex. 57. Docet enim hoc loco, generationes naturales esse fatales, at violentas esse contra fatum, cui quoque sententiæ peripatetici, vt legitimæ, subscribunt. Quod si gentiles hoc pacto fatum intellexissent, non essent culpandi: nanque fatum secundum hanc rationem est impedibile, & contingens: & non est causa necessaria. Naturalia enim agentia sæpè ex obstaculo cessant ab opere, vt semina mandata sulcis sæpè non se in altum produnt, & cætera similiter naturalia quæ sunt apud nos. Et iuxta hanc quoque considerationem fatum diuersum est à fortuna, & casu. Nanque hæc naturalia non sunt: sed causæ sunt per accidens: cæterum fatum siquidem natura est, causa per se est, at verò Augustin. in libro. 5. de Ciuitate Dei capitulo. 8. fatum dixit ex sententia Astrologorum collocari in constellationibus astrorum, quam ipse eodem reprobat loco. Et Gerson in trilogio contra Astrologos, idem agit. Et reuera error est si ad voluntaria etiam hæc sententia Astrologorum extendatur, nam libera sunt à fatali compulsione, aut necessitate, quæ sunt liberi arbitrij, vt aliubi est differendum.

Astrorum aspectus fortunati & infortunati fortunati sunt quando in sua residēt domo & sunt in sua exaltatione cōtrà infortunati.

Porrò vt semel dicam fatum affando deriuatur, idemque est atque dictum, Hispanè dicha, quia omnia sunt à diuina mente dicta apud semetipsam, ideo hac ratione sub hoc diuino fato omnia subduntur, at vero fatum si sermo sit absolutus, neutiquam est nominandum à fidelibus, quippe vulgus cum fatum audit necessariam quandam compulsionem & ineuitabilem necessitatem, sub intelligit: id quod procul absit à Christiana mente: vt etiam Augustin. commemorat. libro. 1. retractationum capitulo. 1. Et equidem vt finem dicendi de fato faciam, scisitandum esset à fati assertoribus nunquid fatum est causa vniuersalis, aut particularis? si vniuersalis est, vniuersales causæ non agunt nisi particularibus subseruientibus, igitur fatum exigit particulares causas, at vero particulares causæ variantur frequenter, & impediuntur non raro, ergo & fatum non est ineuitabile, sin vero dixeris esse causam particularem, vtique fatum non est ineuitabile vt dicebam quia particulares causæ ex varijs obstaculis suis fraudantur effectis.

Voluntas libera est à fatali necessitate.

Fatum à fando.

Argumentū Physicū contra assertores fatalis necessitatis.

DISTINCTIO Quadragesima, cuius initium est.

Prædestinatio vero de bonis salutaribus est.

Disputatio prima. Num prædestinatio Dei certa sit?

1. Argu. ET VIDEBITVR fortasis cuipiam non esse certam, illud Petri commemoranti. 2. Petri. 1. Magis satagite vt per bona opera certam vestram vocationem, & electionem faciatis: si igitur præcepto admonemur Apostolico, vt certam faciamus Dei electionem ex operibus bonis, incerta ergo electio est Dei: & ab operibus nostris pendula.

2. Argu. ¶ Secundo Apocalypsis Ioann. itidem nos monet capitulo. 3. tene quod habes, ne alter subripiat coronam tuam, at si corona hæc subripi potest (quæ electio diuina est) incerta

3. Argu. igitur prædestinatio est. ¶ Et Iob concinnit. 34. multi contriti sunt & innumerabiles, &

4. Argu. alij pro ipsis steterunt. Et Exodi. 32. Qui peccauerit in me delebo eum de libro meo. ¶ Et

5. Argu. præter hæc si certa est diuina prædestinatio, & non est pendula ab humano opere, ergo ineuitabilis est, quorsum ergo preces adhibentur, & sacramenta ad obtinēdum id quod certissimum erit & impediri nequit?

Argumentum in contrarium. Contrariam tuetur partem locus ille Luc. 10. Magis gaudete, quia nomina vestra scripta sunt in libro vitæ. Porrò si incerta est prædestinatio, non esset cur gaudendum? & Ioannis. 10. cum sermo esset de ouibus summi pastoris Christi, ait nemo rapiet eas de manu mea, est ergo prædestinatio certissima.

Decisio quæstio. Disputatio hæc grandis est, quæ sanè potius exigebat stylum diuinum differentem, quam humanum nostrum torpentem: cæterum dominus quondam Esaiæ eximio vati præcepit vt sumeret librum grandem, & scriberet in eo stylo hominis, id quod in præsentia Theologis mihi videor accidere, ita de prædestinatione vt de Triadis mysterio sermonem habituris. Sumunt nempe grandem librum, immensamque differendi materiam: at vero stylum duntaxat præstant humanum, quia altiora si quæsierint, & maiora quam pro viribus, ab ipsa materiæ magnitudine oppressi peribunt. Et equidem stultus, & vecors non temerè est reputandus, qui orbem terrarum palmo dimetiri curat & longè stultior, qui vastissimam cœlorum molem humana credit posse emetiri mensura: quidquod dementissimum erit, ipsum autorem cœlorum humano ingenio velle comprehēndere? Itaque nos memores Apostolici verbi. Noli altum sapere, sed time, nostro palmari ingenio non tentabimus diuina dijudicare mysteria: sed stylo duntaxat humano grandem hunc librum scribere Christo duce curabimus, id est pro infirmitate nostri pensi, rem arduam, quæ quò vehementius meditatur eò vehementius se condit, & veluti fugit, tentabimus vtcunque explanare. A vocabulis autem opus est facto rem exordiri, quorum ratio vel vt fillum erit nos deducens, ne huius laberinthij mæandri nos inuoluant.

Prædestinationis materia liber grandis.

Pulchra collatio.

Sunt porrò hæc tria præscientia, prouidentia, & prædestinatio inuicem sanè cognata, tamen discrepantia. Etenim præscientia est futurorum omnium scientia, siue bona, siue mala illa esse dixeris. at prouidentia quanuis futura præcipuè spectet, quia prouidentia est procul videntia (vt ita dixerim) at vero addit ad præscientiam gubernationem scitorum. Nanque per prouidentiam res vniuersæ in aptos sibi à Deo deducuntur fines, idcirco non reijcit, imo speculatur etiam præterita, & præsentia. Nanque vt prouideat futuris præsentia tenet Deus, atque præterita, nam secundum rationem præteritorum, & præsentium consulit futuris diuina prouidentia. Quæ omnia administrat in numero, pondere, & mensura. Porrò autem prædestinatio magis sese coarctat, quam prædicta: siquidem etsi futura spectet, vt præscientia, at non omnia sicut & illa. Et quanquam prædestinatio prouidentia sit, non tamen generalis illa diuina, quæ omnia sub sua ditione complectitur: sed specialis quædam est prouidentia, vt speciales quædam præscientiæ. Obseruabis enim vt hæc facile teneas, prædestinationem esse prouidentiam quandam super naturalem: & præscientiam quandam diuinam, de super naturalibus bonis creaturis rationalibus donandis. Itaque est quædam prouidentia diuina generalis, quæ naturalibus bonis prouidet, & orbem in suo pulcherrimo & mirabili seruat iugiter ordine. At est alia longè præclarior Dei prouidentia, quæ non impartitur cunctis, sed quibusdam: id est non omni creaturæ donatur, sed rationali, & huic non omni, sed cui diuinæ menti placuit: vt Dominus olim aiebat, Nolite timere pusillus grex, quia complacuit patri vestro dare vobis regnum. Hæc autem super naturalis prouidentia, quam prædestinationem diximus, etiam si futuram beatitudinem spectet, at non reijcit præterita, atque præsentia. Etenim merita præterita beantur, & electi à Deo in præsenti tempore charismatibus cœlestibus obpignorantur. Est

Præscientia prouidentia prædestinatio.

Prouidētia generalis & specialis.

Prædestinatio est prouidentia quædam super naturalis.

igitur

Prædestinatio quid ex autoris calculo.

igitur prædestinatio prouidentia quædam supernaturalis, ad ostensionem misericordiæ diuinæ in creaturis rationalibus, quas elegit vt consortes essent diuinitatis suæ? At vero vniuersa opera prouidentiæ generalis (quam diximus esse quasi naturalem) ordinantur ad hanc prouidentiam supernaturalem, seu ad hanc prædestinationem. Nanque vt Paulus autor est, Omnia ait, subsstineo propter electos, ita Deus vniuersa operatur propter electos. Enim vero electio sanctorum est scopus diuinus in omni opere suo, imo quod amplius dixerim, reprobatio etiam in gratiam electionis sanctorum est. Id quod si duriusculum existimas creditu, loquatur Paulus, & fidem mihi adhibebis, Romanis enim scribens capitul. 9. ait, subsstinuit in multa patientia vasa iræ apta in interitum, vt ostenderet diuitias gloriæ suæ, in vasa misericordiæ: quæ præparauit in gloriam: vides ne vt vasa iræ, idest, reprobos Deus fert, in gratiam vasorum misericordiæ, idest electorum suorum. Et quòd in tempore Deus præstat erga hos, & illos, æternò ordinauit ita præstiturum. Et re hac oculate, accurate quæ inspecta prædestinatio pertinet ad prouidentiam diuinam per se, & primo, at reprobatio non item. Etenim prouidentiæ munus hoc tradidimus esse, res deducere in aptos sibi fines: & quia consortium diuinitatis seu beatitudo sanctorum est finis super naturam humanam, & Angelicam, ideo deducere creaturam rationalem illamque in tantum gloriæ promouere pondus, consultè diximus esse prouidentiam super naturalem. At vero reprobatio non deducit rationalem creaturam in hunc finem, imo illam supplicio afficit, quia se abduxit sponte ab hoc adipiscendo fine. Reprobatio enim hoc habet in scopum creaturas rationales æternò affligere tormentis, quia se ineptas reddidere vt beatitudine sibi conciliarent. At vtrumque officium prouidentiæ est, & iustum donis, & præmijs persequi, & iniustum tormentis, afficere, cæterum quia non est voluntatis meæ ait, Dominus mors impij: sed vt conuertatur à vijs suis, & viuat, ideo diximus reprobationē impiorum non esse diuinæ prouidētiæ, per se & primo. Idest præcipuè intenta à Deo nō est, vt est prædestinatio sanctorū. Hęc igitur quę nos ex penuria nostri deprompsimus ingenij, si æquabili libraueris lance, explorata tibi erūt, quæ sancti de prædestinatione memorię prodiderunt. Dixit nanq; August. in libr. de bono perseuerantiæ. 2. c. 14. prędestinationem esse præparationem diuinorum beneficiorū per quam certissimè liberantur, quicunq; liberantur: reliquis in massa perditionis manentibus. Damascenus autem libr. 2. de fide orthodoxa ca. postremo prædestinationem, & præfinitionem pro eodem vsurpat. Et si non hoc reperio inuiolatè esse obseruantiæ, lego nāq; in Paulo ad Ephę. 3. Multi formem sapientiā Dei innotuisse per Ecclesiam secundum præfinitionem seculorum: at vero secula non prædestinantur. Porrò autem multa complectitur prędestinatio, electionem nempe æternā, Paulo docente ad Ephesios. 1. Elegit nos ante mundi constitutionem: & vocationem iustificantem, & perseuerantiam in bono: & deniq; ipsam glorificationem, vt Paulino loquar modo, vocat enim glorificationem exaltationem sanctorū ad cœlestia regna. Legis enim apud Paulū, Quos autem prædestinauit, hos & vocauit, & quos vocauit, hos & iustificauit, quos autem iustificauit, illos & glorificauit, ad Roman. 8.

Generalis prouidentia est propter particularē prædestinationis prouidentiam.

Reprobi sunt conditi propter electos hęc est conclusio D. th. 1. p. q. 23. ar. 7.

Prædestinatio per se & primo pertinet ad prouidentiam Dei supernaturalem.

Ezech. 18.

Reprobatio non est per se & primo Deo intenta.

Prædestinatio præfinitio.

Exponuntur sancti Doctores.

Prædestinatio multa cō prehendit.

Iam vero istis institutis annotationibus prō pta est quæstionis propositæ decisio prædestinationem, & reprobationem esse certissimas. Etenim prædestinatio, atque reprobatio, sunt præscientia Dei: & hæc infallibilis, est, nanque prædestinatio est præscientia electorum, & reprobatio præscientia est reproborum. Et hæc conclusio non est multis agenda, quia satis est acta, quando de præscientiæ diuinę infallibilitate actum est, vnus fuit Ambro. Catherinus nescio quo spiritu actus, qui dixit prædestinationem & item reprobationem esse vagam, & incertam: nam depēdebat à libero hominis arbitrio: quod tamen deliriū supra reiecimus. Quod vero in hac disputatione vehementius præmit est, vt prædestinationis certitudo & infallibilitas nō necessitet arbitrium nostrum: item mq; & reprobationis certitudo. Porrò si rem hanc lustramus totam præterea quæ supra diximus, aduertimus Deū multis vti, vt homines ad se trahat, nempe doctrinis, miraculis, exortationibus, pollicitationibus, minis, atq; terroribus. Quod si liberum arbitrium ex sua præscientia Deus cogeret, aut necessarium redderet ad bonū, vel malū, sanè illa omnia media vana essent. Præter hæc si consideras omnes homines flexibiles esse ad bonum, & malum, neq; maioris flexibilitatis est prædestinatus aut minoris quā reprobus: sed omnes vna potiti sunt natura, & eodem gaudent libertatis honore, tum videbis prædestinationem, aut reprobationē, non

Decisio quæstion.

Prædestinatio et reprobo sunt certissimæ hęc est 2ª conclo

Chaterini delirium.

dubium est quomodo cum certitudine prædestinationis et infallibilitate, stet libertas arbitrij — conclusio — Prædestinatio et reprobatię non tollit libertatem liberi arbitrij hęc probat in littera. et est D. th. 1. p. q. 23 ar. 6. et Alphā castro aduersus hær. verb. Liberū Arb. hæres. 1?

Prædestinati & reprobi in natura liberi arbitrij non differunt.

mutare naturam. Quare & liberè peccat, qui peccat & qui benè agit, liberam quoque habet actionem: cæterum hæc natura infecta est macula criminis in suo fonte, ideſt, in primo ꝓtoplaſto quo infecta tota poſteritas ex originali propagatione maculatur, atque Deo inimica conſtituitur. Quamobrem ex corrupta maſſa Deus quoſdam ſibi ſelegit, quos mundaret gratia ſua, alios vero incorruptionis macula tandem finaliter perire permiſit.

Hæc conſidera ſi arcanũ prædeſtinationis libare deſideras.

Hoc eſt quoſdam ad ſe traxit, vt finaliter eſſent ſibi grati, alios vero in ſuis perire peccatis dimiſit. Ideoque priores Paulus vocat ad Roman. 9. vaſa miſericordiæ, quæ æternus ille figulus præparauit in abbaccum ſempiternæ gloriæ locanda: alios vero poſteriores vocat vaſa iræ, quæ non pro mẽſa cœleſti, ſed pro baratro augendo ſeſe compegerunt, vt vaſa iracundiæ eſſent. At rogitas cur ergo hos magis quã illos vaſa miſericordiæ fecit Deus? Quandoquidem omnes homines in diuino conſpectu in eadem damnatione eſſent, reſpondebit tibi ſapientia Dei, ipſe ſanabiles fecit nationes orbis terrarum, quippe primum hominem condidit rectum, & innocentem: & in ipſo vt principio totius naturæ ab eodem propagandæ ſani erant omnes homines. At collapſo illo ſanitas diſceſsit, quæ ſperabatur in prole, & pro ſanitate acceſit morbus in ſanabilis ex natura. Ideoque ſubdit Dei ſapientia & non eſt in illis medicamentum exterminij exulant enim homines à diuina amicitia, & exterminati à conſortio erant Deitatis, & huius exilij nullum ex natura adeſt medicamentum: ſed ex gratia Ieſu Chriſti, qui ex ſanguine ſuo pharmacum ſalutare huic expellendo malo confecit; cur autem hoc medicamento quidam potiuntur, alij vero non potiuntur? vtique ex libertate procedit noſtra. At cur æternò quoſdam ex maſſa corrupta ſeligere inſtituit Deus, alios ſub corruptione ſua perire, hoc eſt quod miratur Eccleſiaſticus. 33. capitul. ex ipſis (ait) benedixit, & exaltauit, & ex ipſis ſanctificauit, & ad ſe applicauit, & ex ipſis male dixit & humiliauit. Et eundem Paul. verſat lapidem de Eſau, & Iacob, quorum alter ante natalia prælatus eſt alteri, ideſt, Iacob, Eſau. Et expauit ex hoc ſacramento Paulus, & inſcrutabilem demiratur Dei ſapientiam. At vero hoc vnum confeſſum eſſe fidelibus oportet, Deum reprobando nulli reprobatorum facere iniuriam. Etenim reprobatio Dei non eſt cogere reprobum ad peccatum. Nanque reprobatio diuina neminem inſtigat ad culpam, eſt nanque reprobatio, æterna Dei præſcientia impœnitentiæ finalis, quam ſanè impœnitentiam finalem, ſeu impœnitens cor quod theſaurizat diuinam vindictam, poſſet Deus ſi volet ſua gratia liquare: at noluit ex ſua iuſtitia: ſiquidem ipſa peccati affectio indignum hominem facit diuina gratia, ideoque ſi illi non donatur, nihil iniurium illi irrogatur, ſi vero leuatur à miſeria culpæ non eſt ex ſua dignitate, ſed ex miſericordia Dei leuantis. Cogita igitur tecum, & ex alta mente conſidera, omnes homines æternò coram Deo eſſe conſpectos, & maculatos quidem illos, & culpa primitiua infectos, tuncque Deus cernens omnes eſſe filios iræ, & vaſa iracundiæ, nam ex originali culpa filij ſunt mortis, ideo morti æternæ ſunt obnoxij, nam ſtipendia peccati mors. Hos omnes igitur ſi perire ſciuiſſet Deus, ſanè vanè conſtituiſſet filios hominum: & nulla eſſet vtilitas in humanæ naturæ creatione, ſi omnes deſcenderent in corruptionem. Quamobrem ex inimicis omnibus gratia ſua elegit quoſdam in amicos: & hæc electio, æterna eſt prædeſtinatio, alios vero in ſuis ſordeſcere ſordibus reliquit: & iſtud eſt reprobatio. Quos vero in amicos ſelegit, ſemel atq; iterum trahit ad ſe, quos etſi peccatu ros aliquando præſciuit, prouidit æternò de remedio neceſſario, vt à culpa excitarentur ad Dei amicitiam conciliandam, vt de Petro legimus quem conuerſus Dominus reſpexit: & demum Deus inſtituit, vt grati iſti moriantur: & peccata quæ patrauerunt illis cedant non in exitium æternum ſed potius ad cautelam, & humilitatem. De quibus Paulus (ait) ad Romanos. 8. Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum: ijs qui ſecundum propoſitum Dei vocati ſunt ſancti. Et propoſitum Dei, vocans efficaciter ad ſanctimoniam, Paulus prædeſtinationem dixit. Cæteros vero præſciuit Deus finaliter peccaturos, & quanquam omnibus auxilia præſtet Deus ita reprobis, vt electis, vt peccati iugum excutiant, at vero efficaci remedio finaliter reprobis non ſubuenit, ſua ipſorum id poſcente culpa, vnde tandem ingrati Deo finaliter euadunt. P. Porrò autem Caietanus in comm. ad Thom. 1. par. quæſtione. 22. articulo. 4. commentus eſt quædam de prædeſtinatione, & diuina prouidentia, quæ ſibi bela eſſe commẽta ſatis imo pluſquam ſatis erat, eſt arbitratus. Exiſtimat

Cap. 1.

Locus ſapiẽtiæ explicatur.

Exterminium ſeu exoculatus humani generis non eſt ſanabilis humanæ artis, ſed ſolum diuina.

Ad Rom. 9.

hec eſt cancſo de fide,

Obſerua diligenter & expaueſcẽs Dei conſilium adora & ab ulteriori, ſcrutinio diuinorum arcanorum ut tibi conſulas ſua cato.

Prædeſtinatio Paulo quid, eſt enim Dei propoſitum eſſi cax ad finalem donandam ſanctimoniam, parentem uitã æternam.

mat enim torrentem esse doctorum ferẽtem hanc sententiam, prædestinationem esse ineuitabilem: & hoc placitum gratum sibi non est. Adhæc neq; eum absoluit, quod confessum est apud Theologos, & nouos, & veteres, prædestinationem videlicet esse necessariam ex composito sensu, non tamen diuiso: aut aliàs necessitate consequentiæ non consequentis: ideo nititur sublimius se tollere, dicens prædestinationem, seu prouidentiam, idest effectum prædestinatum seu prouisum à Deo passiuè, neque esse euitabilem, neque ineuitabilem: at est quidpiam altius ômni euitabilitate, aut ineuitabilitate. Ego vero torrentem doctorum non lego confitentem prædestinata esse ineuitabilia, sed potius esse cõtingentia: fortasis in torrenticulis quibusdam mihi occultis illud extat, quod ipse opinatur. Et præterea si euasisset sua commentatio difficultatem huius rei illi esset subscribendum, at non euadit, imo semper idem saxum plusquam Sisypheum voluit. Etenim quærã num prædestinata, aut præscita aut præuisa, sunt euitabilia, aut non euitabilia? siquidem diuisum ex contradictorijs necessario prædicatur de quolibet, si euitabilia sunt ergo contingentia, si non euitabilia, ergo ineuitabilia, quippe præscita aut prædestinata, sunt hæc aut illa, vt supponimus. Et adde istud quod est altius præhabere aliquid, dos causæ est, nõ effectus, ideo nos diximus Deo adesse necessitatem, & contingentiam eminentissimo quodammodo, at vero ipsa effecta nescio quo modo eminenter habebunt & esse ineuitabilia, & euitabilia. Adhæc hæc duo contraria nequeunt eidem competere nisi collatione ad diuersa, ergo si prædestinata sunt ineuitabilia quodammodo erit sanè relata ad diuinam scientiam, sin vero quodammodo sunt euitabilia erit secundum seipsa. Et istud equidem non nouum erat vt tanta ponderatione verborum à Caietano expenderetur, siquidem vetus Thom. & aliorum sentẽtia est, sub alijs tamen verbis, esse sanè res necessarias vt scitas à Deo, contingentes vero secundum naturam propriam. Et nisi fallor satius esset theologizare ad hunc modum prædestinata relata ad diuinam scientiam sunt ineuitabilia, quippe quæ sunt necessaria, at in se ipsis, & secundum se ipsa, sunt euitabilia (nempe quia sunt contingentia) quam prædestinata cum Caietano dicere altius aliquid sapere, quam esse euitabile & ineuitabile. Etenim dicat ipse quale est hoc esse altius, quo potiuntur præscitæ res omnes, & certè multo plus operosius erit Caietano hoc esse sublimius explicare, quam nobis illi non credere. Quid autem seligendum sit in concertatione ista, iam aperuimus distinctione. 35. At vero dicet aliquis, etiam si prædestinati contingenter prædestinationis adipiscentur effectum, negare non possumus, quin infallibiliter erũt quæ à Deo sunt præuisa: quod si sunt infallibilia diuina omnia, quiuis dicet continuo ergo torpendum est ocio, & indulgendum nobis est, quia quæ Deus excogitauit de vno quoque infallibiliter erit, & quamlibet contingenter erit, certissimè tamen erit, & profecto hoc argumentum & magnos & paruos premit, & indoctos vexat iuxtaque doctissimos. Et distinct. 38. retulimus hæreticam huius seculi sententiam, quæ alta sibi reponens mente prædestinationem imponere necessitatem prædestinatis, & reprobationem reprobis, opera spernit bona tanquam non necessaria. Imo credunt hæretici isti omnia opera nostra bona esse peccata: quia procedũt ex massa corrupta, hoc est ex humana natura infecta. At dicant ipsi si omnia sunt peccata bona opera, igitur pœnitentia de peccatis est peccatum, vt ergo hæretici docent pœnitendum esse de peccatis vt donentur peccata si pœnitendo cumulamus peccatum nouum veteribus peccatis? De qua re alibi sat sit dixisse, modo infectionem naturæ non eam esse quæ faciat omnia opera peccata sed eam quæ hominem subdit damnationi. Commemorat autem Augustin. libr. 2. de bono perseuerantiæ capitul. 14. vt ad priora regrediamur monachum quendam sub Augustini regula degentem, prætactum argumentum adeo flexisse, vt monasticam disciplinam contemneret, & claustra monasterij effugeret. Neque hic solus desipuit, imo plerosque socios habuisse, & habere proh dolor, quis dubitat? non regulares dixerim solum, quin & promiscui generis homines. Et equidem vt vecordes hos taxare oportet: quippe si hoc argumentum illos inertes, & desides in via Dei facit, cur etiam in via mundana non itidem facit? ocio igitur torpeant in reliquis, & vectum non quærant, neque vestimenta, & id genus vitæ humanæ necessaria si lubet non parent: an non ridendi essent, si ita se se exhiberent? vtique. At vero eodem ergo illos in nodabo argumento, aut Deus præsciuit vobis futura esse alimenta crastina die, aut non, si non, silete igitur, & occio vacate, & alimoniam

Caietani explioditur dogma de prædestinatione.

Altius & eminentius aliquid præhabere causarum est dos, non effectuum.

Caietani placitũ reijcitur.

Obserua.

Argumentũ quod premit magnos & paruos.

Infectio naturæ humanæ non facit omnia opera nostra peccata, sed illam subdit damnationi æternæ ante recõciliationem cum Deo.

niam & alia vitæ ſubſidia ne paretis, quia ſi à Deo non ſunt præſcita non erunt, & ſi ſunt præſcita infallibiliter erunt. Deus igitur quæ præſciuit futura per medias cauſas præſcit futura: ideo quod ſuum erat ab æterno præſtitit ſcilicet, prædeſtinando electos ad vitam æternam: cæterum etiam voluit vt nos exhibeamus quod noſtrum eſt, id quod addecens eſt. Et hoc eſt quod aiebat Petrus, vt ſupra inter arguendum indicabimus, vt per bona opera certam faciamus electionem, & vocationē noſtram. Non ſanè hoc volebat, diuinæ prædeſtinationis celſitudinem ex noſtris pendere operibus, imo contra eſt, merita nanq; noſtra ex gratia diuinæ prædeſtinationis pendent: at ſermo Petri hic eſt vt Deus præſtitit quod diuinum erat, electos prædeſtinando, ita nos quod ex nobis eſt præſtemus etiā. Ex parte tamen liberi noſtri incerta eſt prædeſtinatio, quæ alioqui ex parte prædeſtinantis Dei certiſsima eſt. Quare cum ex nobis qui flexibiles ſumus ad bonum, & malum, prædeſtinatio incerta eſt exhortatur Petrus vt certam illam faciamus, merita Deo digna præſtantes. Niſi mauis aliter rem iſtam expendere, vt Petrum interpreteris, certam videlicet facite, ideſt deducite ad effectum, executioni q; mandate, quæ Deus æternò decreuit, vos ex ſua gratia, & meritis veſtris beatos facere. Reprobatio autem etiam ex parte Dei reprobantis certiſsima eſt, verum ex noſtra libertate incerta eſt. Quamobrem homo reprobus melius ſapere poteſt, & ideo omnes monet diuinus ſermo, vt conuertantur à vijs ſuis peſsimis: ita prædeſtinatos, vt reprobos. Quia ex liberi arbitrij facultate, vtrumq; incertum eſt, & prædeſtinatio, & reprobatio. Et aduerte hoc & ridebis neotericos hæreticos, quos ſupra indicabam, blaterantes neque prædeſtinatis nocere peccata, neque reprobos iuuari ex bonis operibus. At dices, & quid ſi Deus reuelaſſet alicui ſuam reprobationem, num hic teneretur diuinam exequi legem? vtiq;. Etenim huiuſmodi reuelatio credenda eſt comminatoria, quod ſi aſſertoria credatur, & illi plena fides exhibeatur, non ſolueretur credens, à lege diuina implenda. Etenim reuelatio ſolum indicat quod Deus inſtituit, non tamen exonerat quempiam ab onere diuinæ legis ſubeūdo: quippe ſemper credenda eſt reuelatio hęc ſub conditione, vt ſi reuelet alicui tu reprobus es, & non conſequeris regna cœleſtia. Subaudire equidem tum oportebit, ſi rebellis Deo fueris, & impœnitens diſceſſeris. Vt dominus de Iuda dixit, Veruntamen vę homini illi per quem filius hominis tradetur, melius fuiſſet homini illi ſi natus non fuiſſet, ſubaudi niſi reſipiſcat à facinore admiſſo. Quapropter quantumlibet hæc reuelatio ad fuiſſet, qui deſperaret crimen admitteret. Nā reuelatio hæc ſub conditione (vt diximus) ſemper eſt interpretanda, nam Deus vult, Omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Hæſitas adhuc nunquid admittenda eſt hæc propoſitio, reprobatus quia tális eſt peccat? & reſpondebis non eſſe admittendam propoſitionem. Nam vitio falſitatis laborat, reprobatio enim non ita ſegerit erga reprobos, vt prædeſtinatio erga prædeſtinatos. Quippe hæc cauſa eſt gratiæ, & meritorum, quæ ſunt media perducentia prædeſtinationem in ſuum effectum, at reprobatio non eſt cauſa peccati, neque impœnitentiæ, quæ ſunt media ex quibus reprobatio exequutioni mandatur. At ſolum cauſa eſt extremi ſupplicij non autem mediorum: vt iam ſuperius vberius commonefecimus. ¶ Et per hæc quæ diſſeruimus obiecta in principio argumēta diluta habes, niſi quod locus ex Apocalypſi non eſt habendus de prædeſtinationis gratia, at habendus eſt in hunc modum, tene quod habes ô Epiſcope Philadelphicæ Eccleſiæ (nam cum hoc Epiſcopo inibi verba fiunt) tene inquam, quod habes, cum ingruerit in te tempeſtas Tyrannici gladij, qui iamiam tibi impendit & orbi. Eſto fortis in bello, contra Satanam, ne deficias à ſuſcepta fide, memineris tui muneris, id quod eſt alios corroborare in fide: nedum te iam ſolum ſerua, hoc igitur diligenter tene, vt nemo accipiat coronam martyrij, quam tibi polliceor: nam te deficiente alter fortior tibi ſubrogabitur, qui glorioſo martyrij trophęo potiatur. Quod vero ex Iob indicatur, nihil te moueat, nam illud nihil attinet ad hoc propoſitum. Siquidem ſuperbis tyrannis dejectis alios humiles Deus ſufficit in dejectorum locum, ideo Iob tradidit conteret multos, & innumerabiles, & ſtare faciet alios pro eis.

¶ Demum quod ex Exodo indicatur fortaſſis non de libro prædeſtinationis æterno, ibi ſermo texitur, ſed ſermo eſt habendus hoc modo aut Deleme de libro vitæ, aut parce populo huic, ideſt peream ego Domine, & abrademe ex vita hac fluxa ſi tibi animus non eſt ignoſcendi. Quaſi dixiſſet ſi hos mihi concreditos populos affligis, & torques,

Exponitur Petrus.

Prædeſtinatio ut certa & incerta, ex Deo certiſsima ex nobis fugax eſt & incerta cæterum ſimpliciter certam illā uocato.

Dubium.

Conſidera hæc.

Dubium.

Reprobus non peccat quia reprobus.

Ad argumēta reſpondetur.

Apoca. Iocus expo.

2.

3.

Liber uite in Exodo quid.

pro

pro peccati commissi acerbitate mihi non expedit viuere, vt tantorum malorum testis sim. Porrò de re ista alibi fusior est tradendus tractatus: lege declamationes nostras ad Esaiam.

Prædestinatorum & reproborũ numerus est certissimus.

¶ Demum si vniuersa hæc in summam redigis, videbis prædestinatorum, & reproborũ numerum esse certissimum. Nanque prædestinatio certa est, & reprobatio itidem, igitur & numerus est certissimus. At S. Thom. in. 1. parte quæstione. 23. articulo. 3. Numerum electorum à cæteris discreuit rebus. Docuit enim hunc numerum esse à Deo cognitum & cognitiuè vt cætera, & electiuè præter cætera. Etenim artifex præcipuas domus partes, quas elegit in artificio ædendo, illas in numerato habet, apud se instituens tot esse, quot suo instituto necessarias esse præaduertit, at lapides quia non sunt ex primario domificantis instituto, non habet illos in numerato, quia tot lapides assumentur, quot domus exigit struenda. Quia ergo præcipuum institutum Dei sunt electi, ideo hos electiuè habet Deus in numerato: cætera vero quatenus istis seruiunt lege autorem.

Quæst. annexa.

¶ Annectenda tandem istis supereſt hæsitatiuncula differenda hæc an prędestinatio mẽtis sit, à voluntatis, itidemque reprobatio? & in absoluto est responsio, essentialiter prædestinationem esse mentis actum: nanque prædiffinitio aut præordinatio est quædam, ex qua natura rationalis vitæ æternæ assequendæ ab æterno aptatur: at vero ordinatio mẽtis est actus: cæterum voluntatem etiam includit, & ad se vocat. Nanque quos diuina mens præsciuit diuinitatis futuros consortes, hos etiam tanto muneri assequendo præordinauit per gratiam suam legitimis progressibus tandem deducendos, & hos voluntas diuina à mente diuina offensos, amauit, & amatos prælegit in adoptionem filiorum Dei, vt essent sancti, & immaculati coram ipso. Quapropter in prædestinatione Electio includitur, vt apertè vides, quæ insinuans Apostolus Paulus ad Ephe. capitul. 1. Qui prædestinauit (ait) nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum in ipsum secundum propositum volũtatis suæ. Et quia cuius est ordinare, eiusdem est non ordinare, & reprobi non ordinãtur ad cœlestia capienda regna, sed potius vt bibant de calice furoris domini: & deijciantur in stagnum ignis ardentis, ideo etiam reprobatio mentis diuinæ actus est saltẽ quoad exequutionẽ supplicij de qua re erudieris sub hæc. Et quia æterno non sunt electi imo neglecti à Deo, & permittẽdi sunt mori improprijs peccatis, & in suis fœcibus obsordescere, & permissio voluntati tribuenda est, ideo etiam voluntatem suo modo includit reprobatio. Ex istis disces quam insana sit neotherici corum hæreticorum sententia dicens, crudelem fuisse Deum creando animas quas scit damnandas. Etenim si reprobatio esset causa efficiens damnationem, fortasis colorem vtcunque haberet vecors hæc opinio, cæterum vt patuit, secus est. Damnationis enim causa est libera voluntas auertens se à Dei mandatis: & hanc auersionem finaliter amans, non Deus ipse, qui vult omnes homines saluos fieri, & Deus condens hominem integrum, nõ intendebat damnare. Quia sanabiles fecit nationes orbis terrarum Sapien. 1. Et age, num creare, aut conseruare animas huiusmodi est crudelitati tribuendum? non equidem, quia misericordiæ est opus. Quid ergo punire est crudelitatis & dãnare? neq; hoc, iudex enim tum crudelis est, quando in puniendo modo ramen iustitiæ excedit, Deus autem hoc nõ excedit quia punit citra condignum testante Iob. c. 35. Deus non vlcisci tur valde.

Neotherici hæretici fatui asserentes Deo esse crudelitatem in creãdis reprobis.

DISTINCTIO Quadragesimaprima, cuius initium est. Si autem quærimus meritum obdurationis & misericordiæ.

Disputatio prima. Num prædestinationis est causa aliqua.

IT fortasis alicui videbitur ex causa esse, nam si ex causa nõ est, igitur Deus acceptor est personarum, hunc prædestinans, & illum non: at vero Deus tradente Petro, personarum non est aeceptor. Et rursum hymnidicus ille cœlicusque vates, semel ait, Locutus est Deus, & duo hæc audiui, quia potestas Dei est: & tibi domine misericordia: quia tu reddes vnicuiq; iuxta opera sua. Psalm. 61. Igitur prædestinatio est ex bonis meritis: vt reprobatio ex malis. ¶ Diuersum vero ille locus Pauli admonet, ad Ephe. capitul. 2. Iustificati gratis ex fide, & non ex vobis, &c. Iam colligesi gratis donamur fide gratisque iustificamur, ergo gratis etiam prædestinamur, pro-

1. Argu.

2. Argu.

Arg. in contrarium.

babis collectionem, nam si hæc quæ sunt prima media, quæ ex prædestinatione descendunt non cadunt sub merito, ergo neque ipsa æterna prædestinatio ex merito prædestinati erit.

Decisio quæstio. error primus Pelagij.

Factiosa sanè disputatio hæc est, & controuersa satis & inter hæreticos, & inter catholicos, fuit ergo Pelagius Monachus brito, qui magnificiens arbitrium nostrum eleuauit siue paruifecit Dei gratiam, ideoque illius fuit placitum, præuisa merita causam esse prædestinationis: & ex eo adiuuamur à Deo quia nos volumus, & expetimus adiuuari, & non contra, ex eo volumus diuina, quia adiuuamur vt velimus, itaque huic Pelagio gratia Dei non est de præuenientibus, sed de subsequentibus: imo liberi nostri arbitrij conatus præueniunt ex Pelagio Dei misericordiam. Censuit autem gratiam Dei esse expedientē operantibus, vt prompte operentur Dei mādata: cæterum illam negabat esse necessariā. Et nostro æuo quidam Trinitarij appellati, hæretici idem sapiunt, cæterū hic Autor peruertit Dei gratiam, cuius Apostolus Paulus est buccinator clarissimus, vnde. 1. ad Corint. 4. Quis (inquit) te discernit? quid habes quod nō accepisti? & si accepisti quid gloriaris quasi non acceperis? Et Pelagius aiebat Discernit me mea voluntas, at Augustin. contra non me mea discernit voluntas, vt eximar à massa perditionis, & corruptela peccati: sed gratia Dei. Nanque si nostra nos discernit à peccato voluntas, vtiq; esset nobis ex nobis gloriandum non minimè, at Paulus ait. Qui gloriatur in domino glorietur, non enim qui seipsum commendat ille probatus est: sed quē Deus commendat, lege Epistolam Prosperi ad Augustinum. Est quoque Lutherana hæresis, quæ omnia nostra docet esse peccata: ideoque prædestinationem & glorificationem & iustificationem meræ gratiæ ascribūt hæretici isti. ¶ Fuit quoque præter hanc hæresin, alia non tam turpis lapsus qualis prima. Asserit enim hæc hæresis prædestinationem causam habere fidem præuisam. Itaque solam fidem cōcedebat viribus arbitrij nostri, cætera gratiæ ascribebat diuinæ. Huic autem placito Augustinus aliquando adhæsit in cōment. ad Pauli Epistolam ad Roma. c. 6. cuius etiam meminit lib. de prędestinatione sanctorū. c. 3. & posthæc aduertens fidem esse inter dona Dei ab Apostolo Paulo recensitam ad Ephe. c. 2. retractauit sentētiam. lib. 1. retracta. ca. 23. tametsi in libr. 83. q. q. 98. prædestinationem affirmat ex occultissimis venire meritis, qui locus satis vexat Magistrum vt & cæteros, quid velit, scilicet Aug. per hæc occultissima merita. Et fortasis voluit idem quod Bonauentura in hac distin. tradens art. 1. q. 2. merita ex condigno scilicet nulla esse vnde veniat prædestinatio, at esse merita congruitatis cuiusdam: idest bonus vsus liberi arbitrij à Deo præuisus. Et Henricus Gandensis quodlib. 4. q. 19. non abhorret ab hoc: tradidit enim loco isto ex parte diuina nullam subesse prædestinationis causam, at vero ex parte nostra esse sanè causam non meritoriam, aut motiuam, sed congruentem. Vsus inquam, idoneus arbitrij liberi est dispositio cur hic sit aptus qui prædestinetur, alter vero qui eodem libero arbitrio non legitimè vtitur, ineptus sit qui prædestinetur. Et Henricus rem hanc exponit dicens hanc congruitatem, aut idoneum liberi arbitrij vsum esse in non repugnando Deo vocanti. Nanq; hæc duo sunt considerandā in nobis, & non repugnare Deo vocanti, & illi acquiescere, non repugnare, inquit, nostri arbitrij est non præuēti diuino auxilio, at Deo cedere & illi acquiescere, diuinaque monita sectari istud diuini est auxilij. Duo igitur vocantur à Deo cæteris alijs pares verbi causa, at alter repugnat tactui diuino, alter vero nō repugnat, ideoq; qui præuisus est à Deo non repugnaturus, hic demum prædestinatur, alter vere repugnatur reprobatur. Fortasis igitur istud est quod August. loco præindicato insinuare cupiens aiebat, Prædestinationem venire de occultissimis meritis. Porrò autem neq; hoc placitum mihi probatum est, quandoquidē mente recolo quod Matth. c. 11. memoriæ prodit. Ve tibi Corozaim, ve tibi bethsaida, quia si in Tyro & Sidone factæ fuissent virtutes quæ factæ sunt in te, in cilicio, & cinere, olim pœnitētiam egissent. En tibi proferam argumentum Tyrij, & Sidonij diuino verbo parerēt adeò vt in Cilicio & cinere de male à se gestis pœniterent, at nihilominus non sunt tracti vt August. commemorat. q. 2. ad Simplicianū lib. 1. non ergo non repugnantia causa congruitatis est, vnde prædestinatio veniat. Etenim isti non solū non repugnarent miraculis, imo manus victas illis præberent, at tracti non sunt. ¶ Et rursum paruuli omnes ante discretos annos non repugnant Deo, cæterum non omnes paruuli eligūtur à Deo, vel prędestinati sunt: multos enim videmus horū citra fontis sacri lauacrū excedere vita. Et adde, nā non repugnare est nō assentire Deo vocanti,

Trinitarij hæretici idē sapiūt quod Pelagius error. 2.

Pessime ut alia Lutherus docet omnia opera nostra esse peccata error. 3.

Placita de prædestinationis causa.

Occultissima merita quæ Augustino.

Et quæst. 8.

Henricus fatetur meritum de congruo, cum Bonauentura.

Occultissima merita quæ Augustino.

1

Henricus improbatur argumentis multis.

2.

3.

canti, neque dissentire: at vero is qui sui iuris est, vt adultus est, si dissentit Deo intro monē ti viam salutis æternæ in vitio est. Et rursum si neque assensum præbet neque dissensum, itē in vitio est. Etenim quiuis tenetur monita reci pere æternę salutis: & deses est qui neque Deo acquiescit, neque obsistit in re hac summè sibi necessaria. Est enim instar illius Matthæ. 25. qui talentum abscondit & ocio torpens, ni hil lucri fecit: quod si in vitio est non assentire, neque dissentire Deo vocanti, & hoc est nō repugnare vtique quod vitio vertitur homini, non est causa congruens ad prędestinationem obtinendam. Et præter hæc vsus idoneus libe ri arbitrij aut est rectus, & idoneus in omnibus operibus mandatorum, aut in quibusdam dun taxat, si in omnibus equidem vsus huiusmodi ex gratia Dei nobis donatur. Quamobrem non est prior quam gratia Dei, sed posterior: at verò si non se fundit ad omnia opera diuino rum mandatorum, sed ad quædam solummodo, obijciam tibi illud quod Ecclesiasticus dicit. Si vnus benedicit, & alter maledicit cuius orationem exaudiet Deus? ideoque si ex altera parte rectè vtitur libero arbitrio quispiam, & ex alia parte malè, si dignus vtique reputatur ex bono vsu, indignus ducetur ex malo. Quapropter, Deus qui præuidet bonum liberi arbitrij vsum, præuidet & malum, vnde nul la est congruitas vt prædestinetur huiusmodi homo. Quippe tradente Iacobo. Qui in vno transgreditur mandato factus est omniū reus.

Deo monenti viam salutis obluctare peccatū est, & desidie pernicioſę si indifferens illi fueris.

4.

Cap. 34.

Decisio quæstionis.

¶ Iam verò conclusiones aliquot accipe, vt lucidius tibi hæc constēt, quæ disseruimus.

1. Prima sit hæc, prædestinatio habet causam finalem. Hanc Paulus docet ad Ephes. capit. 1. nam prædestinasse ait, Deum sanctos suos in laudem glorię suæ.

1. Conclusio

2. ¶ Secunda conclusio, prædestinatio non habet causam efficientem. Hæc prompta est, quia si quam haberet vtique merita bona essent, at ex meritis non procedit, imo merita prædestinationem consequuntur. Hanc conclusionem diuinæ proclamant vbilibet musę, ad Roman. 9. Non ex operibus, sed ex vocante dictum est, Maior seruiet minori, & vt Augustinus expendit ex Cypriani placito, in lib. de prædestinatione sanctorum merita vniuer sa ascribenda sunt gratiæ Dei, igitur prędestinatio in gratiam Dei referenda quoque est, le ge Augustin. libr. de prædestinatione & gratia, & in libr. de bono perseuerantiæ. 2. & sępè alibi. At verò occinnes mihi ex Ambrosio versanti locum ad Roman. 9. quo in loco testatur Deum prælegisse Iacob, quia dignum illum præuidit electionem, Esau verò reiecisse, quia indignum pręuiderat. Cui Chrysostomus consensit homilia de laudibus Pauli, & homilia de Paul. conuersione, & Prosper epistola ad Augustin. tomo. 7. demonstrat placitum hoc vulgatum fuisse apud catholicos id temporis, pręuisam dignitatem meritorum prędestinationi causam prębuisse ęternò. Cuius quoque placiti Hilarium Arelatensem episcopum extitisse commemorat. Et Augustin. in libr. quæstio. ad paganos respondens Porphirio tradidit Deū propterea distulisse euangelicam prędicationem ad nouissima vsque tempora, quoniam aduertebat, tunc demum futuros homines, qui recepturi forent euangelicam veritatem. Et suffragatur istis Pauli locus ille celebris, Deus vult omnes homines saluos fieri, Et rursum electio prędexigit causam, item vt ex vate didicimus, justus est dominus in omnibus quę operatur. Danie. 9. At siquidem omnes homines ęqualem habent naturam, cur isti accisęuntur ad vitam, & illi deputantur ad mortem? imò angelorum prędcellentes quidam sunt reprobati, alij vero inferiores morti non destinati sunt, at electione sunt potiti ęterna. In horum tamen gratiam tertiam accipe conclusionem, quę militat contra Lutherum.

Ambrosius expenditur & alij. S. doctores.

Antiquum placitum de prędestinationis causa

¶ Glorificatio, & iustificatio causam habent: & glorificationem locus Matthę. satis admonet habere causam, etenim quid aliud illa volunt verba. Quia esuriui & dedistis manducare, &c. Venite benedicti patris mei & percipite vobis regnum quod paratum est à patre meo, merita igitur in causa sunt quod beatitudinis diuinę simus participes. Quod iustificatio vero causam habeat, imo causas, Tridentina Synodus apertè indicat Sesio. 6. Est enim Christi mors, sacramenta liberi arbitrij motus iustificationis nostrę causa, in paruulis vero baptismus & ecclesię fides, de qua re nos plura tradidimus in declamationibus ad Esaiā prophetam. Et in quarto sentent. domino annuente differemus vberius. Si libet igitur sanctorum interpretari sermonem quem iam sub indicauimus licebit de glorificatione interpretari, & hęc est prącipuus effectus prędestinationis: at hęc vt patuit, causam habet. Porro autem Hieronymi verba non segniter, neque indiligenter sunt obseruanda, qui quæ. ad Hedibiam quęstione decima. dicit, Non saluat Deus irrationabiliter, & absque iudicij veritate, sed causis præcedenti-

3. *Conclusio 25.*

Glorificatio causam habet.

Sancti expo nuntur.

Hiero. expenditur.

bus:quia alij non susceperunt filium Dei, alij verò sua sponte recipere voluerunt. Et se euidenter de prædestinatione sermonem habere & non de effectu prædestinationis quęstionis eiusdem initiū non obscurè indicat. Ait enim Paulum ante prædestinatū, quam natum, & Iacob priusquam esset conceptus, esse prædestinatū, vt maior seruiret minori. Ad dogmata verò Platonis, & Pythagoræ censuit pertinere, quæ credit Origenes, ineptiēdo, animas de cœlo delapsas. Cæterum tu intellige Hiero. damnasse non sanctorum prędestinationē, ante eorum conceptum & natalia. Hoc enim dānare Hiero. non potest, id quod Paulo probatur ad Romā. 9. at quod damnat est animas præexistere prædestinatas, antequam corpora formentur. Istud enim est Platonicum, & Pythagoreum commentum. Nulla igitur æternę prædestinationis causa efficiens est, aut meritoria, aut motiua, sed Deus prędestinauit quos voluit, & elegit quos voluit. Nam neque volētis est neque currentis, sed Dei miserentis: & cuius vult miseretur, & quem vult indurat, & cætera hoc genus quæ ad Roman. 9. commemorantur. Intellige igitur Ambros. & Chrysostomum de finali sanctorum præmio, at verò Augustinum putat, vera narrasse, cum ait, dilatū euāgelium adnouissima secula, quia tū erant homines crediturī: at verò ex eo credituri, quia Deus voluit æternò tunc temporis credituros. Electio autem Dei causam habet dialecticē, nempe suam voluntatem, idest, ex eo elegit quia voluit ex suo beneplacito quosdam beare, cur autem voluit, ne quæras primę causæ causa m quia stulta quæstio est, At Pauli locus in responsione ad argument. absoluetur, Danieli respondebis, Deum neminē beare nisi ex præcedentibus meritis, neminemque perdere nisi ex præcedentibus culpis. Et ideo iustus est Dominus, & iustitias dilexit. Quod verò ex angelica cohorte quosdā prę-cellentes naturæ dignitate, vt luciferum damnauit, & alios inferiores seruauit Deus, illorū meritis ascribendum est, & si merita bona ex gratia Dei pēdēt, at mala ex arbitrio operātis.

Origenicum dogma.

Plato & Pythagoras

quare vnus eligat et nō alius. nō est petenda ratio

Merita angelorum.

Ad argumē. responsio.

¶ Argumenta autem in principio huius disputationis obiecta non est difficile diluere. Primo nanque dices Deum non esse aceptatorem personarum. Quippe personas accipere est quando neglecto digniore illi præfertur indignus, ideoque est vitium labefactans iustitiæ æquabilem ordinem: at vero omnes creaturæ rationales, indignæ sunt suapte natura quæ cœlitus beentur, quamobrem ex indignis dignos facere non est personam respicere, sed misericordiam præstare indignis, quorum expurgatur indignitas, & promouetur dignitas. At ais, omnes creaturas rationales sunt à Deo ordinatæ ad vitam æternam, ergo illis irrogatur iniuria, si ordo ille exequutioni non mandatur, alioqui vanè sunt à Deo constitutæ, si proprio sunt orbandę fine. Respondebis ad diuinam spectare prouidentiam, vt vniuersa seruata proprie naturæ ratione deducat in fines sibi ipsis aptos, ideoque creaturam rationalem ad beatitudinis æternæ deducere gaudia diuinæ prouidentiæ munus est. At hoc præstat seruatis naturæ rationalis proprietate, & ratione, quæ libera est. Ideo dixit apostolis. Ite in vniuersum mundum, & prædicate euangelium omni creaturæ, & nullum excepit hominem. Itemque sacramenta omnibus impartitur volentibus illa suscipere, neminem excludens. Porro quia neminem cogit, ideoque efficaciter non omnibus subuenit, vt vitam assequantur æternam. Imo quosdam reliquit obdurescere in cordis sui duricie. Quod ergo Paulus dixit. Deus vult omnes homines saluos fieri. Secundum prouidentiam vniuersalem Dei tu dictum intellige. Cuius istud officij est, cuncta in suos promouere fines: quod vero efficaciter hoc non assequantur quidam, non vitium est diuinæ prouidentiæ: sed superbia humanæ est libertatis. Cesset igitur blasphemia neothericorum hæreticorum effutiens insanam sententiam Deum fuisse crudelem creando animas quas nouit æterno damnandas cuius nos meminimus supra.

Obserua attente.

Paulus exponitur.

¶ Iam vero istis germanè assuitur quæstio illa, num idem cēsendum sit de reprobatione, quod hactenus censuimus de prędestinatione? idest, num Deus reprobat sine causa? siue vt aptius exponas, num Deus reprobat ex culpis præuisis? idest, quia Iudam præsciuit venditurum dūm, ideo reprobatus est. Et quia angelos malos superbos præsciuit, & diuinitati rebelles futuros, illos reꝓbauit. An nō ob hoc reꝓbauit, sed solū quia nō elegit ideo reprobauit. Et rursum quærēdū si ex causa est reprobatio, quæ causa hæc? nū peccatū actuale præuisum? nū originale? nā si originale dixeris, angeli igitur nō erant reprobandi, quia hac labe nō sunt infecti, si actuale paruuli ergo liberi erunt à reprobatione, quia actuale crimen non admisse runt, & rursum originale peccatum lauacro regenerationis abluitur, at vero pleriqué multi reprobi sunt etiam susceptā peccati huius ablutione. Vt Lutherus & complices, cæteriqué hære-

Annexa quæst. an reprobatio habeat causam

Quid acceptio personarum.

hæretici, qui in peccato hæreseos vita functi sunt, & quidem Augustin. libr. primo ad Simplicianum. quæstio. 2. quendam indicat peritum virum dixisse ex eo miracula euangelica non esse donata Tyrijs, & Sidonijs, quia Deus sciebat illos ex gratia collapsuros. Et hanc sententiam Augustin. non reprobat. Vnde colligendum quispiam existimabit, probabile placitum esse hoc, tametsi causa hæc quām peritus vir hic exposuit, non est admodum peremptoria. Legimus enim diuinum verbum prædicatum fuisse Niniuitis, vt liber Ionæ demōstrat, at verò Niniuitæ non perstiterunt in prędicationis veritate: imò ab illa exciderunt. Vt liber Tobiæ ostendit. capit. 14. nisi dixeris ex eo illis insonuisse diuinum verbum, propter aliquos fortasse quos Niniue ciuitas magna alebat electos: quos neque Tyrus neque Sidō nutriebat, at res. hæc est incerta. Scotus autem probabilem duxit sententiam, reprobationē esse ex culpis præuisis: ideſt, Deus noluit ab æterno Iudam beatificare, quia culpam venturam præsciuerat. At verò etiam culpam Petri præsciuit Deus, cur igitur si hos duos præsciuit ambos apostolos, ambos discipulos futuros, ambos peccaturos ex scelere pessimo, cur Petrum prædestinat & efficaciter illi subuenire finaliter præordinauit, & Iudæ operi efficaci non præsto esse finaliter statuit? Dices forsitam quia Petrus Deo pulsanti assensit Iudas nō item. At verò cur Petrus assensit Deo vocanti, & nō Iudas? sanè assensus Petri etiā si actus sit liberi arbitrij, at hunc assensum obtinere nequibat Petrus nisi ex gratia Dei efficaciter mouente, quia non sumus sufficientes authore Paulo cogitare aliquid ex nobis tanquam ex nobis: hæc igitur gratia efficaciter pulsans, & cum effectu excitans iacentem Petrum in peccato, vtique non est præstita Iudæ qua si potiretur Iudas etiam excitaretur. Igitur Deus ab ęterno disposuit excitare hunc finaliter, & non illum, num istud est ob demerita pręuisa? nequaquam, nam ambo isti, prędescripti apostoli, in crimine pessimo obuoluti erant, & vterque indignus, qui excitaretur. At Deus vnum excitat, & alium negligit, igitur nō ob demerita prędisa reprobat Deus, sed reprobat ex sua iustitia: quę Iudā lapsum in culpam noluit efficaciter excitare, & finaliter, imò sordentem Iudam. reliquit in sordibus suis. Et iusta animaduersione facit Deus quandocunque hoc facit, siquidem peccator deserens Deum efficaci diuinoque auxilio dignus est, qui destituatur, at verò etiam Petrus eadem animaduersione dignus erat, qua Iudas, at verò Dei occultissimo quidem sed iustissimo vero iudicio, non eadem Petrus est animaduersione punitus: at clementi operatione à Deo fouetur. Nam conuersus Dominus respexit Petrum, & fleuit amarè. Erga Iudam ergo iustitiam exercuit Deus, illum relinquens sibi, suoque crimini permittens eundem. At erga Petrum viscera non clausit suę misericordię, illum non relinquens sibi, sed euellens Petrum à Petro tractus Petrus est ad Christum. Imò etiam maximos peccatores quotidie ad se trahit Deus, & alios non ita grauiter crimi nosos obdormire in culpis proprijs sinit: quod si demerita prędisa in causa essent reprobationis, vtique grauiora demerita prędisa debuissent reprobationem causare, id quod non semper ita esse Paulus, Magdalena, Augustinus, & alij huiusmodi nobis exēplo sunt.

¶ Et equidem quando argumenta non satisforent huic rei fidei faciendę, Paulus abundē nobis est, qui ad Roman. 9. Non ex operibus tonat, sed ex vocante dictum est Maior seruiet minori. Obserua mecum quod ait, non ex operibus, sed ex vocante, igitur & reprobatio Esau, & electio Iacob, non ex prędisis meritis, Paulo est. Quod si dixeris solum colligere locum hunc electionem esse non ex prędisis operibus, non autem reprobationem: siquidem ait, sed ex vocante, at reprobatio non est ex vocante: at ex reprobante, & auersante, dixerim rectē ais, at ex contextu apertum est reprobationem etiam non ex operibus prędisis esse, Esau enim, & Iacob, cum dydimi essent, hoc est vterini fratres, scriptura tamen commemorat, Iacob dilexi Esau autem odio habui, prius quam quicquam boni, vel mali feciſſent, & demum ait, cuius vult miseretur, & quem vult indurat, ideſt, non miseretur. Scio locum hunc Pauli neothericos hęreticos in suam rem traxisse, docent enim ex hoc loco nulla esse merita vnde homo beatitudinem sibi paret. Nam Paulus, ait, Iacob dilectum antequam natus fuisset, & Esau odio habitum, porrò si locum ita intelligunt, dicant etiam peccatores damnandos nō ex peccatis, quia Paulus ait, Esau odio habitum non ex opere malo. At verò, quia nō tantopere ineptiunt, ideo dicere oportet Paulū non de assequutione beatitudinis verba facere, sed de prędestinatione ęterna, & hęc quia gra-

Augustinus quid insinuet.

Reprobatio ex culpis prævisis Scoto est.

Profunda quæstio.

Iudas ex Dei iustitia relictus est in suo peri re scelere Petrus vero ex Dei clementia à sordibus peccati fuit abstersus.

Confirma priora.

contra

Esau & Iacob dydimi fuerunt.

Reprobatio non est ex prævisis culpis.

gratiæ est, ideo non ex meritis est: porrò ipsa glorificatio quia corona iustitiæ est, ideo ex meritis pendet, vt supra meminimus.

Decisio dissertior.

¶ Vt autem res magis sit peruia, aduertes Deum generaliter ordinasse omnes creaturas rationales ad vitam æternam, testante Paulo 1. ad Timoth. 2. Deus vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.

Lutherana hæresis reprobatur et alumnorum

Porrò efficaciter non omnes ordinauit Deus rationales creaturas ad vitam æternam adipiscendam, neque angelos omnes, neque homines omnes, sed quosdam ex illorum numero selegit sibi, vt tanta tamque beata insignirentur dote. Et horum præordinatio efficax ad vitam æternam consequendam est prædestinatio. Erga alias verò creaturas rationales gerit se negatiuè, quo ad præordinationem hanc efficacem. Nã tametsi generaliter omnes præordinauerit rationales creaturas (vt præloquuti sumus) ad cœlestia regna: nam sapientia foris clamitat, & in plateis dat vocem suam illã,

Prædest. quid, reproba. quid.

Prouer. 1.

vsquequo paruuli diligitis infantiam? &c. At verò quasdam noluit cum effectu præordinare ad vitam vel non voluit præordinare, vel eligere, vel misereri. Et hoc est reprobatio æterna, & hanc Paulus significans, ait, Quem vult indurat, id est, probatissimo placito & cõsilio suo non miseretur, nam indurare authore Augustin. libr. 1. ad Simpli. quæstio. 2. non est quod Deus sit author culpæ, sed subtractor gratiæ, non præordinans autem quosdã Deus ad beata sanctorum gaudia, nulli est iniurius. Etenim creatura rationalis ex natura sua non est digna horum gaudiorum, vt in principio harum disputa. disseruimus abundè. Quamobrem siquidem hæc præordinatio ad gaudia æterna assequenda est supra naturam creaturæ rationalis, nulla fit iniuria naturæ huic, ex eiusdem præordinationis denegatione, etiam si summa est illi gratia ex eiusdem affirmatione: at verò quos Deus non præordinauit ad beatitudinem, præuidit tandem casuros esse in culpam, quos sanè ex culpæ suæ merito Deus æterno instituit finaliter non leuare ex culpa, sed in lapsu proprio dimittere: ideoque illos præordinauit supplitia æterna experturos. Itaque si rem expendis hanc, reperies reprobationem si negatiuè cœperis vocem, (vt Paulus cœpit indurationem) non esse ex præuisis peccatis finalib⁹. Etenim reprobatio hac ratione non aliud est quam non præordinatio ad vitam cœlestem: & hæc cum sit negatio (vt prædiximus) non est ex præuisis culpis. Nanque Deus se gerens negatiuè erga quasdam creaturas rationales non præordinando illas in beatitudinem vt reprobet illas, non est illi opus præuidentia culparum, vt liquet. Cæterum affirmatiuè non reprobat nisi ex præuisa finali impœnitentia. Nanque huiusmodi reprobatio est præordinatio ad supplicia æterna, Deus autem vt neminem punit nisi ex culpa, ita neminem instituit æterno torquendũ nisi ex culpa præuisa æterno. Itaque primum est apud Deum iuxta nostrum intelligendi modulum, non ordinasse hominem, vel angelum ad æternam vitam, dein verò est præuidere hunc vel illum casurum & offensurum criminaliter Deum, dein vero illis tandem non opitulari vt surgant à crimine, demum est illos præordinare vt torqueantur æterno. In prædestinatione vero primum est præordinatio ad vitam, dein vero vocare, & iustificare, & omnia obstacula, quæ vitæ æternę assequutionem tollere possunt, submouere: & omnia præsidia, quæ huic fini consequendo conducentia reputat Deus conferre.

Indurationis Deus non est author.

Dei⁹ reprobans nemini facit iniuriã

Valde considera.

Reprobatio affirmatiuè et negatiuè.

Ordo reprobationis & prædestinationis.

¶ Iam vero si hæc quæ præscripsimus, attẽtiusculè consideras, varia & non exiguè controuersa de hac re placita conciliabis. Quibusdam enim vt Thom. & asseclis, reprobatio nõ est ex præuisis culpis. Alijs vero arrisit diuersum. Quæ sanè iuxta meam sententiam, vtraque vera sunt. Nanque reprobatio si negatiuè tantum vsurpetur, non est ex præuisis culpis: quia negatiuè se gerit Deus. At vero affirmatiuè vsurpata est equidem ex præuisis culpis.

Conciliantur Thom. & Scotus.

¶ At nõ me latet te mihi occinnere, dices enim æterna non pendent à temporalibus, vt ergo diuina præscientia, aut reprobatio pendet ex culpis quæ sub tempore sunt agendæ? verum dices æterna quędam esse sine vllo respectu ad creaturas, & hæc nihil commercij habent cum temporalibus, vt diuinitas, sapientia, & hoc genus alia: sunt præter hęc alia quę ad tẽporalia referuntur secũdum relationem rationis, vt prędistinatio, reprobatio, &c. Et hęc nihil pendet à temporalibus: quia Deus posset neminem prędestinare aut reprobare si volet, at temporalia respiciunt postquam Deus prędestinauit quosdam, & alios reprobauit. Non ergo pendent, quia diuina sunt. ¶ At scio te non quietam adhuc gerere mentem ex disputatione ista. Obijcis enim forsitã mihi vt hęc duo se admittunt, & nullam collisionem patiuntur, & quod Deus vult omnes homines saluos fieri. 1. ad Timothæ. 2. & quod Deus quem vult indurat ad Roman. 9. At vero benè relibrata & iusta lance appensa non inuicem

Aeterna dupliciter considerantur aut sine relatione ad creaturas aut cum relatione.

Apparens collisio in Paul. exponitur.

cem hæc pugnant, etenim Deus vult reprobos saluos fieri & si non efficaciter, vt electos: nulla autem pugnantia est, & quod illos non præordinauit ad cœlestia obtinenda gaudia, & quod vult inefficaciter illos beatitudine donare. Nanque Christus clamat venite ad me omnes, qui onerati & egeni estis, &c. Neque magis per vox hæc Matthæ. 11. ad electos, quam ad reprobos inclamat, & nihil repugnat reprobos beari, vt non repugnat electos damnari, vt rectè Thom. dixit. 1. part. quæstio. 23. articul. 3. reprobationem docens non denotare impossibilitatem absolutam ad salutem æternam consequendam nisi solum impossibilitatem conditionatam. Item dicito de prædestinatione. Ad damnationem enim subeundam non sunt impossibiles electi absolutè, nisi duntaxat ex electionis conditione.

Nihil repugnat prædestinatis non beari, ut neque reprobis non damnari.

Originale & actuale non sunt reprobationis causa.

¶ Ex istis collige neque peccatum originale, neque actuale esse reprobationis causam, si reprobatio negatiuè vsurpetur: at si affirmatiuè, crimen præuisum in causa est reprobationis, siue actuale illud sit, siue originale sit, quibus accedat si de reprobatione hominum agat peccatum originale causam esse remotam reprobationis, tametsi paruulorum damnandorum & damnatorum causa proxima est. Generaliter autem, si sermo agatur, causa remota est. Nam si hæc macula originaria non inquinasset humanum genus, nulli homines reprobarentur, testante enim scriptura. Eccles. capit. 7. fecit Deus hominem rectum & ipse miscuit, se quæstionibus multis.

Epilogus prædictorũ.

¶ En tibi vt prædestinatio non pendet ex præuisis meritis, imò contra fides, & merita, ab ipsa pendent, & proficiscuntur. Acta nanque apostolica nos erudiunt. capit. 13. Eos credidisse apostolicis verbis, qui præordinati erant ad vitam æternam, vides ne vt fides, ex præordinatione ad vitam profecta est? hæc autem præordinatio prædestinatio est.

¶ Item habes ex disertis vt prædestinatio, & reprobatio, satis consentiunt cum libertate arbitrij, & non cogunt creaturę rationalis libertatem. Neque demutãt naturam eiusdem, vt dixit Athanasius libr. de Passione domini, perinde se gerere Deum præuidentem futura, vt is qui videt præsentia, cuius inspectio non cogit præsentia quę videt vt qui spectat hominem currẽtem, non cogit inspectio vt currat. Quanquam ex conditione necesse est me inspectante cursum, cursum esse, non tamen absolutè. Hęc autem collatio, quę etiamnũ vulgata est apud Theologos non ex omni latere quadrat, nanque inspectio nostra non est causa rei visę, vt diuina est.

Athanasij exemplum.

¶ Porrò autem posteaquam quęstionem hanc Christo duce ad vmbilicũ deduximus. Supererat illud decernere cuius Magister meminit hac distinctio. 41. de reprobatione differens, Platonicam enim commemorat sententiam animas cœlestium globorum accolas ex Dei creatione fuisse: at proprijs exigentibus culpis, deturbatas fuisse in terrena corpora: quibus concluse tanquam carceribus pœnas delictorum luerent. At verò commentum hoc plus quam fictitium est, & christianę fidei inimicum: tametsi arrisserit Origeni. 2. lib. periarchõ, vt etiam testatur Theophilus Alexandrinus. Et Paulus differto testimonio hoc damnat dogma. Nam ad Roman. 9. meminit Iacob à Deo dilectum, & Esau odio habitum, priusquam in lucem ederentur: imò etiamnũ conditi sub vteri materni repagulis, igitur animę horum non erant infectę antequam in corpora laberentur propria. Et Augustin. libr. de dogmatibus capit. 9. damnat hoc placitum, cũ quo facit quinta Synodus Constantinopolitana anathemati subdens opinionem hanc, & reuera si ita esset animę infantulorum peccato actuali essent obstrictę.

Plato, et Pitha. placitum non probatur.

præexita ante hanc vitam ne eiũ animarũ non sunt causa prædestinationis et reprob. infra vlt. th. 15. q. 23 a. 2. 5.

¶ Item peccatum in cœlis admissum actuale est: porrò fides Christi solum originale in paruulis non lustratis aqua baptismi agnoscit. Adhęc si physicas amas disciplinas hoc placitum, vt insulsum ridebis. Nanque si animę pœnas in corpore luunt propriorum, quę in cœlis commiserunt delictorum, igitur esse in corpore animabus est contra naturam ipsarum: iam verò si vniri corporibus est contra animę naturam, ergo solui à corpore, erit secundum naturam animę, id quod falsum esse experientia est locuples testis. Nanque summè animabus triste est propria, charissimaque linquere corpora domino testante. Tristis est anima mea vsque ad mortem. Cęterum vberiorem disputationem de re hac si Christus dux fuerit secundus lib. Sent. te docebit: interim satis sit quod legimus apud sapientissimum Ecclesiastem. capit. 7. fecit Deus hominem rectum & ipse miscuit se quęstionibus infinitis, igitur anima primi hominis non fuit lapsa de cœlo ex delicto: sed potius recta fuit à Deo cõdita. Et rursum traditur in concilio Constantino. 5. Si quis dicit, aut sentit, animã dñi præextitisse vnitã quę esse Dei verbo, ante incarnationẽ, & natiuitatẽ ex virgine anathema sit, ꝙ si hęc nõ præextitit, neq; alię animę præextiterunt.

Anima domini Iesu non præexistit ante corpus suum.

DISTIN-

DISTINCTIO quadragesimasecunda, quadragesimatertia, & quadragesimaquarta. Quarum initia sunt. Nunc de omnipotentia Dei agendum est. Quidam tamen de suo sensu gloriantes. Nunc illud restat discutiendum.

Disputatio prima, Num Deus omnipotens est?

LET FORTASIS alicui videbitur Deum non esse omnipotentem. Etenim operatio vt resonant philosophorum scholæ indicat formam, at vero nullam cernimus operationem infinitam, ergo neque Deus est potentiæ infinitę.

2. Argumẽ. ¶ Adhæc ex motu dignoscitur motoris virtus, at vero motus primi mobilis est finitus, ergo virtus motitãs est finita. Quod vero sit motio finita planum est, quia spatio. 24. horarum absoluitur.

3. Argum. ¶ Præterea vt moraliter etiam rem colligat aliquis, Deus nõ potest mentiri, neq; mori, neq; peccare, ergo non est omnipotens: probabis consequentiam, nam est omnipotens, qui omnia potest, atqui hæc quæ diximus, nõ potest, non omnia potest vt videtur.

In contrarium argumentum. ¶ Contrariam vero partem ostendit locus ille Sapientiæ. 12. Subest enim tibi cum volueris posse: ergo quidquid Deꝰ vult potest: istud autem est omnipotentiæ, vt quidquid velis possis.

Quid Philosophi summi de quæ. senserunt. ¶ Disputatio hæc est cum primis grauissima, quia imminet grandis difficultas, quid nãde re hac summi senserint philosophi: vt interim non commemorem Plinium delirantem lib. de naturali hist. & alios delirij eiusdem cõsortes, quos Plutarchus commemorat, libr. de placitis philosophorum, qui Dei omnipotentiam non concesserunt, quia Deus non poterat mori, neque mentiri, neque comedere, aut bibere, aut ambulare, aut deniq; non poterat facere præterita non fuisse præterita, aut quod duo, & duo nõ sint quatuor: & hoc genus alia, nanque vt obiter hos absoluas deliros philosophos, obseruare oportebit defectꝰ quosdã esse naturales, vt est cęcitas, surditas, mors, alios vero esse volũtarios, vt peccare, posse ergo affici naturalibus defectibus, impotẽtię est, & imperfectionis, vt posse esse cæcum, aut surdum, aut claudum aut denique mortẽ oppetere possenidcirco hæc à diuinitate procul fugiunt. Et hæc potentia non est potentia: sed infirmitas. At vero posse peccare, tametsi perfectionis est, & dignitatis, est enim potens peccare, qui dominus est suæ actionis: at vero dominiũ habere proprię operationis, dignitatis est creaturæ rationalis, quanquam ipsa peccandi actio, non est dignitati ascribenda: sed indignitati. Quippe, qui peccat abutitur dominio iuę operationis. Nãq; non eò Domina suarum actionum cõstituta est creatura rationalis quo peccet, at vt liberè benè agat, & Deũ promereatur, denique studiosa actione. Deus autẽ etiam si Dominus sit sui actus, at vero peccare non potest: quippe non potest abuti dominio suo: nanque ipse sibi est regula suorum actuum, & nostrorum, actiones autẽ naturales, vt comedendi, bibendi, ambulandi, & reliquas hoc genus alias, Deo non tribuimus. Quippe quæ etiamsi perfectionem præseferant, at imperfectionem inuoluunt: nam comedimus quia egemus cibo, vt potamur ex indigentia potus, & mouemur ad acquisitionẽ eius quo caremus, aut propter deperditionem habiti. Quæ omnia à Deo procul absunt: qui neque acquirere, neque perdere quicquam potest. Porro hæc missa nugamenta facientes, ad alios vertatur sermo noster philosophos, id est, ad Aristo. & Cõme. & scrutemur quid isti clarissimi philosophi de re tanta censuerint. Et quidem si rem ex prætextu consideras, videbitur fortasis tibi horum placitum extitisse Deũ non esse infiniti vigoris. Etenim Deum testantur esse primum motorẽ, ergo si Deus motor primus est, necesse est proportionem esse inter motorem & mobile. 2. de cœlo tex. 71. Quod si infiniti vigoris est motor, nulla est proportio inter motorem, & motum. Etenim finiti ad infinitum nullam esse proportionem axioma est philosophicum. ¶ Adde etiam nam si fatearis Deum esse infiniti vigoris, motor vtiq; mouebit in non tempore seu in instanti. Nanq; quo auctior est motoris virtus, eo motus velocior est, ergo si infinita est, erit in infinitum velocior motus, qui motus est in non tempore. ¶ Tertio, quoque argumento idem confectũ iri videbitur, etenim. 2. de cœlo traditur text. commen. 71. Si stellæ augerentur erraticorum orbium, mobile primum laborans esset in mouendis inferioribus orbibus ab oriente in occidẽs, aut illos nõ moueret: at vero si motor primꝰ esset infinitꝰ vigore, quãtũlibet stellę erraticæ

Plinius taxatur ut insanus.

Deliri philosophi refutãtur.

V. potentia actiua sit infinita.

Arist. quid de omnipotẽtia Dei & argumenta physica quæ infinitatem diuinæ potestatis detur bare uidentur.

ticæ excrescerent numero, motori nullus accederet labor, in motitandis orbibus? Et profectò nō est peruium admodum ex dogmate peripatetico istud ostendere, Deum esse infiniti vigoris: tametsi Philoponus intellexit Aristotel. fuisse placitum in orbibus cœlestibus fuisse potentiam finitam, & infinitam: indicante Auerroe. 2. de cœlo comment. 71. finitam quidem, quia est virtus cœlestis corporea: & infinita, quia sempiterno durat? Porrò multis est in confesso philosophis, atq; Theologis, Deum ex Aristotel. sententia infinito non gaudere vigore, quanquā argumenta proposita eluduntur, à quibusdam cum confitentur Deum secundum Aristotelica placita nō mouere orbem efficienter: sed mouet vt causa finalis: etenim cæteri motores orbium, ex desiderio imitandi primi mouent. Et Scotus, quodlib. 7. ita censuit, & plerique alij. Quod si veritate sententia hæc constitisset argumenta exposita haud dubium flacescunt. Nanque proportio est inter motorē localiter, & mobile, Deus autem mouet metaphoricè tanquam finalis causa. Et secundum argumentum itidē corruit ex eadem solutione, & tertium. Quanquam ex tertio argumento abundè eliditur Scoticum commentum: & aliorum etiam qui illis subscripserunt. Etenim si primus motor non mouet orbem nisi solum tanquam causa finalis, igitur quamlibet orbi stellato adderentur aliæ stellę, non propterea cessaret à motu, aut laboraret motitando. Quid quod si hic est motus germanus primo motori, motus inquā causæ finalis, vtique de primo motore referenda tantum esset disputatio, ad metaphysicum, nam indicante Comment. ex Alexandro. 12. Metaph. comment. 5. & 6. prima forma, & primus finis metaphysici sunt negotij. At primꝰ motor physicæ est speculationis: quanuis hæc tria re idem sunt, prima forma, primus finis, primusque motor.

Philoponi placitum de peripatetico dogmate.

Scoticum commentum eliditur credens Deum non esse causam efficientem.

Decisio notanda quæstionis ex Author. calculo.

¶Ego verò vt in re ancipiti sententiam exponam meam, fidem sanè non habeo philosophis credentibus Aristotel. decreuisse cū suo alumno Auerroe Deū esse vigoris finiti: quanquam cerno Aug. Nipho. Suesano clarissimo philosopho, & Marco Zimaræ non inferioris ingenij in elucidando Aristotel. & Commen. viro, & alijs vt Marsilio Inguem, in. 1. sentent. q. 41. vel. 42. & Grego. Arimi. d. 43. (vt interim alios missos faciam) ita creditum fuisse. Neq; mirandum duxerim hos ita opinatos fuisse, nāque obscuritas in verbis Aristot. & Commēt. occasionem præbet authoribus variandi. Porrò autem. 8. Physicorum text. 79. hanc rē versans Aristot. videtur demonstrasse Deum esse infiniti vigoris. Nanq; inibi demonstrat Deū non esse corpus, neque virtutem in corpore, in hunc modū: Nulla virtus finita mouet per tempus infinitum, sed omne corpus, vel virtus in corpore est finita, igitur nullum corpus vel virtus in corpore, mouet per tempus infinitū. At verò primus motor mouet per tempus infinitum, ergo non est corpus neque virtus in corpore: ex quo videtur Deum esse virtutem separatam ab omni corpore, motoremque esse per tempus infinitum: ideoque esse vim infinitam? Porrò huic argumento obsistunt quędam, etenim etiam intelligentiæ motrices orbium sunt separatæ á corporibus, quippe quæ spirituales sunt, & mouent nihilominus suos orbes secundum Aristotel. tempore infinito. At neque Aristotel. neque philosophorū aliquis auderet confiteri intelligentias esse vigoris infiniti: & delirium est hoc Aristot. imponere, vt quidam illi imposuit. Porrò autem his non oppedientibus ex Aristotelico contextu Deum esse vigoris infiniti videtur colligēdū. Etenim non est intelligendus Arist. discursus, de infinitate durationis, quippe falsa esset maior, nullum corpus, aut virtus corporea est infinita duratione. Quandoquidem cœlum est duratione infinitum, igitur de infinitate vigoris est audienda Arist. maior, vt firma sit collectio, quanuis Durand. Aristotelis risit argumētum, quasi barbara verba. dist. 43. q. 1. Etenim si mouere tempore infinito tribuendum est vigori infinito, igitur intelligentiæ sunt vigentes infinita vi, quia etiam mouent tempore infinito. Porro quam malè sapit Durand. in re hac, sequentia te docebunt. Et interim tu certum habeto firmius Aristotel. colligisse diuinam infinitatem ex tempore infinito, quam Durandus qui ex productione infinitarū specierum, aut indiuiduorum rem colligit istam. Neque latet me Comment. Auerro. hoc loco Aristo. tenebris inuoluisse. Etenim eodē loco mota quæst. secūda, cur si potētia corporea est infinita, habebit motionē infinitam, at vero si est in corporea virtus, etiā si sit infinita nō habebit actionē infinitā, respōdet vim incorporeā neq; esse finitā, neq; infinitā: hæc nāq; duo finitū, atq, infinitū, quātitati molis cōpetunt, quapropter vis spūalis neutrū habet, id quod videtur eo ab Auerroe dictū vt pōdus quęstionis huius honestè subterfugeret. Nāq; est quā titas etiā perfectionis vt magnitudinis, & est proportio in perfectionibꝰ rerū, quā tū ipse in iuste

Ratio colligens Deum esse infinitum.

Deus vigorem habet infinitum secundum Aristotel.

Durandus non expendit iuste Aristotelē.

Auerroes nonnunquā obscurat Aristotelē.

iustè negat. At verò soluens quæstionem primam vtrum omnis corporea virtus sit finita, quia si omnis finita est, cœlum esset corruptibile, distinguit duplicem infiniti acceptionē, est enim infinitum duratione, & est infinitum vigore: & addit hac. 2. acceptione nullum esse infinitum, tandem rem absoluens motores omnes dicit siue materiales motores sint, siue immateriales, in vno sibi consentire scilicet quod non habent motionem infinitam. Quā obrem obtendunt quidam vt præmonuimus Auerroi placitum fuisse Deum non esse infiniti vigoris. Docet enim vt retulimus nullum esse infinitum in vigore, sed solum in duratione. Ego verò de corpore intelligo Commen. Verba nullum esse corpus in vigore infinitū: sed solum duratione: vt cœlestes sunt sphæræ. Quod verò subiecit motores ita corporeos, vt in corporeos sibi conuenire, quod nō habent motionem infinitam vera narrat: etenim motio quæ est á primo motore non est infinita intensiuè. Non enim primum mobile mouet infinitè. Et vt vera tibi faciam hanc Auerroistici verbi commentationem nostram, iuuat in memoriam reuocare, quod lego apud eundem. 2. de cœlo & mundo text. comment. 56. impossibile enim esse tradit inibi formam vt formam esse infinitæ motionis: ideſt, motor primus, vel quiuis alter motor vt est motor successiuo motu, non potest esse infiniti vigoris. Vnde non negatur apud philosophum hunc Deum esse vigoris infiniti: sed eatenus duntaxat quatenus mouet successiuo motu, non esse vigoris infiniti, id est, iste motus non est motio infinita. Quia sic mouens mouet ex proportione ad mobile finitum: & cum certa & determinata velocitate. Concinnit etiam ipse sibi in. 2. de cœlo comment. 63. Quæ sanè vniuersa si obseruasset Marcus Antonius in theoremate. 61. non asseueraſſet vt asseuerat, Deum finito vigore esse præditum ex Aristotel. & Auerro. sententia, quia legebat in libello de substantia orbis capit. 3. memoriæ preditum ab Auerroe, infinitatem vigoris consectariam esse corporis infiniti: itaque virtutem infinitam ob id credit consequi ad magnitudinem infinitam, quia in modico corpore modica virtus est, & in maiori maior, & infinita denique in infinito. Et inde suasum sibi habet infinitatem esse appendicem materiæ, vt finitatem formæ: quia formę sunt sicut numeri. Colligit hæc ex. 3. Physicor. text. 60. & 65. Cæterum virtus separata à corpore & prorsus immaterialis, quæ est diuina non potest infinitatem habere ex magnitudine corporea. Et quod Aristot. & Comment. docent virtutem causari á magnitudine, de virtutibus corporeis nō de incorporeis audiendum est, infinitas igitur vigoris quod sit appenditia magnitudinis fieri non potest, quia corpus non potest esse infinitum: at diuina infinitas, non est materialis infinitas, sed formalis potius censenda venit. At quod philosophi tradunt infinitatem esse materiæ, finitatem verò formæ eò dictum puta, quia materia est indifferens ad omnes formas, id quod imperfectioni succensetur materiæ. Porrò finitas donatur formæ, nempe quia ipsa est materiæ terminus, & cuiuslibet rei propria forma, decreta est species. Et ista sanè finitas nobilitatis est formæ, at vero quia nobilitas hæc limite coercetur (quippe quæ creata est) ideo diuinitati non est tribuēda, cuius infinitas non est materiæ neque formæ (vt accuratius loquamur) sed facile superat omnem perfectionem, quia vigoris & perfectionis est infinitæ id quod cōment. Auerroes. 12. Metaphysic. comment. 41. non obscurè indicauit, quamlibet diuersæ factionis amatores obloquantur, tradidit enim commemorato loco motum cœlestem ex duobus componi motoribus, & coniuncto, & separato, quorum coniunctus, sortitur finitam actionem, & separatus infinitam, & coniunctum motorem animam cœli vocitat, siue intelligentiam motricem: quæ hoc solo nomine anima cœlestis nuncupatur, quod habet se instar animæ, etiam si re vera anima non est, motor vero separatus Deus est, qui rectissimè separatus appellatur ab Auerroe, siquidem non est appropriatus alicui orbi mouēdo, vt quęlibet aliarum intelligentiarum: siquidem motio primi omnes iuuat motores cœlicos: in omnesque se diffundit orbes, nam eius motio generalis est. Non enim solum orbem primum mouet sua diuina actione, sed etiam in vniuersos se dilatat orbes, ideoque aliorum motorū certa quędam est proportio ad proprios quos agitāt orbes. Quamobrem si stella adderetur, aut detraheretur á proprijs (quas voluūt) sphæris, soluta esset proportio, quam modo seruāt, vt Aristotel. commemorat: at vero hanc certam proportionem primus non habet motor. Etenim non solum vt diximus mouet mobile primum, quinetiam & cæteros. Iam ergo hunc separatum motorem Commentator decernit actionem habere infinitam. At sciscitādum est quæ est actio primi quam infinitam docet esse Comment. nullaque extat actio in orbe

Commentator exponitur.

Nullus motor ut motor est infinitæ motionis.

Reijcitur Anto. Zimarra.

Infinitas quare materiæ tribuitur, & finitas formæ.

Expositio Arist. & Commen.

Forma finita materia infinita.

Cōm. exponitur.

Motor cœlestis duplex coniunctus & separat⁹.

Deus est motor separatus.

orbe infinita intẽsiuè, igitur hæc actio primi est duratio,& permanentia infinita,quam rebus cælestibus donat.Quamobrem si ista est actio primi, ergo cæteri motores non donãt hanc durationem infinitam motibus cælestibus:imo illam à primo beatissimoq; hauriũt motore. Et hoc sibi volebat Commentator scientissimè docens motorem coniuctum nõ habere motionem infinitam:cõtra vero motor primus illam habet. Quanquã igitur Philosophi rem hanc diligẽti scrutinio perscrutãtes & vniuersa naturæ lustrãtes opera, nullã inuenerunt aut rem,aut motum, aut actionẽ infinitam,at Aristotel. credens mundũ æternò durasse, æternòque duraturum, hancque durationem considerans,non prodire à motoribus particularibus orbium,sed à primo ceu fonte dimanare ratus, Deũ existimauit esse infiniti vigoris.Et meo iudicio vel argumentum hoc alijs submotis satis est,vt probus philosophus credat Deum esse infiniti vigoris. Quia ipse æternus cum sit æternitatem rebus donat,& manifestum est Dei infinitã fontalem esse durationem.Nam si angeli,& orbes cælestes secundum Arist.hac fruuntur æternitate infinita ex beneficio summi primique motoris,in motore ipso primo,multo eminẽtior est hæc infinitas, quam in cæteris rebus. est autem eminentius quia infinitas hæc durationis in Deo est ex vigore infinito,at in alijs rebus est solum ex participio diuinitatis:ideo etiam si cælos, & angelos, æternos duxerit Aristotel.non tamen infinitos censuit esse vigore: quippe qui hanc durationem infinitam non ex se habent,sed ex primo.¶Occinnes fortassis mihi,quid ergo si hæc ita se habent,cœlum esset corruptioni obnoxium, & angeli itidem?colliges, nam hæc ex se non habẽt infinitatẽ durationis:sed ex primi motoris largitate,ergo ex se naturam habebunt caducã & fluxam,vnde Philoponus vt indicat Cõmen.71.2.de cœlo &.8.physic. comment.79. ob hanc forte causam obiecit peripateticis cœlos esse fluxæ,& æternæ substantiæ: nanque ex potentia infinita motoris habent infinitatem : at ex natura sua quia corporei sunt, proinde non habent vim infinitam, quia virtus in materia non est infinita,ideoque consectarium est cœlos caducos esse.Porrò autem peripateticum est cœlos esse finitos ex substantia propria,quia creaturæ sunt,at etiã durabũt infinito ex potentia primi motoris:vnde quia motor illorum naturã iugiter seruat suo perenni fluxu ideo illa durabunt æterno.

Actio infinita primi motoris quæ.

In Deo est fontalis æternitas.

Philoponus quid obiecit peripateticis.

Nam sub tracta Dei influentia perirent omnia,igitur ex propria natura incorruptibiles sunt cæli,quia contrariorum iniurijs molestari nequeunt:at non sunt æterni nisi beneficio Dei,tu lege Cõmẽ. 8.physico.commẽ.79.& obserua Alexandrum scitè dixisse aliquid esse ex propria natura incorruptibile,quod nõ est æternum vt cœlum.

¶ Sed præterea quæ diximus meminisse oportebit Cõmen.dixisse quantum est in potentia materiæ passiua, tantum adesse in potentia actiua primi motoris: at vero potentia passiua materiæ est infinita, igitur motoris actiua potentia est infinita.

¶Sub hæc quoq; & quartam in numero priorib⁹ rationib⁹ aggregare libet:De⁹ enim ex.12.metaph. actus purissimus est, cui nulla est potentia passiua vt recipiat ab alio: imo illi repugnat huiusmodi potentia,quæ vniuersis alijs creaturis non repugnat.Nanq; supremo & nobilissimo angelorũ istud nõ repugnat,vt melior sit quam est,si non essentialiter saltem accidentaliter,igitur diuina perfectio tanta est,quanta maior excogitari nequit:tãta rursum quanta nulla illi accessio competere potest vel diminutio.Imo planè omnis accessio quæuis illa sit cũ diuinitate repugnat, igitur diuina perfectio est infinita.Quapropter scientia Dei est infinita,& potentia actiua Dei est infinita,habet ergo infinitum vigorẽ: nã si finitus est diuinus vigor,non repugnabit cum intellectu nostro,maiorem excogitare, at diuino vigore maior excogitari nõ potest: siquidem si excogitari posset, non esset actus prorsus purissimus. Nã si ex physica potẽtia maior vigor non posset esse, certè ex logica potentia excogitare maiorem nihil prohiberet. De hac re supra quãdo de vnitate diuinitatis eiusq; perfectione agebatur, luculentius disseruimus.¶Ad hæc si vigor Dei est finitus ergo sciẽtia est finita diuina & essentia Dei finita,esseq; diuinũ finitũ:q; si scientia est finita diuina, ergo finita scit:at vero si finita scit eius sciẽtia proficere potest:probabis consequẽtiã,quia infinita sunt quæ cognosci à Deo possunt,vt omnes cælestes motus præteriti, & futuri,hæc sanè si Deus simul omnia nescit inscius est, si autẽ simul actu scit,ergo scit infinita,& sciẽtia eius est infinita actu, ergo & cætera sunt infinita diuina, scilicet essentia, &c. Aut permittes vigorẽ esse finitũ diuinũ, & cætera infinita,id quod à veritate abhorrere perspicuũ est.Quippe diuina æqualia sunt omnia: tantũdẽ enim scit quãtũ dẽ potest, &

Egregia argumẽta probantia infinitatem diuini vigoris.

Ex scientiæ infinitate Dei probatur essentiæ infinitas.

Diluuntur argumẽtacõ trariam factionem tuẽtia.

contra. ¶ Deniq; ſi finitus eſt vigor diuinus, à quo obſecro limitem, accipit? num à materia? num ab efficiẽte? num à fine? at cum ipſe Deus ſit primus à nemine limitẽ habere poteſt, eſt ergo infinitus. ¶ Iam vero expedit quæ ſupra indicabamus ex prætextu colligere Dei finitum vigorem eſſe, iam diluere, & primo dicito inter motorẽ primum, & orbes motos, nullam eſſe proportionem, ſi diuinitatem conſideras motoris: at vero etſi motor ſit infinitus non infinitè, ſed finitè mouet: nempè ſe attẽperãs creaturis ſuis. Ideoq; quia Deus finitè ſe gerit circa motum nihil miratu dignum, ſi ſub hac ratione proportionem dixeris eſſe inter diuinum motorem, & orbes motos.

Conſidera.

¶ Secundo dicito ex eadem radice ſoluẽdum eſſe, vt dudum primum eſt ſolutum: nanque non mouet in inſtanti, quippe qui mouet finitè, & non infinitè, cæterum hoc argumentum pleroſque, & non ignobiles preſsit philoſophos: vt Scotum, Marſilium, Gregorium, & alios, qui confeſſum habentes Deum agere ex neceſsitate naturæ, confectam rem hanc putabant, ergo ſi agit, concludentes ex naturali neceſsitate, Deus agit quãtum poteſt, & ſi vigore infinito præditus eſt, mouebit infinitè velociter. At verò nos ſupra oſtendimus ex Cõmẽtatore, Deũ neque agere naturaliter inſtar naturæ, neq; voluntariè inſtar humani arbitrij: ſed præexcelſiori modo Deus agit, quomodo agens, finitè agit, & non infinitè: quia actionis infinitæ creatura capax non eſt.

Contrà Scotum Marſilium Gregorium non cãdidè philoſophantes.

¶ Tertio argumento reſpondebis cælum primum ſi nouis ornaretur ſtellis, violente moueret cæteros orbes: at vero hoc impoſsibile eſt, etenim ſi violentus adeſſet motus cœlo, non eſſet æternus, vt eſt æternus ex potẽtia infinita primi motoris, vt Cõmen. do cet. 2. de cœlo com. 71. quare ſi eſſet acceſsio nouæ ſtellæ ceſſaret motus cœleſtis, & hoc non eſt ex defectu vigoris diuini infiniti: ſed quia pugnant duo hæc violentus motus & æternus.

Plato de dei infinitate nõ eſt locutus, ita artificioſe, ut Ariſt. & Auerroes.

¶ Iam vero ſubit quoque etiam Platonẽ enarrare, apud quẽ multo planius vigor Dei infinitus conſtat: etiamſi multo minus artificioſius quam apud Ariſt. & Comm. Quãdo quidem mundum conditum ex tempore credit Plato: quẽ nouè condere quis nõ aſcribet infinito cõditoris vigori? Nã qui hũc pulcherrimũ ædere valuit orbem, aliũ & alios ædere quis vetabit ſi volet? Neq; obſtat infinitati vigoris diuini ex materiâ ex chaõ ve, orbem condidiſſe Deum, quippe hæc materia apud Platonẽ à Deo habebat eſſe. Quãquam non me fugit, Theodoretum lib. de curãdis Græcanicis affectionibus, tradidiſſe ex Platonico Politico, Deum vniuerſum hoc nõ ex materia cõdidiſſe. Cõmemorat enim Deũ nõ fecẽ feciſſe orbẽ hunc vt fabri ſua condũt artificiata. Nanq; iſti ex ſubacta materia fabrefaciũt, at Deus nõ ex ſubacta materia, quia huius ope indigens nõ erat. At vero quale quale, hoc fuerit, ipſe Theodoretus viderit, Ariſt. ſcio nõ ita intellexiſſe Platonem. Nãq; ſi nõ ex materia ſubdita Deus apud Platonẽ formauit orbẽ, igitur ex nihilo, hoc tamen deteruit philoſophãtes omnes, quicquã ex nihilo fieri. Et rurſum vt Plato ex chao arbitratur mũdum à Deo opifice formatum, ſi non ex materia formatus eſt orbis? Quanuis ſi vera narraſſet Theodoretus, prõpta eſt opificis vigoris infinitas, ſi ex nihilo cuncta formauit, id quod catholicorum eſt fides.

Theodoretus Platonẽ pie intelligit.

Mundus nõ ex materia cõditus Platoni.

Non ſtatur Theodoreto.

¶ Porrò autẽ poſtquã iam ſatis ſtylo philoſophico luſimus, ſupereſt ex proprijs iam diſſerere: ideſt ex ſacris oraculis, quæ facile ſuperant omnẽ vim argumẽtorum ex philoſophis quãlibet acerrimis petitorũ, ſuppetũt autem non pauca, quæ hoc colligant. Nanq; quod primus ille librorũ ſacrorũ demõſtrat in exordio hoc proculdubio conuincit diuinam infinitatẽ. In principio ait, creauit Deus cœlum, & terrã, at rogitabis, quid eſt hoc in principio? vtiq; quod ante cœlum, & terram nihil conditũ erat, quia ante hęc nihil erat, igitur ex nihilo, fecit cœlũ, & terrã, hoc autem atteſtatur impendiò diuini vigoris infinitati. At dices quãquam nihil conditum ante hæc erat: porro materia erat ante hæc non condita, ſed Deo coæua, at equidẽ ſuperuacanea erat ab æterno formarũ expers, quod ſi cœlum, & terra, quæ materiam ſuperant nobilitate, non fuerũt Deo coæua, cur materia erit hac dote coæternitatis nobilitanda, vt illam nobilitauit Plato? Clarè videre non poſſum.

Diciſio. q. Theologica

Gene. 1.

Contra Platonem tradentem materiã coæuã Deo.

¶ Porrò ad Rom. 9. etiã legimus, volũtati eius quis reſiſtet? id quod ex Eſaia decerpſit Paulus. c. 45. Eſt igitur diuina voluntas vigoris infiniti, quia illi neminẽ poſſe repugnare perinde eſt, atq; ſi dicas quod illa quidquid volet faciet, & egregius ille Cytharedus fideliter cecinnit, Deus autẽ noſter in cœlis omnia quæcũq; voluit fecit: in cœlo & in terra, &. 2. Machabęorum. 7. illuſtris illa mulier ex ſeptẽplici martyrio, filios animabat ad martyrij

Loci ſacri diuinum vigoremin finitum oſtendẽtes.

tyrij palmã: & inter exhortaria verba, Deum cælũ atq; terrã ex nihilo cõdidiſſe cõmemorat, id q̃ vt dudũ aiebamus, ſummopere attẽdatur diuini vigoris infinitati. Nanq; diuina actio vt à nullo pendet, ita à nullo etiã termi nari poteſt: ideoq; ex vi illimitata procedit.

Notanda quæ. Luc. 2.

¶ Cæterũ eſt idonea quæ tractetur quæſtio, cur Deus dicendus ſit omnipotens? Et quidem eſt omnipotens, quia apud Deum non eſt impoſsibile omne verbum, ideſt vniuerſa poſsibilia Deo ſunt ſubdita, obſeruabis enim poſſibile illud eſſe quod Deo ſubditur: impoſſibile autem quod Deo non ſubditur. Itaq; vtrunq; diuinã reſpicit potẽtiã, & poſſibile, & impoſſibile: niſi quod illud affirmatiuè, hoc vero negatiuè. Ideoq; etiã ſi dixeris, hoc vel illud eſſe impoſſibile, vt Deũ alterũ facere Deũ, aut quod creaturæ à Deo nõ pẽdeant, nihil demis de diuina omnipotentia.

Poſſibile quid & impoſsibile.

Siquidẽ eatenus eſt impoſſibile, quia Deo nõ ſubditur vt fiat, quia ſcilicet Dei fugit omnipotẽtiam, idcirco eſt impoſſibile. Eſt autem attentè conſiderandum, geminum eſſe poſſibile, alterum ſanè quod eſt poſſibile ſecũdũ naturæ vires, aliud vero quod ſimpliciter eſt poſſibile. Nanque pleraq; ſunt quæ ſeſe eximunt à naturæ facultate, vt ſolis ſtatus ille, quem ſcriptura commemorat ſub æuo Ioſue aut ſub Ezechia rege, qui diuinam non ſuperabant potentiam: vt reſurrectio etiam mortuorum, quam naturæ vires omnes præſtare nequeunt, Deo ſanè eſt quã promptiſsima.

Ioſue ca. 10. Eſa. cap. 38.

Proloquiũ Theologorum.

Vnde & abijt in proloquium Theologorũ quidquid non implicat contradictionẽ, Deo eſſe poſſibile. Illud autẽ implicans eſt cõtradictionem, quod ſe ipſum ſoluit. Vt ſi dixeris hominẽ eſſe irrationalẽ, quod igitur iſtius modi eſt, Deo non ſubditur: quia eius operatio eſt eiuſdem euerſio. Nam ſi dixeris hominem eſſe irrationalem, cõtinuo conſequitur non eſſe hominem. Memini autem cum ego Salmanticæ Theologicum obirem munus Theologiam docendi, & tẽporis proloquiũ hoc quod enarrauimus, à quodam monacho primariam functionem docendi Theologiã exercente eſſe reiectum, tanquã falſum. Aiebat enim multa eſſe quæ non inuoluunt contradictionẽ, quæ alioqui erãt Deo impoſſibilia, vt quod pater in diuinis generet alterum à genito filium, aut quod filius alium filium, aut quod Spiritus ſanctus aliũ ſpiret paracletum: & hoc genus alia. Quare corrigendã cenſebat Maximam theologicam, & ad hanc normam efferẽdam quidquid non repugnat intellectui, eſt Deo poſſibile: & contra quod repugnat intellectui, Deo non ſubeſſe. Ego vero non acquieſco huic moderationi, imo proloquium Theologicum iam prædictum arbitror eſſe quam veriſsimum: & cenſuram prædictam eſſe ſuperfluam.

Proloquiũ Theologicũ excutitur quidquid implicat contradictionẽ non eſt Deo poſſibile eſt

¶ Et primo quidem eſt vetuſtate venerandum hoc proloquiũ, etenim. S. Tho. illud recipit. 1. p. quæſt. 25. articul. 3. & Bonauentura hac diſt. & Durãdus, & ne in multa vagemur calculo communi Theologorũ probatũ eſt proloquiũ hoc. Et certè re attentè expenſa, rem hanc prædictus frater non æquabiliter expendebat. Etenim creatus intellectus non eſt cauſa rerum, neque mẽſura: imo cõtra res ſunt menſura noſtræ ſcientiæ, vt latè diſt. 35. diſſertum eſt. Quamobrem non ex eo eſt impoſſibile quidpiã, quia intellectui noſtro repugnat, imo contra ex eo intellectui noſtro repugnabit, q̃a illud eſt impoſſibile. Adhęc pleraque multa ſunt quæ intellectui noſtro repugnant, quæ alioqui Deo ſunt poſſibilia, an nõ repugnat intellectui noſtro quod corpus Ieſu Chriſti magnum, ſit contentum exiguo Euchariſtiæ locamento? aut quod in pũcto vno, intactis medijs non deſerens cœlorũ (quos tenet vertices) ſub Euchariſtia ſe cõdat Chriſtus? Et cætera alia innumera quæ Deo ſubſunt, vt catholica fides tradit. Et quędam præter hæc apud quoſdam repugnantia cenſentur, quæ ab alijs nõ iudicantur talia, cum ergo tanta ſit intellectuũ, & cõceptuũ varietas, quo modo obſecro rectè iudicare licebit, ſi repugnant aut non repugnant intellectui noſtro: vt inde colligas tanquam axioma certiſsimum, quod repugnat intellectui noſtro Deus exhibere nequit? probè igitur fecerim? ſi annotemus cum Bonauentura hoc loco impoſſibile quadrifariã vſurpandũ, eſt enim impoſſibile ſecũdũ naturę vires, vt quod virgo pariat, eſt aliud impoſſibile, ſecũdum locum quod repugnat intellectui noſtro, vt q̃d magnum & vaſtũ corpus ſit in paruo corpore, & eſt impoſſibile ſecũdũ tẽpus, vt quod præteritũ nõ prẽterierit, & eſt impoſſibile, ſecũdũ illuſtrationẽ diuinæ mentis, vt quod idem ſit & nõ ſit: atq; ex numero iſtorũ impoſſibiliũ primũ atq; ſecundũ Deo ſubdit Bonauentura, & rectè, etiã ſi repugnans ſit noſtro intellectui (ipſo autore) ſecũdũ impoſſibile: at vero tertiũ & quartũ impoſſibile, à diuina potẽtate ſeſe ſubducũt: etiãſi de tertio impoſſibili, nõ eſt concors vnanimiſq; Theologorum conſenſus: quartũ vero ex pleniſsimo omniũ

Cẽſura Frãciſci à Victoria ſuperflua et falſa.

Obſerua diligenter.

Theologicũ axioma diſſeritur.

Impoſſibile quatuor modis accipitur.

calculo Deo non subest, nanque apertam habet repugnantiam, idem esse simul atq; non esse. At vero est aliud impossibile, quod non ita euidentem præsefert repugnantiam: at inuolutam illam condit, vt quod creatura sit impendens à Deo, aut quod homo sit irrationalis: & hoc genus alia impossibilia, etiam subterfugiunt diuinas vires. Quædam denique quæ videntur contradictionem inuoluere, & repugnantiam, quæ tamen re vera non inuoluunt, vt visum fuit philosophis esse intellectui repugnans, aliquid ex nihilo fieri: & videtur Thom. repugnans, materiam esse sine forma, & visum est Henrico Gandensi quodlib. 7. repugnãs creaturam esse ab æterno, vt quibusdam etiam videtur repugnans, cum re creaturam posse creare, etiamnum Dei dono. Quæ tamen vniuersa ab alijs non censentur cum re ipsa pugnare. Quamobrẽ inconcussa sit proloquij veritas, quidquid implicat verè contradictionem Deo nõ subest, nam siue iudicetur implicare siue non iudicetur, nihil tua interfit, modo verè implicet. Iuxta quem ritum dices omnia quæ non implicant contradictionem Deo subesse. Quod ergo pater Deus non posit duos ex substantia sua habere filios, etsi nos lateat eiusdem implicatio, vtique implicat verè. Et vt mysterium sanctæ triadis superat naturam nostram ita quoque hanc deducere implicationẽ nequimus. Et re vera implicatio hæc est, quod esset Deus pater, & nõ esset pater, at hæc incuidens est.

Ex alumnorum & Thomæ concordi placito repugnans est esse materiam absque societate formæ.

Arg. Resp. ¶ Superest iam ne longiusculè quam par est abducamus disputationem, argumẽtis in exordio disputationis huius obiectis respondere, & primo dicito, operationem nullam esse, quam cernamus infinitam, etenim facere aliquid ex nihilo operatio est inuisibilis: solumq; ex fide tenetur: cæterum Aristotel. ex duratione infinita vniuersi, rem hanc sibi persuasit, vt iam commonefecimus. At hanc operationem Theologia catholicorum non recipit, ideoque si non ex operatione, ex alijs colligere licet Dei infinitum vigorem, quæ supra retulimus. Et prudenter Albertus magnus. lib. de processu vniuersitatis, tractatu. 3. multa congregans quæ huic instituto existimauit deseruire, vnum tamen prætulit cæteris, vnde probatũ habet Dei infinitũ vigorẽ & illud est Deũ esse principium omnium, & indepẽdens, & est ipsum esse, ideoque omnes perfectiones simpliciter tales, ad se vocat & trahit, omnemque potestatem.

Nouũ argumentum colligendo uigorem infinitũ Dei.

¶ At ais, si Deus est infiniti vigoris, igitur creata omnia immẽso tramite distãt ab hoc infinito: & ideo perfectio rerum non poterit desumi per accessum ad hoc principium. Porrò respondebo tibi Deum esse sanè infiniti vigoris, cæterum vigor hic participatur à creaturis finitè, & plus vel minꝰ, primo de cœlo text. 100. alijs contingit diuinitatis participium clarius, alijs obscurius, ideo quædam accedunt magis, alia minus.

¶ Secundò dicito cum Auerroe vbi supra finitum quodam esse duratione, aliud vero virtute, itidemque infinitum, cœli igitur motus est sanè finitus secundum indiuiduũ, quãquam ex specie est infinitus, cuius tamen infinita replicatio infinitati attestatur, vt prædiximus: at cœlum est secundum indiuiduũ, infinitum est duratione: & finitum virtute, cæterum ex infinitate cœlesti Aristotel. colligit infinitatem motoris: nos vero ex alijs duximus catholicè colligendam.

Ad. 2.

Motus cœli in indiuiduo est finitus in specie infinitus.

¶ Tertiò vero argumento respondent à me differta in decisione quæst. quapropter ampliori super sedebo responsione.

Ad. 3.

¶ Annectẽda præterea est istis commoda quæstio, alia vt interfit inter potentiam Dei ordinatam, vel ordinariam, & absolutam. Et plana est responsio ex celebri decreto Theologorum diuinam potentiam esse ordinariam, & absolutam, illa sanè est quæ præscriptam seruat legem, siue naturalem siue scriptam: & ex ordine quem obseruat, sibi conciliauit nomen: hæc vero ex ordine non est potestas, sed præter greditur ordinem à Deo taxatum, vt virginis partus, solis quies, mortuorum resurrectio, & hoc genus alia. Hæc autem deductio diuinæ potentiæ non est insolẽs diuinis scriptis. Habes nanq; Marci. 6. & ipse non poterat virtutem vllam facere propter incredulitatem illorum, quid est non poterat? Sanè absolutè poterat, at ex ordine præscripto non poterat: quale illud quoque est Matth. 26. An putas quia non possum rogare patrem, & ipse exhibebit mihi plusquam duodecim legiones angelorum? Poterat equidem Christus patrem rogare ex potentia absoluta, non tamen ex ordine iam cõstituto à Deo, & alia sexcenta colligere poteris si iuuat, quæ huic instituto consentiant. Adhæc Augusti. 9. super Genesim capit. 26. astipulatur istis, tradit enim quædam Deum præstare iuxta ordinem sancitum in causis secundis, alia vero secundum quod ex sua voluntate dispoſuit, vt quod asina Balaam humana

Annexa quæ de discrimine potentiæ ordinatæ et absolutæ.

Potentia ordinaria et absoluta ex diuinis deducitur literis.

Num. 22.

mana formaret verba, istud non est ex ordinaria potestate, sed ex absoluta, vt cætera omnia miracula, quæ Deus secundum dispē sationem sui conditissimi consilij visibus humanis visenda exhibuit. Porrò autem non arbitreris Duas esse in Deo has potentias, est nāque vna & simplicissima potestas, duo adepta nomina propter varios ad creaturas respectus. Hinc iam disces, Deum ex ordinaria potestate, non posse præstare mundum meliorem sub iudicij die qui tamen melior tum fiet, vt Petrus docet. 2. Petri. 1. Et Esai. 65. & Apocalysis. 22. Ecce ego creo cœlos nouos. Verū tamē melius vniuersū quā hoc posse facere Deum ex multiplici pendet sensu. Primo si potest hoc vniuersum melius reddi secundū accidentarias qualitates, & hoc inconcusse tene, executioni mandandū à Deo, sub iudicij die: alter sensus est, an possit secūdum essentiam hoc vniuersum à Deo melius effici & hic sensus falsus est. Nanq; implicat idem fieri secundū essentiam melius seipso. Nam si homo est melior se ipso secundū essentiam, iam est noua essentia alia à condita essentia, quod si sunt duæ essentiæ, prior non est eadē quæ erat. At vero. 3. sensus est, num Deus potest facere aliud vniuersum melius secundum essentiam, quā istud cōditū, & dubio procul potest ex potentia absoluta, & qui hoc condidit potuit aliud cō didisse multo melius essentialiter, quam sit hoc conditū. At vero nō condidit, quia hoc quale est condidisse satis illi visum est ad ostensionem suæ virtutis, atque sapientiæ.

Excutit si potuit melius fieri, quod factum est.

Errata quorundam.

¶ Fuere tamē quidam ex hæretica classe, qui spiritu diabolico imbuti, ausu temerario non formidauerunt diuinā lędere potestatē. Asseruit nanque Petrus Alebardus vel Abailardus & Vuicleph idē sapuit Deū nihil posse facere prēter ea quæ fecit, facit & facturus est. Et quidquid has tēporis differētias egredi tur, impossibile Deo esse existimant: vt commemorat Thomas Vualdensis lib. 1. de antiquitate fidei à cap. 11. vsque ad cap. 16. Et ca uillosa texuerunt argumenta quæ hoc confi cerent. Primū est, etenim si aliquod est possi bile quod non erit, cur ergo illud Deus nō faciet? nūquod inuidus? num quod impotens? at Deus inuidiæ facibus non deuritur, neque impotentiæ defectu laborat, ergo illud quod nō erit, aut fuit, aut est, est impossibile. 2. quia si possibile nō erit, diuina non fruitur prouidē tia, at si possibile est ponatur inesse, iam tum erit, & citra diuinam prouidentiam, id quod absurdum est. Porrò autē, hæresis hæc, à diuinis non semel confunditur literis, Marci enim. 6. legimus Dominum Iesum non potuisse miracula præstare, propter incredulitatem conterraneorū, igitur si conterranei fuissent credentes miraculis illustrarentur, ergo possibile erat, quod futurum nō erat. Vt Matthæi. 26. se posse rogare patrem testatur Dominus, vt exhiberet plusquam. 12. legiones angelorum, at non rogauit, quod poterat rogare. Et Matthæi. 11. Dolet dominus infidelitatem chorozaitarū, & Bethsaidarū, ait enim si quæ circa hos miracula gesta fuere donarē tur Tyrijs & Sydonijs, isti iam olim in cilicio & cinere, pœnitentiā egissent, igitur aliquod erat possibile, quod tamen factū non est, erat nāq; possibile Tyrios & Sydonios pœnitudine affici suorum dilectorum, si miraculorum Christi gloria apud illos rutilasset, quæ alioqui non rutilauit. Et rursum Ioann. 10. dominus se potestatem habere fatetur, deponendi animam, & resumendi eandem, ideſt poterat mori, & poterat non mori. Et primus parens Adam poterat non mori, si ex arbore vetita non gustaret: at vero hoc nō successit. Adhęc Deus antequam mundum hunc condidisset poterat non condere, at vero condidit, aut dicat hæreticus (si libet nugari) Deum necessario mundū condidisse, tū obsecro quæ illi habendæ grates essent, si necessario cuncta edidisset. Et rursum contingentia rerū planè hac vesania aufertur. Etenim hic peccabit verbi causa, iam exigam num potest non peccare? an non? si potest non peccare, & peccabit, ergo possibile est aliquod quod futurū non est, sin vero non potest non peccare, necessario ergo peccat, igitur non peccat, quia voluntarie non peccat, siquidem necessario peccat. Itidē colliges de actibus studiosis, & isti dialecticam totam peruertunt. Nanque dialecticis est confessum alias esse propositiones possibiles, alias de futuro, at hæretici isti nō agnoscunt differētiam hanc, quam sana Aristi. dialectica vocibus concrepat: & dialecticorum, atque philosophorum calculis comprobatur indubitanter. Quare iustissimè hos ridet hæreticos, Vgo de Sancto Victore lib. de Sacramentis: ideo non est quod multis stylū acuamus, in hos vecordes homines: qui amantes dogmata venenata illa, quæ docent non esse liberum arbitrium, cūctaque necessario euenire, in præcipitia sede derunt exitialia: indicatum Tho. lege si lubet loco prænotato. Et demum hęresis hæc fuit euersa aB. Bernardo dogmate.

Multa denarrantur possibilia quæ actu nunquā erunt.

Modales aliæ de possibili aliæ de necessario, aliæ de contingenti.

Contra Petrum istum Abailardū Synodus in Gallia coacta est apud Senones & inibi de sua hæresi conuictus fuit lege Prateolum de sectis in litera. P. Eliditur Vuicleph.

Petr⁹ Abailardus resipuit, & sua retractauit

do, & in Concilio Senonēsi in Gallia. Et hic Petrus melius sapiens, resipuit ab hæresi, & monasticam vitam amans, solitariam coluit disciplinam cum paucis discipulis sanctissimè degens, vt Platina est author.

DISTINCTIO 42.43.&.44. Disputatio. 2. Num Deus præterita reuocare poterit, vt non sint præterita.

Argum. 1. ET videbitur alicui forsitam hoc Deo subesse: etenim quidquid potuit ab æterno Deus potest modo: eius nanque potestas temporum decursu non augetur, neque imminuitur: at vero potuit ab æterno facere Adā non fuisse igitur poterit modo idē facere, igitur poterit præterita reuocare vt non sint præterita.

2. Argum. ¶ Secundò poterit facere futura non fore, & præsentia non esse, ergo præterita poterit facere non fuisse, probabis collectionem ex rationis paritate, quæ ista videntur gaudere.

3. Argum. ¶ Tertiò Deus præsciuit Antichristum fore, & potest non præsciuisse, igitur præterita poterit reuocare, minorem habebis, si consideras, Deum posse modo velle non futurum Antichristum, si potest hoc, ergo poterit Antichristus non fore, si poterit non fore, poterit non præsciri futurus, igitur præterita poterit Deus reuocare.

4. Argum. ¶ Adhæc Deus mulierem corruptam, integritati carnis pristinæ restituere potest, igitur præterita poterit reuocare.

Argumētū in diuersum ¶ Contrariam vero partem tuetur verbū Augustin. contra Faustum lib. 26. cap. 5. quo loco tradidit Deum non posse sententiam veram facere falsam, id quod non de futuris intellexit, aut præsentibus (quæ Deo subsunt, vt ex veris illa reddat falsa) sed de necessarijs, quale hoc est Adam fuisse, aut mundum conditum fuisse, huiusmodique alijs, veris quæ Deus non potest facere falsa, ergo neque præterita reuocare vt non fuerint præterita.

¶ Quæstio hæc non tantum habet vtilitatis, quantum habet curiositatis, cæterum non propterea damnanda: quippe non est noxia curiositas huius disputationis, quæ tamen ad vtramlibet partē habet assertores. Affirmatiuam asserunt & antiqui, vt Gilbertus Porretanus, & Guilihelmus Altisiodorensis, & recentiores, vt Gregorius Ariminensis, & non nulli alij, quibus probatum est Deo subesse præterita reuocare, ne sint præterita. Existimant nanque nihil latere cōtradictionis in huiusmodi facto. Etenim si dixeris Deus faciat Adam non fuisse, iam nō fuit, & fuit, igitur fuit, & non fuit, respondent esse petitorij principij argumentum hoc. Etenim reuocante Deo præterita illa nunquam fuerunt. Porrò autem re vera vix est intelligibile hoc placitum, nā si possibile autumas Deoque subesse Adā non fuisse, sit ita Adam non fuisse, iā quærā à te, nū Deus scit modo Adā nō fuisse, an nescit, si scit Adā fuisse, igitur fuit Adā, & ex tua cōcessione non fuit, ergo contradictio prompta est: si dixeris Deum nescire Adam fuisse ex hypothesi, quod iam Deo operāte Adā non fuerit, iā colligo num verū est hoc Adā fuit, an falsū si verū est, ergo Adā fuit, & nō fuit per te, sin falsum, quomodo ergo fecit Deus ex præterito non præteritum, si tu asseris nunquā fuisse præteritum, equidem hoc mentem fugit.

¶ Adhæc si facere Deus potest ex præterito non præteritum, vt faciet obsecro? nūquid subtrahendo suum influxum? aut elargiendo eūdem, neutrum horum, quia præteritū nihil est iam: & si facit non præteritum esse Deus adhuc (vt sic dixerim) fit magis nihil: adhoc autem vt sit magis nihil, non est necesse Deū influere quicquam, aut subducere influxum quia ad nihil est hæc subductio opportuna.

Argumēta contra Gregorium & alios. ¶ Adde istis quod est, quando est, necesse est esse: & Deus hoc præstare nequit, vt id quod est, quando est non sit, ergo neque præteritū poterit facere nō fuisse. At vero quia quæstio hæc si diutius differatur intricatior redditur, illā cum Hieronymo finiamus ad Eustochium & in comm. Amos prophetę, te stante, Deum nō posse facere mulierem corruptam nunquā fuisse corruptam. Et Aristo. 6. Ethico. cap. 2. Agathonem in eandē vocat sententiam, qui tradebat Deum hoc vno priuari vt facta quæ sunt infecta reddat.

Responsio argumētorū ¶ Argumentis igitur primū obiectis respō debis, primo quidem dices Deū olim potuisse Adam non edere, vt cætera vniuersa, at vero rebus editis suæ potestati non subiacet illa facere infecta: quia cōtradictionem inuoluit quod factum est infectū fieri: quod enim sit factum, & quod idem sit infectum, repugnātiam præsefert: negabis tamen consequentiā ergo impotētior est modo quā olim: etenim hoc nihil dēmit ex diuina potestate. Etenim hoc fieri non potest, non vicio omnipotētiæ Dei: at quia res illud ferre nō potest, est enim infactibile, vt neque facto verbi causa homine non

Placita authorum in partē affir- matiuā quæstionis.

Quædā implicantia cō tradictionē recensentur

ne non potest eundē hominē meliorē Deus reddere se cūdū essentiā:quia implicatio est, vt neq; facta creatura poterit facere creaturam liberā à diuina iurisdictione:quippe implicat creaturā esse liberā à diuina subiectione:ita quoq; factis rebus non potest facere illas infectas fuisse,lege Tho.1.p.q.25.art.5.qui etiā hoc quod amplectimur amat placitum.

Ad.2.argu. ¶Secūdò dicito latū esse discrimen inter futura, & præterita, nā illa nondū extitere, sed impotētia sunt vt fiant,& possum impediri quominus fiant:sermo enim de contingentibus est:at vero præterita iā non sunt in potentia agentis,ideo impediri nequeūt quo minus fuerint. Præsentia vero quando sunt, necessario sunt tradente Arist. in lib.perihermenias,at vero possunt nō esse quia contingenter sunt. Potest enim Deus suspendere influxum illa conseruantem: & collabētur statim,sub audi contingēter sunt, idest nihil implicat contradictionis illa non esse, si Deus volet illa nō esse.¶Tertiò dices præscientiā diuinorū,de futuris contingentibus, includere actū diuinæ voluntatis, quæ necessaria nō est,circa rerū productionē:quippe ex placito suæ voluntatis res futuras deducit ad esse. Quāobrem hæc præscientia necessaria non est nisi ex sensu hypotetico:aut cōposito: at præteritio rerū diuinæ voluntatis actū hunc non includit:ideo præteritio rerū est necessaria,nō tamen præscientia,de qua tamen re fusiorē habuit tractatū dist.40.&.41.¶Demū vltimū argumentū hac donandū est responsione, Deo subesse mulierē corruptā à viro integritati pristinæ restituere, at illi non subest,hoc præstare vt mulier corrupta nunquam fuerit corrupta.

Quomodo præsentiacō tingenter sunt & necessario sūt sub tempore quo sunt.

Soluitur ar. tertium argumentum.

Contingentium præscientia Dei est necessaria ex hypothesi.

Quarti arg. solutio.

dit:at vero dominus, ait, Samueli audi vocē eorum:videlicet de petendo, & creando regē, igitur gratum Deo fuit illud peccatum. Et rursum.1.Reg.12.declinantibus. 10. tribus iurisdictionem regiam Roboam,& se tra ducentibus in iurisdictionem Ieroboam,pro hibuit dominus ne tribus Iuda,pugnaret cōtra.10.tribus alias, vt se restitueret Roboam in ius regni:& Semeyas ex domini spiritu,vetuit pugnam hanc,quia discessio.10.tribuum illa,ex domini erat voluntate:à me,inquit factum est verbum hoc.Porrò discessio huiusmodi peccatum erat.

Argu.2. *2.Paral.11.*

¶Tertiò dominus mandat Abrahæ filij sui Isaac videlicet immolationem, at occidere filium crimen erat Gene.22. *Argum.3.*

¶Adhæc liber iudicum ostendit Sansonem petiuisse à Domino, vt ipse esset suicida pariterque phylistinorum homicida, & adeptus est, lege ca.16. Vt Iepte suam filiam immolationi deuouit, & illam Deus illi obtulit immolandam.Iud.11. Et. 3. Regum. 22. dæmoni imperat Deus vt decipiat Achaz, at vero deceptio illa malum erat. Et istis accedat quod Esai.13. legimus dominum præcepisse gentibus.1.Medis,& Persis excidium Babylonicum, id quod Tyrannicum fuit, & sepæ aliàs legimus Deū præcepisse Chaldęis excidium Hierosolymitanum,quod tamen scelus fuit,igitur Deo grata sunt peccata,siquidem ab ipso præcepta. *Argu.4.* *Argu.5.*

¶Quibus omnibus accedat ratio hæc,aut Deus est nolens peccata fieri,aut vult,aut neq; volēs est neq; nolēs,sed habet se negatiuè si vult hoc intendūt argumēta exposita,si nolens est,& fiunt nihilominus peccata,igitur Deus infirmus est, quo nolente etiamnū peccata admittuntur,si autem negatiuè segerit, ergo non alio modo segerit, quam lapis, qui negatiuè se habet circa peccata. Dices forsitam Deus permittit peccata fieri, neque volens tamen,neque nolens, obijciam tibi si permittit, ergo vult,probo consequentiā ex Augustin.in Enchyridio cap.95. non fit aliquid nisi quod omnipotens fieri velit, vel sinendo vt fiat, vel ipse faciendo, igitur sinere peccati admissionem,est velle peccatum fieri:vnde & Magister distin.45.idem commorat,à quo permissio Dei voluntas appellatur.¶Disputatio hæc in dubitatam habet responsionem, Deum non esse peccati authorem:peccataque esse Deo ingrata.Quam scripta sacra nunquam non testantur Apocalypsis.2.odisti facta Nicolaitarum. Et eccle- *Argum.6.*

Deus nō est autor peccati nā iniustè puniret si ipse faceret.

DISTINCTIO 45.46.47.&.48. Quarum initia

Iam de voluntate Dei aliquid. Hic oritur quæstio. Voluntas quippe Dei. Sciendum quoque est.

Disputatio prima, Num peccata à Deo sunt volita.

Argu.1. ET videbitur fortasis alicui peccata esse à Deo volita,legim⁹. n. 1.Regum.8. Israelitas petisse regem,quæ petitio quantum noxę seu culpæ habuerit,ipsa regum historia ostē-

fiastici.12.odio habet peccatores altissimus.

Obserua scripturæ phrasim. Aliquando autem actu positiuo exprimitur ex diuinis oraculis quã Deo sint ingrata peccata, vt testimonia sacra, quæ retulimus, aperta voce indicant. Nam odium gerere contra peccata actus est affirmatiuus, nonnunquam autem non actu affirmatiuo, at negatione eã dem rem exponit sermo sacer: vt psalmus, inquit, Nõ Deus volens iniquitatem tu es. Nã non velle negationis est, vt odire affirmationis est. Odisti, ait, operantes iniquitatem. Cę terum testimonia sacra quæ odium proferũt diuinum peccatorum, sunt intelligẽda ex negatione, ideſt, Deus non amat peccata. Etenim si nolet Deus fieri peccata, vtique nulla fierent: nam voluntati eius quis resistet? ad Rom.9. At vero scriptura, vt rem euidentorem ob oculos exhiberet, tradit Deo odio esse peccata. Et satis nobis est vt intelligamus, Deo nõ esse grata imo ingrata esse peccata, hoc vinũ Deũ torq̃re. s. peccatores vt pœnas luãt de malè factis: quæ tamẽ si illi placerẽt, nõ esset cur torquerẽtur. Adde si pecata Deo placerẽt, nõ essẽt sanè peccata cognominanda sed iusta potius opera. Etenim quod Deo placitum est, bonũ necessario est. Scripsit enim Aristotel.3.ethi. cap.4. voluntatem esse per se boni: at nostra voluntas sæpe est apparentis boni, & non veri boni. Diuina autem veri boni est, & nõ solum hoc verũ etiã ex eo bonum est quidpiam, quia à Deo amatur. Et non est sicut nos qui pendemus à bonitate rei, quando amamus: quippe non possumus rebus impartire bonitatem, nam vt nostra mens non est causa veritatis, ita neq; voluntas est causa bonitatis: secus autem diuina voluntas est, quæ est causa bonitatis, qua res potiuntur. Ex quibus planum tibi erit necessariã esse rei cõsequẽtiã, si Deus vult peccata peccata sũt bona, q̃ si bona sunt nõ sũt mala, quod si mala non sunt, igitur peccata non sunt. Iam supra de hac re non nihil meminimus, ideo super sedere nõ tædebit maiori tractatu. Et conclusio præhabita est contra Lutheranum dogma, & Caluini, & Osiandri, & Trinitariorum hæreticorum huius ævi, qui omnes ex vno pestifero ore fatentur Deum esse peccati authorem: & non verentur Dei blasphemare numen. Etenim si Deus est peccati author nullum est peccatum, quia quod Deus operatur bonum est, vidit enim cũcta quæ fecerat, & erant valde bona Genes.1. Et equidem hæretici isti Manicheis sunt multo peiores: Manichei enim mala seu peccata malo Deo tribuebãt, & bona, bono Deo. Lutheranum vero optimum Deum tradunt esse causam efficientem peccatorum, & non solum permisiuam. At vero Ecclesiasti. ca.15. legimus, Nemiẽ Deus mandauit impiè agere. Et locus hic solus maioris est veracitatis, qua phalãges Lutheranæ, quidquod stipatur maxima aliorũ sacrorum turba vt præmonuimus locorum.

Psalm. 118. *Quid sit qd Deus odio habeat peccata.*

Velle nostrum pẽdet in bonitate suã ãre uolita diuinum non item.

¶ Porrò autem obseruandum erit in peccato duo discernenda esse, & peccati substãtiã, & inordinationẽ vt in furto verbi causa, substantia est, si intra conditum sit, & nõ dũ extra se prõpsit, ipse animus tollendi aliena. Volitio nanque hæc substantia furti est. At si actus exterior est, substantia furti exterioris ipsa ablatio rei alienæ est. Hanc substãtiã, materiale in peccato vocitant, at inordinationem actus, formale culpæ vocare in vsu Theologis est. Est autem inordinatio hæc q̃ hæc ablatio rei alienæ est prohibita diuina lege, & est orbata diuino ordine, quia est cõtra diuinũ ordinẽ. Quod igitur substantia peccati est, ens est. Nãque ipsa volitio actus est volũtatis, & ipsa actio furãdi actio est, & in prædicamẽto actionis reponitur, vt cæterę actiones. Quãobrẽ si substãtia pecati est ens necessario bona est, nã ens, & bonũ in diuiso setenẽt cõplexu: ideoq; si bona est, à Deo volita est. Quippe effectus diuinitatis est: inordinatio autẽ q̃a aduersaria est diuinę legis mala est & à Deo non est: imo quia priuatio est, causam efficientẽ nõ habet: imo potius deficiẽtã. At non me fugit obiectio illa quæ circumfertur in scolis, & vulgata satis est Musæis Theologorũ, nã qui vult argutãtur Theologi, antecedens, vt velit consequens quod ex illo necessario cõsequitur, est necesse: at vero ex substãtia peccati cõsequia est inordinatio eiusdẽ, igitur Deus si vult substantiã peccati, cõficitur & inordinationẽ etiã volitam esse à Deo. Est autẽ aduertendũ, & obseruandũ nõ indiligenter, duo quæ diximus, peccato adesse, quę erãt substantia peccati & inordinatio, hæc autẽ si inuicẽ cõferantur inordinationẽ reperies nõ esse intrinsecã substantiæ peccati. Etenim substantia peccati bona est, quippe quæ ens est: at vero inordinatio mala est, & malicia est, cæterũ malicia non est intrinseca alicui bono. Etenim intelligere valemus bonũ sine malo, igitur nullũ malũ est intrinsecũ alicui bono, inordinatio igitur quæ est malicia quædã, nõ erit essentialis substantiæ peccati. Et rursum forma nõ est de essentia materiæ

Lege Tho. 12.q.7.ar.6. & 72.ar.2. Lutheranꝰ Caluinus Osiander arguuntur.

Duo considerãda in peccato & materiale & formale.

Obserua hæc de substantia peccati & inordinatione.

materiæ, igitur cū inordinatio sit forma culpæ, nō est essentialis substantiæ peccati, quæ est peccati materia. Vnde vt priuatio visus nō est de substātia oculi, sed tantū est cæcitatis ratio, ita etiā inordinatio nō est essentialis substātię peccati. At vero scio occinnes mihi, equid nōne quædā sunt peccata quæ sunt intrinsicè mala? igitur inordinatio, seu malicia est intrinseca illis. Quāobrē alta reponito mente, aliā esse habendā rationē, adulterij, furti, homicidij, & aliorū hoc genus criminū, quæ intrinsicè mala esse Arist. tradidit, aliam vero rationē oportebit habere substantiæ horū seorsum, & inordinationis seorsum. Nanque adulteriū & cōmemorata alia, ipsa sanè sunt intrinsecē mala. Quippe habent intraneā maliciā, quā nō possunt deponere. Nanq; etiāsi Aegyptij tulerūt Aegyptiacas opes, at hæc ablatio nō fuit iniusta, ideoq; furtū non fuit. Quod est ablatio rei alienæ iniusta. Deo namque iubente illa Aegyptiæ substantiæ spoliatio iustissima erat, vt quod Oseas vates, fornicariā sibi copularet mulierē, nō fuit adulteriū, aut fornicarius coitus. Nanq; coitus fornicarius est iniust⁹ coitus. Porrò à Domino præceptus coitus eū quauis fœmina iustus est, igitur adulteriū & furtū, & alia hoc genus non possunt benè fieri, & intrinsecā habent iniquitatē: non ratione substātię actus, quæ cum bona sit, ipsa non impartit maliciā peccato: sed ex inordinatione illud proficiscitur, qđ peccatū sit intraneā habēs iniquitatē. Nā vt cæcus intelligi nequit citrā priuationē, cæteraq; priuatiua, itaq; nec peccata huiusmodi possunt intelligi quod sint non peccata, aut fiant inculpabiliter. At vero substātia peccati intelligi potest sine inordinatione, siquidē substātia peccati per se est intelligibilis, quippe quæ est affirmatio, at vero inordinatio est intelligibilis per accidēs, quia priuatio est vt Arist. te docebit. 3. de anima, & non solum intelligi potest substantia peccati sine inordinatione, quin etiā quod mireris vehementius & amari, nā peccatores peccando volunt sanè frui substantia peccati, & nolent inordinationē, quia volent sine peccato frui peccato: id quod etiā si impossibile est, voluntas tamē est impossibilium. Quæ si pendis argumentum propositū fuit. Nanque si nos hoc possumus ex intellectu, & voluntate, separare substantiam actus ab ipsa inordinatione, quid quod Deus idē præstare valeat? quāquā secundum rē cōnexa sunt substantia peccati, & eiusdem inordinatio: Deus ergo vult substantiā peccati, nō tamen vult inordinationē eiusdē: vnde planū tibi est nō esse verū quod assumpsit argumentū, qui vult antecedens, vt velit consequens est necesse. Quidquod apud nos sæpe accidit volito antecedente consequens odio haberi, etiam si necessaria sit consequentia, quotusquisq; nanque peccatorū est qui gehennæ supplicia amet? quæ tamen ex crimine quod amat pendula (vt ita dixerim) sunt. Porrò autem vt enodatura hæc tibi donemus, adhuc impetenda sunt argumētis quibusdam. Et primo argutabitur argutulus aliquis, si Deus vult peccati substantiam, ergo cogitur homo ad peccatum, probabitque collectionem, nam Deo volente substantiā peccati, homo non potest non velle eandem substantiam, nanque vt colligit Mag. d. 37. diuina voluntas semper efficax est, ideoque frustrari nequit.

¶ Secundò Deus vult omnes homines saluos fieri author est Paul. 1. ad Tim. 2. vt ergo hæc se inuicem patientur, & quod velit peccatum, quantum ad materiale, & quod velit hominis salutem.

¶ Tertiò ex scripturis hæc vulgata Museis Theologicis, distinctio de substantia peccati, & eiusdē inordinatione non constat, quandoquidem planè scriptura testatur Deū odio habere peccata, nihil distinguens.

¶ Quartò si Deus vult substantiam peccati, & substantia peccati est peccatum, ergo Deus vult peccatum, reclamante scripturæ diuinæ authoritate. Veruntamen ne hæc argumēta te conturbent illa discutiam tui gratia. Et primum equidem argumentum vnū est, quod inuoluit quod cōtrouertūt Theologorum nonnulli, an diuinus concursus, qui impenditur peccatoribus sit præueniens, an cōcomitās? Nam Deo non cōcurrente, nullius creatura compos est operationis, ideoq; qualis concursus sit hic, vertitur in dubium, nū est præueniens peccatorē, aut cōcomitās, aut subsequens. Atqui de cooperatione diuina, quæ iustificationem nobis conciliat, nihil est quod hæsitetur, extra aleā nanque catholici iudicij est illam esse præuenientem: testāte salutis authore, Nemo venit ad me nisi pāter meus traxerit eum. Cęterum de concursu ad peccatū sunt ex Theologorum classe nōnulli, vt Almainus in moralibus suis. q. de voluntario ex Dionysij sententia, in. 2. sentētiarum; qui cōcursum hunc esse de cōcomitanti existimat, nam formidantisti Theologi ne fateantur liberum arbitrium cogendū so-

Obseruandum dubiū & plurimū annotanda eiusdem solutio.

Considerasse dulo et scito discernere substantiam peccati seorsum ab ipso peccato.

Peccatores uollunt inordinationem amādo alio qui peccati substantiam

Moderatur maxima cōmunis.

Notabis hec argumēta.

Ad primū.

Diuinus cōcursus, an præuius sit, an concomitans.

Almain. & Dionysij placitum de concursu Dei ad peccatum.

re ex præueniente concursu, ideo concomitatem asseruerunt esse: etsi Almain non fixū habet de hac re decretū. Porrò mirādū equidē est, cur isti adhunc modū Theologizent? Quādo cōcedere eos oportet gratiā esse præuenientē, quæ peccatores excitat à peccatorum somnolentia: hæc autē præueniēs operatio Dei nō cogit liberū arbitriū. Dices gratia hæc præuenit, at nō concurrit, at vero etiam cōcurrit cū libero arbitrio ad iustificādū hominē: de quare alibi erit aptior disputatio.

Concursus dei cum peccantibus est præueniens et nō cōcomitans vt rationes in scheda.

Quod vero cōcursus Dei cū peccatore sit de præuijs & nō de cōcomitantibus, inde colligas, etenim volūtas humana ordinē habet essentialē ad diuinā, in quacunq; actione ab ea progrediēte: nā vniuersæ creaturæ hoc ordine necessario tenētur, iā ergo fatendus cum sit hic ordo essentialis, primæ causæ necessariò subditur secūda: & hæc agere nequit, nisi prius mota sit à prima, dixit nanq; Arist. Me ta. 11. c. 2. causam primā esse vnde principium motus, ergò cū Deus sit causa simpliciter prima necessariò diuinus cōcursus erit prior, & præueniēs causam secundā. Etenim causarū cōcomitantiū coitus ad operationē seu actionē est per accidēs, & nō per se. Vt quisimul trahūt nauē, nō habēt ordinē essentialē, sed accidentariū, ad nauis tractū, ideo ille cōcursus est causarū cōcomitantiū. Deus autem, & volūtas nostra, seu creata, quæuis, nō hac tenentur ratione: siquidē est ordo essentialis inter hæc. Quamobrē diuinus cōcursus est præueniēs, non concomitans. Præuius dixerim non tempore, sed natura. Nāsi de tēpore sermo vertatur, se sociāt vtraq; & Deus & volūtas, ad quā volueris actionē, at prior natura est Dei concursus, quā creaturæ actio. Neq; existimo argumentū Almain, & aliorū quibus ipse subscripsit esse tantū quantū ab illis putatur. Non enim quia præueniens est Dei concursus, ideo cogens est. Nō enim concurrit cogendo, sed liberè mouēdo. Vt concurrit contra cū causis naturalibus, quasi naturaliter cū ipsis agens. Nanq; disponit Dus omnia suauiter & illęsa facultate cuiusuis naturæ Deus concurrit cum causis secundis: vt sępè, superius admonuisse me recolo. At vero obijcies fortasis Deo cōcurrente volūtas nostra nō potest vitare cōcursum, siquidē prior est, & Arist. scripsit lib. 1. peri herminias ca. vltimo. Omne qđ est, quando est, necesse est esse: id quod facilè docet actionē, aut rē pro instāti in quo est, necesse est esse, etiāsi alioquin sit cōtingēs pro tēpore suæ durationis: igitur

Omnis causa essentialiter pendet à prima.

Soluitur argu. Almain.

Notanda obiectio.

Exponitur Arist. quod uelit omne quod est quādo est necesse

diuinus concursus sub instanti in quo est, simul agēs cum volūtate nostra, siue ad peccati sub stantiā siue ad meritū est necessarius, iā vero si necessarius est cōcursus diuinus, ergo & actio volūtatis necessaria erit sub illo instāti; vnde videtur, neq; peccatū, neq; meritū esse volūtatis sub eodē instanti. Quidā vt Scotus & Gregorius cōmēta effinxerūt quæ dā vt extricarēt nodū huius argumēti, asserūt enim Arist. sermonē nō esse veritate constātē, iuxta sonū quē edit verborum. Omne quod est, quādo est, necesse est esse. Imo cōtra dicunt, id quod est, quādo est, cōtingēter est: nanq; si in hoc instāti est necessaria res, ergo quolibet alio est necessaria, igitur res nulla est cōtingēs. At quādo obieceris illis, est implicatio cōtradictionis, rē nō esse necessariā pro instāti suæ existētiæ, nā si cōtingēter est sub illo instāti, igitur sub illo instanti poterit nō esse & ita esse, & nō esse, in eodē instanti. Nāque si sub illo poterit nō esse, fac nō esse, si quidē posibili posito inesse nō sequitur impossibile, & habebis intētū. Respōdēt factionis huius patroni, si facimus nō esse rē, nūquā verū fuisse in hoc instāti illā esse. Cæterū cōmētū hoc inane est, etsi illud probet Almain in moralibus suis. q. i. de volūtario. Etenim q̄ diximus superius, si res non erit, quæ alioqui erat futura, tūc Deus nunquā sciuit illā futurā, illud sanè propter respectū, quē habet diuina præscientia ad futura dictum est, at rē esse actu, nullū respectū habet ad rē nō esse, ideo si faciamus rē nō esse, ex casu quia tu asseris esse posibile sub eodē instanti in quo res est, etiā nō esse, vtique cōsectariū est ad tuā sentētiā esse posibile esse, & nō esse, rē aliquam in eodē instāti: id q̄ mentē omnē fugit. Quamobrē scitè admonuit Arist. rē necessario esse, quando est, ideſt pro instanti quo est. At vero quia res est cōtingens in mediatè post illud instās, poterit nō esse: & ante illud instās poterat nō esse, aut nō peruenire adhoc instās. a. verbi causa, quando facimus illam non esse: ideo est contingenter. Quamobrem eneruē faciunt consequentiam si in. a. instanti, necessario est sub hoc instanti igitur semper necessario est, vt promptum iam est ex sermone priori. Quare rectius OKam in secundo sententiarū distin. 38. nobiscum sensit. Et q̄ magis rideas horum commentum, dicunt Arist. decretum commemoratum in hūc modum interpretandum omne quod est, quando est, necesse est esse, ideſt, habet determinatū esse, quia contingentia sunt indeterminata.

se esse esse contra Gregoriū & alios

obiectio.

Refellūtur Scotus & Gregorius.

Quomodo res quando est necesse est esse.

At

At vero fallūtur oppidò: etenim cōtingētia quædā sunt determinata, vt Antichristū fore est determinata veritas, siquidē est fidei veritas, nō ergo ideo cōtingenter sunt, quia indeterminata sunt, at quia possunt esse, & possunt nō esse, possunt fore, & nō fore. Neque est superās philosophicā fidē, quod est secundum quid necessariū, esse simpliciter cōtingens. Vt Petrū currere est cōtingens simpliciter, & necessariū est pro instāti quo currit, Et vt nobis hæc sint ex vsu, in nostrā rē hæc reducamus, cōcursus igitur diuinus, quē impartit libero arbitrio, pro instāti quo impartitur, est sanè necessarius secundum quid, quia pro instāti, nēpe quo impartitur, non potest nō impartiri: at vero volūtarius, & cōtingēs est simpliciter cōcursus impartitus, quia potest nō impartiri, & potuit nō impartiri. Vt Deus præsciens Antichristū fore potuit non præscire, & simpliciter potest nō prescire: at vero interim dū scit, nō potest nescire, vt ex Magistro supra tradebamus. Itemq; & liberū arbitrium sub instāti quo peccat, aut benè meretur erga Deum, non potest desistere ab actu seu bono seu malo: cæterū actus ille simpliciter est volūtarius, idcirco etiāsi sit necessarius, secūdum quid, non propterea non est peccatū, aut meritū: quippe quod ab illo actu simpliciter desistere potest voluntas, & illū potuit non producere. Et quēadmodum ebrius q culpatē se ingurgitauit vino, ex Aristo. tametsi necessario ex ebrietate operetur, at quæ peccata operatur illi vicio dātur, quia potuit nō inebriari: & peccata ebrij voluntaria propterea cēsentur antecedēter, sic ergo etiamsi actus malus subinstāti quo est, nō potest non esse, at vicios⁹ est, quia voluntarius est in sua causa. Quia volūtas potuit nō ędere actum illū, aut postquam ædidit, immediatè post instans productionis, ab illo poterit abstinere. Et Augustino hoc suffecit, vt peccatū originale assereret esse volūtariū: quippe quod in suo fonte volūtariū fuit. Et hæc si atētè obseruasti primū argumētū nō te tędio afficiet: qa iā prōptā fecimus illius solutionē.

Secundum quid necessarium est simpliciter contingens.

Obseruanda de hæc quorum ignorātia fefellit nonnullos.

Peccatum est necessarium secundū quid pro tempore uel instanti quo est: est tamē volūtarium simpliciter.

Ad. 1. argu.

Ad. 2. argu.

¶ Secundo vero argumento superius fecimus satis, enodātes Pauli sensum: at vero Magister dist. 46. laboratin exponendo Paulo, ex Aug. in Enchyridio riuans sibi expositionem, ex cap. 68. ad hunc modum vult omnes saluos fieri, quos vult saluos fieri. Vt omnes intrant per fores ciuitatis, qui intrant ciuitatem: quæ est distributio accommoda. Quale illud est Ioann. illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, subaudi, quem illuminat. Idest omnis q illuminatur, à Christo illuminatur, aut iuxta Damascenum lib. 2. de fide. cap. penultimo, voluntas est Deo alia antecedens, alia consequens, voluntate antecedēte, vult sanè omnes saluos fieri, quia ipse neminem excludit à regni consortio æterni, nisi ex culpa propria se homo excludat: imo potius vniuersis Deus monita donat salutis. At vero voluntate beneplaciti, non omnes perducit ad cælestia regna, quā voluntatē vocamus consequentem volūtatem. Nō quod sit consequēs ad nostrā volūtatem, imo est prēueniēs potius, at vero quia ad hāc verè consequitur hominis iustificatio, ideo ne mireris quod cōsequens volūtas denominetur. Aut. 3. vt Paulū absoluas, dices esse distributionē p generib⁹ singulorū, quia ex omni gēte, & natione, quæ sub cœlo est, Deus electos habet: vt Ioānes insinuat in Apocalysi. Post hæc ait vidi turbā magnā, quā dinumerare nemo poterat ex omnibus gētibus & tribubus, &c. iuxta quē sanè ritū cōcedimus omne animal fuisse in arca Noe, quæ tamē si ad singula generū referatur propositio falsa esset. At verò Diuus Ambrosius illā Pauli propositionē aliter cēsuit intelligēdam, vt sensus hic sit Deus vult oēs saluos fieri, si ipsi voluerint, vt sensus sit cōditionatus, & non absolutus: qui sanè sensus vt veritate cōstet, ad illud Damasceni referēdus est. Vult inquā volūtate antecedēti oēs beare homines, non tamen volūtate beneplaciti. Etenim vt prędiximus prædestinatio nō est ex prēuisis meritis, neq; tamē quia Paulus ait, Deus vult oēs homines saluos fieri, ideo intelligas oportet Deū oēs homines prædestinasse: nanq; prędestinatio cōprehēdit voluntatem diuinā beneplaciti. At vero quod Paulus ait, nō ad voluntatem beneplaciti referendum est, nisi Paulum intelligas secundum distributionem accommodam: aut pro generibus singulorum, tunc enim nihil oppediet, quo minus de voluntate beneplaciti & efficaci Paulinū habeas sermonē. Quanquā ni fallor mallē Paulū intelligere pro singulis generū, quā pro generibus singulorū, eninuero hoc tibi patebit si contextū dispicis apostolicū. Nā Paulus in exordio capitis orationes mandat fieri pro omnibus hominibus, at extra cōtrouersiā est, orationes fundēdas pro cūctis hominibus, nō solū pro gente hac, aut illa aut pro electis dūtaxat, imo pro omnibus nemine excepto: post quæ subdit verba, quæ ptulimus. Ait. n. Deū

Paulus exponitur.

Voluntas antecedens, voluntas beneplaciti.

Ambro. exponitur recte ne mystē riumseugratia prædestinationis deiciatur.

Paulus exponitur.

velle oēs homines saluos fieri: quasi dixisset clarius, precandus est Deus pro omnibus, siquidem Deus vult omnes homines ad cœlestia promouere regna. Et est similis modus loquendi scripturæ illius, Quoties volui congregare filios tuos, sicut gallina congregat pullos suos sub alas suas, & noluisti. Et rursum venite ad me omnes qui laboratis & egeni estis, & ego reficiam vos: iam ergo argumentum absoluamus dicentes, hæc non repugnare inuicem, & quod Deus velit substātiam peccati, & quod velit omnes homines saluos facere. Nanque hic diuinus concursus est generalis, & ideo impēdendus omni creaturæ: nam influentia generalis Dei impartitur omnibus causis secundis, propter ordinē essentialem, quem habent causæ inferiores ad supremam; ideoque homicidijs, raptoribus & criminosis alijs, itidem impartitur, ad peccati substantiam. At vero quanuis ex influentia generali cum huiusmodi iniustis hominibus, Deus concurrat ad peccati substantiam, non subindevalet collectio, Deum esse causam peccati: quippe ex inspiratione particulari omnes monet, ne peccēt, & ex præcepto prohibet peccata perpetrare. Et quanuis substantia peccati est realiter id quod est peccatum, cæterum distinctio inter vtrunq; est formalis. Nanque ipsa substantia peccati non est ipsa inordinatio. Nam hæc priuatio est entis, illa vero est ens, ideo qui argutatur, Deus est causa substantiæ peccati, ergo est causa peccati, ab identica ad formalem sciat se argutari, id quod argumentum vitiosum reddit. Quid quod generalis concursus non excitat ad peccatum. Quamobrem negare oportebit consequentiam, Deus enim non est concedendus causam esse peccati, ni si quoad substantiam peccati vt scitè Thom. meminit. 2.2.q.6.artic.2.&.1.2.quæst.79.ar.3. At simpliciter si sermo agatur, non est Deus causa peccati, vt ipse commeminit. 1.part. quæst.48.art.6. Quanquam per accidens non formidat autor hic, concedere. 1.2.quæ.23.artic.3. Deum esse causam peccati: nempe vt subtrahens gratiam suam vnde molesceret peccator si adesset, vt remouens prohibens Aristoteli causa motus peraccidens est. Ego vero luculēter quoad licuit rem hanc absolui declamatione quadam nostra, cui titulum feci de excœcatione cordis, ad cap. 6. Esaiæ. Ideoq; vt ad priora sese referat oratio, scito Deum velle voluntate beneplaciti substantiam peccati, ipsamve actionem peccandi, nanque hæc effectus diuinitatis est, at vero ipsum peccatū siue in ordinationē voluntate signi nō vult. Etenim illā prohibet præcepto suo, at præceptum prohibitiuū indiculum est Deum odio habere peccata: at verò volūtate beneplaciti in ordinationē ipsam neque vult, neque nult, vt ita loquar, sed non vult. Et hac ratione Magistri sententia dist. 35. exponenda est. Deum scilicet, neq; velle neque nolle, peccatum quantum ad inordinationē subintellige, quam peccatum secum conuehit. Nam de actione, quæ peccati est substantia, iam satis expressimus, illam esse volitam à Deo, quia ens est, & ideo bona est. At vero si quærat aliquis quid ergo in peccato omissionis vocabis substantiam peccati, quandoquidem ipsa omissio negatio est & non ens? sunt ex theologorum classe qui credant, & probatissimum habeant, nullam esse puram omissionem, imo quæuis apud hos omissio habet commixtionem cum commissione. Vt qui die festo ecclesiam non vadit sacri audiendi causa, est sanè omittens, verum hæc omissio pēdet ex commissione. Omittit enim sacrum, quia profano alicui se immiscuit negotio. Ad hunc modum Thom. theologizat & satis probabiliter mea sententia. Ait enim quæst. de malo. q.2.art.1. omissionem exigere actum voluntatis vt causam, non tamen vt essentiam eius. Et in. 1.2.q.71.art.5. voluntariam (ait) esse omissionem, nō ex actu voluntatis, sed quia in potestate est voluntatis. Existimat enim omissionē consistere in sola negatione actus: at ego indubitatū habeo hoc fieri posse, vt sine actu voluntatis omissio sit in vicio, tametsi rarenter hoc accidere itidem annuo. Quod enim frequentissimum accidit est, ex actu voluntatis circa quædam, omissionem esse circa alia fieri tamen posse solam negationem actus debiti citra actum voluntatis, esse omissionē viciosam non hæsito. Nam si non amo Deum cum debeo, citrā alium actum peccatum admitto. Porrò non est peruium docere quæ est tunc substantia peccati? quandoquidem nullus est actus voluntatis, imo voluntaria est tum omissio, non ex actu, at quia est in potestate arbitrij huiusmodi omissio. Et exactè si loquaris, nulla est substantia peccati in hac omissione ad quam Deꝰ cōcurrat, qa negatio est. Verū de re hac alibi oportunior disputatio erit. Sat sit in præsentiarū dixisse in peccatis positiuis verū esse quod tradidimus, denegatiuis quæ citra cursum Dei patrari possunt nō agitur modo.

Tertio

Lucæ. 19.

Quomodo hæc secū cohærent, & quod Deus uelit omnes homines saluos fieri, & quod substātiam peccati uelit.

Deus nō est autor peccati.

Obserua diligenter, ut loqui oporteat de causalitate ad peccatum.

In peccato omissionis, quid sit substantia peccati.

Omissio in uicio sæpe est sine omissione.

Tertio argumēto dices nos certos esse Deū iniquitatem non velle ex diuinis oraculis: item certi ex eisdem summus, Deum effectū suum amare, quia nihil odisti (ait) sapiens eorum quæ fecisti sapientiæ cap.11. Quamobrē ipsam substantiam peccati (quippe quæ ens est) effectum tradimus esse diuinitatis. Quare ad prædicta sequitur hanc peccati substantiam, Deum illam velle voluntate beneplaciti. Etenim hæc etiam si sit fundamentum peccati, at ipsa in se bona est, quia ens est: vt supra docuimus. Peccatum enim siquidem malum est, nō potest per se subsistere, nisi in bono innitatur tradente Dionysio, de diuinis nominibus, ideoq; bonū quod est fundamentum mali à Deo est, verū ipsum malum quod in bono fundatur à nobis est. ¶ Quarto dices argumento negando consequentiam, quia vitiosa est, procedit enim ab identica ad formalem, vt abundè differuimus. Supereſt iam argumenta diluere, quæ in principio disputationis huius obiecimus, & primum equidem argumentum est inuolutū. Etenim si petere regem fuit peccatum cur dominus illud Iudæis concesit? at vero quod fuerit peccatum historia sacra satis apertè docet. 1. Regum. 12. Vos (inquit Samuel) fecistis vniuersum malum hoc: & ipsi Iudæi suam etiam fatentur culpam ibidem. At hoc quod confessum est non vacat ab ambiguo cur petere regem, Iudæis increpatur, quod alioqui bonū est. Burgensis in additionibus ad hunc locum commentum effinxit de re hac meo iudicio, & illius pace dixerim, satis friuolum. Existimat enim Iudæos culpatos ob eam rē iustè fuisse, non quod petierint regē, sed quod tyrānum regem petebāt. Nanq; Iudæi petunt regem instar cæterarum nationum, apud quas tyranni erant plures, illas regentes, & gubernātes: ego vero subscribere nequeo huic commento. Quis enim adeò vecors est vt tyranni dem amet? aut quis tam insanus populus, vt tyrannum sibi moderatorem poscat? Quandoquidem sepè legimus tyrannos occisos à subditis suis tyrannidis iniurias non ferentibus. Dicamus igitur petere regem secundum se peccatum non esse, at ex circunstātia peccatū fit. Lustremus ergo rei huius circunstātias, & palā erit iure vicio datum fuisse à Samuele Iudæis, quod regem expetissent. Etenim Deus Iudæos in proprium peculium sibi selegerat, & Iudæos diuina politia donauerat, vt pentateucus Moisi facilè demonstrat. Et quidquid reges gentiū gentibus subministrabant, longè plura & longè potiora Deus Iudæis administrabat. Protegebat enim illos ab aduersarijs, non magna vi armorum, sed sua gratia. Et per politiam siue administrationem diuinam, fere. 300. annorū curriculo seruati sunt, nullam habentes regiam gubernationē: aliam igitur petere rationem viuendi, statumq; reipublicæ contendere, in aliam formam demutare, quam prescripserat Deus, & Deo inconsulto istud tentare culpæ datur. Non enim dixerunt Samueli si domino placuerit, gratum facies nobis, exhibere nobis regem, imo ex abrupto regem petunt, ideoq; elati fuerunt in Deum: & veluti contemptores iudicati diuinorum sunt munerū: diuinæq; erga illos præstitæ beneuolētiæ despectores. Quod vero Deus Iudaicis annuit votis, ex eo est quia autore Gregorio multa concedit Deus iratus, quę non cōcederet placatus, ideoq; argumētum prænotatum ruit. Autor igitur Deus nō fuit peccati huius, imo vltor: neque illi gratum fuisse prætactum argumentum validè probat. ¶ Ad secundum argumētum dices discessionem. 10. tribuum à regia Roboam ditione, peccatum fuisse & crimni dādum. Nāq; Dauid Rex electus fuit à domino in regem. 12. tribuū Israeliticarum & filius eius Roboam in ius patrium quod diuinum erat successit. Quamobrem iure diuino obstringebantur omnes. 12. tribus successoribus legitimis Dauidis parere, vt regibus legitimis à Deo institutis. Vnde Ieroboam tyrannidem exercuit, eximēs. 10. tribus à ditione Roboam, idcirco scrutandum est quid velit scriptura prænotata à me ait, factum est hoc verbum vel à me hoc gestum est, hoc vt liber. 2. Parali. c. 11. commemorat. Et sanè Aug. autore. 3. de Trinitate, nihil geritur in orbe nisi Deus illud velit, aut permittat, propterea hoc gestum esse à domino narratur, nō quod Deo autore discessio illa, & defectio ꝑpetrata fuerit, at quod Deo permittente gesta fuerit, ideo ait, à me factū est hoc verbū. Et Roboam pauidus erat, & stolidi consilij, vnde senioribus, & sapientibus fidem non habuit directè consulentibus: sed adolescentibus credidit in suam perniciem: ideo permisit dominus vt deficerēt. 10. tribus à Dauidica ditione. Accedit eodē quod propter crimina Salomonis, etiam permisit Deus hanc defectionem, quæ res non hūc sed proprium amant tractatum.

¶ Ad tertium dicendum est Deum mandasse Abrahæ filij immolationem, at vero Deo

Deus nullt substantiam peccati uoluntate beneplaciti.

Ad argumēta facta in principio. Ad. 1.

Burgēsis refellitur super quæst. an fas fuerit quondam Iudæis petere regem.

Obseruā ex positionē loci sacri.

Cur Iudæi peccarunt sub Samuele petendo regem.

Ad secundū argumētum

Locus ex lib. Reg. exponitur.

Ad. 3. argu.

Deo mandāte immolatio filij à crimine vacabat. Vt iubente Deo filijs Israel vt spoliarent Aegyptios immaculata innoxia ve erat talis spoliatio: quæ aliâs furti erat. Etenim occidere autoritate priuata criminis est, at publica iudicis autoritate intercedente à vicio libera est. Si occidisset igitur Abraham Deo præcipiēte Isaac filium suum laudabile erat tantum abest à vituperio. Et singula quoque alia quæ sunt mala si à Deo præciperentur bona essent, vt si bona prohiberentur mala fierent. ¶ Ad quartum respondebis Sansonē primo & per se non intendisse suicidiū sed Philistinorum mortem & cædem. Item ipse iudex erat Israelitici populi, & obseruans Philistheos in Deū verum cōtumelioſos esse in mentem eius subit vlcisci diuinas iniurias: & ideo sibi petiuit vt moreretur, simulq; cū seipso Philistinorū expetiuit interitum. Ad hunc ferè modum quibusdā collibuit theologis locum hunc iudicum denarrare. At vero calculo meo non iuuabitur hoc placitum. Etenim sciens & volēs se occidit, & alios Sanson. Et quanquā iudex erat non quidem alienigenarum, sed propriæ nationis, ideoq; in vltionem diuinæ iniuriæ non poterat occidere Philistheos. Quippe quos subiectos non habebat. Quid quod neq; seipsum fas erat occidere, quia ex suicidio non vlciscebatur diuinam iniuriam. Arbitror ergo ex Paulo apostolo petendam esse huius rei explanationē, qui ad Hæbræos. 11. Sansonem in catalogo scripsit sanctorum. Quapropter quia hoc Sāsonis gestum vltimum fuit nempe Sansonis vitam finiens, necessum est fateri hoc gestū innoxium fuisse. Et quia innoxium non fuisset, nisi diuina autoritate gestum fuisset, quia propria si gessisset rem hanc autoritate culpandum esset dubio procul: idcirco dispēsante Deo cogimur fateri Sansonem suí & aliorum stragem tātam parasse. Quid quod vires Sansonen reparasse diuino miraculo tribuendū videtur, vt tanti tēpli quod capacissimū fuisse ex scriptura subindicatur, ruinam ipse solus faceret. Quare tribuenda Deo est strages illa. ¶ Ad quintum dicendum est votum, & factum Iepte Galaitæ in vicio esse apud sanctos Aug. & Hiero. At vero Nicolaus factum nō reprobans votū non probat. Existimat enim Iepte vouisse stultè, quippe sine discrimine vouit Deo sacrificādum ab ipso, quod primo illi ad manū esset fores domus suæ egressum. At vero aduertens filiam primo egressam, & obseruans Deo ingratū esse ex filia holocaustum fieri, aut victimam, nō luit occidere filiam: at illam mancipauit diuinis cultibus, mortem naturalem, qua Deo vouerat demutans in mortē ciuilem. Et hoc est quod plangebat filia Iepte virginitatem scilicet suam, ideſt quod ex voto paterno orbanda erat prole, id quod summæ calamitatis esse id temporis ducebatur. Hoc Hæbrai cum cōmentum Nicolaus probatum habet, ego verò non inuenio cur me adigam in Nicolai sententiam. Nanq; malo culpare factū Iepte, quam torquere literam diuinę scripturæ. Etenim si planum literæ sensum amas, facilè lucebit Nicolaū torsisse scripturam, quæ de morte naturali filiæ Iepte deplano est intelligenda: & non de morte ciuili. Dico igitur Iepte peccasse Deo immolans filiā neq; votum Deo nuncupatum ab ipso, ad tātum nefas faciendū Iepte adigebat. Votum enim de apta sacrificio intelligebatur re, qualis nō erat filia eius. Quanquam ipse religionē esse duxit, votum exequi in filia, id quod religionis non erat, sed nefandi facinoris. Neque rectè colligit argumētum oblata est filia patri suo Iepte, ergo Deo gratum fuit illud funestum filiæ sacrificiū, imo potius fuit ingratū: siquidem etiam Deo iubēte Abrahæ immolationem Isaac, patrē ipse Deus qui iusserat retraxit ab immolādo filio, quid quod Deo non iubēte Iepte vt immolaret filiā? vtiq; vt diximus, atrox admisit facimus Iepte, neq; huic obstat sermoni Iepte à Paulo in albo sanctorum fuisse recensitum, ad Hebræ. 11. Etenim Saſon etiam cōcubuit cum Dalida, Et nihilominus sanctorū numero est ascitus. Vt Petrus etiā negauit dominum, nihilominus sanctissimus est. Etenim viri sanctissimi quiq; nonnūquam â Deo sinuntur labi ad eorūdem cautelā, & ad aliorum admonitionē, cæterū Deo adiutore à lapsibus suis erigūtur.

¶ Ad. 5. dicendum est sicubi in diuinis literis reperias, & aliquoties reperies, Deū præcipere gētibus vt stragem faciant Iudæorū, aut aliarū nationum oportet intelligere præceptum ex permissione, non ex iussione. Nā Chaldæi opprimentes Iudæos tyrannidem exercuerunt Deo ingratam. Quare hanc tyrannidē vltus est Deus per Cyrū qui illorū euertit sedē Babylonicā deijcit magestatē.

¶ Sexto argumento dicito Deum neque velle neque nolle peccata, vt argumentum benè colligit, & Magister tradidit semper hæc subaudi referendo sermonem ad peccati in ordinationē. Cæterum permittit Deus pec-

Ad. 4. respō detur.

Sāson ut excusatur á noxa suicidij.

Sansonis suicidium inspirante Deo patratum item que & alophilorū.

factum Iepte differitur.

Nicolaus non probatur excusās Iepte.

Iepte peccauit immolās filiam.

Viri sancti nōnunquam destituti à Deo labuntur.

Ad. 5. Arg.

Ad. 6. Arg.

peccatum, id quod scriptura non tacuit, Sap 11. dissimulas (ait) peccata hominum propter pœnitentiam: hoc enim est dissimulare, peccatum quod permittere peccatum. Neque tamen permittere solius est negationis, imo & affirmationē habet inclusam. Deus enim eatenus permittit peccata quatenus illa præsciens, & potens est prohibere, & non prohibet, ideoq; permissio à Magistro sequuto Augustinum voluntas permissiua nuncupatur. Quippe diuinæ voluntatis nō est peccatum, porrò diuinæ voluntatis est permittere hominis lapsum, neque consectarium est si vult permittere, igitur vult permissa, mutatur nāque modus in rem, vt permittit iustè, & iniusta sunt quæ permittuntur. Cur autem permittat Deus scriptura prædixit paulò ante propter pœnitentiam? Sed obijcis, nisi Deus permitteret peccatum non fieret, igitur Deus est causa peccati, respondebo tibi Deum esse causam peccati sine qua non: non tamē vel influxiua vel effictiua peccati. Et supra ex Tho. dicebamus Deū esse peccati causam per accidens, vel vt verius dixeris, negatiuè est causa peccati: scilicet quia non donat pœnitentiam, vel spiritum gratiæ suæ efficacem, ex quo si adesset peccator pœniteret. Cæterum etiam si Deus non donet spiritum compunctionis, non propterea homo peccat necessario. Et enim liberum est semper arbitrium & gratia Dei præditum, & gratia Dei orbatum, vnde & liberum quoque peccatum est, quæ vniuersa alibi disertius docuimus in declamatiōe de excœcatione cordis ad cap. 6. Esaiæ. Absolutè igitur loquendo, Deus nō est autor aut causa peccati, tametsi esse Deum causam sine qua non, aut per accidens peccati qui astruxerit non delinquet. Insultas etiam num Deus ob commerita delicta sepè non dat pœnitentiæ spiritum, imo tradit peccatores in reprobum sensum Paulo docente ad Roma. 1. quomodo dissimulat ergo peccata propter pœnitentiam? præsertim cum reprobos finali pœnitentia orbare decreuerit. Respondebis omnibus peccatoribus præsto esse Deum, vt pœniteant, quod si non pœnitent, illorum succensebis socordiæ, nō diuinæ misericordiæ ascribas vicio. Siquidem habent adulti omnes vnde conuertantur, & viuant, sufficiens auxilium diuinæ clementiæ. Paulus vero interpretāduse st de permissione: permittit enim frequenter reprobas peccatores gerere mentes, vt in necessarijs ad salutē suam, desipiāt: quo supplicio maximè torquentur hæretici.

Quid est permittere peccatum fieri.

Deus neque est uolens, neque noles peccatum.

Deus ut est causa peccati sine qua non.

¶ Superest autem nonnulla in medium conferre, de voluntate antecedente, & consequē te, vt Magistrum sentētiarum edisseramus. Et sanè distinctio hæc diuinæ voluntatis nō est in ipsa diuina voluntate, secundum essentiam suam. Et enim in diuina voluntate nulla est anteceſsio, aut consecutio, ideoque venanda est distinctio hæc ex re volita. Quandoquidem in volendo non est anteceſsio, aut consecutio in Deo, quiscit simul & vult, aut non vult vniuersa simul. Quamobrem oportunè notabis media esse antecedentia ad finem, & ideo consequens est finis ad sua media: finis autem hominis vita æterna est, quæ postremo est adipiscenda. Sunt aūt media ad huius adeptionē pleraq; multa. Est primū creatio naturæ rationalis, & huius vocatio, iustificatio, & perseuerantia in bono. Hæc porrò sunt media interiora, nanque sunt & alia media exteriora diuinæ, inquam legislatio, redemptio humani generis, sacramentorum exhibitio, flagella, atque beneficia. Nanque quosdam flagellat Deus, vt excitentur à peccatis suis, alios vero beneficijs collatis ad se pellicit, pro suo inscrutabili consilio. Iam vero Deus hæc volens omnibus creaturis rationalibus hæc præstitit, quā quam non eodem modo. Nam quosdam pluribus medijs ornauit quam alios. Etenim Iudæos donans lege Mosaica, & sæpenumero illos torquens, & muneribus afficiens, pluribus medijs illos ditauit ad consequendam vitam æternam, quam gentes, quas nihilominus etiam congruentibus donauit medijs, ad eandem vitam consequendam. Quia gentes quę legem non habent, naturaliter sibi ipsis erant lex, vt Paulus meminit. Donatio igitur mediorum adipiscendæ vitę æternæ necessariorum, est ex voluntate antecedenti, quia media antecedunt finem: at finis beati collatio, est consequens volūtas: quippe quæ finis est, & hic consequens est ad media. Præscitos igitur, atq; electos, voluntate antecedē ti Deus vult saluos fieri, nāq; Deus omnibus donat media ad hanc capessendam ęternam vitam: at vero Deus hæc donans, subindicat haud dubium se velle omnium salutem. Verūntamen hæc media non perducūt semper efficaciter ad finem, nisi electos, ideo hos voluntate consequenti Deus vult beare: reprobos autem voluntate tantum inefficaci.

Quæst. annexa de uoluntate antecedente & consequente

Voluntas antecedens, & cōsequēs qualiter in Deo.

Media ad salutem æternam, alia interna, alia externa & uaria denique ualde, pro dispensatione inscrutabili diuini consilij.

Quid antecedens, quid consequens uoluntas.

Deus uoluntate efficaci uult electos suos seruare.

¶ At non insulsè dubitabis, cur ergo donat Deus reprobis media ad consequendam

æternam

æternam vitam, quam certò ſcit non conſequuturos? Nam medicus ſi certò ſciret ægrotum ſuum periturum ex morbo, media ſalutis conſequendæ non conferret. Eôdem accedat nos dixiſſe ſuperius, reprobationem eſſe in diuinam voluntatem referendã, quid ergo ſi Deus reprobat, & non ex præuiſis de meritis, cur remedia, & media ſalutis præſtat illis, quos ipſe ab æterno reprobauit? Et quidem pauet mens pia hæc apud ſe cogitans, & conſultius putat hęc reuerenter ſupprimere, quam audacter proloqui Dei myſteria.

Anxietas humana in negocio præ deſti. ut leuatur.

Cæterum quia anxium eſt in huiuſmodi ingenium hominis, nec quieſcit donec vtcunque conſoletur, ideo dixerim ſi placitũ theologicum illud cuius meminimus ſupra vera narraſſet ex multa anxietate nos leuaret.

Erat autem placitum Deũ reprobare ex præuiſa finali impœnitentia: iam ergo ſi hoc ducimur placito, prompta eſt propoſita quæſtionis dilucidatio. Deus donat media cunctis hominibus ad vitam æternam adipiſcendam: cæterũ homines ipſi acciſcunt ſibi mortem Deo repugnantes, & S. Thom. in diſtin. 47. quæſt. 1. artic. 1. ad hanc alluſit ſentẽtiam. Ait enim Deum velle voluntate anteceden te omnes ſaluare, non tamen conſequente. Quia non eſt bonum vt omnes ſaluentur: ſi quidem non omnes ſe præparant ad ſalutis gratiam, ideoque iuſtum eſt vt ij ſolum ſaluẽtur, qui ſe præparant ad gratiæ largitatem.

Thom. exponitur.

Voluntas cõſequẽs præſupponit præſcientiam operum.

Et ſubdit, voluntas conſequẽs, præſupponit præſcientiam operum, non tanquam cauſam ſuæ voluntatis, ſed quaſi ſecundum rationem voliti. Quæ quidem germanè dicta ſunt, ſi ſermo vertatur de executione præmij, aut ſupplicij, vt. 42. diſtin. nos decreuimus: at vero de ipſa æterna prædeſtinatione, iam prædocuimus nõ præſupponere præuiſa merita. Quandoquidem ipſa in cauſa eſt quod merita ſubſiſtant, & quod homo ad gratiam Dei præparetur. Itidem præmonuimus reprobationem non procedere ex præuiſis culpis, neque eſſe cauſam culparum. Et Thomę hoc fuiſſe placitum & verum eſſe placitum, quia paulinum eſſe documentũ tradidimus.

Neque prædeſtinatio neque reprobatio ex p̃uiſis ſunt operibus.

difficultas. Quamobrem vrget quam maximè difficultas ſi Deus reprobat quoſdam, quorſum illis donat ſalutis remedia? at vero dicendum eſt, quanuis Deus reprobet quoſdã, at quia creaturę ſunt rationales ordinantur nihilominus ad vitam æternam, cuius ſunt capaces: fruſtra autem hac capacitate potirentur, niſi media neceſſaria illis donarentur à Deo, vt capacitatem ſuam explerent ſi volent. Eſt autem genimina ordinatio ad vitam æternam, altera quidem, quæ efficax eſt, quam ſortiuntur electi, alia vero inefficax, quam habent reprobi. Propterea que tam electis, quam reprobis, conferuntur neceſſaria vt finem conſequantur beatum. At dicet quiſpiam, reprobi à Deo non ſunt ordinati ad vitam aſſequẽdam æternam, quomodo ergo tradidimus illos eſſe ordinatos? quod vero non ſint ordinati, vel hinc liquet, quia reprobi ſunt. Verum tamen ſcito vt tędia huius diſputationis à te auferam, ordinatos eſſe etiam reprobos ad vitam æternam, quatenus ſunt capaces vitæ æternæ: quanquam hæc ordinatio eſt inefficax: non ſanè ex parte Dei, ſed ex culpa reproborum. Etenim reprobatio non cogit liberum arbitrium vt culpis innodetur, aut innodatum de innodatione non doleat, hoc eſt de malè actis. Quia igitur libertas arbitrij illęſa perſiſtit ex reprobatione, ideoq; capacitas ad vitam illam ſanctorum, per illam non tollitur. Idcirco Deus electis, & reprobis remedia ſalutis conſequendæ donat.

Duplex ordinatio ad vitam altera efficax alia inefficax dubit.

Diligenter cõſidera duas has ordinationes.

Reprobatio non tollit capacitatem reproborum ad vitam æternã.

Neque collatio ex medico, ad Deum æqualis eſt, enimuero medicus tunc demum pharmaca non propinat ægroto, quando aduertit hunc non poſſe mortem euadere ex morbo: at vero nullus eſt reproborum qui non poſsit euadere peccata, & mortẽ æternam, quanquam eſt indubitatum reprobos non euaſuros, vt ſepe iam admonuimus. Sub hæc autem conſiderandum eſt voluntatem beneplaciti, quæ propriè eſt voluntas Dei, autore Magiſtro ſententt. diſtinct. 45. diuerſam eſſe à voluntate antecedentis, & eſſe eãdem cum voluntate conſequentis, ex theologorum autoritate. At vero res hæc non tam mihi confeſſa eſt quam illis. Nanque vt dudum mihi videbatur volũtas antecedens eſt mediorum, vt conſequens voluntas eſt finis, ſi ergo expendis media ſalutis ſunt ſanè plura: nanque eſt creatio, vocatio, iuſtificatio, & cætera, quæ non longè ante retulimus. Cęterum hæc Deus vult voluntate beneplaciti, ſiquidem creare ex diuino beneplacito eſt, itemque & vocare ad vitam adipiſcendã, itemque iuſtificare, quos iuſtificat. Et ſæpe reprobos iuſtificat. Nanq; conceditur angelos reprobos à Deo iuſtificatos in ſua creatione fuiſſe, aut ſi negatur, quis inficiabitur Iudam apoſtolum, & proditorem fuiſſe in apoſtolat⁹ exordio iuſtificatũ? Et a cab fuiſſe iuſtificatum aliquãdo. 3. Reg. 21. proditur.

Voluntas antecedens & cõſequẽs quomodo idem, uel diuerſum ſint.

Ideo

Volũtas antecedens est etiam beneplaciti.

Ideo ex beneplacito Dei est iustificare alios quando reprobos, imo etiam illos nunquam corripere, vt illorum spiritus deterritus dominum quærat: & illis denique blandiri aliquando, vt beneficij dulcedo ad Deum alliciat: quæ omnia ad beneplacitum Dei sunt referenda: etiam si vt dicebam, horum volũtas antecedens est, quatenus mediorum est. Et præterea etiam num ipsa voluntas præceptiua, aut prohibitiua, aut cõsiliatiua, etiam referuntur sub quadam ratione ad diuinum beneplacitum. Nanque Deus præcipiens, aut prohibens, aut consilians, ex præcepto, aut prohibitione nos obligare vult, & de facto obligat: & ex suo consilio vult nos admonere, vt meliora sectemur, & de facto hoc admonet. At vero quia rem præceptam Deus non vult voluntate hac beneplaciti: neque etiam vult rem prohibitam, aut rem, quam in consilijs collocat vult hac beneplaciti voluntate, hoc est ne te detineat noster sermo, Deus vult obligare hominem ne furetur, & hanc obligationem vult voluntate beneplaciti, at eadem voluntate neque vult furtum fieri, neque nult, quia si voluisset furtum esset inculpatum, si noluisset vnquam fieret. Item vult hac voluntate, qua diximus obligare hominem vt Deum amet super omnia, at vero quod Deus ametur ab homine, non semper vult beneplaciti voluntate, quia si sic voluisset omnes amarẽt, neque nult, quia si noluisset, nullus amaret. Igitur rem præceptam, vel prohibitam, aut consiliatam, Deus vult voluntate antecedente, non consequente, aut beneplaciti, quia Deus nos obligando, vult ex beneplacito suo nos obligare, at rem quam præcipit, &c. Insinuat se velle, aut insinuat se nolle, mandans ne fiat. Et propterea præcepta negatiua, & affirmatiua, & consilia â Magistro hoc loco signa diuinæ voluntatis appellantur.

Præcepta cur signa dicantur diuinæ uoluntatis.

¶ Iam vero quia Christi gratia has disputationes theologicas super primo sententiarum libro ad vmbiculum deduximus, superest breui sermone aperire dubium vnũ, quod irrepet facilé in mẽtem lectoris. Dixit enim Magister præcepta diuina esse voluntatem antecedentem, quæret igitur aliquis, ecquid est voluntas appellanda antecedens, quando quidem nonnunquã Deus præcipit, id quod nult fieri. Est sanè promptum Abrahæ exemplũ. Enim vero Abrahæ præcepit Genes. 22. Deus immolationem filij sui primogeniti, quam alioqui nolebat Deus, attestante (si hæ sitas) ipsa immolatiõis prohibitione. Et apud Marcum cap. 1. res comperta est leproso mũdato miraculi præcepisse silentia Christũ, at sanatus leprosus silentia rumpens, beneficij tanti euulgauit autorem, & innoxius fuit nihilominus silentia imposita frangẽs. Durandus multa excitauit super re hac commenta suaque ingerens, aliena depullit. Ego vero vt syncerius loquar, arbitror trifariam esse distinguenda præcepta, quædã enim sunt, quæ obligant ad rem præceptam faciendam, alia vero sunt, quæ non obligant ad rem præceptam, sed ad præambula quæ disponere videntur ad rem quam videtur præcipere, alia denique sunt quæ obligant ad finem præcepti. Exempla capito horum præcepta decalogi affirmatiua sunt tibi in ostensionem primi membri: quia præceptum de diligẽdo Deo, obligat ad dilectionem Deo præstandam.

Egregium dubium.

Locus apud Marcum exponitur.

Trifariam distinguenda sunt præcepta.

¶ Secundi vero membri esto ostẽsio, quæ dudum indicata est, nam iubente domino Abrahæ tolle primogenitum tuũ Isaac, tam etsi forma præcepti præseferebat mortem primogeniti, at vero non hoc intendebat dominus ex præcepto illo, sed solũ illa præambula ad immolationem, quæ erant deducere Isaac in montem, & alia exhibere quæ sat erant ad indicandum Abraham diuinis iussis esse quam maximè morigerum. Vt tam celebris obedientia deduceretur ad posteros in illustrissimum obedientię exemplum. At vero quod in Marco legimus præcepisse dominum sanato, ne euulgaret tanti medici nomen obligabat ad finẽ. Erat enim illius præcepti finis, vt ex operibus nostris non iactantiam, aut inanem populorum auram quæramus: & ad hoc obligabat dominus præceptum illud tradens. Semper ergo in istis præceptis quoad aliquid ius est præcepti, quanquam quo ad alia, non item. Noluit igitur Deus tum mortem Isaac nec hanc intendebat ex præcepto suo, quanquam illam præ se ferebat. Et quantum ad hoc rectè Magister dixit Deum aliquid præcipere quod nult impleri, vt prælatis in vsu est, quando experiri curant suorum subditorum obedientiam. At vero vt præmonuimus, Deus semper vel intẽdit rem præceptam implendam, aut præambula, aut ad finem.

Quid dominus præter debat iubẽs immolationem Isaac Abrahæ.

Magister elucidatur.

Res præcepta.

¶ Porrò autem quia iam diu est, quod saxum hoc ingens disputationum theologicarum in Primum sententiarum voluimus, tempus iam est receptui canere Christo domino gratias

Præambula finis.

gratias exhibētes, qui nos ad finem illarū suo
Ca. 2. cœlesti, pduxit munere. In quibus omnibus,
Moderatio autoris. vt in cæteris scriptis meis, hoc in sūmis habe
mus votis, illud apostolicū quod à Paulo Ti
to scribente, memoriæ proditum est, imple
re præceptum, vt verbum nostrū sit sanum,
& irreprehensibile. Quod si ab hac apostolica admonitione vel transuersum discessimus vnguem, siue in istis scriptis, siue in quibusuis alijs scriptis nostris, quæ hactenus memoriæ prodidimus, aut olim erūt memoriæ proden
da, illud sanè retractamus iam modo: & pro retractato habemus. Quāobrem omnia nostra subdimus cēsuræ syncerrimę sacro sanctæ matris Ecclesiæ hoc est illorū quibus huiusmodi corri
gendi scripta munus
ab ipsa delega-
tum fuit.

CHRISTO LAVS.

Acabe de xasar todo este libro vispa de S. mathia apostol, año de 1579. años en el conuento de S. miguel. Junto a S. martin de trueyo. Y vine a viuir aeste conuento dia de S. ynes deste mesmo año desde plasencia.

SALMANTICAE,

Apud Gaſparem à Portonarijs,

1574



INDEX QVAESTIONVM, QVAE IN hoc primo Sententiarum libro explicantur.

QVæstio prima præcursoria super prologo Magistri Sententiarum, Num doctrinæ humanitus inuentæ sat sint homini ad Beatam uitã comparandam? Folio. 5. Pagina. 2

Quæstio secunda, An hæc sacra doctrina in scientiæ ratione sit ponenda? fol. 12. pag. 2

Quæstio tertia, huic connexa. fol. 16. pag. 1.

Quæstio quarta, de subiecto Theologiæ. folio 16. pagina. 2

Quæstio quinta, An Deum esse sit per se notum? fol. 17. pagina. 1

Quæstio sexta, An Theologia nostra beatæ subalternetur? fol. 18. pag. 1

Quæstio septima, huic connexa. fol. 20. pag. 1

Quæstio octaua, proximæ connexa, De libris canonicis. fol. 20. pag. 2

Quæstio noua, An sit Theologia una? fol. 23. pa. 2

Quæstio decima, An sit practica Theologia an speculatiua? fol. 24 pag. 2

DISTinctionis primę libri primi Magistri sentẽtiarũ, Disputatio prima, Quod sit fruitionis obiectum? fol. 26. pag. 2

Disputatio secunda, Num fruitio amor sit, num delectatio amoris consequia? folio. 27, pag. 2

Disputatio tertia, Num frui liceat persona una sine alterius fruitione? fol. 28. pag. 1

Disputatio quarta, Num demersis in ergastulo corporis frui Deo unquam perfectè liceat? fol. 29. pag. 2

DISTinctionis secundæ, Disputatio prima, Nũ unus Deus sit? fol. 33. pag. 2

Disputatio secunda, Num attributorum pluralitas simplicitati Dei amica sit? fol. 35 pag. 1

Disputatio tertia, Num beata Trinitas uestigabilis sit lumine naturę? fol. 39. pag. 1

DISTinctionis tertię, Disputatio prima, ut p̃ creaturas Creatoris unitas atq; deitas perspecta habeantur? fol. 41. pag. 1

Disputatio secunda, Num nobis mortalibus, quid sit Deus patere possit? fol. 46 pag. 2

Disputatio tertia, Num creaturæ sanctissimæ Trinitatis uestigia aut imaginem impressam habeãt

Et, num si imago illius est rationalis anima partes habeat re distinctas? fol. 49. pag. 2

Disputatio quarta, Num memoria sit imaginis huius particula? fol. 54 pag. 2

Disputatio quinta Num agens intellectus, & possibilis realiter diuersæ sint partes animæ? 56 p. 2

DISTinctionis quartę, Disputatio prima, Nũ generatio fatenda sit in diuinis? fol. 59. pag. 2

DISTinctionis quintæ, Disputatio prima, Nũ hęc concedenda sit, Essentia diuina generat aut spirat? fol. 62. pag. 1

Disputatio secunda, Num filius est de substantia Patris, & Paracletus de substantia Patris & filij fol. 65. pag. 1

DISTinctionis sextæ, Disputatio prima, Nũ Pater generat filium necessitate an uoluntate. fol. 68. pag. 1

Disputatio secunda, Si non ex necessitate, neq; ex uoluntate filium Pater generat, quid ergo? nũ ex natura? fol. 70. pag. 2

DISTinctionis septimæ Disputatio unica, Nũ relatio diuina sit ratio productoria diuina? fol. 75. pag. 2

DISTinctionis octauę Disputatio prima, Nũ permittẽdus est sermo hic, Deus fuit aut, Deus erit fol. 79. pag. 1

Disputatio secunda, Num esse seu existere Deo sit intrinsecum, seu essentiale? fol. 79 pag. 2

Disputatio secunda altera, Nũ Deus immobilis est? fol. 84. pag. 1

Disputatio tertia, Num Deus infinita gaudet simplicitate? fol. 86. pag. 1

DISTinctionis nonæ, Disputatio prima, Nũ in diuinis personis ordo prioris & posterioris sit. fo. 91. pag. 2

Disputatio secunda, Num admittendus sit sermo, filius Dei semper generatur. fol. 97. pag. 1

Disputatio tertia, Num Pater, filius & Paracletus sint aliud & aliud? fol. 97. pag. 2

DISTinctionis decimæ, Disputatio prima, Nũ Spiritus Sanctus sit beatæ Trinitatis personis adnumerandus fol. 99. pag. 1

Disputatio secunda, Num istarum personarum numerus

INDEX.

merus augeri Valet? fol. 100. pag. 1

DISTinctionis undecimę, Disputatio prima, Num Spiritussanctus à Patre simul atquæ filio procedit: fol. 101. pag. 1

Disputatio secunda, Num si filius non spiraret spiritum Sanctum distingueretur à Spiritu Sancto fol. 103. pag. 2

Disputatio tertia, Num Pater & filius sint unum aut plura spirituſſancti principia? fol. 105. pag. 2

Disputatio quarta, Num Spiritussanctus procedat à Patre & filio ut à pluribus aut ut ab uno fol. 110. pag. 2

DISTinctionis duodecimæ, Disputatio unica, Nũ Spiritussanctus prius à patre quàm à filio procedat: fol. 111, pag. 1

DISTinctionis decimæ tertiæ, Disputatio prima, ut Spirituſſancti processio à filij natiuitate differat? fol. 112. pag. 2

Disputatio secunda, Num communis spiratio sit redistincta à paternitate & filiatione? fol. 115. pag. 2

DISTinctionis decimæ quartæ & decimæ quintæ Disputatio unica, Num spirituſſanctus mittatur à cæteris personis: fol. 118 pag. 1

DISTinctionis decimæ sextæ, Disputatio prima, Num uisibilis missio spiritus sancti sub specciebus ueris an fictis extiterit? fol. 122, pag. 1

Disputatio secunda, Num Pater maior sit filio atq; Spirituſancto: fol. 125. pag. 1

DISTinctionis decimæ septimæ, Disputatio prima, Num charitas infusa seu creata nobis sit necessaria? fol. 128 pag. 2

Disputatio secunda, Num charitas sit principium merendi uitam æternam? fol. 131. pag. 1

Disputatio tertia, Num charitatis & gratiæ munera iuxta mensuram naturæ seu capacitatem ministrentur? fol. 135. pag. 2

Disputatio quarta. Num certitudo charitatis alicui fidelium contingat? fol. 137. pag. 1

Disputatio quinta, Num charitati sint tibuenda incrementa, & qua ratione augeſcit. fol. 138. pa. 2

Disputatio sexta, Num ex omni actu suo meretur charitas incrementa: fol. 144. pag. 2

Disputatio septima, Num charitas uiæ ad infinitã se potest porrigere accretionem, uel excreſcentiam: fol. 146 pag. 1

DISTinctionis. 18. 19. & 20. Disputatio unica Nũ Spirituſſanctus sit proprie donum: fo. 149. p. 2

DISTinctionis. 21. & 22. Disputatio unica, Num Deus est nominabilis? fol. 152. pag. 1

DISTinctionis uigesimæ tertię, Disputatio unica Num hoc nomen, Persona, aptandum sit Deo? fol. 155, pag. 1

DISTinctionis uigesimæ quartæ, Disputatio unica, Nũ beata Trinitas numerabilis est fo. 158. p. 1

Distinctionis uigesimæ quintæ, Disputatio unica, Nũ persona absolutũ nomẽ est: fol. 160 pag. 1

DISTinctionis uigesimæ sextæ, Disputatio unica, Num personæ diuinæ absolutis an relationibus cõstituãtur? fol. 161. pag. 2

DISTinctionis uigesimæ septimæ, Disputatio prima Nũ ordo est pſonaliũ & notionaliũ? fol. 165. p. 1

Disputatio secũda, Nũ uerbũ, notionale, nũ essentiale nomẽ est? fol. 166, pag. 1

DISTinctionis uigesimæ octauæ, Disputatio unica, Nũ inascibilitas Patri propria est. f. 171. pa. 2

DISTinctionis 29. & 30. Disputatio unica, Nũ Dei ad creaturas relatio est realis? fol. 174. p. 2

DISTinctionis trigesimæ primæ, Disputatio unica, Nũ diuinarũ personarũ æqualitas relatio sit realis? fol. 178. pag. 1

DISTinctionis trigesimę secundę, Disputatio unica, Num Pater & filius se diligant spiritu sancto? fol. 180. pag. 1

DISTinctionis 33. & 34. Disputatio unica, Num proprietates personales sint idem atq; diuinitas num quoq; admittendus sit sermo, Proprietates sint in personis? fol. 183. pag. 1

DISTinctionis. 35. Disputatio unica, Num Deus sciat alia à se? fol. 185. pag. 2

DISTinctiõis. 36. Disputatio unica, Nũ Ideę sint in Deo? & si sunt, nũ idẽ sunt q, Deus: f. 190. p. 1

DISTinctionis. 37. Disputatio prima, Num Deus omni adsit loco? fol. 193. pag. 1.

Disputatio. 2. Nũ Deus est extra cælũ? fo. 195. p. 2

DISTinctionis. 38. Disputatio. 1. Nũ diuina sciẽtia sit actiua rerũ: nũ uolũtas? nũ potẽtia f. 196. p. 2

Disputatio. 2. Num preſcientia diuina pugnet cum humana rerum contingentia, an illi potius cõsentiat. fol. 199. pag. 1

DISTinctionis trigesimę nonæ, Disputatio prima, Num diuina scientia sit mobilis? fol. 205. p. 2

Disputatio. 2. Nũ Deꝰ cognoſcat infinita: f 206. p. 1

Disputatio tertia. Num Deo omnium, rerum prouidentia est: fol. 207. pag. 1

DISTinctionis quadrageſimæ, Disputatio unica, Num prædeſtinatio Dei certa sit? fol. 209. p. 1.

DISTinctionis quadrageſimæ primę, Disputatio unica, Num prædeſtinationis est causa aliqua? fol. 212. pag. 1.

DISTinctionis. 42. 43. & 44. Disputatio prima, Num Deus omnipotens est? f 215. pag. 2.

Disputatio secunda, Num Deus præterita potest reuocare, ut non sint præterita? fol. 219. pag. 2.

DISTinctionis. 45. 46. 47. & 48. Disputatio unica, Num peccata à Deo sint uolita. folio. 220. pagina. 1.

INDEX OMNIVM RERVM, VERBORVM ET SENTENTIARVM IN-

signiorum, quæ in hoc opere continentur ordine Alphabetico distributus.

A.

Accidens vt generet substantiam? folio.3.columna.2.& f.195.c.1

Accidentia à posteriori indicant? in diuidua.fol.82.col.1.

Accidentia ex æquo subiectis hærent.fol.141 col.1

Accidentium indiuiduatio vnde? fol.155.c.4

Accidens an per se ipsum vniatur subiecto? fol.176.col.2

Actio diuina ad extra & ad intra.fol.61.c.4

Actus & potentia an sint idem in subiecto? fol.51.col.1

Aequale quid & quotuplex.fol.178.col.3

Aequalitas diuinarū personarum relatio rationis Thomæ:vbi de hoc plura.f.178.c.3

Aeternitatis definitio.fol.83.col.3

Aeterna dupliciter cōsiderantur.fol.214.c.4

Agens à proposito quid.fol.71.col.3

Alius & aliud quid differant? fol.97.col.4

Amare aliquid propter se quid? fol.33.c.4

Amoris vis.fol.99.col.3

Amor vnitatem exprimit, non similitudinē fol.113.col.3

Amor primum donum.fol.150.col.1

Analogia non significat vnam rationem in analogis.fol 89.col.3

Analogā media inter vniuoca & æquiuoca. fol.89.col.4

Anaxagoras de diuinitate commendatur.fo. 44.col.2

Angelorum motus ex Arist.fol.43.c.2

Angeli Aristoteli immobiles.fol.84.c.2

Angeli ex essentia & esse componi. f.90.c.1

Angeli an verè corpora aliquando sumant. fol.124.col.1

Angeli an meruerint de condigno primam gratiam? fol.136.col.4

Animarum ex Arist.immortalitas.f.6.c.3

Animarum iudices apud Gentiles.fol.9.co.1

Animarum secundum platonem purgatoriū fol.11.c.1

Animæ motus qui? fol.42.col.4.

Anima mundi quid? fol.42.col.4

Anima rationalis respectu aliarum formarū qualis.fol.47.col.1

Anima rationalis quando egeat phantasmate .fol.47.col.2

Anima grauata corpore, vt intelligat? fol.47. col.3

Animæ vires.fol.51.col.4

Anima separata, vt intelligat? fol.56.c.1

Animæ actiones non sunt moderādæ, vt physicæ.fol.145.col.4

Anthropomorphitarum error.fol.86.col.3

Apocryphi libri qui? fol.22.col.2

Apparitiones veteres quales? fol.121.col.1

Apparitio & missio vt differant? fol.121.col.1

Aquæ virtualis frigiditas quid? fol.42.col.3

Aristotelis locus, secantur scientiæ quemadmodū res &c.2.de Anim.rex.38.exponitur.fol.23.c.4.

Aristotelis exiliū, & exilij causa. fol.235.col.1

Aristoteles de distinctione formali. fol.45. col.4

Aristotel. locus, Vix Deus se bene haberet &c.Polit.7.expon.fol.43.col.4

Arist.locus, Ex calido fieri magis calidū nullo facto&c.4.phys.com.84.exp.f.14c.c.1

Arist.locus, Omne quod est quando est necesse est esse &c.lib.per.c.vlt.expon. folio. 121.col.3

Arriana hæresis.fol.92.col.2.

Arrius suis verbis conuincitur fol.92.col.3

Arrius paganissimum induxit.fol.161.col.1

Arrij & Eunomij de Verbo diuino error.fol 169.col.3

Astrorum aspectus fortunati & infortunati. fol.209.col.2.

Athanasij de Sācta Triade cōfessio.fo.155.c.3

Attributorum diuinorum multiplicitas.foli. 38.col.2

Attributorum distinctionis fundamentum. fol.38.col.2

Auerroes philosophus ex lex, sed cur? f.5.c.3

Auerroes de diuinis attributis.fol.45.col.2

Augustinus & Aristoteles concordes in verbo, fruor. fol.26.col.2
Augustini locus, Spiritumsanctum procedere non quomodo natus, &c. libr.5.cap. 17.expon.fol.150.col.1.
Augustini locus, dum ait, Patrem & Filium diligi & coniungi Spiritusancto exponitur fol.182.col.2
Augustini locus, dum ait, Deum nihil extra se cognoscere expon.fol.188.c.2
Augustini Eugubini de vniuersali Dei existentia error.fol.193.col.3

B.

BAptismus Dei & hominum sponsalia.fo. 3.pagina.2
Baruch de doctrina reuelata fol.10.col.3.
Beatitudini assequendæ an reuelata doctrina sit opus? fol.6.col.2
Beatitudinis Philosophiæ & Theologiæ præsidia.fol.6.col.3.
Beatitudo non confusa, sed explicita Dei notitia paritur.fol.6.col.3.&4
Beatitudo tribus completur.fol.27.col.4
Beati vt liberè ament Deum? fol.73.co.1.
Beguini hæretici.fol.148.col.3
Bonauentura de fidei, scripturæ, & Theologiæ differentia exponitur.fol.13.c.2
Brutorum ab ætate prudentia fol.52.co.2

C.

CAlor summus in mixtis simpliciter an secundum quid? fol.141.col.3.
Canonicorum librorum definitio & autoritas.fol.20.col.3
Canonicorum librorum indago. fol.22.c.3
Canticorum locus, Introduxit me rex in cellam, &c. cap.2.exp.fol.32.col.4
Capacitas substātialis & accidētalis.f.137.c.1
Catherini d. prædestinatiõe deliriũ.f.210.c.2
Causa per accidens & per se fol.111.col.4
Causa propinqua & remota.fol.112.col.4
Characterismos quid? fol.157.col.3
Charitas apud Deum sublimis.fol.121.co.2
Charitas nostra habitus creatus.fol.130.col.1
Charitatis attributa seu officia ex Paulo.fol. 130.col.3
Charitas formalis & effectiua.fol.131.co.4
Charitas omnium virtutum regina. fol. 132. col.2.
Charitas dispositionem amat supernaturalẽ. fol.126.col.1
Charitas acquisita infusæ æmulatrix.fol.138 col.1
Charitas infusa arcana.fol.138.col.2
Charitatis actus remissi quid conducant? fol. 144.col.4
Charitas trifariam se gerit in producendis actibus.fol.144.col.4
Charitas etiam flaccidioribus actibus augetur.fol.146.col.4
Charitas infusa nostra iustificatio fol. 146. col.4
Charitas quomodo sentiatur? fol.147.col.1
Charitas vitæ an augmentabilis in infinitum? 1.fol.147.c.3.& fo.149.co.1.&3.
Charitatis triplex terminus.fo.148.col.1
Christi verba ad Petrum, ad Petri successores extenduntur.fol.4.pag.2
Christus cur forma paternæ substantiæ? fol.94.col.1
Christi omnipotentia ex Paulo, Diuinitas in expurgandis peccatis. fo.94.col.2
Christus vt Deus an possit mitti à Spiritusancto? fol.119.col.2
Christi animæ maxima latitudo diuini amoris.fol.149.col.3
Christus vt Deus & vt homo verbum Dei. fol.168.col.2
Christi mors à Deo præuisa an fuerit necessaria? fol.201.col.2
Christi anima corpus non præextitit.fol.215 col.2
Cicero maluit diuina lædere quam humanis detrahere.fol.204.col.1.
Clemẽtina, Ad nostrum. exponitur fol.149. col.3
Cognitio diuinorum in via qualis fol.11.col. 1.
Conatus ad diuina triplex.fol.136.col.2
Concilium & canonici libri conferũtur.fol. 20.col.3
Concilia quinque vt quatuor euangelia obseruanda.fol.102.col.1
Concilium Florentinum exp.102.c.3
Concupiscẽtia quomodo peccatũ.f.144. c.1
Contactus ad actionem necessarius exponitur.fol.194.col.1
Contactus secundum substantiam & virtutem in Deo an sint diuersa fol. 194. col. 2.
Contingentia vt præscita? fol.201.co.4
Contingentium præscientia Dei vt necessaria? fol.220.col.2
Corruptibile & incorruptibile duplex. fol. 44.col.4

Creatio an ſit mutatio phyſica? fol.62.col.1
Creaturarum ad creatorem analogiæ. fol.78. col.3
Creaturæ, Dei cooperariæ.fol.125.c.2.
Creaturæ diuinitatis verba.fol.168.c.3
Creaturas verius eſſe in Deo quàm in ſe ipſis habere quid? f.192.c.1
Creaturæ an coexiſtant æternitati? folio.200. col.4
Culpæ & pœnæ malum fol.197.c.4

D

Dauid, vide in proprijs eiuſdem librorum nominibus.
De, præpoſitio in ſacris quid denotet? fol.65. col.3.&.fol.67.col.1
De, & ex.præpoſitionum vſus latinis & Græcis.fol.67.col.2
Deus confuſa an explicita notitia poſsit cognoſci? fol.6.col.3.&4
Deus vt à Philoſophis cognitus? f.10.c.1
Dei nota & occulta quæ ſint? fol.10.c.3
Deus hominum finis naturalis an ſuper naturalis? fo.10.col.4
Deus quare naturalis hominum finis? f.11.c.2
Deus ſibi ſolum natiuũ obiectum? f.12.c.1
Dei viſionem naturaliter expetimus.f.12.c.2
Deus an ſit per ſe notus? fol.17.col.4
Deus eſt, propoſitio, quoto gradu cenſenda? fol.18.col 2
Deus vt fruitur creaturis? fol.27.col.3
Dei conceptus abſolutus an ſit viatori poſsibilis? fol.30.col.2.& f.154.col.3
Dei notitia viatori qualis? fol.30.col.4
Deus actus puriſsimus.fol.45.col.3
Deus Peripateticis cauſa efficiens.f.43.c.3. & fol.45.col.4
Deus cur vniuerſa efficiat Ariſt? fol.44.c.1
Dei nomina quid explicent fol.46.col.2
Dei eſſentia vt patere poſsit mortalibus? fol. 48.col.2.
Deus an ſit nomen ſuppoſiti vel naturæ ? fol 62.col.1
Dei ſubſiſtentia propria & inſeparabilis. fol. 62.c.4
Deus cur nõ poſsit eſſentialiter definiri? fol. 87.col.4
Deus nec naturaliter, nec voluntariè agit.fol. 87.col.4
Deus forma & finis omnium vt accipiendum fol.90.col.2.
Deus crucifixus & mortuus.fol.95.col.1
D - vt eſt intrinſeca perſonarum pluralitas? fol.110.col.4
Deus vt vnus agit.fol.111.col.1
Deo cur nihil accidat? fol.112.col.2
Deus cur autogenes dicatur? fol.114.c.1
Dei viuifica cognitio quæ & vnde.f.121.c.2
Deus ſecundum rationem propriæ naturæ res bus prouidet .fol.136.col.3
Deus an poſsit à viatore quantum eſt diligibilis diligi.fol.147.col3.
Deum æſtimatiue ſeu intenſiue diligere quid fol.149.col.3
Dei nomina ſecundum philoſophos. fol.152. col.3
Dei nomina octo habent differentias.ſecũdũ Magiſtrum.fol.152.col.3
Dei decẽ nomina ab Hieronymo exponuntur.fol.153.col.3
Deum nullum nomen ſubſtantiue ſignificat. fol.153.col.3
Dei nomina ineffabilia ſunt & in multiplici differentia.fol.154.col.2
Deus vnitas & numerus.fol.159.col.4
Deo vt aſcribatur numerus ex Thoma? fol. 160.col.1
Dei modus realis reſpectiuus ad creaturam qualis? vbi de hoc plura.fol.177.c.4
Deo vt eſt gemina fœcunditas? fol.182.c.1
Deus cognoſcens ex philoſophis. fol.185.c.4
Deus ſe intelligens ex philoſ.fol 186.c.3
Deus an ſciat ſingularia ex Ariſt.f.187.c.3
Dei notitiã nihil impedit.fol.188.col.2
Dei prouidentia an poſsit phyſicè demonſtrari? fol.188.col.3.
Deus vt intelligat impoſsibilia, priuationes & negationes? fol.189.col.1
Dei ſcientia nec vniuerſalis nec particularis ſed omnia eſt.fol.189.col.2
Deum omnia eminenter continere quid? fo. 189.col.4
Deus extra vniuerſum & intra vniuerſum? fol. 193.c.2,&,f.195.c.1.&2
Deus omnium efficiens & conſeruator. fol. 193.col.4
Deum eſſe in loco limitato & eſſe omnipotentem repugnat.fol.195.c.2
Deus ante mundũ conditum vbi fuerit? fol. 195.col.4
Deus in poſsibilibus & extra tempus.fol.196 col.4
Dei ſcientia an ſola ſit actiua? f.197.c.1
Deus liberum agens, vbi plura de diuina voluntate ex philoſophis.f.197.c.3.&4
Deus quorum malorum autor, & vt mala cognoſcat? f.198.col.1
Dei præſcientia eſt ſcientia? fol.200.c.4

Dei ſcientia à contingentibus independens contra recentiores.fol.202.col.2
Dei ſcientia non habet neceſsitatem ex rebus ſcitis.fol.202.col.3
Dei ſcientia vt moueat humanam voluntatem?fol.203.col.1
Dei præſcientia non poteſt diſcordare à contingentia rerum.fol.203.col.4
Dei præſcientia an ſit cauſa rerum?fo.204.c.2
Deus actus puriſsimus.fol.204.col.3
Dei ſcientia & noſtra, vt conſentiant& diſsẽtiant?fol.204. col.4
Deus peccati nec neceſſaria nec cõtingẽs eſt cauſa.fol.205.col.1
Deus vt cognoſcat peccatum?fol.205.co.2
Deo nulla aduenit notitia.fol.205.col.4
Deus vt cognoſcat infinita &c.ex Ariſtotel. fol.206.col.3
Deus vt cognoſcat partes in continuo?f.206. col.4
Dei potentia & ſcientia vt differant?fo. 206. col.4
Dei prouidentia quibus rationibus colligitur?fol.207.col.3
Deus vt prouideat rebus?fo.207.col.3
Deus cur permittit mala?fol.207.c.4
Dei prouidentia ſpecialis circa homines.fo. 208.col.2.
Deus indurationis non eſt autor.fol.214.col. 3.
Deus reprobans nemini facit iniuriam. fol. 214.col.3
Dei omnipotentia ex Ariſtot.fo.215. col.4.
Dei vigor infinitus ex Ariſt. fo.216.col.2
Deo fontalis æternitas ineſt.fol.217.col.1.
Deo quid impoſsibile? fo.218.c.1.
Dei cõcurſus ad peccatũ qualis?fol.221.co.2
Deuotio quid?fol.131.col.3
Dextrum & ſiniſtrum appellationes extrinſecæ.fol.162.col.2
Diabolus in affectu læſus, mente integer.fo. 10.col.1.
Differens & diuerſum quid differãt?f.97.c.4
Digeſtio & concoctio an ſint idem?f.52.co.1
Dilectionis gradus in actu ſunt,non in Spiritu ſancto.fol.129.col.1
Dilectus & amicus quid differant?f.129. c.3.
Diligere notionaliter& eſsẽtialiter.f.181.c.4
Dilectio vlterius,vide amor.
Diſtinctionis realis duplex mod⁹.fo.103.c.4
Diuinorum notio facilior.quàm amor.fo.10 col.1
Diuinitatis ratio abſoluta prior reſpectiuis. fol.17.col.1.
Diuinitas an poſsit non viſis perſonis videri. fol.28.col.3
Diuinitatis vnitas ex rebus vt colligatur?fo. 34.col.4
Diuinitatis vnitas demonſtratur.fo.42.col.1
Diuinitas vlterius,vide Deus.
Doctorum ſanctorum autoritas.fo.21.co.2
Donũ duplicem habet habitudinẽ.f.150.c.4

E.

Eccleſiaſtici locus,Ab initio & ante ſæcula,&c.exponitur.fol.68.col.1
Emittere Ciceroni quid?fo.118.c.3
Entia per accidens an ſint in prędicamento? fol.143.col.2
Eraſmi de Theologia ſcholaſtica cenſura. fol.7.col.1.& fol.15.c.1
Eſaiæ locus,Generationem eius quis enarrabit,&c.cap.3.exponitur.fol.60.col.3
Eſaiæ locus,Sanctus,Sanctus, Sanctus, &c. cap.6.expon.fol.165.col.1
Eſſentia an ſit aliquo modo generabilis? fol. 64.col.1
Eſſentia an ſit innaſcibilis.f.64.c.4.&.fo.81. col.2.
Eſſentia & natura vt ſe habeant?f.64.c.4
Eſſentia diuina an ſe habeat vt materia vel quaſi?fol.66.col.1
Eſſentia vt principium productiuũ?f.78.c.4
Eſſentia quadruplex.fol.80.col.3
Eſſentia & quidditas.fo.80.col.4
Eſſentia & natura vt differant?f.81.c.3
Eſſe Dei,Angelorũ &Hominũ an aliquãdo accidentale?fol.83.col.1
Eſſentia bifariam exponitur.fol.142.c.4
Eſſentia vt augeri poteſt?fo.143.col.1
Eſſentiale rebus quid?fol.158.col.2
Eſſentia rerum duplex.fo.189.col.1
Eſſe diuinum & operatio,indiuiſa.f.194.c.3
Ex præpoſitio,in ſacris quid denotet?fol.65. col.3.& fo.67.col.1
Ex,et,de,prępoſitiones apud Latinos &Grę cos.fol.67.col.2
Exiſtere per ſe an ſit modus ſubſtãtiæ intrinſecus?fo.83.col.3.
Exiſtentia diuinitatis in rebus,generaliſecũdum tria.fol.194.col.3
Exodi locus,Qui eſt miſit me,&c.cap.3.exponitur,fo.153.col.2

F.

Fatum Stoicis quid?fol.208.col.4
Fictio aliquando ſine mẽdacio.f.124.c.2.

Fidei hoſtes qui? fol. 13. col. 2.
Fidei & Theologiæ differẽtia. fol. 13. c. 2. & 4
Fidei deductiones. antecedens & conſequens quid efficiant? fol. 13. col. 3.
Fides quid? fol. 14. col. 3
Fidei argumenta non cogunt. fol. 14. c. 3
Fidei articuli bipartiti. fol. 19. col. 1
Fides columna deſerti mortalibus. f. 101. c. 1
Fides diuinæ veritatis participatio. f. 148. c. 3
Fideliũ pro tuenda fide argumenta. f. 14. c. 2
Filij à Patre proceſsio. f. 6. col. 1
Filio cur appropriatur ſapientia? fol. 99. c. 2
Filius in ſancta Triade cur vnicus? f. 101. c. 1
Filius propter Patrem ſpirat & viuit. f. 112. c. 2
Filij proceſsio cur natiuitas dicitur? f. 113. c. 3
Filij productio quid exprimat? f. 114. c. 2
Filij generatio, & ſpiratio Spiritusſancti vt diſtent? fol. 114. col. 3
Filij generatio vt proceſsio quomodo expendatur? fol. 115. col. 2
Filij & Spiritusſancti miſsio & ſanctificatio. fol 120. col. 1
Filij & Spiritusſancti in ſacramento inuiſibilis miſsio. fol. 120. col. 1
Filius & Spiritusſanctus vt ad Patres miſsi? f. 120. col. 3
Filius an referatur ad creaturas vt Filius? fol. 150. col. 3
Filius Dei vt aptiſsime appelletur? fol. 168. col. 4
Filius cur lux & ſplendor dicitur? f. 170. c. 1.
Filius ex origine vniuerſa manifeſtat. f. 170. col. 2
Filius vt eſt Patris imago? f. 174. col. 2
Filius vt eſt ſapiens ſapientia genita? fol. 182 col. 3
Filius vlterius, vide verbũ, Chriſtus, vel, Deus
Finis duplex. fol. 25. col. 4. & f. 27. c. 1.
Fruor & fruitio quid ſignificet grammaticis, philoſophis & Theologis. f. 26. c. 1
Fruitio perfecta delectatio. f. 27. col. 4
Fruitio viatorum an ſit conſummata? fol. 32. col. 4
Fruitio quid? fol. 33. col. 1
Futura an naturaliter poſsint præſentiri? fol. 187. col. 2

G

Generationis formæ variæ. fol. 60. col. 2
Generatio perfectiſsima quæ? f. 60. c. 2
Generationis diuinæ teſtimonia. fol. 60. col 2. & 3
Generatio diuina naturalis & intellectualis. fol. 69. col. 1
Generatio Filij à patre cur naturalis dicẽda? fol. 73. col. 3
Genita ab arte & natura quid differunt? fol. 73. col. 4
Generandi ratio & genitum an differant? fol. 78. col. 1
Generare alium filium cur non poſsit Filius? fol. 79. col. 1
Generandi ratio formalis. f. 107. c. 4
Generatio propriſsima. fol. 113. col. 4
Generatio & ſpiratio vt differant? fol. 114. col. 4
Generatio æterna emiſsio, non miſsio dicipoteſt. fol. 118. col. 4
Genus neutrum vt differat à reliquis? fol. 98. col. 3
Gilbertus Porretanus ſuam de relationibus diuinis retractans ſententiam. f. 162. c. 1
Glorificationis cauſa. fol. 213. col. 2
Gratia gratum faciens infuſa apud Magiſtrũ fol. 129. col. 2.
Gratia an ſit habitus operationis? folio. 126 col. 2
Gratia Dei non datur ſecundum naturam. f. 136. col. 2
Gratia Ariſt. quid? gratia & donum vt differant? fol. 150. col 1

H

Habitus infuſi vnde colliguntur? folio. 131. col. 1
Habitus infuſi ex diuina ſcriptura. folio. 143. col. 4
Hæretici ſpiritu vertiginoſo aguntur. folio. 3. pag. 2
Hæterici in lezabele adumbrati. f. 4. pag. 1.
Hæreticorum inanis confidentia. f. 7. c. 4
Hæretici Traſuaſantes qui? fol. 152. c. 1.
Hæreticorum neotericorum articulus communis fol. 158. col. 1
Hæreticorum neotericorum de Dei crudelitate delirium. fol. 212. col. 2
Hæretici Trinitarij. fol. 222. col. 3
Hypoſtaſis quid? fol. 155. col 2
Homo, vniuocum ad Chriſtum & reliquos homines. fol. 160. col. 4
Hominis exulatus ſola arte diuina ſanabilis. fol. 210. col. 3
Homo ante reconciliationem cum Deo damnationis ſubditus. fol. 211. col. 2

I

Iacobi locus, Apud quem non eſt differentia neque conuerſionis obumbratio &c. cap. 1. expon. fol. 85. c. 1.

Idæa ſecundum Platonem quid? fol. 44. c. 1. et fol. 80. col. 2.
Idęæ Auguſtino quid? vbi plura de idæis. fol. 190. col. 3.
Idæa cur principium intelligendi dicatur. fol. 192. col. 2.
Idæa principium cognoſcendi. fol. 193. c. 1.
Idem ſecundum naturæ ſpeciem & ſecundū morem. fol. 117. col. 1.
Idololatriæ confutatio. fol. 34. col. 3.
Iehouah nomē diuinum et eius dignitas. fol. 153. col. 1.
Iepte an peccarit immolans filiam? fol. 223. col. 4.
Ignis proprietates. fol. 124. col. 1.
Imago et veſtigium quid differant? fol. 48. col. 4.
Immateriale an ſit cauſa intellectualitatis? fol. 185. col. 4.
Immenſitas à Priori in Deo quid efficiat? fol. 194. col. 3.
Impoſsibile quatuor modis ſumitur. f. 218. c. 2
Indiuiduationis cauſæ. fol. 82. col. 3.
Ingenitus homonimum. fol. 174. col. 3.
Innaſcibilitas duo denotat. fol. 115. col. 3.
Innaſcibilitas inſpirabilitatē includit. f. 117. c. 3.
Innaſcibilitas vt eſt proprietas perſonalis? fol. 162. c. 4.
Innaſcibilitas in patre quid denotet? fol. 172. c. 1.
Innaſcibilitas antiquiſsima notio apud eccleſiaſticos autores. fol. 172. col. 2.
Innaſcibilitas Damaſceno quid? f. 172. c. 3.
Intellectus et voluntas an diſtinguāt diuinas perſonas. fol. 38. col. 1.
Intellectus agens et poſsibilis vt diſtinguantur? fol. 54. col. 1.
Intellectus et ſenſus vt diſcernantur? fol. 54. col. 3.
Intelligibilia duplicia. fol. 55. col. 2.
Intellectus poſsibilis an ſit memorandi vis? fol. 55. col. 3.
Intellectus an cognoſcat ſingularia? f. 55. c. 4.
Intellectus agens philoſophis. fol. 57. c. 1.
Intellectus poſsibilis vt materia prima. fol. 57 col. 4.
Intellectus noſtri ſtatus tres. fol. 58. c. 1.
Intellectus agens vt res transferat. f. 59. c. 3.
Intelligere et velle in Deo. fol. 74. c. 4.
Intellectus diuinus et voluntas fœcunda differenter. fol. 75. col. 2.
Intellectus diuinus in actu primo et ſecundo fol. 107. col. 3.
Intelligi expreſsiue quid? fol. 114. c. 1.
Intellectus et voluntas an ſat diſtinguendis proceſsionibus? fol. 115. c. 1.
Intellectus an intelligat ſingularia materialia? fol 186. col. 1.
Intellectus ſupra cætera cognitiua nobilitas. fol. 186. col. 2.
Intellectus an plura ſimul intelligat? fol 198. col. 3.
Intelligere plura ſimul, et vnico actu differūt fol. 199. col. 1.
Intenſio ſinuoſa diſcutitur. fol. 139. c. 1.
Intenſionis gradus de potentia materiæ. fol. 141. col. 2.
Intenſio et remiſsio varia ſignificant. fol. 142 col. 1.
Intenſibilitas aptitudinē denotat. fol. 143. c. 1.
Intenſibilitas & remiſsibilitas genericæ proprietates. fol. 143. col. 1.
Ioannis locus, filium eſſe in ſinu Patris &c. cap. 1. exponitur. fol. 67. col. 3.
Ioannis locus, Ego ſum in Patre et Patereтc. cap. 14. expon. fol. 151. col. 3.
Ioannis locus, Mea omnia tua ſunt &c. cap. 17. exp. fol. 152. c. 1.
Ioannis locus, Quod factum eſt in ipſo vita erat &c. cap. 1. exp. fol. 190. c. 1.
Iob locus, forſan veſtigia Dei comprehendes &c. cap. 11. exp. f. 50. c. 1.
Ipſum et ipſe quid valeant? fol. 70. c. 1.
Iſaac immolare prę cipiēs quid Dominus prętendebat? fol. 225. col. 2.
Iudæi ſub Samuele petentes regem cur peccarint? fol. 223. col. 2.
Iudas cur nō vt Petrus reſipuerit? fo. 214. co. 2.

L

Liberi arbitrij conatus quid? fol. 136. c. 1.
Liberi arbitrij contingentia intrinſeca. fol. 202. col. 3.
Lucæ locus, factus eſt repente de cœlo ſonus &c. expon. fol. 123. col. 4.
Lumen natiuum ad omnia ſcibilia ſe extēdit fol. 17. col. 2.
Lumina in medio an confundantur in vnum lumen? fol. 140. col. 4.
Lutheri omnia opera peccata aſſerentis delirium. fol. 212. col. 3.
Lutheri de diuina prædeſtinatione delirium fol. 214. col. 3.

M

Magnetis vis. fol. 51. col. 3.
Mahometicū imperiū cur tāt[illegible]ſit & duret?

et duret? fol.14.col,3.
Manichæorum væcordia.fol.34.col.1.
Manichæorum errores.fol.199.col.4.
Materia et forma vt ſui ad inuicē ſint cauſæ? fol.82.col.3.
Materia infinitatis cauſa, forma finitatis.fol. 148.col.2.
Materia an poſsit eſſe ſine forma? folio. 118. col.3.
Medicinæ ſubiectum an ſubalternetur phyſico? fol.18.col.3.
Memoriæ obiectum dūplex. fol.54.c.4.
Memoria vt ſit in ſenſu communi? fo.54 co.4
Memoriæ organum.fol.55.col.1.
Memoria vt eſt imaginis pars? fol .56.col.3.
Menſura metaphyſica & arithmetica. fol. 175.col.1.
Mercurij Triſmegiſti de baptiſmo aſſertio. fol.6.col.1.
Mercurij Triſm. de Sancta Triade verba et expoſitio.fol.39.col.3.
Meritum duplex.fol.132.col.4.
Meritum de congruo quid? fol.132.c.4.
Mereri bona temporalia de condigno an poſsint fideles? fol.133.c.2.
Meritum de condigno quid? fol.133.c.3.
Merita ſanctorum bifariam conſiderantur, fol 133.col.4.
Meritum de cōdigno apud homines et apud Deum.fol.134.col.1.
Meritum de cond. prēter charitatem quid requirat? fol.134.col.2.
Meritum an indigeat ſpeciali Dei motione? fol.134.col.3.
Merita occultiſsima Auguſtino quæ? fol.212. col.4.
Metaphyſica non in omnibus euidens. fo.14. col.1.
Metaphyſica inferior Theologia. fol.17.c.2
Miſsio & emiſsio quid? fol.118.c.3
Miſsio & datio vt ſe habent? fol.119.c.1.
Mittere et mitti Scoto quid? fol.119c.4.
Miſsio viſibilis & inuiſibilis.f.119.c.4.
Miſsio ſine ſanctificatione non fit. fol.120. col.2.
Miſsio an ſit Patris aduentus ad ſanctificandum? fol.120.col.4.
Miſsio exterior cur viſibilis dicatur? fol.121 col.3.
Miſsio viſibilis eſt gratia inuiſibilis vt accipiendum? fol.121.col.4.
Miſsio diuinæ perſonæ an fiat ſecundum generalem eſſendi modum? fol.122.c.1.
Miſſioni non ſat eſt origo ſed nouus ex iſtendi modus.fol.122.col.2.
Modales propoſitiones in triplici differētia. fol.219.col.2.
Moſes an viderit ſine perſonis diuinitatem? fol.29 col.2.
Moſis poſt viſionem de diuinis notitia. fol. 31.col.3.
Moſis & Pauli fides & diuinitatis fruitio fo. 32.col.1.&.2.
Motus & mutatio quid differant? fol.84.c.2.
Motor infinitę motionis nullus.fol.216.c.3.
Motor cœleſtis duplex.fol.216 col.4.
Motus cœli in indiuiduo finitus, inſpecie infinitus.fol.218.col.4.
Mundi adminiſtratio qualis? fol.35.c.1.
Mundi generatio ſecundum Ariſt. f.44.c.1.
Mundi creationem cur Ariſtoteles negauit? fol.86.col.1.
Mundi æternitatem cur putauerunt philoſophi? fol.28.col.2.
Mundus non ex materia conditus Platoni.f. 217.col.4.

N

Naturæ humana vis quid poſsit.f.9.c.4.
Natura & eſſentia vt ſe habeāt? f.64.c.4
Natura & agens à propoſito quid? fol.71.c.3.
Naturæ æquiuocatio.fol.73.col.2.
Natura diuina vt eſt ratio ſpiratiua? fol. 73. col.2.
Natura & eſſentia vt differant? f.81.c.3.
Natura prius quid ſit. fol.95.col.3.
Natura & res naturæ quid? f.155.col.2.
Natura diuina an egeat notionibus? f.174.c.3
Natura & res naturæ vt in Deo, & vt in creaturis? f.185.col.2.
Neceſſarium an ſit aliquid? fol.44.c.2.
Neceſsitas creaturarum ſecundum philoſophos.fol.44.c.3.
Neceſſarium duplex.fol.73.col.1
Neceſſarium ſecundum quid ſimpliciter cō tingens.fol.222.c.1.
Nomina diuina ex ſacris & profanis. fol.152. col.3.
Nomen quādo diſtincte vel indiſtincte ſignificet? fol.155.col.2.
Notum per ſe tres habet gradus fol,17. col.3.
Notum per ſe per aliud indemonſtrabile.fo. 17,col.3.
Nota per ſe ab aliquibus dubitantur. fol.17. col.4.
Notio & proceſsibilitas vt differant? fol. 118. col.1.
Notionalia ad intra & ad extra. fol.121. col.3.

Notioni tria neceſſaria.fol.172.c.3.
Notio,relatio,& perſonalis proprietas vt ſe habeant?fol.173.c.1
Numerus multiplex,vbi de numero plura. fol.158.col.4

O

OMiſsio ſine actu voluntatis an ſit in vitio? fol.222.col.4
Omnipotentia Dei ex Ariſt.fol.215.c.2.
Opera ſancta cur Deo inutilia dicantur? fol. 135.col.3
Oppoſitio duplex.fol.104.col.1
Oppoſitio item triplex.fol.104.c.4
Oppoſitio an ſit relatio rationis?f.179.c.1
Ordo rationis in diuinis.fol.111.col.3
Ordo ad intra & ad extra.fol.171.col.3
Ordinis eiuſdem eſſe duo quid?f.177.c.1
Origenis dogma de animarum præexiſtētia fol.213.col3.
Originis ſigna ſecundum Scotum. fol. 69.c.1.
Originis prioritas in diuinis perſonis.f.95.c.2
Originis prioritas quid ſit fol 95.c.2
Originis prioritas duplex.f.109.col.4
Origo actiua et paſsiua.fol.163.c.4,&1.65.c.2.
Origo & manifeſtatio in verbo diuino. fol. 171.col.1
Oſiander & caluinus hęretici confutantur. f. 202.col.4

P

PApę autoritas cōtra hęreticos defenditur. fol.21 col.1
Papæ autoritati,an potius doctrinis ſanctorū ſtandum?fol.22.col.1
Pater deus cauſa filij prior æternitate quid ſit fol.96.col.1.&2
Pater vt eſt aliud à filio?98.col.2.
Patri cur appropriatur potentia?f.99.col.2
Pater & filius vt ſunt vnum & duo? f.106.c.3
Pater & filius vt ſunt totum principium & vnum ſpirandi Spiritum ſanctum? fol.106. col.4,&.f.108.c.1
Pater in Verbo conquieſcit.fol.113.col.2
Patris improceſsibilitas per in naſcibilitatem innoteſcit .fol.117.col.4.
Patris aduentus ad ſanctificandum an ſit miſsio?fol.120.col.4.
Pater vt eſt filio maior?fol.126.c.1.
Pater an filio perfectior? fol.127.col.8
Pater ab æterno nihil donat filio.f.150.c.2
Pater & filius vnus donator & plures donantes &c.fol.151.col.1
Pater bifariam conſiderari poteſt. f.165.c.4.
Pater vt Verbo diuino egeat? fol.169.c.3.
Patri æternitas, filio ſpecies, Spiritui ſancto vſus cur tribuitur?fol.180,c.1
Pater & filius quomodo Spiritui ſancto ſe diligunt?fol.180.col.4
Pater vt eſt caput in ſancta Triade?f.182.col.3
Pater intelligit verbo, vt accipiendum? fol. 182.col 4
Paternitas generat an ſit vera?f.116.c.4
Paternitas, filiatio, ſpiratio vt ſunt idem? fol. 116.col.4
Pater vlterius,vide Deus.
Pauli locus,quæſtiones damnantis exp. fol. 7.c.3.
Pauli locus,Nam ſi Deum cognouiſſent &c. exponitur.fol.10.col.1.
Pauli epiſtola ad Hebræos defenditur. fol. 20.c.4
Pauli poſt raptum de diuinis notitia. fol.31. col.3
Paulus quando euangelio obtemperauit,fol. 32.col.1
Pauli & Moſis fides & diuinitatis fruitio.fol. 32.col.1.&.2
Pauli locus, Dæmones ſpiritualia nequitiæ &c.Epheſ.2.expon.fol.35.col.2.
Pauli locus, in ipſo viuimus, mouemur &c. Act.17.expon. fol.46,col.1
Pauli locus,Dei Filius ſplendor paternæ gloriæ,&c.Hebr.1.exp.fol.74.c.2
Pauli locus,Qui cum in forma Dei eſſet non rapinam,&c.Phil.2.exp.fol.93.c.2
Pauli locus,Filios Dei agi diuino ſpiritu,exponitur.fol.135.col.1.
Pauli locus,Non plus ſapere, quàm oportet. Rom.12.expon.fol.136,c.4.
Pauli locus,Deus vult omnes homines ſaluos fieri &c.1.Tim.2.exp.fol.214.c.3
Paulus an fuerit de ſua in Deum charitate certus?fol.137.col.4
Peccatum electionis eſt noſtræ fol.27.c.2
Peccata omnia ad quatuor capita reducūtur. fol.33.col.4
Peccatum quid contra charitatem operetur? fol.144.c.2
Peccatum,vt priuatio præſcitur per accidēs. fol.205.col.1.
Peccato adſunt duo.fol.220.col.4
Peccatū quomodo neceſſarium?fol.222.c.1
Peccati omiſsionis ſubſtantia.fol.222.c.4
Peccati ſubſtantiam quomodo Deus velit? fol.223.col.1
Peccatum an velit Deus, & vt eius ſit cauſa? fol.224.col.1.

Pentecoſtes myſterium exponitur. fol. 123. col. 2. & 3
Per prępoſitio quid denotet? f. 97. c. 1
Perfectum duplex. fol. 45. col. 2
Perfectio ſimpliciter quæ? fol. 128. col. 1
Peripatetica de diſtinctionum numero ſententia fol. 45. col. 4
Perſonarum diuinarum proprietates indiuiduantes. fo l. 109. col. 3
Perſonarum circumineſsio quæ? fol. 151. c. 3
Perſonarum diuinarum circumineſsio exponitur. fol. 152. col. 1
Perſonæ multiplex acceptio. fol. 155. c. 3
Perſona ſecundū Richardum quid? f. 156. c. 2
Perſona nomen ſubſtantiæ. fol. 157. col. 1
Perſona nomen medium. fol. 157. col. 4.
Perſona diuina vt vocat in ſuum conceptum relationem? fol. 161. col. 2
Perſonæ tres, num res tres ſint? fol. 161. c. 2
Perſonas diuinas dicere abſolutas an ſit contra fidem? fol. 163. col. 3
Perſonas diuinas relationibus conſtituere ex mente Sanctorum. fol. 163. col. 3
Perſona diuina vnde habeat eſſe? fol. 164. c. 1
Perſonæ diuinæ an habeant ordinem eſſentialem? fol. 173. col. 2.
Perſonæ diuinæ ex eſſentiæ vnitate idem. f. 179. col. 3
Perſonarum diuinarum æqualitas, relatio realis, fol. 179. col. 4
Petri Abailardi de perſonis beatis error. fol. 164 c. 3
Phantaſmatis abſtractio an phantaſmatibus officiat? fol. 58. col. 4
Philoſophorum de diuinis indagatio. f. 6. c. 1
Philoſophia Theologis vtilis ex ſacris? fol. 7. c. 1
Philoſophorum de religione placita. f. 8. c. 4.
Philoſophi vt Deum cognouerunt? fol. 10. c. 1
Philoſophorum faſtus. fol. 10. c. 2
Piloſophi ab Hebręis multa didicerunt. f. 12. col. 3
Philoſophica phraſis à ſacra differt. f. 13. c. 1
Philoſophi de diuina vnitate. f. 45. c. 1.
Philoſophi de Sancta Triade. fol. 39. col. 1.
Philoſophi de agente intellectu. f. 57. c. 1.
Philoſophorum de Dei immenſitate ſententiæ. fol. 193. col. 3
Platonis doctrina qualis. f. 8. c. 4
Platoni animus immortalis f. 8. c. 4
Platonis purgatorium. fol. 11. col. 2
Plato de agenti intellectu. fol. 57. c. 2
Plato de idæalibus numeris exponitur. f. 59. c. 3
Platonis & Pythagorę de animarū prę exiſtētia delirium. fol. 215. col. 2
Plinij in notitia diuinitatis error. fol. 18. c. 1.
Potentiarū differentia vt inueſtigetur? f. 53. c. 4
Potentia phyſica, methaphyſica & logica. fol 56. col. 4.
Potentia ordinaria & abſoluta ex ſacris literis. fol. 218. col. 4
Practicum & ſpeculatiuum quid? fol. 24. c. 4.
Præcepta cur ſigna dicantur diuinę voluntatis? fol. 225. col. 2
Prædeſtinationis materia immenſa. f. 209. c. 3
Prædeſtinatio prouidentia ſupernaturalis. f. 209. col. 4
Prędeſtinatio ſecundum autorē quid? vbi de prędeſtinatione plura. fo. 210. col. 1
Prædeſtinationis ex Paulo definitio. fol. 210 c. 4
Prædeſtinatio vt certa & incerta? fol. 211. c. 3
Prædeſtinatorum & reproborum eſt numer? fol. 212. col. 2
Prædeſtinatio & reprobatio actus diuinæ mētis. fol. 212. col. 2
Prædeſtinationis cauſa ſecundum antiquos. fol. 213. col. 2
Prædeſtinatio & reprobatio quid? fol. 214. c. 3
Prædeſtinationis & reprobationis ordo. fol. 214. c. 4
Prædeſtinatis an repugnet nō beari? f. 215. c. 1
Prædeſtinatio & reprobatio an ſint expręuiſis operibus? fol. 224. col. 3
Prædicamentum ſubſtantiæ an Deum, angelos & cœlos comprehendat? fol. 88. c. 1
Prædicamenti definitio. fol. 88. col. 2
Prædicamenta de Deo vt dicantur? fol. 88. col. 4
Præſentia vt contingentia & neceſſaria? fol. 220. col. 2
Principium vt accipiatur? fol. 106. col. 4
Principia rerum ſecundum Platonem tria. f. 190. c. 2
Principium ex Ariſt. quid? fol. 95. col. 4
Prioritas à quo in diuinis. f. 111. col. 3
Priuatum aliquando contrarium dicitur. fol. 141. c. 4
Priuatio multifariā capitur. & ibi de priuatione plura. fol. 173. col. 3
Proceſsiones diuinæ vt conſiderētur & diſtinguantur? fol. 115. col. 1.
Proceſsionum altera cur altera prior? fol. 115. c. 2
Proceſsiones diuinæ vt diſtinguantur? fol. 115 c. 2
Proceſsibilitas & notio quid differāt? f. 118. c. 1

Proceſsio nota originis.fol.119.col.3
Producens productum opus corrumpit.fol. 140.c.1
Prophetæ cur à viſione inchoant vaticinia? fol.16.col.1
Prophetia donum tranſiens.fol.130.col.4
Propoſitio indefinita Ariſt.quid?fol.61.col.2
Prouerbiorum locus, Ante omnes colles ego parturiebar &c. expon.fol.67.c.4
Prouerb.locus, Nemo ſcit vtrũ odio vel amore.&c,cap.20.exp.fol.137.c.4
Prouidentia quid?fol.208.col.2
Prouidentia & prudentia quid differant?fol. 208.col.3
Pſalterij locus, filius meus es tu.&c.pſal.2. exponitur.fol.60.col.3
Pſalt.locus, Ex vtero ante luciferũ &c. pſal. 109, expon.fol.60.c.4.&.fol.67.c.3.
Pſal.locus, Pulchritudo agri mecum eſt.&c. pſal.49.exp.fol.190.col.1
Pſalt.locus, Odiſti operantes iniquitatẽ. &c. pſal.118.exp.fol.220.col.3
Punctus in linea vel actu vel potentia.fol.158 col.3
Purgatorium apud Platonem adumbratum. fo.11.c.1

Q

Qualitates multæ ſine contrarijsf.141.c.4.
Qualitate vna cur multi gradus coalcſcãt fol.143.c.3
Quaternarius elementorũ numerus vndecol ligatur?fol.139.col.3

R

Rarefactio & intẽſio quid differãt?f.141.c.2
Rationis ratiocinatæ & ratiocinatis diſtinctio.fol.183.col.3
Rationis diſtinctionis origo duplex.f.183.c.4
Relatio cur non ſit actiua nec habeat contrarium?fol.76.col.2
Relatio diuina dupliciter conſideratur. fol. 76.c.2
Relatio an ſit ens rationis? fol.78.col.4.
Relationum diuinarum perfectio.f.126.c.3
Relationes originis bifariam expenduntur.f. 126.col.4
Relationis eſſe & ratio vt differãt?fol.127.c.1
Relatio diuina realis, non eſt acceſſoria. fol. 161.c.2
Relationis entitas minima.fol.175.c.1
Relatio triplex.fol.176.col.1
Relatio rationis æterna.fol.177.col.3
Relationis realis duplex conditio.f.179.c.1.
Relationum rationis varia genera.f.183.c.4
Relationes diuinas eſſe idẽ eſſentialiter quid? fol.185.col.1
Reminiſcentia quid? fol.55.c.2.&fol. 56.c.2
Reprobationis an ſit cauſa?f.213.c.4
Reprobatio nõ eſt ex præuiſis culpis, vbi de reprobatione plura.fol.214.c.1
Reprobatio affirmatiue & negatiue.fol.214. col.3.
Reprobationis cauſa vt ſunt originale&actuale?fol.215.col.1
Reprobatio capacitatem ad virtutem non tollit.fol.214.col.4
Reprobis non damnari an repugnet? fol 215. col.1
Reuelatio diuinæ doctrinæ Dei munus. fol. 8.col.3
Reuelata doctrina docendis naturalibus conueniens.fol.9.c.1
Reuelata doctrina vt infantibus communicatur?fol.9.col.2
Reuelatæ doctrinæ fides quibus &quomodo neceſſaria?fol.9.col.4
Reuelatio an ſit formalis ratio obiecti theologici?fol.17.col.1
Reuelatio ſibyllarum qualis?fol.20.c.2
Reuelatio Sacra varia fuit.fol.20.c.2
Reuelatio varie ſumitur.fol.21.col.4
Reuelationis vnitas an ſit vnitati ſcientiæ Parandæ ſatis?fol.23.col.4
Reuelatio in Theologia quid?fol.24.c.1

S

Sabellius Iudaiſmi inductor.fol.161.c.1
Sadducæorũ error.fol.86.col.4
Sanſon vt excuſatur à ſuicidio?fol.223. c.3
Scibilia ſecundum Ariſt.quot?fol.48.c.3
Scienciarum principia quibus modis colligãtur?fol.17.col.3
Scientia an ſit vnus ſimplex habitus? fol.24 col.2
Scientiarum proceſſus triplex fol.41.c.1
Scientia diuina duplex.fol.171.col.1
Scientia viſionis & ſimplicis intelligentiæ in Deo.fol.189.col.3
Scotus de ſignis originis expenditur.f.69.c.2
Scripturæ Sacræ obſcuratores damnantur.f. 3.pag.1
Scriptura Sacra vadit cum ſilentio.fol.5.co.3
Scriptura Sacra an ſint Sanctorum ſcripta?f. 7.col.4
Scripturæ Sacræ myſteria obſcura. fol.8.c.1
Scripturæ tranſlatio vernaculo ſermone p[e]culoſa

obscuratores

culoſa.fol.8.col.2
Scripturis Sacris addere quando ſit piaculum fol.103.col.2
Seneca diuinæ prouidētiæ aſſertor f.207.co.3
Senſuum externorum in cognocendo ignobilitas.fol.186.col.2
Sybillarum reuelatio qualis?fol.20.c.2
Significare diſtincte & determinate.f.154.c.3
Significantia vocū ex inſtitutione.f.160.c.4
Simplicia vt perfectiora cōpoſitis? fol.91.c.1
Sinai montis ignis & fumus an fuerint vera? fol.124.col.2
Singulariū neceſſariorum ſcientia. fol.189.c.3
Socratis mors,& mortis cauſa.fol.35.c.1
Speculatiuum & practicū quid? fol.24.col.4
Spiritus cur ſuper aquas ferri dicatur? fol.85.c.3
Spiritui ſancto cur aquarum motitatio tribuitur?fol.85.col.4
Spiritus varia in ſcriptura denotat. fol.99.c.1
Spiritui ſancto cur appropriatur bonitas? fol.99,c.2
Spiritus ſancti attributa.fol.100.col.1
Spiritus ſancti proceſsio inter Græcos & Latinos diſceptata.fol.101.col.2
Spiritus Sancti proceſsio exponitur.fol.101.c.4
Spiritus ſanctus pro temporis cōmoditate eccleſiam inſpirat.fol.103.col.2
Spiritus ſancti immediata à Patre & filio proceſsio.fol.112.col.4
Spiritus ſanctus ex productione ſua quid exprimat?fol.113.c.4.& fol.114.c.2
Spiritus ſancti ſpiratio & filij generatio vt diſtent?fol.114.col.3
Spiritus ſanctus cur non dicatur generari? fol.115.col.3
Spiritus ſanctus mittit, mittitur & ſe mittit. fol.119.col.2
Spiritus ſanctus cur columbam vel ignem acceperit & quomodo?fol.122.c.3
Spiritus ſancti columba an fuerit verum animal?fol.122.col.4
Spiritus ſanctus ſub multi formi ſpecie angelis apparuit.fol.123.col.2
Spiritus ſancti collatio gemina quid denotet? fol.125.col.1
Spiritus ſanctus dupliciter fideles iuuat. fol.135.col.1
Spiritui ſancto nomen doni iuſte aptatur. fol.151.col.1
Spiritus ſanctus an ſit imago & verbum filij? fol.174.col.1
Spiritus ſanctus quomodo non genitus? fol.174.col.3
Spiritus ſanctus amor diuinus productus.fol.180.col.3
Spirandi ratio formalis quæ?fol.107.c.4
Spiratiue amare quid?fol.114.c.1
Spiratio & generatio vt differant?fol.114.c.4
Spiratio cur non eſt generatio?fol.115.c.2
Spiratio communis, & relationes creatæ an conſtituant?fol.165.c.1
Subalternatio quid maximè deſideret?fol.18.col.3
Subiectum varie apud Ariſt.ſumitur. folio.16.col.4
Subſiſtentiæ diuinæ tres.fol.156.c.4
Subſiſtentia perſonalis an ſignificet relationē vt eſt relatio?fol.157.c.2
Subſtantia & accidens an ſint ſpecies entis? fol.89.col.4
Subſtantiua & adiectiua vt differāt?folio.98.col.4
Subſtantia cur non ſuſcipit magis & minus? fol.143.col.2
Supererogationis opera noua notione ſpiritus ſancti indigent?fol.134.c.4

T

Tanquàm,dictio,quid denotet?fol.106.c.3
Teſtamentum nouum quibus antiquo præſtet?fol.23.col.3.
Themiſtij de fine hominis error.fol.10.col.4
Theologia ſcholaſtica ſummæ frugis.folio.3. pagina.2
Theologia ſcholaſtica lectulus Salomonis. fol.3.pag.2
Theologia diſputatiua ſucum abhorret. fol.4.pag.1
Theologiæ Scholaſticæ finis.fol.5.col.3
Theologia ſcholaſtica compendiaria.fol.9. col.3
Theologiæ ſcholaſticæ opus & ſcopus.folio.13 col.2
Theologiæ à cæteris ſcientijs differētia egregia.fol.14.col.1
Theologiæ pro confirmanda fide præcipuus labor.fol.14.col.2
Theologia quibus pro fide tuenda argumentis nitatur?fol.14.c.2
Theologia ſcholaſtica an ſit ſcientia?folio.15 col.2
Theologia an permanebit in beatis?folio.15. col.3
Theologiæ ſcholaſticæ farrago & varietas. fol.15,col.4
Theologiæ finis & ſubiectum.fol.16.c.4

Theologia noſtra an ſubalternetur beatæ? fo. 18. col. 4
Theologiæ noſtræ principia. fol. 19. col. 1
Theologia acquiſita vt procedit? fol. 19. c. 2
Theologiæ principia reſolubilia. fol. 19. c. 2
Theologia naturalis & ſupernaturalis. fol. 19 col. 2.
Theologiæ principia practica & ſpeculatiua. fol. 19. col. 4
Theologiæ munera & laus. fol. 20. c. 1.
Theologiæ ſpeculatio cunctis altior. fol. 25. col. 2
Theologia vt practica & theorica? folio. 25. col. 3
Theologia affirmatiua prior negatiua? folio. 46 c. 4
Theologia Triplex fol. 48 c. 1
Theologia duplex. fol. 63. c. 1
Theologi beati à non beatis quid differunt? fol. 15 col. 3
Theologus an conſideret ſingularia? fol. 19. col. 3
Theologi à cęteris artificibus differentia. fol. 24. c. 1
Theologus veras virtutes à falſis diſcernit. fo. 25. c. 2
Thomas de diuerſitate attributorum exponitur. fol. 3. col. 4
Thomæ locus, Si Deus non eſſet vbiq; &c. quod. 1. 1. art. 1. expon. fol. 195. c. 1
Thomæ doctrina de contingentia & neceſſitate rerum exponitur. fol. 201. c. 3
Thomas quid vocet abſolute neceſſaria futura? fol. 201. col. 4.
Triadis arcanum philoſophis. fol. 39. c. 1
Triadis arcani an vllum argumentum? fol. 39 c. 3
Triadis myſterium quæ rationes ſuadeant? f. 100. c. 2
Trias platonica qualis? fol. 125. col. 3
Trias ex ſacris litteris, fol. 125. col. 4
Triadis exemplum ex creaturis. fol. 172. c. 3

V

Velle noſtrum vnde pendeat? fol. 220. col. 3
Verbum erat in principio. quid ſignificet? fol. 94. col. 4
Verbi productio inſcripturis vt dicatur? fol. 113. col. 2
Verbū Theologis quid? fol. 166. col. 2
Verbum mentale quid? fol. 166. c. 2
Verbum mentale noſtrum. gradus ad diuinū. fol. 166. col. 2
Verbum diuinum motio prima æternæ mentis. fol. 167. col. 1
Verbum directum & reflexum. fol. 168. c. 1
Verbo diuino philoſophi atteſtantur. folio. 168. col. 4
Verbum mentale, extrinſeca perfectio actus intelligendi. fol. 169. c. 2
Verbum duplex perfectum & imperfectum fol. 170. col. 2
Verbum diuinum notitia genita non formalis actus intelligendi. fol. 170. c. 2
Verbum actus intelligendi, & primo mentalis res intellecta. fol. 170. c. 3
Verbum diuinum ex ſcientia de creaturis neceſſariò procedit. fol. 171. col. 2
Verbo omnia beatis patent. fol. 171. col. 3
Virtutibus theologicis recipiendis quæ ſit facultas in nobis? fol. 12. c. 1
Virtutis triplex munus. fol. 131. c. 1.
Virtutes Theologicæ quid ferunt habentibus? fol. 131. col. 1
Virtutes theologicæ generali gaudent concurſu. fol. 135. col. 2
Virtus furto non ſubditur. fol. 209. c. 1
Vitalis accretio vnde? fol. 148. c. 2
Viuentium & non viuentium motus. folio. 143. col. 2.
Viuens & non viuens generando vt differāt? fol. 67. c. 2
Vnitas reuelationis an ſatis ſit vnitati ſcientiæ parandæ? fol. 23. col. 4
Vnitas ſcientiæ vnde petenda ex Ariſt. folio 24. col. 1
Vnitas diuinitatis demonſtratur. folio. 42. col. 1
Vnum an ſit accidens rebus additum? folio. 158. col. 1
Vnum numero quæ ſint & de vnitatibus multa. fol. 158. col. 4
Vnum tranſcendens nihil addit reale. folio. 159. col. 2
Vnum & ſimplex vt differant? folio 159. co. 3
Voluntas diuina ex Auerroe & alijs. folio. 70. col. 2
Voluntatis vt naturæ & vt liberæ operatio. fol. 72. col. 2
Voluntatis electio. folio 72. col. 3
Voluntatis diuinæ fœcunditas. fol. 107. col. 3
Voluntas non eſt agens & poſſibilis. fol. 113. col. 3.
Voluntatem non operari ſecundum ſimilitudinem quid? fol. 113. c. 3
Volūtas & intellectus an ſatis ſint diſtinguēdis proceſſionibus? folio. 115. c. 1.
Voluntas furto non ſubditur. fo. 209. c. 2.

Voluntas antecedens & beneplaciti quid? folio.222.col.2.
Voluntas antecedens & consequens qualiter in Deo & quid? fol.224.col.2.
Voluntas consequens quid presupponit? vbi plura.fol.224.col.3.
Vvicleph male de Idæis Philosophatur. folio.191.col.3.

Z.

ZEno princeps Stoicorum.folio.7. colũna.2.

Finis Tabulæ.

Errata.

Folio.8.col.2.lin.fin.pe.lege.prece.col.3.lin.1.Marthæ leg.Mariæ.f.22.col.2.lin.41. nunc. leg.num.fol.28.col.3.lin.13.ra. leg.ræ.fol.55.col.2.lin.14.pe.Calli.leg.Cali.fol.84.col.1.lin. 39..num.leg.nunc. fol.150.col.4.lin.43. donabit.leg.donauit, fol.186.col.3.lin.45. De demuta leg.Dei demuta. fol.205.col.4.li.32. .iudicant.leg.indicant.lin.44.niuiũ lege.nimium.fol.201.col.1.li.25.accuratèquæ.leg.accuratèq;.fol.212 col.1.lin.38. voluntatis lege.an voluntatis. fol.220.col.1.lin.11.impotentia.lege.in potentia. ibidem àposſum.lege.poſſunt. fol.220.col.3.lin.21.vinũ.leg.vnum. col.4.lin.2. theranum. leg. therani.fol.221.col.1.lin.18. Aegyptij.lege.Iſraelitæ. fol.223 col.4.lin.31. facimus. lege facinus. fol.224.col.4.lin.2. genimina.leg.gemina.fol.225.col.1.lin.2. nunquamlege.nõ unquam. fol.2.lin.40. ius. leg. vis. fol. 225.lin.2.50. aut adfinem.lege.autfinem.

Emmanuel Correa Lusitanus

Typographiæ Corrector.

P. E. C.

AD LECTOREM.

HActenus Hispano peregrinus in orbe Magister
Per conductitias ibat, inopsque domos.
Nullus enim dignas opifex industrius ædes
Pro tanto est ausus ædificare viro.
At modò Palacius speciosa palacia, Lector,
Nobilis insigni condidit ingenio.
Ergo, barbaries, procul ibis: nempe Magister
Hispano fixit certus in orbe domum.

FINIS.

BIBLIOTECA PROVINCIAL Y REGISTRO DE LA PROPIEDAD INTELECTUAL - PALL.

Lo primero Leñ dos cR$ para unos
Zapatos
mas Leñ dos R$ para que fasse el
pelo oz dhgare
Da de sanctuario dN R$
mas treinta R$ que le debian
En la quenta del año pasado
en 17 de Agt° Leñ seis R$ para
Drasudas

418